Hee sūt gñacões filiorū noe: sem. cham. et iaphet. Natiq; sunt eis filij post diluuiū. Filij iaphet: gomer. et magog. et madai. et iauan. et thubal. et mosoch et thyras. Porro filij gomer: assenez. et riphat. et thogorma. Filij autē iauan: helisa et tharsis. cethim et dodanim. Ab hijs diuise sunt insule gentiū in regionib; suis: vnusquisq; scđm linguā suā et familias suas in nacōnib; suis. Filij autē cham: chus et mesraim et phut et chanaā. Filij aūt chus: saba. et euila. et sabatha. et regma. et sabathaca. Filij regma: saba et dadan. Porro chus genuit nemroth. Ipse cepit esse potēs ī terra: et erat robust⁹ venator corā dn̄o. Ab hoc exiuit puerbiū. Quasi nemroth robustus venator coram dn̄o. Fuit aūt pn̄cipiū regni eius babilon. et arach. et achat. et chalanne: ī tra sennaar. De terra illa egressus est assur: et edificauit niniuen. et plateas ciuitatis et chale: resen q̄ inter niniuen et chale. Hec ē ciuitas magna. At vero mesraim genuit ludim. et anamim. et laabim. et neptuim. et phetrusim. et

cesluim: de quibus egressi sũt philistijm. et capturim. Chanaan autẽ genuit sydonem p̃mogenitũ suũ: ethẽũ. et iebuseũ. et amorreũ. et gergeseũ. et eueum. et aracheum cyneum. et aradiuz: samarithen. et amatheum. Et per hos dissemiati sũt populi chananeorum. Factiq; sũt termini chanaan venientibus a sydone gerarã: usq; gazam: donec ingredi aris sodomam. et gomorram. et adamam. et seboim usq; lesa. Hij sũt filij cham in cognacõib; et linguis. et gñacõib; terrisq; et gentibus suis. De sem q̃z nati sũt p̃re oĩm filioꝝ heber: fratre iapheth maiore. Filij sem: helam. et assur. et arphaxat. lud. et aram. Filij aram: hus. et hul. et gether. et mes. At vero arphaxat genuit sale: de quo ortus est heber. Natiq; sũt heber filij duo. Nomen vni phaleg. eo q in dieb; eius diuisa sit terra: et nomẽ fratris eius iectan. Qui iectan genuit elmodad. et saleph. et asarmoth. iare. et aduram. et iazal. et decla. et ebal. et abimahel. saba. et iophir. et euila. et iobab. Oẽs isti filij iectan. Et facta est habitatio eoꝝ de messa pgentib; usq; sephar montẽ orientalem. Isti sũt filij sem: scd̃m cognacões et linguas et regiones in gentib; suis. Hee familie noe: iuxta p̃plos et nacões suas. Ab hijs diuise sũt gẽtes in terra post diluuiũ.

XI

Erat aũt terra labij vnius et sermonũ eorundẽ. Cũq; pficiscerẽtur de oriente: inuenerunt campum in terra sennaar: et habitauerũt in eo. Dixitq; alter ad p̃ximũ suũ. Venite faciamus lateres: et coquamus eos igni. Habuerũtq; lateres p saxis: et bitumẽ p cemẽto: et dixerũt. Venite faciamus nobis ciuitatẽ. et turrẽ cuius culmẽ ptingat usq; ad celũ: et celebremus nomẽ nostrũ anteq̃ diuidamur in vniuersas terras. Descendit autẽ dñs ut videret ciuitatẽ. et turrẽ quã edificabant filij adam: et dixit. Ecce vnus est populus: et vnum est labiũ oĩb;. Ceperuntq; hoc facere: nec desistẽt a cogitacõib; suis donec eas opere opleãt. Venite igitur descẽdamus et confundamus ibi linguã eoꝝ: ut nõ audiat vnusquisq; voce; p̃ximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo loco in vniuersas terras: et cessauerũt edificare ciuitatẽ. Et idcirco vocatum est nomen loci illius babel: q ibi confusum est labiũ vniuerse terre. Et inde dispsit eos dñs sup faciem cunctarũ regionũ. Hee sũt gñationes sem. Sem erat centũ annoꝝ qñ genuit arphaxat: bienio post diluuiũ. Vixitq; sem postq̃ genuit arphaxat quingẽtis annis: et genuit filios et filias. Porro arphaxat vixit trigintaqñq; annis: et genuit sale. Vixitq; arphaxat postq̃ genuit sale trecentistrib; ãnis: et genuit filios et filias. Sale q̃z vixit triginta ãnis: et genuit heber. Vixitq; sale postq̃ genuit heber quadringentistribus ãnis: et genuit filios et filias. Vixit aũt heber trigintaq̃tuor ãnis: et genuit phalech. Et vixit heber postq̃ genuit phalech, quadringentistriginta ãnis: et genuit filios et filias. Vixit q̃z phalech triginta ãnis: et genuit reu. Vixitq; phalech postq̃ genuit reu ducentisnouem ãnis: et genuit filios et filias. Vixit aũt reu triginta qñq; ãnis: et genuit saruch. Vixit q̃z reu postq̃ genuit saruch ducentisseptẽ ãnis: et genuit filios et filias. Vixit aũt saruch triginta ãnis: et genuit nachor. Vixitq; saruch postq̃ genuit nachor ducentis ãnis: et genuit filios et filias. Vixit aũt nachor viginti nouem ãnis: et genuit thare. Vixitq; nachor postq̃ genuit thare cẽtumdecem et nouem ãnis: et genuit filios et filias. Vixitq; thare septuaginta ãnis: et genuit abram. et nachor. et aram. Hee sũt aũt gñacões thare. Thare genuit abram. nachor. et aram. Porro aram genuit loth. Mortuusq; ẽ aram an thare p̃rem suũ: in terra natiuitatis sue. in hur chaldeoꝝ. Duxerũt autẽ abram. et nachor uxores. Nomẽ uxoris abrã: sarai. Et nomen uxoris nachor: melcha filia aram p̃ris melche et p̃ris iesche. Erat aũt sarai sterilis: nec habebat filios. Tulit itaq; thare abrã filiũ suũ. et loth filiũ aram filiũ filij sui: et sarai nurum suã. uxorem abrã filij sui: et eduxit eos de hur chaldeoꝝ: ut irent in terrã chanaan. Veneruntq; usq; aram: et habitauerunt ibi. Et facti sũt dies thare ducentorum quinq; annoꝝ: et mortuus est in aran.

XII

Dixit aũt dñs ad abram. Egredere de terra tua et de cognacõne tua. et de domo p̃ris tui: et veni in terrã quã mõstrauero

tibi. Faciãq3 te in gentē magnā: et bñdicam
tibi. et magnificabo nomē tuū: erisq3 bñdictꝰ.
Bñdicā bñdicentibꝰ tibi: et maledicā male-
dicentibꝰ tibi: atq3 in te bñdicētur vniuerse
cognacões terre. Egressus ē itaq3 abrã sicut
pceperat ei dñs: et iuit cū eo loth. Septua-
gintaquinq3 annoꝝ erat abram: cū egre-
deretur de aran. Tulitq3 sarai uxorem suā. et
loth filiū fratris sui. vniuersamq3 substātiā
quā possederāt: et animas quas fecerant in
aran: et egressi sūt ut irent in terrā chanaā.
Cūq3 venissent in eā: ptransiuit abrã terrã
usq3 ad locū sychem: et usq3 ad conuallem illu
strem. Chananeus autem tūc erat in terra.
Apparuit dominus abram: et dixit ei. Semi
ni tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi
altare domino qui apparuerat ei: et inuoca-
uit ibi nomē eius. Et inde trāsgrediens ad
montē qui erat cōtra orientē bethel. tetendit
ibi tabernaculū suū: ab occidēte habens be-
thel: et ab oriēte hay. Edificauit q3 ibi alta-
re dño: et inuocauit nomē eius. Perrexitq3
abram vadēs: et ultra pgrediēs ad meridi
em. Facta est aūt fames in terra. Descendit
q3 abram in egiptū: ut peregrinaretur ibi.
Preualuerat enim fames in terra. Cumq3
pe esset ut ingredētur egiptū: dixit sarai
uxori sue. Noui q pulcra sis mulier: et q
cū viderint te egiptij. dicturi sūt uxor illiꝰ
est: et interficient me. et te reseruabunt. Dic
ergo obsecro te. q soror mea sis. ut bene sit
michi pter te: et viuat anima mea ob gra-
tiā tui. Cū itaq3 ingressus esset abram egi-
ptū: viderūt egiptij mulierē q esset pulcra
nimis. Et nūciauerūt principes pharaoni:
et laudauerunt eā apud illū. Et sublata est
mulier in domū pharaonis: abram vero bñ
usi sūt propter illam. Fueruntq3 ei oues. et
boues. et asini. et serui. et famule: et asine et
cameli. Flagellauit aūt dominus pharaonē
plagis maximis. et domū eius: pter sarai
uxorem abram. Vocauitq3 pharao abram:
et dixit ei. Quid nam est hoc qđ fecisti mi-
chi? Quare non indicasti michi q uxor tua
esset? Quamobcausam dixisti esse sororem
tuā: ut tollerē michi eā in uxorem? Nūc igitur
ecce cōiux tua: accipe eā et vade. Precepit-
q3 pharao sup abram viris: et deduxerunt
eū et uxorē eius: et oīa que habebat.

XIII

Ascendit ergo abram de egipto: ipse
et uxor eius. et omnia que habebat.
et loth cū eo: ad australē plagā. Erat autē
diues valde in possessione auri et argēti. Re
uersusq3 est per iter quo venerat a meridie
in bethel. usq3 ad locū ubi prius fixerat tab-
naculū inter bethel et hay. in loco altaris qđ
fecerat prius: et inuocauit ibi nomē dñi. Sed
et loth qui erat cū abram. fuerunt greges
ouiū et armenta. et tabernacula: nec poterat
eos capere terra ut habitarent simul. Erat
quippe substantia eoꝝ multa: et nequibant
habitare cōmuniter. Vnde facta ē rixa inter
pastores gregū abram et loth. Eo autē tpe
chananeus et pherezeus habitabant in illa
terra. Dixit ergo abram ad loth. Ne queso
sit iurgiū inter me et te: et inter pastores me
os et pastores tuos. Frēs enim sumus. Ecce
vniūsa terra corā te ē: recede a me obsecro.
Si ad sinistrā ieris. ego dexterā tenebo: si
tu dexterā elegeris: ego ad sinistrā pergã.
Eleuatis itaq3 loth oculis. vidit oēm circa
regionē iordanis. q̄ vniuersa irrigabatur.
anteq̄ subuerteret dñs sodomā et gomorrā.
sicut paradisus domini: et sicut egiptus ve-
niētibꝰ in segor. Elegitq3 sibi loth regionē
circa iordanen: et recessit ab oriente. Diuisi-
q3 sūt alterutrū a fratre suo. Abrā hītauit ī
terra chanaā. Loth vero moratus ē ī opidis
q̄ erāt circa iordanen: et habitauit in sodo-
mis. Homines autē sodomite pessimi erant:
et peccatores coram domino nimis. Dixitq3
dominus ad abram: postq̄ diuisus est ab eo
loth. Leua oculos tuos in directū et vide a
loco in quo nūc es: ad aquilonem et meri-
diem. ad orientē et occidentē. Omnē terrā
quā conspicis: tibi dabo et semini tuo usq3 in
sempiternū. Faciāq3 semen tuū sicut pulue-
rē terre. Si qs potest hoīm numerare pul-
uerē terre: semē q3 tuum numerare poterit.
Surge ergo et pābula terrā in longitudīe
et ī latitudine sua: q tibi daturus sū eā. Mo
uēs igitur tabnaculū suū abram. venit et ha-
bitauit iuxta cōuallē mambre: que ē in he-
bron. Edificauitq3 ibi altare domino.

XIIII

Factū est autē in illo tēpore ut amra-
phel rex sennaar. et arioch rex ponti

et chodorlaomor rex elamitarum ⁊ thadal
rex gentiū · inirent bellū contra bala regem
sodomorꝝ: et otra bersa regem gomorre · et
otra sennaar regem adame · et contra seme-
ber regē seboym · otraq; regē bale: ipsa est
segor. Oēs hij ouenerūt in vallem silue-
strem: que nunc est mare salis. Duodecim
eni annis seruierāt chodorlaomor: et terciō-
decimo anno recesserūt ab eo. Igit̄ quarto-
decimo anno · venit chodorlaomor et reges
qui erāt cū eo: ꝑcusserūt raphaym in astar-
roth · et in carnaym · et zuzim cū eis: et emi · in
sauhe cariathaym · et chorreos in montibus
seyr · usq; ad campestria pharan: que est in
solitudine. Reuersiq; sunt et venerunt usq;
ad fontē mesphat · ipa est cades: et ꝑcusse-
runt omnē regionē amalechitarū · et amor-
reorū qui habitabant in asasonthamar. Et
egressi sunt rex sodomorū · et rex gomorre ·
rexq; adame · et rex seboym · necnon et rex
bale que est segor · et direxerūt aciem cōtra
eos in valle siluestri: scilicet aduersus cho-
dorlaomor regē elamitarū · et thadal regē
gentiū · et amraphel regē sennaar et arioch
regem pōti: quatuor reges adūsus quinq;.
Vallis aūt siluestris habebat puteos mul-
tos bituminis. Itaq; rex sodomorum et rex
gomorre · terga verterūt cecideruntq; ibi: et
qui remanserāt · fugerūt ad montē. Tule-
runt autē omnem substantiā sodomorū · et
gomorreorꝝ · et vniuersa que ad cibum per-
tinent: et abierūt: necnon ⁊ loth ⁊ substan-
tiā eius · filiū fratris abram: qui habitabat
in sodomis. Et ecce vnus qui euaserat · nun-
ciauit abram hebreo: qui habitabat in con-
ualle mambre amorrei · fratris eschol · et fra-
tris aner. Hij enim pepigerant fedus cum
abram. Q̄ð cū audisset abram · captū vide-
licet loth fratrē suū: numerauit expeditos
vernaculos suos trecētos decē ⁊ octo: et ꝑ-
secutus est eos usq; dan. Et diuisis socijs:
irruit sup eos nocte. Percussitq; eos ⁊ ꝑse-
cutus est usq; soba et phenicen: que est ad
leuam damasci. Reduxitq; omnē substanti-
am: et loth fratrē suū cum substantia illius:
mulieres q̄q; ⁊ ꝑplm. Egressus est autem rex
sodomorꝝ in occursū eius: postq̄ reuersus ē
a cede chodorlaomor · et regum qui cum eo
erant: in valle sabe que est vallis regis. At
vero melchisedech rex salem · ꝓferens pa-
nem et vinū: erat eni sacerdos dei altissimi:
benedixit ei · et ait. Benedictus abram deo
excelso · qui creauit celū ⁊ terrā: et bñdictus
deus excelsus: quo ꝓtegente hostes in ma-
nibus tuis sūt. Et dedit ei decimas ex omni-
bus. Dixit autē rex sodomorum ad abram.
Da michi animas: cetera tolle tibi. Qui re-
spondit ei. Leuo manū meam ad dominum
deū excelsū · possessorē celi et terre: q̄ a filo
subtegminis usq; ad corrigiā caligē nō acci-
piā ex omībꝰ q̄ tua sūt · ne dicas · ego ditaui
abram: exceptis hijs que comederūt iuue-
nes · et ptibꝰ virorꝝ qui venerūt mecū · aner ·
eschol ⁊ mambre. Ipsi accipient ptes suas.

XV

His itaq; transactis: factus est
sermo dñi ad abrā ꝑ visionē dicēs. No-
li timere abrā. Ego ꝓtector tuus: et merces
tua magna nimis. Dixitq; abram. Domine
deus quid dabis michi? Ego vadam absq;
liberis: et filius ꝓcuratoris domus mee: iste
damascus eliezer. Addiditq; abram. Mi-
chi autē nō dedisti semē: et ecce vernaculus
meus · heres meus erit. Statimq; sermo dñi
factus est ad eū dicēs. Nō erit hic heres
tuus: s; qui egredietur de utero tuo: ipm ha-
bebis heredē. Eduxitq; eū foras: et ait illi.
Suspice celū: et numera stellas si potes. Et
dixit ei. Sic erit semē tuū. Credidit abram
deo: et reputatū est illi ad iusticiam. Dixitq;
ad eū. Ego dñs q̄ eduxi te de hur chaldeo-
rum: ut darem tibi terrā istam ⁊ possideres
eā. At ille ait. Dñe deus: vnde scire possum
q̄ possessurus sum eam? Et respondit dñs.
Sume inquit michi vaccā triennem et ca-
prā trimam: et arietē annorꝝ triū: turturem
q̄q; ⁊ colūbā. Qui tollēs vniuersa hec diuisit
ea p mediū: et utrasq; ptes contra se altrin-
secus posuit. Aues autē nō diuisit. Descen-
derūtq; volucres sup cadauera: et abigebat
eas abram. Cūq; sol occūberet · sopor irruit
sup abrā: et horror magnus ⁊ tenebrosus
inuasit eū. Dictūq; ē ad eū. Scito p̄noscens
q̄ peregrinū futurū sit semē tuū in terra non
sua: et subicient eos seruituti: et affligent q̄-
dringentis annis. Verūtamē gentē cui ser-
uituri sūt ego iudicabo: ⁊ post hec egredient̄

cū magna substantia. Tu aūt ibis ad p̄res
tuos ī pace sepultus in senectute bona. Ge=
neratōe aūt quarta· reuertētur huc. Nec
dū enim cōplete sūt iniq̄tates amorreorum:
usq; ad p̄ns tēpus. Cū ergo occubuisset sol.
facta ē caligo tenebrosa: et apparuit cliba=
nus fumans: et lāpas ignis trāsiens inter
diuisiones illas. In die illo pepigit dn̄s fe=
dus cum abram dicens. Semini tuo dabo
terram hāc: a fluuio egipti usq; ad fluuium
magnum eufraten: cineos et cinezeos· ceth=
moneos· et etheos· et ferezeos: raphaim q̄z
et amorreos: chananeos· et gergeseos· et ie
buseos. XVI

Igitur sarai uxor abram nō
genuerat sibi liberos: sed habens ācillam egi=
ptiam nomine agar· dixit marito suo. Ecce
cōclusit me dn̄s ne parerem: ingredere ad
ancillam meā: si forte saltem ex illa suscipiam
filios. Cumq; ille acq̄esceret deprecanti: tulit
agar egiptiā ancillā suā· post annos decem
quam habitare ceperant in terra chanaan:
et dedit eā viro suo uxorem. Qui ingressus
est ad eā. At illa ɔcepisse se vidēs: despexit
dn̄am suā. Dixitq; sarai ad abram. Inique
agis contra me. Ego dedi ancillā meā in si=
num tuum: que vidēs q̄ concepit· despectui
me habet. Iudicet dn̄s inter me et te. Cui re
spondit abram. Ecce ait ancilla tua in manu
tua ē: utere ea ut libet. Affligēte igitur eam
sarai: fugam iniit. Cūq; inuenisset eā angelus
dn̄i iuxta fontē aque in solitudine que est in
via sur in deserto: dixit ad illā. Agar ancilla
sarai· unde venis: et quo vadis? Que respō=
dit. A facie sarai dn̄e mee ego fugio. Dixit=
q; ei angelus dn̄i. Revertere ad dn̄am tuā:
et humiliare sub manu illius. Et rursū. Mul=
tiplicans inquit multiplicabo semen tuum: et
nō numerabitur p̄ multitudīe. Ac deinceps:
ecce ait ɔcepisti· et paries filium: vocabisq;
nomen eius ysmahel: eo q̄ audierit dn̄s af=
flictōnem tuam. Hic erit ferus homo. Ma=
nus eius cōtra· omēs: et manus omniū con=
tra eū: et e regione vniuersorum fratrū suorum
figet tabernacula. Vocauit autē agar no=
men dn̄i qui loquebatur ad eā: tu deus qui
vidisti me. Dixit enim. Profecto hic vidi
posteriora videntis me. Propterea appella=
uit puteū illū: puteum viuētis et vidētis me
Ipe ē inter cades et barad. Peperitq; agar
abre filiū: qui vocauit nomen eius ysmahel.
Octoginta et sex annorum erat abram: quā=
do peperit ei agar ysmahelē. XVII

Postq̄ vero nonaginta et nouē annorum
esse ceperat: apparuit ei deus. Dixitq;
ad eū. Ego dn̄s omnipotens. Ambula coram
me: et esto p̄fectus. Ponāq; fedus meū int̄
me et te: et multiplicabo te vehementer nimis.
Cecidit abram pronus in faciem. Dixitq; ei
deus. Ego sū: et ponam pactū meū tecū: eris=
q; pater multarū gentium. Nec ultra vocabi=
tur nomē tuū abram· sed appellaberis abra=
ham: quia pater multarū gentiū ɔstitui te.
Faciāq; te crescē vehemētissime et ponā te in
gentibus· regesq; ex te egredietur: et statuā
pactū meū int̄ me et te et inter semē tuū· post
te in generatōnibus suis federe sempiterno:
ut sim deus tuus· et seminis tui post te. Da=
boq; tibi et semini tuo post te terram peregri=
natōnis tue· omnē terrā chanaā· in possessi=
onem eternā: eroq; deus eorum. Dixit iterum
deus ad abraham. Et tu ergo custodies
pactū meū: et semen tuū post te in generati=
onibus suis. Hoc est pactū meū quod ob=
seruabitis inter me et vos et semen tuū post
te. Circūcidetur ex vobis omē masculinū: et
circūcidetis carnem p̄pucii vestri: ut sit in si=
gnum federis inter me et vos. Infans octo
dierū circūcidetur ī vobis. Omē masculinū
in generatōnibus vestris· tam vernaculus q̄
empticius circūcidetur: et quicūq; fuerit de
stirpe vestra. Eritq; pactum meū in carne ve=
stra in fedus eternū. Masculus cuius p̄pucii
caro circūcisa nō fuerit· delebitur anima illa
de populo suo: quia pactū meū irritum fecit.
Dixit q̄z deus ad abraham. Sarai uxorem
tuā nō vocabis sarai: sed saram. Et bn̄dicam
ei: et ex illa dabo tibi filiū cui benedicturus
sū. Eritq; in natōes: et reges p̄plorum orientur
ex eo. Cecidit abraham in faciem suā: et risit
in corde suo dicēs. Putasne cētenario nasce
tur filius: et sara nonagenaria pariet? Dixit
q; ad deū. Utinā ysmahel viuat corā te. Et
ait deus ad abraham. Sara uxor tua pariet
tibi filiū: vocabisq; nomē eius ysaac. Et cō=
stituā pactū meū illi ī fedus sempiternū: et
semini eius post eum. Sup ysmahel quoq;

exaudiui te. Ecce bn̄dicam ei: et augebo et
multiplicabo eum valde. Duodecim duces
generabit: et faciā illum crescere in gentē
magnā. Pactū vero meū statuā ad ysaac.
quē pariet tibi sara tp̄e isto: in anno altero.
Cumqꝫ finitus esset sermo loquentis cum eo:
ascēdit deus ab abrahā. Tulit aūt abrahā
ysmahel filiū suū. et om̄es vernaclos domus
sue. vniūsos quos emerat: et cūctos mares
ex om̄ibꝫ viris domus sue: et circūcidit car-
nem ꝑpucij eoꝝ. statim in ipsa die. sicut p̄ce-
perat ei deus. Abrahā nonaginta ⁊ nouem
erat annoꝝ. quādo circūcidit carnē ꝑpucij
sui: et ysmahel filius suus tredecim annos
impleuerat: tp̄e circūcisionis sue. Eadē die
circūcisus est abrahā. et ysmahel filius eius.
et om̄es viri domus illius: tam vernaculi ꝙ̄
empticij ⁊ alienigene pariter circūcisi sūt.

XVIII

Apparuit aūt ei dn̄s in conualle
mābre: sedēti in ostio tabnaculi sui in
ipo feruore diei. Cūqꝫ eleuasset oculos: appa-
ruerūt ei tres viri stantes ꝓpter eū. Quos
cū vidisset. cucurrit in occursū eoꝝ de ostio
tabernaculi sui: et adorauit in terra: et dixit.
Dn̄e si inueni gratiā in oculis tuis ne trāseas
seruū tuū: sꝫ afferā pauxillū aque. et lauent
pedes vestri: et requiescite sub arbore. Po-
nāqꝫ bucellam panis: et cōfortetur cor vr̄m:
postea trāsibitis. Idcirco enī declinastis ad
seruū vr̄m. Qui dixerūt fac ut locutus es.
Festinauit abraham in tabernaculū ad sa-
ram: dixitqꝫ ei. Accelera: tria sata simile cō-
misce: et fac subcinericios panes. Ipse vero
ad armentū cucurrit: et tulit inde vitulum
tenerrimum ⁊ optimū: deditqꝫ puero. Qui
festinauit: et coxit illū. Tulit quoqꝫ butirū
et lac. et vitulū quē coxerat: et posuit coram
eis. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore.
Cūqꝫ comedissent: dixerūt ad eū. Ubi est
sara uxor tua? Ille rn̄dit. Ecce ī tabernaclo
est. Cui dixit. Reuertēs veniam ad te tempe
isto. vita comite: et habebit filium sara uxor
tua. Quo audito: sara risit post ostiū taber-
naculi. Erāt aūt ambo senes. ꝓuecteqꝫ eta-
tis: et desierāt sare fieri muliebria. Que risit
occulte dicēs. Postꝙ̄ cōsenui et dn̄s meus
vetulus ē. voluptati operā dabo? Dixit au-
tem dn̄s ad abrahā. Quare risit sara uxor
tua dicens: nūm vere paritura sum anus?
Nunquid deo quicꝙ̄ ē difficile? Iuxta con-
dictū reuertar ad te hoc eodem tp̄e. vita
comite: et habebit sara filiū. Negauit sara
dicens nō risi: timore perterrita. Dn̄s autē.
non est inquit ita: sed risisti. Cum ergo sur-
rexissent inde viri. direxerūt oculos ꝯtra so-
domam: et abrahā simul gradiebatur: dedu-
cens eos. Dixitqꝫ dn̄s. Nū celare potero a-
braham que gesturus sum. cū futurus sit in
gentē magnā ac robustissimā: et bn̄dicēde
sint in eo om̄es nationes terre? Scio enim
ꝙ p̄cepturus sit filijs suis. et domui sue post
se. ut custodiant viam dn̄i: et faciāt iudiciū
et iusticiā: ut adducat dn̄s ꝓpter abraham
omnia que locutus est ad eum. Dixit itaqꝫ
dn̄s. Clamor sodomoꝝ ⁊ gomorreorū mul-
tiplicatus est: et peccatū eoꝝ aggrauatū est
nimis. Descendā ⁊ videbo: utrū clamorem
qui venit ad me ope ꝯpleuerint. an non est
ita: ut sciam. Cōuerterūtqꝫ se inde: et abiert
sodomam. Abraham vero adhuc stabat
coram dn̄o: et appropinquās ait. Nunquid
ꝑdes iustū cū impio? Si fuerint quinqua-
ginta iusti in ciuitate: ꝑibunt simul. et non
parces loco illi ꝓpter quīquaginta iustos.
si fuerint in eo? Absit a te. ut rem hāc faci-
as: et occidas iustū cū impio: fiatqꝫ iustus
sicut impius. Nō est hoc tuū: qui iudicas
omnē terram. Nequaꝙ̄ facies iudiciū hoc.
Dixitqꝫ dn̄s ad eū. Si inuenero sodomis.
quinquaginta iustos in medio ciuitatis: di-
mittā om̄i loco ꝓpter eos. Rn̄dit abrahā:
et ait. Quia semel cepi: loquar ad dn̄m me-
um cū sim puluis ⁊ cinis. Quid si minus qn̄-
quaginta iustis quinqꝫ fuerint: delebis ꝓpt
quadragintaquinqꝫ vniuersā urbē? Et ait.
Nō delebo si inuenero ibi ꝙdragintaquīqꝫ.
Rursūqꝫ locutus ē ad eū. Si aūt ꝙdragin-
ta ibi inuenti fuerint quid facies? Ait. Non
ꝑcutiam ꝓpter quadraginta. Ne queso in-
quit indigneris dn̄e si loquar. Quid si ibi
inuēti fuerint triginta? Respondit. Nō faci-
am: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait
cepi: loquar ad dn̄m meum. Quid si ibi in-
uenti fuerint viginti? Ait. Non interficiam
ꝓpter viginti. Obsecro inquit ne irascaris
dn̄e: si loquar adhuc semel. Quid si inuenti

fuerint ibi decē? Dixit. Nō delebo ꝓpter decē. Abijt dn̄s postq̄ cessauit loqui ad abra-ham: et ille reuersus ē in locū suū.

XIX

Veneruntq; duo angeli sodomā vespe: sedente loth in foribus ciuitatis. Qui cū vidisset eos surrexit. et iuit obuiam eis: adorauitq; ꝓnus in terrā: et dixit. Obsecro dn̄i. declinate in domū pueri vr̄i: et manete ibi. Lauate pedes vr̄os: et mane ꝓficiscemi-ni in viam vr̄am. Qui dixerūt. Minime: sed in platea manebimus. Compulit illos oppi-do ut diuerterent ad eū. Ingressisq; domū eius fecit ↄuiuiū: coxit azima: et ↄmederūt. Prius aūt q̄ irent cubitū. viri ciuitatis val-lauerūt domū illius. a puero usq; ad senē: om̄is populus simul. Vocaueruntq; loth: et dixerūt ei. Vbi sūt viri q̄ introierunt ad te nocte? Educ illos huc: ut cognoscamus eos. Egressus ad eos loth. post tergū ac-cludēs ostiū. ait. Nolite queso fr̄es mei: nolite malū hoc facere. Habeo duas filias: q̄ necdū cognouerūt virū. Educam eas ad vos. et abutemini eis sicut vobis placueit: dūmodo viris istis nichil mali faciatis: q2 ingressi sūt sub vmbra culminis mei. At illi dixerūt. Recede illuc. Et rursus. Ingressus es inquiūt ut aduena: nunquid ut iudices? Te ergo ipsum magis q̄ hos affligemus. Vimq; faciebāt loth vehemētissime. Jamq; ꝓpe erat ut effringerēt fores: et ecce miserūt manū viri. et introduxerūt ad se loth. clau-serūtq; ostiū: et eos q̄ foris erāt ꝑcusserunt cecitate. a minimo usq; ad maximum: ita ut ostium inuenire non possent. Dixerunt autē ad loth. Habes hic quēpiam tuoꝝ gene-rū. aut filios aut filias? Om̄es qui tui sunt. educ de urbe hac. Delebimus enim locum istū: eo q2 increuerit clamor eoꝝ corā dn̄o: qui misit nos ut perdamus illos. Egressus itaq; loth. locutus est ad generos suos: q̄ accepturi erāt filias eius: et dixit. Surgite et egredimini de loco isto: q2 delebit dn̄s ci-uitatē hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumq; esset mane: cogebant eum an-geli dicētes. Surge tolle uxorem tuam. et duas filias quas habes: ne et tu pariter pe-reas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo. apprehenderūt manū eius et manum uxoris ac duarū filiarū eius. eo q2 parcēt dn̄s illi: eduxerūtq; eū et posuerūt extra ciuitatē: ibi-q; locuti sūt ad eū dicētes. Salua animā tu-am. Noli respicē post tergū. nec stes in om̄i circa regione: sed in mōte saluū te fac: ne et tu simul pereas. Dixitq; loth ad eos. Queso dn̄e mi: q2 inuenit seruus tuus gr̄am coram te. et magnificasti gr̄iam et misericordiā tuā quā fecisti mecū ut saluares animā meam: nec possum in monte saluari: ne forte appre-hendat me malū et moriar. Est ciuitas hic iuxta. ad quā possū fugere parua: et salua-bor in ea. Nūquid nō modica est. et viuet anima mea? Dixitq; ad eū. Ecce etiā in hoc suscepi ꝓces tuas: ut non subuertā urbem ꝓ qua locutus es. Festina et saluare ibi: q2 nō potero facē quicq̄ donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatū est nomē urbis illius segor. Sol egressus ē sup terrā: et loth ingressus ē segor. Igitur dn̄s pluit sup sodomā et go-morrā sulphur et ignē a dn̄o de celo: et subū-tit ciuitates has. et omnem circa regionē: vniuersos habitatores urbiū. et cuncta terre virentia. Respiciensq; uxor eius post se ver-sa est in statuā salis. Abrahā aūt ↄsurgēs mane. ubi steterat ꝑus cū dn̄o: intuitus est sodomā et gomorrā. et vniuersā terrā regi-onis illius. Viditq; ascendentē fauillam de terra: quasi fornacis fumū. Cū enim sub-uerteret dn̄s ciuitates regiōis illius. recor-datus est abrahe: et liberauit loth de sbuer-sione urbiū in quibus habitauerat. Ascenditq; loth de segor. et mansit in mōte: due quoq; filie eius cum eo. Timuerat enī manere in segor. Et mansit in spelunca. ipse et due filie eius cū eo. Dixitq; maior ad minorem. Pa-ter noster senex est. et nullus viroꝝ remāsit in terra: q̄ possit ingredi ad nos iuxta morē vniuerse terre. Veni inebriemus eū vino. dormiamusq; cū eo: ut seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere vinū nocte illa. Et ingressa ē ma-ior: dormiuitq; cū patre. At ille non sensit: nec qn̄ accubuit filia nec quando surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cum patre meo. Demus ei bibere vinū etiā hac nocte et dormies cū eo: ut saluemus semen de pr̄e nr̄o. Deseruntq;

etiam et illa nocte patri suo bibere vinum. Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo. Et nec quidē tūc sensit quādo cōcubuerit: vel quādo illa surrexit. Conceperūt ergo due filie loth de patre suo. Peperitq; maior filium: et vocauit nomen eius moab. Ipse est pater moabitarū usq; in p̄sentē diem. Minor q̄ȝ peperit filium: et vocauit nomen eius ammon: id est filius populi mei. Ipse est pater ammonitarum usq; hodie. XX

Profectus inde abraham in terrā australem. habitauit inter cades et sur: et peregrinatus ē in geraris. Dixitq; de sara uxore sua: soror mea ē. Misit ergo abimelech rex gerare: et tulit eā. Venit autē deus ad abimelech p somnū nocte: et ait illi. En morieris ꝓpter mulierē quā tulisti. Habet enim virū. Abimelech vero nō tetigerat eā. Et ait. Dñe: num gētem ignorātem et iustā interficies? Nōne ipe dixit michi soror mea ē. et ipsa ait frater meus est? In simplicitate cordis mei et mūdicia manuum mearū feci hoc. Dixitq; ad eū deus. Et ego scio q simplici corde feceris: et ideo custodiui te ne peccares in me: et nō dimisi ut tangeres eā. Nunc ergo redde viro suo uxorē: et orabit p te q ꝓpheta est: et viues. Si autē nolueris reddē: scito q morte morieris tu et omia q̄ tua sūt. Statimq; de nocte cōsurgēs abimelech. vocauit omes seruos suos: et locutus est vniuersa verba hec in auribꝫ eoꝝ. Timueruntq; omes viri valde. Vocauit aūt abimelech etiā abrahā: et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te. q induxisti sup me et sup regnū meum peccatū grande? Que nō debuisti facē: fecisti nob. Rursusq; expostulās ait. Quid vidisti ut hoc facēs? Rn̄dit abrahā. Cogitaui mecū dicens. Forsitā nō ē timor dei in loco isto: et interficient me ꝓpter uxorem meam. Alias aūt et vere soror mea ē: filia p̄ris mei. et nō filia matris mee: et duxi eā in uxorē. Postq̄ aūt eduxit me deus de domo p̄ris mei: dixi ad eā. Hāc misericordiam facies mecū. In omni loco ad quē ingrediemur: dices q frater tuus sim. Tulit igitur abimelech oues et boues et seruos et ancillas: et dedit abraham. Reddiditq; illi saram uxorē suā: et ait. Terra corā vobis ē: ubicūq; tibi placuerit habita. Sare autē dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in velamē oculoꝝ ad omes q̄ tecū sūt: et quocūq; perrexeris memento te dep̄hensam. Orante aūt abraham. sanauit deus abimelech et uxorē. ancillasq; eius: et pepererūt. Concluserat eni dn̄s oēm vuluā domus abimelech: ꝓpter sarā uxorē abrahe.

XXI

Visitauit aūt dn̄s saram sicut ꝓmiserat: et impleuit q̄ locutus ē. Concepitq; et peperit filiū in senectute sua: tp̄e quo p̄dixerat ei deus. Vocauitq; abraham nomē filij sui quē genuit ei sara. ysaac. Et circūcidit eum octauo die. sicut p̄ceperat ei deus: cū esset centū annoꝝ. Hac quippe etate patris. natus est ysaac. Dixitq; sara. Risū fecit michi deus: et quicūq; audierit. corridebit michi. Rursūq; ait. Quis auditurus crederet abrahā. q sara lactaret filiū: quē pepit ei iam seni? Creuit igitur puer: et ablactatus ē. Fecitq; abrahā grāde cōuiuium in die ablactacōnis eius. Cūq; vidisset sara filiū agar egiptie. ludētē cū ysaac filio suo: dixit ad abrahā. Eice ācillā hāc et filiū eius: Non eni erit heres filius ancille: cum filio meo ysaac. Dure accepit hoc abrahā pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperū sup puero et sup ancilla tua. Omnia q̄ dixerit tibi sara. audi vocē eius: q in ysaac vocabitur tibi semen. Sed et filiū ancille faciam in gentē magnam: q semen tuū est. Surrexit itaq; abrahā mane: et tollens panem. et utrem aque. imposuit scapule eius. tradiditq; puerū: et dimisit eam. Que cum abisset: errabat in solitudine bersabee. Cūq; cōsumpta esset aqua in utre: abiecit puerum subter vnā arborē. q̄ ibi erat: et abijt. Seditq; e regione ꝓcul: quātū potest arcus iacē. Dixit eni. Nō videbo morientē puerū. Et sedens ɔtra: leuauit vocē suā et fleuit. Exaudiuit aūt deus vocē pueri. Vocauitq; āgelus dn̄i agar de celo dicens. Quid agis agar? Noli timere. Exaudiuit eni dn̄s vocē pueri: in loco in quo est. Surge et tolle puerū. et tene manū illius: q in gentē magnā faciam eū. Aperuitq; oculos eius deus. Que vidēs puteū aq̄. abijt et impleuit utrē: deditq; puero bibē: et fuit cū eo. Qui creuit et moratus

est in solitudine: factusq; ē iuuenis sagittarius. Habitauitq; in deserto pharan. Et accepit illi mater sua uxorem de terra egipti. Eodē tpe dixit abimelech et phicol prīceps exercitus eius ad abraham. Deus tecū est in vniuersis que agis. Jura ergo per dn̄m ne noceas michi · et posteris meis stirpiq; mee: sꝫ iuxta misericordiam quā feci tibi: facies michi et terre in qua versatus es aduena. Dixitq; abrahā. Ego iurabo. Et increpauit abimelech ꝓpter puteū aque: quē vi abstulerāt serui eius. Rn̄ditq; abimelech. Nesciui quis fecerit hāc rem. Sed et tu nō indicasti michi: et ego non audiui pter hodie. Tulit itaq; abraham oues et boues: et dedit abimelech. Percusserūtq; ambo fedus. Et statuit abraham septē agnas gregis seorsū. Cui dixit abimelech. Quid sibi volūt septē agne iste: quas stare fecisti seorsū? At ille. Septem inquit agnas accipies de manu mea · ut sint michi in testimonium: qm̄ ego fodi puteū istū. Jdcirco vocatus est locus ille bersabee · qꝛ ibi uterq; iurauit: et inierunt fedus ꝓ puteo iuramēti. Surrexit aūt abimelech · et phicol princeps exercitus eius: reuersiq; sunt in terram palestinoꝝ. Abraham vero plantauit nemus in bersabee · et inuocauit ibi nomē dn̄i dei eterni: et fuit colonus terre palestinoꝝ diebꝰ multis. XXII

Que postq̄ gesta sūt · temptauit deus abrahā: et dixit ad eū. Abrahā abraham. Ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis ysaac: et vade in terrā visionis: atq; ibi offeres eū in olocaustū: sup vnū montiū quē monstrauero tibi. Igitur abrahā de nocte cōsurgens · strauit asinū suū: ducēs secum duos iuuenes · et ysaac filiū suū. Cumq; concidisset ligna in olocaustū: abijt ad locū quē preceperat ei deus. Die autē tercio · eleuatis oculis vidit locum procul: dixitq; ad pueros suos. Exspectate hic cū asino: ego et puer illuc usq; ꝓperantes: postq̄ adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna olocausti: et imposuit super ysaac filiū suū. Ipse vero portabat in manibꝰ ignē et gladiū. Cūq; duo pgerēt simul: dixit ysaac prī suo. Pater mi. At ille respōdit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: ubi est victima olocausti? Dixit autē abraham. Deus ꝓuidebit sibi victimā olocausti fili mi. Pergebāt ergo pariter: et venerunt ad locū quē ostenderat ei deus. In quo edificauit altare: et desup ligna cōposuit. Cūq; colligasset ysaac filiū suū: posuit eū in altare sup struem lignoꝝ: extenditq; manū et arripuit gladiū: ut immolaret filiū suū. Et ecce angelus dn̄i de celo clamauit dicens. Abrahā abrahā. Qui respondit. Adsum. Dixitq; ei. Nō extendas manū tuā sup puerū: neq; facias illi quicq̄. Nūc cognoui qꝛ timeas deum: et nō pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit abrahā oculos suos: viditq; post tergum arietem inter vepres herentē cornibꝰ. Quē assumēs: obtulit olocaustū pro filio: appellauitq; nomen loci illius: dn̄s videt. Unde usq; hodie dicitur: in monte dn̄s videbit. Vocauit aūt āgelus dn̄i abraham secūdo de celo dicēs. Per memetipsū iuraui dicit dn̄s: qꝛ fecisti hāc rem · et nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me · bn̄dicam tibi: et multiplicabo semen tuū sicut stellas celi: et velut arenā q̄ ē in litore maris. Possidebit semen tuū portas inimicoꝝ suorū: et bn̄dicētur in semine tuo omēs gentes terre: qꝛ obedisti voci mee. Reuersus ē abraham ad pueros suos: abieruntq; bersabee simul: et habitauit ibi. His ita gestis nūciatū est abraham · qꝛ melcha quoq; genuisset filios nachor fratri suo: hus primogenitū · et buz frēm eius · et chamuel prēm syroꝝ · et caseth · et azau · pheldas quoq; · et iedlaf · et bathuel: de quo nata ē rebecca. Octo istos genuit melcha: nachor fratri abrahā. Cōcubina vero illius noīe roma · peperit thabee · et gaon: et thaas · et maacha. XXIII

Uixit aūt sara centū uiginti septē ānis: et mortua est in ciuitate arbee · que est hebron in terra chanaan. Venitq; abrahā ut plangeret et fleret eam. Cumq; surrexisset ab officio funeris: locutus ē ad filios heth dicēs. Aduena sū et peregrinus apud vos: date michi ius sepulcri vobiscū · ut sepeliā mortuū meū. Rn̄derūt filij heth dicētes. Audi nos dn̄e. Princeps dei es apud nos: in electis sepulcris nr̄is sepeli mortuū tuū: nullusq; te prohibere poterit: quin in monumento eius

sepelias mortuũ tuũ. Surrexit abraham et
adorauit ꝑplum terre: filios videlicet heth.
Dixit qꝫ ad eos. Si placet anime vr̃e ut se
peliã mortuũ meũ· audite me: et intercedite
ꝑ me apud ephron filiuꝫ seor· ut det michi
speluncã duplicẽ quã habꝫ in extrema parte
agri sui. Pecunia digna tradat eã michi
coram vobis: in possessionem sepulcri. Ha=
bitabat aũt ephron in medio filioꝝ heth.
Rn̄ditqꝫ ephron ad abrahã: cunctis audi
entibꝰ q̃ ingrediebãtur portã ciuitatis illiꝰ
dicẽs. Nequaq̃ ita fiet dñe mi: ſꝫ tu magis
ausculta qđ loquor. Agrũ trado tibi ⁊ spe=
lũcam q̃ in eo ẽ: ꝓ̃sentibꝰ filijs ꝑpli mei. Se=
peli mortuũ tuũ. Adorauit abraham coraꝫ
dño ⁊ ꝑplo terre: et locutus est ad ephron:
circũstãte plebe eius. Queso ut audias me.
Dabo pecuniã ꝑ agro: suscipe eã: et sic sepe=
liã mortuũ meuꝫ in agro. Rn̄ditqꝫ ephron.
Dñe mi audi me. Terrã quam postulas· q̃=
dringẽtos siclos argenti valet. Istud ẽ ꝓ̃=
ciũ inter me ⁊ te. Sed quãtũ est hoc? Se=
peli mortuũ tuũ. Quod cũ audisſꝫ abrahaꝫ·
appendit pecuniaꝫ quã ephron postulaue=
rat· audiẽtibꝰ filijs heth q̃dringẽtos siclos
argẽti: ꝓbate monete publice. Confirma=
tus ẽ ager quondã ephronis· in quo erat
spelũca duplex respiciens mambre· tã ipse
quã spelũca: et oĩs arbores eius in cũctis
terminis eius ꝑ circuitũ· abrahe ĩ possessioꝫ
vidẽtibꝰ filijs heth: et cũctis q̃ intrabãt por
tam ciuitatis illius. Atqꝫ ita sepeliuit abra=
ham sarã vxorẽ suã· in spelũca agri duplici
que respiciebat mambre: hec est ebron· in
terra chanaan. Et confirmatus est ager· et
antrũ qđ erat in eo· abrahe in possessionem
monumenti· a filijs heth. XXIIII

Erat aũt abrahaꝫ senex dierũqꝫ mul=
toꝝ: et dñs in cũctis bn̄dixerat ei. Di
xitqꝫ ad ſuũ seniorẽ domus sue q̃ ꝑerat oĩ=
bus q̃ habebat. Pone manũ tuã subter fe=
mur meũ· ut adiurem te ꝑ deũ celi ⁊ terre· ut
nõ accipias vxorẽ filio meo de filiabꝰ cha=
naneoꝝ· inter quos habito: ſꝫ ad terraꝫ et
ꝯgnacõnem meã ꝓficiscaris: et inde acci=
pias vxorem filio meo ysaac. Rn̄dit seruus.
Si noluerit mulier venire mecũ in terram
hãc· nũquid reducẽ debeo filiũ tuũ ad locũ
de quo tu egressus es? Dixitqꝫ abrahã. Ca
ue ne quando reducas filiũ meũ illuc. Dñs
celi ⁊ terre q̃ tulit me de domo pr̃is mei· et de
terra nt̃itatis mee· q̃ locutus ẽ michi· ⁊ iura
uit michi dicẽs. semini tuo dabo terrã hãc:
ipe mittet angelũ suũ coram te· et accipies
inde vxorẽ filio meo. Sin aũt mulier nolu
erit sequi te· nõ teneberis iuramento: filium
tm̃ meũ ne reducas illuc. Posuit ergo ser=
uus manũ sub femore abrahã dñi sui: et iu=
rauit illi sup ſmone hoc. Tulitqꝫ decem ca=
melos de grege dñi sui ⁊ abijt· ex omnibus
bonis eius portãs secũ: profectusqꝫ ꝑrexit
in mesopotamiaꝫ· ad vrbem nachor. Cumqꝫ
camelos fecisſꝫ accũbere extra opidũ· iuxta
puteũ aque· vespere· eo tp̃e quo solẽt muli=
eres egredi ad hauriendaꝫ aquã: orauit
dñm dicẽs. Dñe deus dñi mei abraham· oc=
curre obsecro michi hodie: et fac miſcđiaꝫ
cum dño meo abrahaꝫ. Ecce ego sto prope
fontẽ aque: et filie habitatoꝝ huius ciuita
tis egrediẽtur ad hauriendã aquã. Igit̃
puella cui dixero· inclina ydriã tuã ut bibã·
et illa rn̄derit bibe· quin ⁊ camelis tuis da=
bo potũ: ipa ẽ quã ꝑparasti seruo tuo ysaac:
et ꝑ hoc intelligaꝫ· q̃ feceris miſcđiam cum
dño meo abrahaꝫ. Necdũ intra se verba cõ=
pleuerat: et ecce rebecca egrediebatur filia
bathuel filij melche vxoris nachor fratris
abrahã· hñs ydriam in scapula sua: puella
decora nimis· virgoqꝫ pulcerrima· et inco=
gnita viro. Descenderat aũt ad fontẽ ⁊ im
pleuerat ydriã aqua: ac reuertebatur. Oc=
curritqꝫ ei ſuus ⁊ ait. Pauxillũ aque michi
ad bibendũ prebe de ydria tua. Que rn̄dit.
Bibe dñe mi. Celeriterqꝫ deposuit ydriã sup
vlnã suã: et dedit ei potũ. Cũqꝫ ille bibisset·
adiecit. Quin ⁊ camelis tuis hauriã aquã:
donec cũcti bibant. Effundensqꝫ ydriam in
canalibꝰ recurrit ad puteũ ut hauriret aq̃:
et haustam oĩbꝰ camelibꝰ dedit. Ipse aũt
ꝯtẽplabat̃ eam tacitus: scire volens vtruꝫ
prosperũ iter suũ fecisſꝫ deus an nõ. Postq̃
aũt biberũt cameli protulit vir inaures au=
reas· appendẽtes siclos duos: et armillas
totidẽ· põdo sicloꝝ decem. Dixitqꝫ ad eam.
Cuius es filia? Indica michi. Est in domo
patris tui locus ad manendũ? Que rn̄dit.

Filia sum bathuelis filij nachor: quē peperit
ei melcha. Et addidit dicens. Palearum
q3 et feni plurimū ē apud nos: et locus spa=
ciosus ē ad manenduz. Inclinauit se homo
et adorauit dnm dicēs. Bn̄dictus dn̄s deus
dn̄i mei abrahā. q̄ non abstulit misc̄diam et
veritatez suā a dn̄o meo: et recto itinere me
perduxit in domū fratris dn̄i mei. Cucurrit
itaq3 puella: et nūciauit ī domū mr̄is sue oīa
q̄ audierat. Habebat autē rebecca fratrem
noīe laban. Qui festinus egressus ē ad ho=
minem ubi erat fons. Cūq3 vidisset inaures.
et armillas in manib9 sororis sue. et audisset
cūcta verba referētis hec locutus est michi
homo: venit ad viruz q̄ stabat iuxta came=
los. et ꝓpe fontē aque: dixitq3 ad eū. Ingre
dere bn̄dicte dn̄i. Cur foris stas? ꝑparaui
domū et locū camelis tuis. Et introduxit eū
in hospicium. ac destrauit camelos: deditq3
paleas et fenuz. et aquā ad lauādos pedes
camelorum: et virorum qui venerant cum eo. Et
appositus est ī ↄspectu eius panis. Qui ait.
Nō comedam: donec loquar sermones me=
os. Rn̄dit ei. Loquere. At ille: Seruus inquit
abraham sū. Et dn̄s bn̄dixit dn̄o meo val=
de et magnificatus ē: et dedit ei oues et boues.
argētū et aurum seruos et ancillas. camelos
et asinos. Et peperit sara vxor dn̄i mei filiuz
dn̄o meo in senectute sua: deditq3 illi oīa
q̄ habuerat. Et adiurauit me dn̄s meus di=
cēs. Nō accipies vxorē filio meo de filiabus
chananeorum. in quorum terra habito: sed ad
domū pr̄is mei perges: et de ↄgnacōe mea.
accipies vxorem filio meo. Ego vero rn̄di
dn̄o meo. Quid si noluerit venire mecū mu=
lier? Dominus ait ī cuius ↄspectu ambulo.
mittet angelū suū tecū. et diriget viam tuā:
accipiesq3 vxorem filio meo de cognacōne
mea: et de domo patris mei. Innocens eris
a maledictōne mea: cū veneris ad ꝓximos
meos et nō dederint tibi. Veni ergo hodie
ad fontē aque et dixi. Domine deus dn̄i mei
abraham. si direxisti viam meaz in qua nūc
ambulo. ecce sto iuxta fontē aque: et virgo
q̄ egredietur ad hauriendā aquā. audierit
a me. Da michi pauxillū aque ad bibēdū de
ydria tua. et dixerit michi. et tu bibe. et came
lis tuis hauriā: ipa est mulier quā ꝑparauit
dn̄s filio dn̄i mei. Cunq3 hec tacitus mecum
voluerē. apparuit rebecca veniens cū ydria
quam portabat in scapula: descenditq3 ad
fontez: et hausit aquam. Et aio ad eam. Da
michi paululū bibere. Que festinans depo=
suit ydriam de humero: et dixit michi. Et tu
bibe: et camelis tuis tribuam potum. Bibi: et
adaquauit camelos. Interrogauiq3 eam et
dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia
bathuelis sū. filij nachor: quē pepit ei mel=
cha. Suspendi itaq3 inaures ad ornandaz
faciē eius: et armillas posui in aurib9 eius.
Pronusq3 adoraui dn̄m: bn̄dicēs dn̄o deo
dn̄i mei abraham. q̄ pduxit me recto itinē:
ut sumerez filiam fratris dn̄i mei filio eius.
Quamobrem si facitis misc̄diam et verita=
tem cū dn̄o meo. indicate michi: sin autem
aliud placet. et hoc dicite michi: ut vadam
ad dexterā siue ad sinistrā. Rn̄derūt laban
et bathuel. A dn̄o egressus est sermo. Non
possumus extra placitum eius quicq̄ aliud
loqui tecū. En rebecca coram te est: tolle eā
et proficiscere: et sit vxor filij dn̄i tui: sicut lo
cut9 ē dn̄s. Quod cū audisset puer abrahā:
ꝓcidēs adorauit in terra dn̄m. Prolatisq3
vasis argenteis et aureis. ac vestib9: dedit
ea rebecce ꝓ munere. Fratrib9 quoq3 eius
et mr̄i. dona obtulit. Initoq3 ↄuiuio: vescen=
tes pariter et bibētes māserūt ibi. Surgēs
aūt mane. locutus ē puer. Dimittite me: ut
vadam ad dn̄m meū. Rn̄derūt fratres eius
et mr̄. Maneat puella saltē decē dies apud
nos: et postea ꝓficiscet᷑. Nolite ait me reti=
nere: qr dn̄s direxit viā meā. Dimittite me:
ut pergā ad dn̄m meum. Et dixerunt. Vo=
cemus puellam: et queramus ipius volun=
tatem. Cunq3 vocata venisset: sciscitati sunt.
Vis ire cū homine isto? Que ait. Vadā.
Dimiserunt ergo eam. et nutricē illius: ser=
uumq3 abrahaz et comites eius: imp̄cantes
ꝓspera sorori sue. atq3 dicentes. Soror nr̄a
es. Crescas in mille milia: et possideat semē
tuū portas inimicorum suoruz. Igitur rebecca
et puelle illius. ascensis camelis secute sunt
virū: q̄ festinus reuertebat᷑ ad dn̄m suū. Eo
aūt tpe deābulabat ysaac p viā q̄ ducit ad
puteū: cuius nomē ē viuētis et vidētis. Habi
tabat enī in tr̄a australi: et egressus fueāt ad

meditādū in agro inclinata iam die. Cūq;
eleuasset oculos: vidit camelos venientes
ꝓcul. Rebecca quoq; cōspecto ysaac. descē-
dit de camelo: et ait ad puerū. Quis est ille
hō q̄ venit ꝑ agruʒ in occursū nobis? Dixit
q; ei. Ipe est dn̄s meus. At illa tollens cito
palliū suū· cooperuit se. Seruus aūt cūcta
q̄ gesserat· narrauit dn̄o suo ysaac. Qui in-
troduxit eā in tabernaculū sare matris sue
et accepit eā vxorē: et intantū dilexit eam:
ut dolorē q̄ ex morte matris eius acciderat

XXV

Abrahā vero aliā tēperaret.
duxit vxorem· nomine ceturam: que
ꝑpit ei zamrā· et iexan· et madan· et madi-
an· et iesboch· et sue. Iexan q; genuit saba·
et dadan. Filij dadan fuerunt assurim et la-
thusim et laomim. At vero ex madian ortꝰ
ē epha· et opher· et enoch· et abida· et hel-
daa. Omēs hij filij cethure. Deditq; abra-
ham cūcta q̄ possederat ysaac: filijs autem
cōcubinarū largitus ē munera: et separauit
eos ab ysaac filio suo dū adhuc ipe viuēt
ad plagam orientalem. Fuerunt aūt dies
vite abrahe cētumseptuagintaquīq; anni:
et deficiēs mortuus ē i senectute bona· ꝓue
cteq; etatis· et plenus dierū: ɔgregatusq;
ē ad ꝓplm suū. Et sepelierūt eū ysaac ⁊ ysma
hel filij sui i speluca duplici· q̄ sita ē in agro
ephron· filij seor ethei· e regione mambre:
quā emerat a filijs heth. Ibi sepultus ē ipe·
et sara vxor eius. Et post obitum eius bene-
dixit deus ysaac filio eius. q̄ habitabat iux̄
puteū noīe viuētis ⁊ vidētis. Hee sūt gn̄a-
tiones ysmahel filij abrahe quē ꝑpꝫit ei a-
gar egiptia famula sare: et hec nomina fili
orum eius· in vocabulis ⁊ gn̄acōibus suis.
Primogenitus ysmahelis nabaioth: dein-
de cedar· et abdehel· et mabsan· masma q; et
duma· et massa· adad ⁊ thema ⁊ ithur· et na-
phis ⁊ cedma. Isti sūnt filij ysmahel: et hec
noīa ꝑ castella ⁊ opida eoꝝ· duodecim pn̄-
cipes tribuuʒ suaruʒ. Et facti sunt anni vite
ysmahelis centumtrigintaseptē: deficiensq;
mortuꝰ ē: et appositus ad ꝓplm. Habitauit
aūt ab euila usq; sur: q̄ respicīt egiptū intro-
eūtibꝫ assyrios. Coram cūctis fratribꝫ suis
obijt. Hee q; sūt gn̄acōes ysaac filij abra-
ham. Abraham genuit ysaac. Qui cū qua
draginta esset annoꝝ: duxit vxoreʒ rebec-
cam· filiam bathuelis syri· de mesopotamia·
sororem laban. Deprecatusq; est ysaac do-
minū ꝓ vxore sua: eo q̄ esset sterilis. Qui ex-
audiuit eum ⁊ dedit ɔceptū rebecce: sed col
lidebantur in vtero eoꝝ paruuli. Que ait.
Si sic michi futuruʒ erat: quid necesse fuit
ɔcipere? Perrexitq; ut ɔsuleret dn̄m. Qui
rn̄dens ait. Due gentes sūt in vtero tuo· et
duo ꝓpli ex ventre tuo diuidentur: ꝓplusq;
ꝓplum superabit: et maior seruiet minori. Iā
tempus pariendi aduenerat: et ecce gemi
ni i vtero eius reperti sūt. Qui ꝑmus egres-
sus est rufus erat· et totus in morem pellis
hispidus: vocatumq; est nomen eius esau.
Protinus alter egrediens· plantā fratris
tenebat manū: et idcirco appellauit eū iacob.
Sexagenarius erat ysaac qn̄ nati sūt par
uuli. Quibꝫ adultis· factus ē esau vir gna-
rus venandi· et homo agricola: iacob autē
vir simplex habitabat i tabernaculis. Ysa
ac amabat esau eo q̄ de venacōibus illiꝰ
vesceretur: et rebecca diligebat iacob. Coxit
autē iacob pulmentū. Ad quem cū venisset
esau de agro lassus ait. Da michi de coctōe
hac rufa: q̄ opido lassus sū. Quamobcau-
sam vocatum est nomē eius edom. Cui di-
xit iacob. Vende michi primogenita tua.
Ille rn̄dit. En morior. Quid michi ꝓderūt
primogenita? Ait iacob. Iura ergo michi.
Iurauit ei esau· et vendidit primogenita: et
sic accepto pane et lentis edulio ɔmedit et
bibit et abijt: paruipendēs q̄ ꝑmogenita

XXVI

Orta aūt fame vendidisset.
sup terrā post eā sterilitatē q̄ accide-
rat in diebꝫ abrahaʒ: abijt ysaac ad abime
lech regē palestinoꝝ. in gerara. Apparu-
itq; ei dn̄s et ait. Ne descendas in egiptū:
ſꝫ quiesce in terra quā dixero tibi ⁊ ꝑegrina
re in ea: eroq; tecū ⁊ benedicā tibi. Tibi enī
et semini tuo dabo vniuersas regiones has.
ɔplens iuramētū qđ spopondi abrahaʒ pa-
tri tuo: et multiplicabo semē tuū sicut stellas
celi. Daboq; posteris tuis vniuersas regio-
nes has: et bn̄dicētur i semine tuo oms gē
tes terre: eo q̄ obedierit abrahā voci mee·
et custodierit ꝑcepta mea: et mandata mea
et cerimonias· legesq; seruauerit. Mansit

itaqȝ ysaac ĩ gerariˢ. Qui cū interrogare-
tur a viris loci illius super vxore sua·rñdit.
Soror mea ē. Timuerat enī cōfiteri ꝙ sibi
esſȝ sociata cōiugio: reputās ne forte inter-
ficerēt eū ꝓpter illius pulcritudinē. Cūqȝ
ptransissent dies plurimi ⁊ ibidē moraret̄:
prospiciens abimelech rex palestinoꝝ per
fenestraȝ· vidit eū iocanteȝ cū rebecca vxore
sua: et accersito eo ait. Perspicuū ē ꝙ vxor
tua sit. Cur mentitus es eam sororem tuam
esse ? Rñdit. Timui ne morerer ꝓpter eam.
Dixitqȝ abimelech. Quaē imposuisti nobis.
Potuit coire quispiā de ꝓplo cū vxore tua:
et induxeras sup nos grāde peccatuȝ. Pre-
cepitqȝ omi ꝓplo dicēs. Qui tetigerit hoīs
huius vxorē·morte morietur. Seuit autem
ysaac in terra illa: et inuenit in ip̄o anno cē-
tupluȝ. Benedixitqȝ ei deus·et locupletatus
est homo: et ibat ꝓficiēs atqȝ succrescens·
donec magnus vehementer effectus ē: ha-
buitqȝ possessiones ouium et armentorum
et familie plurimum. Ob hoc inuidentes ei
palestini·omēs puteos quos foderāt serui
patris illius abraham·illo tp̄e obstruxerīt
implētes humo: intantū ut ipse abimelech
diceret ad ysaac. Recede a nobis: qm̄ potē-
tior nob̄ factus es valde. Et ille discedens
ut veniret ad torrenteȝ gerare habitaretqȝ
ibi: rursum fodit alios puteos·quos fode-
rāt serui p̄ris sui abrahā: et quos illo mor-
tuo olim obstruxerāt philistijm. Appella-
uitqȝ eos eisdē nominibꝫ: quibꝫ ante pater
vocauerat. Foderūtqȝ in torrente: et repe-
rerūt aquam viuā. Sed ⁊ ibi iurgium fuit
pastoruȝ gerare·aduersus pastores ysaac
dicentium. Nr̄a est aqua. Quamobrem no-
men putei ex eo q̊d acciderat vocauit calū-
niā. Foderūt aūt ⁊ aliū: et ꝓ illo q̊ȝ rixati sūt:
appellauitqȝ eū inimicicias. Profectus in-
de fodit aliū puteū: ꝓ quo nō cōtēderunt.
Itaqȝ vocauit nomē eius latitudo. dicens.
Nūc dilatauit nos dn̄s: ⁊ fecit crescere sup
terram. Ascendit autē ex illo loco in bersa-
bee: ubi apparuit ei dn̄s in ip̄a nocte dicēs.
Ego sū deus abrahā patris tui. Noli time-
re: q2 ego tecū sū. Bn̄dicā tibi et multiplica-
bo semen tuum: ꝓpter seruū meū abraham.
Itaqȝ edificauit ibi altare dn̄o: et inuocato
noīe dn̄i extēdit tabernaculū: p̄cepitqȝ fuis
suis ut foderēt puteū. Ad quē locum cū ve-
nisſȝ de geraris·abimelech ⁊ ochozath ami-
ci illus·⁊ phicol dux militū: locutus est ysa-
ac. Quid venistis ad me hoīem quem odi-
stis: et expulistis a vobis? Qui rñderunt.
Vidimus tecū esse dn̄m: et idcirco nos dixi-
mus. Sit iuramentū inter nos·et ineamus
fedus·ut non facias nobis quicꝙ̄ mali: sic̄
et nos nichil tuoꝝ attigimus· nec fecimus
q̊d te lederet: sed cū pace dimisimus auctū
bn̄dictōne dn̄i. Fecit ergo eis cōuiuium. Et
post cibum ⁊ potū surgentes mane·iurauē-
rūt sibi mutuo: dimisitqȝ eos ysaac pacifice
in locuȝ suū. Ecce autē venerunt in ipso die
serui ysaac: annūciantes ei de puteo quem
foderant·atqȝ dicētes. Inuenimus aquam.
Unde appellauit eū abūdantiaȝ: et nomē
vrbis impositū est bersabee· usqȝ in p̄senteȝ
diem. Esau vero q̄dragenarius duxit vxo-
res duas: iudith filiam beeri ethei· et base-
tilitatis qui iam nūc futuri sūt· cōgreget in
horrea: et omē frumentū sub pharaonis po
testate cōdatur: seruetur ī vrbibꝫ· et p̄paret᷑
future septē annoꝝ fami· que oppressura ē
egiptū: et nō cōsumet᷑ terra inopia. Placuit
pharaoni cōsiliū: et cunctis ministris eius.
Locutusqꝫ est ad eos. Num inuenire poteri=
mus talē virū qui spiritu dei plenus sit? Di=
xit ergo ad ioseph. Quia ostēdit tibi deus
omia que locutus es· nūquid sapientiorē et
cōsimilē tui inuenire poterō? Tu eris sup do
mum meā: et ad tui oris imperiū cūctus po=
pulus obediet. Vno tātū regni solio p̄ce=
dam te. Dixitqꝫ rursum pharao ad ioseph.
Ecce cōstitui te sup vniuersam terrā egipti.
Tulitqꝫ anulū de manu sua ⁊ dedit eū in ma
nu eius: vestiuitqꝫ eū stolam bissinā: et col=
lo torquē aureā circūposuit. Fecitqꝫ eū ascē=
dere sup currū suū scd̄m clamante precone:
ut oīs corā eo genu flecterēt: et p̄positum
esse scirent vniuerse terre egipti. Dixit qͦꝫ rex
egipti ad ioseph. Ego sum pharao. Absqꝫ
tuo imperio nō mouebit quisq̄ manum aut
pedē in omi terra egipti. Vertitqꝫ nomen
illius: et vocauit eū lingua egiptiaca· salua=
torem mūdi. Deditqꝫ illi vxorē: asseneꝫ filiā
phutifaris sacerdotis eliopoleos. Egressus
ē itaqꝫ ioseph ad terram egipti. Triginta
annoꝝ erat· quādo stetit in cōspectu regis
pharaonis: et circuiuit oīs regiones egi=
pti. Venitqꝫ fertilitas septeꝫ annoꝝ: et in
manipulos redacte segetes cōgregate sūt
in horrea egipti. Omis etiā frugū abūdan
tia· in singulis vrbibꝫ cōdita ē. Tantaqꝫ fu=
it abundantia tritici· ut arene maris coeq̄=
retur: et copia mensurā excedēt. Natiqꝫ sūt
ioseph filij duo anteq̄ veniret fames: quos

ꝓperit ei asseneȝ filia putifaris sacerdotis
eliopoleos. Vocauitq; nomen ꝑmogeniti
manasses. dicēs. Obliuisci me fecit deus om-
nium laboꝝ meorum: et domus patris mei.
Nomē q̄ȝ secūdi appellauit effraim dicens.
Crescere me fecit deus in terra paupertatis
mee. Igitur transactis septē vbertatis ānis
qui fuerāt in egipto: ceperūt venire septem
anni inopie. q̄s p̄dixerat ioseph: et in vni-
uerso orbe fames p̄ualuit. In cuncta etiam
terra egipti. fames erat. Qua esuriēte: cla-
mauit ꝓplus ad pharaonē. alimēta petens.
Quibꝫ ille rn̄dit. Ite ad ioseph: et quicquid
ipse vobis dixerit facite. Crescebat aūt q̄ti-
die fames in omni terra: aperuitq; ioseph
vniuersa horrea: et vendebat egiptijs. Nā
et illos opp̄sserat fames. Omnesq; ꝓuincie
veniebant in egiptum. ut emerent escas: et
malum inopie temperarent. XLII

AUdiēs aūt iacob q̄ alimēta vende-
rētur in egipto: dixit filijs suis. Qua-
rē negligitis? Audiui q̄ triticū venūdetur
in egipto. Descendite. et emite nobis neces-
saria. ut possimus viuē: et nō ꝯsumamur in-
opia. Descēdētes igitur fratres ioseph de-
cem. ut emerēt frumenta in egipto. benia-
min domi retēto a iacob: qui dixerat fratri-
bus eius ne forte in itinere quicq̄ patiatur
mali: ingressi sunt terrā egipti: cū alijs qui
ꝑgebāt ad emēdū. Erat aūt fames ī terra
chanaan: et ioseph erat pn̄ceps ī terra egi-
pti: atq; ad eius nutū frumenta ꝓplis vēde-
bātur. Cūq; adorassent eū fratres sui. et a-
gnouissꝫ eos: quasi ad alienos durius loq̄-
bat᷒. interrogās eos. Vnde venistis? Qui
rn̄derunt. de terra chanaan: ut emamus vi-
ctui necessaria. Et tamē fratres ipse ꝯgno-
scens: nō est ꝯgnitus ab eis. Recordatusq;
somnioꝝ que aliquādo viderat: ait ad eos.
Exploratores estis: ut videatis infirmiora
terre venistis. Qui dixerūt. Non est ita do-
mine: sed serui tui venerūt ut emerent cibos.
Oīnes filij vnius viri sumus. Pacifici veni-
mus: nec quicq̄ famli tui machinant᷒ mali.
Quibꝫ ille rn̄dit. Aliter ē. Immunita terre
huius considerare venistis. At illi dixerūt.
Duodecim inquiūt frēs serui tui sumus: filij
viri vnius in terra chanaan. Minimus cū
patre nostro est: alius nō est sup. Hoc est
ait. q̄d locutus sū. Exploratores estis. Iam
nunc experimentū vr̄i capiaȝ. Per salutem
pharaonis nō egrediemini hinc: donec ve-
niat frater vester minimus. Mittite ex vo-
bis vnū. q adducat eū: vos aūt eritis in vin-
culis. donec ꝓbentur q̄ dixistis: vtrum vera
an falsa sint. Alioquin ꝑ salutē pharaonis.
exploratores estis. Tradidit ergo illos cu-
stodie. tribꝫ diebꝫ. Die autē tercio eductis
de carcere ait. Facite que dixi: et viuetis. De-
um enim timeo. Si pacifici estis. frater ve-
ster vnus ligetur in carcere: vos aūt abite.
et ferte frumēta que emistis ī domos vr̄as.
et frēm vestruȝ minimū ad me adducite: ut
possim vr̄os ꝓbare sermones. et non mori-
amini. Fecerūt ut dixerat: et locuti sūt ad in-
uicē. Merito hec patimur: q̄ peccauimus in
fratrē nostrū vidētes āgustias anime illi᷒
dū dep̄caretur nos. et nō audiuimus: idcir-
co venit super nos ista tribulatio. E quibus
vnus ruben ait. Nūquid nō dixi vobis. no-
lite peccare in puerum: et non audistis me?
En sanguis eius exquiritur. Nesciebāt enī
q̄ intelligeret ioseph: eo q̄ ꝑ interp̄tem lo-
queret᷒ ad eos. Auertitq; se parūper. et fleuit:
et reuersus locutus est ad eos. Tollensq;
simeō. ligās illis p̄sentibus. iussit ministris
ut implerent saccos eoꝝ tritico: et repone-
rēt pecunias singuloꝝ in sacculis suis: da-
tis supra cibarijs in via. Qui fecerūt ita. At
illi portātes frumēta in asinis suis profecti
sunt. Apertoq; vnus sacco. ut daret iumento
pabulū in diuersorio. cōtemplatus pecuniā
in ore sacculi: dixit fratribꝫ suis. Reddita ē
michi pecunia. En habet᷒ in sacco. Et obstu-
pefacti turbatiq;. mutuo dixerūt. Quid nā
est hoc q̄d fecit nobis deus? Veneruntq;
ad iacob p̄rem suū ī terra chanaan: et nar-
rauerūt ei oīa que accidissent sibi dicētes.
Locutus est nobis dn̄s terre dure: et puta-
uit nos exploratores esse ꝓuincie. Cui re-
spondimus. Pacifici sumus: nec vllas moli-
mur insidias. Duodecim fratres vno patre
geniti sumus: vnus nō est sup: minimus cū
patre nostro est in terra chanaan. Qui ait
nobis. Sic ꝓbabo q̄ pacifici sitis. Fratreȝ
vestruȝ vnum dimittite apud me: et cibaria

domibus vestris necessaria sumite·et abite.
Fratremq; vr̃m minimũ adducite ad me· ut
sciam q non sitis exploratores: et istum qui
tenetur in vinclis recipere possitis: ac dein=
ceps que vultis emendi habeatis licẽtiaz.
Hijs dictis·cũ frumẽta effunderẽt· singuli
repererunt in ore saccoꝝ ligatas pecunias:
exterritisq; simul omĩbꝫ· dixit pater iacob.
Absq; liberis me esse fecistis. Joseph non
est sup: simeon tenetur in vinculis·et beniã=
min aufferetis: In me hec omĩa mala recide=
rũt. Cui rñdit ruben. Duos filios meos in=
terfice: si non reduxero illũ tibi. Trade illũ
in manu mea: et ego eum tibi restituam. At
ille: nõ descẽdet inquit filius meus vobiscũ.
Frater eius mortuus est: et ipe solus remã=
sit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra
ad quã pergitis: deducetis canos meos cũ
dolore ad inferos. XLIII

Interim fames oẽm terraz vehemẽter p̃me=
bat: ɔsũptisq; cibis q̃s ex egipto detulerãt:
dixit iacob ad filios suos. Reuertimini: et emi
te nobis pauxillũ escarũ. Rñdit iudas. De=
nũciauit nobis vir ille sub attestacõe iuris=
iurãdi·dicẽs. Nõ videbitis faciẽ meaz: nisi
frẽm vestruz minimũ adduxeritis vobiscũ.
Si ergo vis eũ mittere nobiscũ pergemus
pariter et ememus tibi necessaria: si autem
nõ vis: nõ ibimus. Vir enĩ ut sepe diximus.
denũciauit nobis dicẽs. Nõ videbitis faciẽ
meã absq; fratre vr̃o minimo. Dixitq; eis isrl'.
In meã hoc fecistis miseriã: ut indicaretis ei
et aliũ habere vos fratrẽ. At illi rñderunt.
Interrogauit nos homo p ordinez nostrã
ꝓgeniẽ: si pater viueret: si haberemus fra=
trem. Et nos rñdimus ei ɔsequenter: iuxta
id qđ fuerat sciscitatus. Nũquid scire pote=
ramus q dicturus esset: adducite fratrem
vr̃m vobiscuz: Judas q; dixit p̃ri suo. Mit=
te puerũ mecũ ut ꝓficiscamur ⁊ possimus vi=
uere: ne moriamur nos ⁊ paruuli nr̃i. Ego
suscipio puerũ: de manu mea reqre illũ. Ni=
si reduxero ⁊ reddidero eũ tibi: ero pecca=
ti reus in te omni tẽpore. Si nõ intercessisset
dilatio: iam vice altera venissemus. Igitur
isrl' pater eoꝝ dixit ad eos. Si sic necesse
est: facite quod vultis. Sumite de optimis
terre frugibꝫ in vasis vestris ⁊ deferte viro
munera: modicũ resine ⁊ mellis·et storacis ⁊
stactes·et therebinti·et amigdalarũ. Pecu
niãq; duplicẽ ferte vobiscũ: et illã quam in=
uenistis i sacculis reportate: ne forte erro=
re factũ sit. Sed ⁊ frẽm vestrũ tollite: et ite
ad virũ. Deus aũt meus omnipotẽs faciat
vobis eũ placabilẽ: et remittat vobiscũ fra=
trem vr̃m quẽ tenet in vinculis: et hũc ben=
iamin. Ego aũt quasi orbatus·absq; liberis
ero. Tulerũt ergo viri munera ⁊ pecuniam
duplicẽ ⁊ beniamin: descẽderũtq; in egiptũ:
et steterũt corã ioseph. Quos cũ ille vidisset
et beniamin simul: p̃cepit dispẽsatori domus
sue dicẽs. Introduc viros domũ: et occide
victimas·et instrue cõuiuiũ: quoniã hodie
mecũ sũt comesturi meridie. Fecit ille quod
sibi fuerat imperatũ: et introduxit viros do=
mũ. Ibiq; exterriti dixerũt mutuo. Propter
pecuniã quã retulimus prius in saccis nr̃is.
introducti sumus: ut deuoluat in nos calu=
mniã·et violenter subiciat seruituti: et nos et
asinos nostros. Quamobrem in ipis foribꝫ
accedẽtes ad dispẽsatorẽ·locuti sũt. Oram9
dñe ut audias nos. Jam ante descẽdimus.
ut emeremus escas: quibꝫ emptis·cũ venis=
semus ad diuersoriũ·aperuim9 saccos no=
stros·et inuenimus pecuniã in ore saccorũ:
quã nũc eodẽ pondere reportauimus. Sed
et aliud attulimus argentuz: ut emamus q̃
nobis necessaria sũt. Nõ est in nostra ɔsciẽ=
tia: quis posuerit eã in marsupijs nr̃is. At
ille rñdit. Pax vobiscũ: nolite timere. Deus
vester ⁊ deus p̃ris vestri·dedit vobis thesau=
ros in saccis vestris. Nam pecuniam quam
dedistis michi: ꝓbataz ego habeo. Eduxit
q; ad eos simeon. Et introductis domũ at=
tulit aquam: et lauerũt pedes suos: deditq;
pabulũ asinis eoꝝ. Illi vero parabant mu=
nera: donec ingredẽr ioseph meridie. Au=
dierant enim q ibi comesturi essent panez.
Igitur ingressus ẽ ioseph domũ suã: obtu=
lerũtq; ei munera·tenẽtes in manibꝫ suis: et
adorauerũt ꝓni in terrã. At ille clemẽter re=
salutatis eis: interrogauit eos dicẽs. Sa=
nusne est pater vester senex: de quo dixeratis
michi: Adhuc viuit: Qui rñderunt. So=
spes est·seruus tuus pater noster. Adhuc
viuit. Et incuruati adorauerũt eũ. Attollẽs

autēȝ ioseph oculos: vidit beniamin frēm suū vterinū. et ait. Iste est frater vester paruulus: de quo dixeratis michi? Et rursum. Deus inquit misereat̃ tui fili mi. Festinauitq; in domū. quia cōmota fuerāt viscera eius sup fratre suo: et erūpebāt lacrime: et introiens cubiculū fleuit. Rursumq; lota facie egressus. continuit se: et ait. Ponite panes. Quibꝫ appositis. seorsuȝ ioseph. et seorsum fratribus. egiptijs q; qui vescebantur simul seorsū: illicitū est eni egiptijs comedere cū hebreis. et ꝓphanū putāt huiuscemodi cōuiuiū: sederūt coram eo. primogenitus iuxta primogenita sua. et minimus iuxta etatē suā. Et mirabātur nimis: sūptis partibꝫ quas ab eo acceperāt. Maiorq; ps venit beniamin: ita ut quinq; partibꝫ excederet. Biberuntq; et inebriati sūt cum eo. XLIIII

Precepit aūt ioseph dispēsatori domꝰ sue. dicēs. Imple saccos eoꝝ frumēto quātū possunt capere: et pone pecuniā singuloꝝ ī sūmitate sacci. Ciphū aūt meū argenteū. et p̄cium quod dedit tritici: pone in ore sacci iunioris. Factūq; ē ita. Et orto mane. dimissi sunt cū asinis suis. Iamq; vrbem exierāt: et ꝓcesserāt paululuȝ. Tunc ioseph accersito dispensatore domus ait. Surge inquit et ꝑsequere viros: et apꝑhensis dicito. Quare reddidistis malū ꝓ bono? Ciphus quē furati estis: ipe est in quo bibit dominꝰ meus: et in quo augurari solet. Pessimam rē fecistis. Fecit ille ut iusserat: et apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderūt. Quare sic loquitur dn̄s noster: ut serui tui tātū flagiciȝ cōmiserint? Pecuniā quā inuenimus ī sūmitate saccoꝝ. reportauimꝰ ad te de terra chanaan. Et quomō ꝯsequēs ē. ut furati simus de domo dn̄i tui auruȝ vel argentū? Apud quemcunq; fuerit inuentū seruoꝝ tuoꝝ qd̄ queris moriatur: et nos erimꝰ serui dn̄i nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vestrā sententiā. Apud quemcūq; fuerit inuētū. ipse sit seruus meus: vos aūt eritis innoxij. Itaq; festinato deponētes ī terrā saccos: aperuerūt singuli. Quos scrutatus. incipiēs a maiore usq; ad minimū: inuenit ciphuȝ in sacco beniamin. At illi scissis vestibꝫ. oneratisq; rursū asinis. reuⱥi sūt in opidū: p̄musq;

iudas cū fratribꝫ. ingressus est ad ioseph. Necduȝ enim de loco abierat. Omnesq; ante eū pariter in terram corruerunt. Quibꝫ ille ait. Cur sic agere voluistis? An ignoratis q̄ nō sit similis mei ī augurandi sciencia? Cui iudas. Quid rn̄debimus inquit dn̄o meo. vel quid loquemur: aut iuste poterimꝰ obtendē? Deus inuenit iniq̄tatē seruoꝝ tuorū. En oms̄ serui sumus dn̄i mei: et nos et apud quē inuētus ē ciphus. Rn̄dit ioseph. Absit a me: ut sic agam. Qui furatus est ciphū: ipe sit seruus meus: vos autē abite liberi ad p̄rem vestrum. Accedēs aūt ꝓpius iudas. cōfidēter ait. Oro dn̄e audi me: ut loq̄tur seruus tuus verbuȝ in auribꝫ tuis: et ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post pharaoneȝ dn̄s meus. Interrogasti prius seruos tuos habetis p̄rem aut frēm: et nos rn̄dimus tibi dn̄o meo. Est nobis pater senex: et puer paruulus q̄ in senectute illius natus est: cuius vterinus frater ē mortuus: et ipsū solū habet mater sua: p̄r vero tenere diligit eum. Dixistiq; seruis tuis. Adducite eū ad me: et ponā oculos meos super illuȝ. Suggessimus tibi dn̄o meo: nō potest puer relinq̄re p̄rem suū. Si enim illū dimiserit morietur. Et dixisti seruis tuis. Nisi venerit frater vester minimꝰ vobiscū: nō videbitis amplius faciē meā. Cū ergo ascēdissemus ad famulū tuū patrē nostrū: narrauimus ei omnia que locutus est dn̄s meus. Et dixit pater noster. Reuertimini: et emite nobis parum tritici. Cui diximus. Nō possumus ire. Si frater noster minimus descēderit nobiscū ꝓficiscemur simul: alioquin illo absente nō audemus videre faciē viri. At ille respōdit. Vos scitis q̄ duos genuerit michi vxor mea. Egressus est vnus et dixistis bestia deuorauit eū: et hucusq; non ꝯparet. Si tuleritis et istū et aliquid ei in via contigerit: deducetis canos meos cū merore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruuȝ tuū p̄rem nostruȝ et puer defuerit: cū anima illius ex huius aīa dependeat. videritq; eū non esse nobiscū. morietur: et deducēt famuli tui canos eius cū dolore ad inferos. Ego ꝓprie seruꝰ tuus sim: qui in meam hunc recepi fidem. et spopondi dicēs. Nisi reduxero eum: peccati

reus ero i p̄rem meū oī tp̄e. Manebo itaq;
seruus tuus p̄ puero in ministerio dn̄i mei:
et puer ascendat cū fratribꝫ suis. Nō enim
possum redire ad p̄rem absente puero: ne
calamitatis que oppssura ē p̄rem meū testis

XLV

Non se poterat ultra assistā.
cohibere ioseph. multis coram astan-
tibꝫ: vnde p̄cepit ut egrederēt̄ cūcti foras:
et nullus interesset alienus agnicōni mutue.
Eleuauitq; vocē cum fletu: quā audierunt
egiptij omnisq; domus pharaonis: et dixit
fratribꝫ suis. Ego sū ioseph. Adhuc pater
meus viuit? Nō poterāt respondere fratres:
nimio terrore p̄territi. Ad quos ille clemē-
ter: accedite inquit ad me. Et cū appropin-
quassent p̄pe: ego sū ait ioseph frater vr̄:
quē vendidistis in egiptū. Nolite pauere:
neq; vobis durū esse videatur q̄ vēdidistis
me in hijs regionibꝫ. Pro salute enim vr̄a
misit me deus ante vos in egiptū. Biennīū
est enim q̄ cepit fames esse in terra: et ad-
huc quinq; anni restant: quibꝫ nec arari po-
terit nec meti. Premisitq; me deus ut reser-
uemini sup terrā: et escas ad viuendū habe-
re possitis. Non vr̄o cōsilio s; dei voluntate
huc missus sum: qui fecit me quasi patrem
pharaonis. et dominū vniuse domus eius:
ac principē in om̄i terra egipti. Festinate et
ascendite ad patrē meū: et dicetis ei. Hec
mandat filius tuus ioseph. Deus fecit me
dn̄m vniuerse terre egipti. Descēde ad me
ne moreris: et habitabis i terra iessen. Eris
q; iuxta me. tu et filij tui. et filij filiorū tuorū:
oues tue. et armēta tua. et vniuersa q̄ possi-
des: ibiq; te pascam. Adhuc enim quinq;
anni residui sūt famis: ne ⁊ tu pereas. et oīs
domus tua: et omnia que possides. En oculi
vestri. et oculi fratris mei beniamin vident:
q̄ os meū loquatur ad vos. Nunciate patri
meo vniuersam gloriā meā: et cūcta q̄ vidi-
stis in egipto. Festinate: et adducite eum
ad me. Cūq; amplexatus recidisset in collū
beniamin fratris sui fleuit: illo q; siliter fle-
te sup collū eius. Osculatusq; ē ioseph oēs
frēs suos: et plorauit sup singlos. Post q̄.
ausi sūt loqui ad eū. Audituq; est ⁊ celebri
sermone vulgatū i aula regis: venerūt frēs
ioseph. Et gauisus est pharao: atq; omnis
familia eius. Dixitq; ad ioseph: ut imparet
fratribꝫ suis dicēs. Onerantes iumenta ite
in terrā chanaan. et tollite inde p̄rem vr̄m
et cognacōem. et venite ad me: et ego dabo
vobis oīa bona egipti. ut comedatis me-
dullā terre. Precipe etiā ut tollant plaustra
de terra egipti: ad subuectōem paruulorū
suorū ac coniugum. Et dicito. Tollite p̄rem ve
strū. et p̄perate qu intotius veniētes: nec di-
mittatis quicq̄ de supellectili vr̄a: q̄ omēs
opes egipti vr̄e erūt. Feceruntq; filij israhel:
ut eis mādatū fuerat. Quibꝫ dedit ioseph
plaustra. scđm pharaonis imperiū: et ciba-
ria i itinere. Singulis q; p̄ferri iussit binas
stolas: beniamin vero dedit trecētos argē-
teos. cū quinq; stolis optimis. tantundem
pecunie ⁊ vestiū mittēs patri suo: addēs eis
asinos decē. qui subueherēt ex omnibꝫ diui-
tijs egipti: et totidē asinas triticū in itinere.
panesq; portātes. Dimisit ergo frēs suos:
et p̄fiscentibꝫ ait. Ne irascamini in via. Qui
ascendētes ex egipto. venerūt in terrā cha
naan ad p̄rem suū iacob: et nūciauerūt ei di-
centes. Joseph filius tuus viuit: et ip̄e dn̄a
tur in omni terra egipti. Quo audito iacob:
quasi de graui somno euigilans. tamē non
credebat eis: illi ecōtra referebāt oēm ordi
nem rei. Cūq; vidisset plaustra ⁊ vniuersa q̄
miserat: reuixit sp̄us eius. et ait. Sufficit mi-
chi si adhuc ioseph filius meus viuit: va-
dā et videbo illū anteq̄ moriar.

XLVI

Profectusq; israhel cū omībꝫ q̄ habe-
bat. uenit ad puteū iuramēti: ⁊ mactā-
tis ibi victimis deo p̄ris sui ysaac. audiuit
eū p visionē nocte vocātē se: et dicentē sibi.
Jacob iacob. Cui r̄ndit. Ecce assum. Ait illi
deus. Ego sū fortissimus deus p̄ris tui. Noli
timere: sed descende in egiptū: q̄ in gentē
magnā faciā te ibi. Ego descendā tecum il-
luc: et ego inde adducā te reuertentē. Jo-
seph q; ponet manus suas sup oculos tuos.
Surrexit iacob mane a puteo iuramenti:
tulerūtq; eū filij cū puulis ⁊ vxoribꝫ suis. in
plaustris que miserat pharao ad portādū
senem: et oīa q̄ possederat in terra chana-
an. Venitq; in egiptū cū om̄i semine suo:
filij eius ⁊ nepotes: filie et cūcta simul pro-
genies. Hec sūt aūt nomina filiorū israhel.

qui ingressi sūt ī egiptū: ipe cū liberis suis. Primogenitus ruben. Filij ruben: enoch ⁊ phallu. et esrom. et charmi. Filij simeon: ia=muhel. et iamin ⁊ iami. et ahod. et iachin. et saher ⁊ saul filius chananitidis. Filij leui: ger=sō ⁊ caath. ⁊ merari. Filij iuda: her. ⁊ onan. et sela. et phares. et zara. Mortui sūt aūt her et onan ī terra chanaā. Natiq; sūt filij pha=res: esrom ⁊ amul. Filij ysachar: thola et p=hua. ⁊ iobab. ⁊ semrō. Filij zabulō: sareth. et chelon. et iahelel. Hij filij lye. quos genu=it ī mesopotamia syrie: cū dina filia sua. O=mnes anime filioꝝ eius ⁊ filiaꝝ triginta=tres. Filij gad: sephon. ⁊ aggi. et esebon. et suni. ⁊ heri. ⁊ arodi ⁊ areli. Filij aser: iemna. et iesua. et iesui. et beria. sara quoq; soror eorum. Filij beria: heber ⁊ melchiel. Hij filij zelphe. quā dedit laban lye filie sue: et hos genuit iacob: sedecim aīmas. Filij rachel vxoris ia=cob: ioseph et beniamin. Natiq; sūt ioseph filij in terra egipti: quos genuit ei assenez filia phutifaris sacerdotis eliopoleos. ma=nasses. et effraim. Filij beniamin: bela. et be=chor. et asbel. ⁊ gera. et naaman. et iechri. et iethros mophim et ofim. et ared. Hij filij rachel quos genuit iacob: omes anime q=tuordecī. Filij dan: vsan. Filij neptalim: ia=siel. ⁊ guni. et ieser ⁊ salē. Hij filij bale. quā dedit laban racheli filie sue: et hos genuit iacob: omes anime septē. Cūcteq; aīe que ingresse sūt cū iacob in egiptum: et egresse sūt de femore illius. absq; vxoribꝫ filiorum eius: sexaginta sex. Filij aūt ioseph. q̄ na=ti sūt ei in terra egipti: anime due. Oēs aīe domus iacob. que ingresse sūt in egiptum: fuere septuaginta. Misit aūt iacob iudam ante se ad ioseph in egiptū. ut nūciaēt ei: et ille occurreret ī iessen. Quo cū puenisset iūcto ioseph curru suo. ascendit obuiā prī ad eundē locū: vidensq; eū. irruit sup collū eius: et inter amplexus fleuit. Dixitq; pat̄ ad ioseph. Jam letus moriar q̄ vidi faciē tuā: et supstitē te relinquo. Et ille locutus ē ad fratres suos: et ad omez domū patris sui. Ascendam et nūciabo pharaoni: dicāq; ei. Fratres mei ⁊ domus pris mei qui erant in terra chanaan. venerūt ad me: et sūt viri pastores ouiū. curamq; habēt alendorum gregū. Pecora sua. et armētā et omia que habere potuerūt. adduxerunt secū. Cumq; vocauerit vos. et dixerit. qđ ē opus vrm: rn̄debitis. Viri pastores sumus serui tui. ab infantia nr̄a vsq; in p̄sens: et nos et patres nr̄i. Hec aūt dicetis. ut habitare possitis ī terra iessen: quia detestantur egiptij omes

XLVII

Ingressus ergo pastores ouiū. ioseph: nūciauit pharaoni dicēs. Pater me=us ⁊ frēs. oues eoꝝ ⁊ armēta. et cūcta que possidēt. venerunt de terra chanaan: et ecce ↄsistūt in terra iessen. Extremos quoq; fratrū suoꝝ quinq; viros ↄstituit corā rege. Quos ille interrogauit. Quid habetis opis: Rn̄de=rūt. Pastores ouiū sumus serui tui: et nos et prēs nostri. Ad pegrinādū in terrā tuam venimus: qm̄ nō est herba gregibꝫ seruorū tuoꝝ. ingrauescēte fame ī terra chanaan. Petimusq; ut esse nos iubeas seruos tuos in terra iessen. Dixit itaq; rex ad ioseph. Pa=ter tuus ⁊ frēs tui venerūt ad te. Terra egi=pti in ↄspectu tuo ē: in optimo loco fac eos habitaē: et trade eis terrā iessen. Qđ si no=sti in eis esse viros industrios: ↄstitue illos magistros pecorum meoꝝ. Post hec in=troduxit ioseph prēz suū ad regē: et sta=tuit eū corā eo. Qui bn̄dicēs illi: et interro=gatus ab eo. quot sūt dies ānoꝝ vite tue: rn̄dit. Dies pegrinacōis vite mee centūtri=ginta ānoꝝ sūt. parui ⁊ mali: et nō puene=rūt usq; ad dies patrū meoꝝ quibꝫ pegri=nati sūt. Et bn̄dicto regē. egressus ē foras Joseph vero patri ⁊ fratribꝫ suis dedit pos=sessionē in egipto ī optimo t̄re solo rames=ses. ut p̄cepat phrao: ⁊ alebat eos. omem=q; domū patris sui. p̄bēs cibaria singulis. In toto eni orbe panis deerat: et oppresserat fa=mes terrā: maxime egipti. ⁊ chanaan. E q̄=bus omez pecuniā ↄgregauit p vendicōe frumti: et intulit eā in erariū regis. Cūq; de=fecisset emptoribꝫ p̄ciū: venit cūcta egip=tus ad ioseph dicēs. Da nobis panes. Quaē morimur corā te. deficiēte pecunia? Quibꝫ il=le rn̄dit. Adducite pecora vr̄a: et dabo vo=bis p eis cibos: si p̄ciū non habetis. Que cū adduxissent dedit eis alimēta p equis ⁊ o=uibꝫ ⁊ bobus ⁊ asinis: sustētauitq; eos illō ā=nō p ↄmutacōe pecoꝝ. Venerūt quoq; āno scd̄o

et dixerūt ei. Non celamus dn̄o nostro q̄
deficiente pecunia· pecora simul defecerunt:
nec clām te ē: q̄ absq̧ corporib⁹ et terra ni=
chil habemus. Cur ergo moriemur te vi=
dente? Et nos ⁊ terra nr̄a tui erimus. Eme
nos ī ſuitutē regiā· et p̄be semina: ne ꝑeūte
cultore redigatur terra ī solitudinē. Emit
igit᷑ ioseph om̄ez terrā egipti: vendētib⁹
singulis possessiones suas ꝑ magnitudine
famis. Subiecitq̧ eā pharaoni· et cūctos
ꝓplos eius· a nouissimis t'minis egipti vs=
q̧ ad extremos fines eius p̄ter terrā sacer
dotū q̄ a rege tradita fuerat eis: quib⁹ ⁊ sta
tuta cibaria ex horreis publicis p̄bebant᷑:
et idcirco nō sūt ꝯpulsi vendē possessiones
suas. Dixit ergo ioseph ad populos. En ut
cernitis et vos ⁊ terram vr̄az pharao possi
det. Accipite semina ⁊ serite agros: ut fru=
ges habere possitis. Quintā partē regi da
bitis: q̄tuor reliquas ꝑmitto vobis in semē
tem· et in cibū familijs ⁊ liberis vr̄is. Qui rn̄
derunt. Salus nr̄a in manu tua ē. Respiciat
nos tantū dn̄s noster: ⁊ leti ſuiemus regi.
Ex eo tp̄e usq̧ ī presentē diem in vniuersa
terra egipti regib⁹ quinta ꝑs soluit᷑: et fa
ctum est quasi in legē· absq̧ terra sacerdo
tali: q̄ libera ab hac ꝯditione fuit. Habita
uit ergo isrl' in egipto· id est in terra iessen
et possedit eā: auctusq̧ est et multiplicatus
nimis: et vixit in ea decē et septē ānis. Fa=
ctiq̧ sūt om̄es dies vite illius centūq̄dra=
ginta septē ānoꝝ. Cūq̧ appropinq̄re cer=
neret diē mortis eius· vocauit filiū suū io=
seph: et dixit ad eū. Si inueni grā̄z in ꝯspe=
ctu tuo· pone manū tuā sub femore meo· et
facies michi misc̄diam et veritatem: ut nō
sepelias me in egipto· ꝫ dormiā cū patrib⁹
meis: et auferas me de t'ra hac· ꝯdasq̧ me
ī sepulcro maiorū. Cui rn̄dit ioseph. Ego
faciam qd̄ iussisti. Et ille: iura ergo inquit
michi. Quo iurāte: adorauit israhel dominū:
ꝯuersus ad lectuli caput. XLVIII

His ita trāsactis nūciatū est ioseph: q̄
egrotaret pr̄ suus. Qui assumptis
duob⁹ filijs manasse ⁊ effraim: ire ꝑrexit. Di
ctūq̧ est seni. Ecce filius tuus ioseph venit
ad te. Qui ꝯfortatus sedit in lectulo. Et in
gresso ad se ioseph ait. Deus omnipotens
apparuit michi in luza· q̄ est in terra chana
an: bn̄dixitq̧ michi· et ait. Ego te augebo
et multiplicabo: ⁊ faciā te in turbas ꝓplorū.
Daboq̧ tibi terraz hanc· et semini tuo post
te: in possessionē sempiternā. Duo ergo fi=
lij tui q̄ nati sūt tibi in t'ra egipti· anteq̄ͣ huc
venirē ad te· mei erūt effraim et manasses:
sicut simeon et ruben reputabuntur michi.
Reliquos aūt q̄s genueris post eos tui erūt:
et nomine fratrū suorū vocabūt᷑ in possessi
onib⁹ suis. Michi enim quando veniebā de
mesopotamia· mortua est rachel in t'ra cha=
naan: in ip̄o itinere. Eratq̧ vernū tempus.
Et ingrediebar effratam· et sepeliui eā iux̄
viā effrathe: q̄ alio nomine appellatur beth
leem. Videns aūt filios eius· dixit ad eum.
Qui sūt isti? Rn̄dit. Filij mei sunt: q̄s dona
uit michi dn̄s in hoc loco. Adduc inquit
eos ad me: ut bn̄dicā illis. Oculi enī israhel
caligabant p̄ nimia senectute: ⁊ clare vide
re nō poterat. Applicatosq̧ ad se deoscula
tus· et circūplexus: dixit ad filiū suū. Nō sū
fraudatus aspectu tuo: insup ostēdit michi
deus semen tuū. Cumq̧ tulisset eos ioseph de
gremio pr̄is· adorauit ꝓnus in t'ram: et po
suit ephraim ad dexteram suā id est ad sini
strā israhel: manassen vero in sinistra sua ad
dexterā scz̄ pr̄is: applicuitq̧ ambos ad eum.
Qui extendēs manū dexterā· posuit sup ca=
put effraim minoris fratris: sinistrā aūt su=
per caput manasse· q̄ maior natu erat: ꝯmu=
tās manus. Bn̄dixitq̧ iacob filios ioseph:
et ait. Deus in cuius ꝯspectu ābulauerūt pa=
tres mei abraham ⁊ isaac: deus q̄ pascit me
ab adolescentia mea usq̧ in presentē diem:
angelus q̄ eruit me de cūctis malis· bn̄di=
cat pueris istis: ⁊ inuocetur sup eos nomē
meū· noīa q̧ pr̄m meoꝝ abrahā ⁊ ysaac: et
crescant ī multitudine sup terrā. Vidēs aūt
ioseph q̄ posuisset pr̄ suus dextrā manū sup
caput effraim: grauiter accepit. Et apphē=
sam manū patris· leuare conatus ē· de capi
te effraim: ⁊ trāsferre super caput manasse.
Dixitq̧ ad patrē. Nō ita ꝯuenit pater: q̄
hic est p̄mogenitus. Pone dexterā tuā sup
caput eius. Qui renuens ait. Scio fili mi
scio. Et iste quippe erit in ꝓplos· et multipli
cabitur: ꝫ frater eius minor maior erit illo:

et semen illius crescet ĩ gentes. Bñdixitq;
eis in tpe illo dicens. In te bñdicetur isra=
hel: atq; dicetur. Faciat tibi deus sicut effra
im ⁊ sicut manasse. Cõstituitq; effraim an=
te manassen. Et ait ad ioseph filiũ suũ. En
ego morior: ⁊ erit deus vobiscũ: et reducet
vos ad terrã patrũ vestrorũ. Do tibi par=
tẽ vnã extra fratres tuos: quã tuli de manũ
amorrei in gladio et arcu meo. XLIX

Vocauit autẽ iacob filios suos: et ait
eis. Cõgregamini: ut ãnũciẽ q̃ ventura
sũt vobis ĩ diebꝰ nouissimis. Cõgregami
ni ⁊ audite filij iacob: audite isrł patrẽ
vr̃m. Ruben p̃mogenitus meus. Tu fortitu
do mea: et principiũ doloris mei. Prior ĩ do
nis: maior ĩ imperio. Effusus es sicut aquã.
Nõ crescas: q; ascendisti cubile pr̃is tui: et
maculasti stratũ eius. Simeon ⁊ leui frẽs:
vasa iniq̃tatis bellantia. In ↄsiliũ eorũ non
veniat aĩa mea. et in cetu illorũ nõ sit glĩa
mea: q; ĩ furore suo occiderũt virũ: et in vo
luntate sua suffoderũt murũ. Maledictus
furor eorũ q; ptinax: et indignacõ eorũ q;
dura. Diuidam eos in iacob: et dispgã eos
in isrł. Iuda: te laudabũt frẽs tui. Manus
tue in ceruicibꝰ inimicorũ tuorũ: adorabũt
te filij patris tui. Catulus leonis iuda. Ad
p̃dam fili mi ascendisti: req̃escẽs accubui
sti ut leo: et q̃si leena. Quis suscitabit eũ?
Nõ auferet̃ sceptrũ de iuda. ⁊ dux de femo
re eius: donec veniat q̃ mittendus ẽ: et ipe
erit exspectatio gentiũ. Ligans ad vineã
pullũ suũ: et ad vitẽ o fili mi asinã suã. La
uabit in vino stolã suã: et in sanguine vue
pullũ suũ. Pulchriores sũt oculi eius vino:
et dẽtes eius lacte cãdidiores. Zabolon in
litore maris habitabit: et in stacõe nauiũ:
ptingens usq; ad sydonẽ. Ysachar asinus
fortis: accubãs inter terminos. Vidit req̃
em q; esset bona. et terrã q; optima: et suppo
suit humerũ suũ ad portãdũ: factusq; ẽ tri
butis seruiẽs. Dan iudicabit pp̃lm suũ: sicut
et alia tribꝰ ĩ isrł. Fiat dan coluber ĩ via
cerastes in semita: mordẽs vngulas equi:
ut cadat ascensor eius retro. Salutarẽ tuũ
exspectabo dñe. Gad accinctus preliabit̃
ante eũ: ⁊ ipe accingetur retrorsũ. Aser pin
guis panis eius: et p̃bebit delicias regibꝰ.

Neptalim ceruus emissus: et dans eloquia
pulcritudinis. Filius accrescẽs ioseph: fi=
lius accrescẽs ⁊ decorus aspectu. Filie discur
rerũt sup murũ: sꝫ exasperauert eũ. et iurga
ti sũt: inuiderũtq; illi hñtes iacula. Sedit
in forti arcus eius: et dissoluta sunt vincula
brachiorũ et manuũ illius. p manus potẽ
tis iacob. Inde pastor egressus ẽ: lapis is=
rahel. Deus pr̃is tui erit adiutor tuus: ⁊ omi=
potẽs bñdicet tibi bñdictõibꝰ celi desup.
bñdictõibꝰ abissi iacẽtis deorsũ: bñdictõ=
nibꝰ vberũ ⁊ vulue. Bñdictões patris tui.
ↄfortate sunt bñdictõibꝰ patrũ eius: do=
nec veniret desideriũ colliũ eternorũ. Fiãt ĩ
capite ioseph et ĩ vertice nazarei: inter frẽs
suos. Beniamin lupus rapax: mane ↄme=
det p̃dam: et vespe diuidet spolia. Omes hij
in tribubꝰ isrł duodecĩ. Hec locutus ẽ eis
pat̃ suus: bñdixitq; singulis bñdictõibꝰ
ꝓpriis: et p̃cepit eis dicẽs. Ego cõgregor
ad pp̃lm meũ. Sepelite me cũ patribꝰ meis
in spelũca duplici. q̃ ẽ ĩ agro. ephron ethei.
cõtra mambre in terra chanaan: quã emit
abrahã cũ agro. ab ephron etheo ĩ possessi
onẽ sepulcri. Ibi sepelierũt eũ: ⁊ sarã vxorẽ
eius. Ibi sepultus ẽ ysaac: cũ rebecca ↄiuge
sua. Ibi ⁊ lya ↄdita iacet. Finitisq; mãdatis
quibꝰ filios instruebat. collegit pedes suos
sup lectulũ ⁊ obijt: appositusq; est ad pp̃lm
suũ. L

Quod cernẽs ioseph. ruit
sup faciẽ patris. flens ⁊ deosculãs eũ:
p̃cepitq; seruis suis medicis: ut aromatibꝰ
ↄdirẽt patrẽ. Quibꝰ iussa explentibꝰ: trãsi=
erũt q̃dragĩta dies. Iste quippe mos erat
cadauerũ ↄditorũ. Fleuitq; eũ egiptus sep
tuaginta diebꝰ. Et expleto planctus tpe:
locutus ẽ ioseph ad familiam pharaonis.
Si inueni grãm in ↄspectu vestro. loquimi
ni in auribꝰ pharaonis. eo q; pater meus
adiurauerit me. dicẽs. En morior: ĩ sepul=
cro meo qđ fodi michi in terra chanaã. se
pelies me. Ascendã igitur ⁊ sepeliã prẽm
meũ: ac reuertar. Dixitq; ei pharao. Ascen=
de ⁊ sepeli prẽm tuũ: sicut adiuratus es. Quo
ascendente. ierũt cũ eo omes senes domus
pharaonis. cũctiq; maiores natu terre e=
gipti: domus ioseph cũ fratribꝰ suis absq;
paruulis. ⁊ gregibꝰ atq; armẽtis: q̃ dereliq̃rũt

in traiessen. Habuit q̄3 in comitatu currus
et equites ⁊ facta est turba nō modica: ve-
nerūtq̄3 ad aream adad. q̄ sita est trās ior
danē: vbi celebrātes exequias plāctu ma-
gno. atq̄3 vehemēti. impleuerūt septē dies.
Quod cū vidissent habitatores terre cha
naan: dixerūt. Planctus magnus est iste
egiptijs. Et idcirco vocatū ē nomē loci illi-
us. plāctus egipti. Fecerūt ergo filij iacob
sicut p̄ceperat eis: et portantes eū in terram
chanaan. sepelierūt eum in spelūca duplici:
quā emerat abraham cum agro in possessi-
onem sepulcri. ab ephron ethęo. ɔtra faciē
mambre. Reuersusq̄3 ē ioseph in egiptū cū
fratrib9 suis et omi comitatu: sepulto p̄re.
Quo mortuo: timētes frēs eius. et mutuo
colloquētes. ne forte memor sit iniurie quā
passus ē. et reddat nobis omē malū quod
fecimus: mādauerūt ei. Pater tuus p̄cepit
nobis anteq̄3 moreretur: ut hec tibi verbis
illius diceremus. Obsecro ut obliuiscaris
sceleris fratrū tuo℞: et peccati atq̄3 malicie
quā exercuerūt in te. Nos q̄3 oramus: ut ser-
uo dei patri tuo dimittas iniquitatē hanc.
Quib9 auditis fleuit ioseph: venerūtq̄3 ad
eum frēs sui. et p̄ni adorātes in terrā dixe-
rūt. Serui tui sumus. Quib9 ille respondit.
Nolite timere. Num dei possumus resistere
voluntati? Vos cogitastis de me malū: s3
deus vertit illud in bonum: ut exaltaret me
sicut in p̄ntia℞ cernitis: et saluos faceret mul
tos p̄plos. Nolite timere. Ego pascam vos:
et paruulos vestros. Cōsolatusq̄3 est eos. et
blande. et leniter ē locutus: et habitauit in
egipto cum omni domo patris sui. Vixitq̄3
centū decē ānis. et vidit effraim filios usq̄3
ad terciam generacōnē. Filij q̄3 machir filij
manasse. nati sūt in genib9 ioseph. Quib9
trāsactis: locutus ē fratrib9 suis. Post mor
tē meā deus visitabit vos: et ascendē vos
faciet de terra ista. ad terram quā iurauit a-
brahā. ysaac. et iacob. Cūq̄3 adiurasset eos
atq̄3 dixisset. deus visitabit vos. asportate os-
sa mea vobiscum de loco isto: mortuus est.
expletis centū decē vite sue annis: et conditus
aromatib9. repositus ē in loculo in egipto.

Expl. liber genes. Incip̄ ellesmoth quē
nos exodi dicimus. ca. i.

HEc sūt nomina filio℞
israhel: q̄ ingressi sunt
in egiptū cum iacob.
Singuli cū domibus
suis introierūt. Ruben.
simeon. leui. iudas. y-
sachar. zabulon. et bē-
iamin: dan et neptalim. gad et aser. Erant
igitur omes anime eo℞ qui egressi sūt de
femore iacob. septuaginta. Joseph aūt in
egipto erat. Quo mortuo ⁊ vniuersis frib9
eius omiq̄3 ɔgnacōe sua: filij israhel creue-
rūt. et q̄si germinātes multiplicati sunt: ac
roborati nimis impleuerūt terrā. Surrex-
it interea rex nouus sup egiptū: q̄ ignora
bat ioseph. Et ait ad p̄p̄lm suū. Ecce p̄p̄lus
filio℞ isrl' multus. et fortior nobis ē. Venite
sapiēter opprimamus eū. ne forte multipli-
cetur: et si ingruerit ɔtra nos bellū. addat'
inimicis nostris: expugnatisq̄3 nobis. egre
diatur de terra. Preposuit itaq̄3 eis magros
operū. ut affligerēt eos oneribus. Edificaue
rūtq̄3 vrbes tabnaculo℞ pharaoni. phitō
et ramesses. Quātoq̄3 opprimebāt eos: tāto
magis multiplicabant'. et crescebāt. Ode-
rātq̄3 filios isrl' egiptij. et affligebāt illudē-
tes ⁊ inuidētes eis: atq̄3 ad amaritudiē p̄du
cebāt vitā eo℞ operib9 duris luti ⁊ lateris:
omiq̄3 famulatu quo in t're operib9 p̄mebā
tur. Dixit aūt rex egipti obstetricib9 hebre
o℞: qua℞ vna vocabatur sephora. altera
phua: p̄cipiēs eis. Quādo obstetricabitis
hebreas. et partus tēpus aduenerit: si ma
sculus fuerit interficite eū. si femina reserua
te. Timuerūt aūt obstetrices deū: et nō fe-
cerūt iuxta p̄ceptū regis egipti: s3 cōserua-
bāt mares. Quib9 accersitis ad se rex ait.
Quid nā ē hoc qd̄ facere voluistis: ut pue
ros seruaretis? Que r̄nderūt. Nō sunt he-
bree. sicut egiptie mulieres. Ipe enī obste-
tricādi habēt scientiā: et priusq̄3 veniamus
ad eas pariunt. Bene ergo fecit dn̄s ob-
stetricib9: et creuit p̄p̄lus: cōfortatusq̄3 ē ni-
mis. Et quia timuerūt obstetrices deū: edi
ficauit eis domos. Precepit ergo pharao
omi populo suo dicens. Quicq̄d masculini
sexus natum fuerit in flumē proicite: quic-
quid feminini reseruate.

I

Egressus ē post hec vir de domo levi
et accepit vxorē stirpis sue: q̄ ↄcepit
et peperit filiū: et videns eū elegantē. abscō-
dit tribꝰ mēsibꝰ. Cūq; iam celare nō posset.
sumpsit fiscellā scirpeā. et liniuit eam bitu
mine ac pice: posuitq; intus infantulum. et
exposuit eū ī carecto ripe fluminis: stante
procul sorore eius ⁊ ↄsiderāte euentū rei. Ec
ce autē descendebat filia pharaonis ut la-
uaret in flumine: et puelle eius gradiebā-
tur p crepidinē aluei. Que cū vidisset fiscel-
lā ī papirione. misit vnā e famulabꝰ suis:
et allatā apiens cernēsq; ī ea paruulū va-
gientē: miserta eius ait. De infantibꝰ hebre
orum ē hic. Cui soror pueri: vis inquit ut va-
dā. et vocē tibi mulierē hebreā. q̄ nutrire pos
sit infantulū? Rn̄dit. Vade. Perrexit puel
la: et vocauit matrē suā. Ad quā locuta fi-
lia pharaonis: accipe ait puerū istū. et nu-
tri michi: ego dabo tibi mercedē tuā. Sus
cepit mulier ⁊ nutriuit puerū: adultumq;
tradidit filie pharaōis. Quē illa adopta-
uit ī locū filij: vocauitq; nomē eius moysen.
dicēs: quia de aqua tuli eū. In diebꝰ illis post
quā creuerat moyses egressus est ad frēs
suos: viditq; afflictōnem eorū: et virū egi-
ptiū pcutientē quendā de hebreis fratribꝰ
suis. Cūq; ↄspexisset huc atq; illuc. et nullum
adesse vidisset: pcussum egiptiū abscondit
sabulo. Et egressus die altero. ↄspexit duos
hebreos rixātes: dixitq; ei q̄ faciebat iniu
riam. Quare pcutis pximū tuū? Qui rn̄dit.
Quis ↄstituit te principē ⁊ iudicē sup nos?
Num occidere me tu vis. sicut heri occidisti
egiptiū? Timuit moyses ⁊ ait. Quomodo
palam factum est verbū istud? Audiuitq;
pharao sermonē hunc: et q̄rebat occidere
moysen. Qui fugiēs de ↄspectu eius. mora-
tus ē in terra madian: et sedit iuxta puteū.
Erant autē sacerdoti madian septem filie. q̄
venerant ad hauriendā aquam: et impletis
canalibꝰ. adaquare cupiebāt greges pr̄is
sui. Superuenere pastores: et eiecerūt eas.
Surrexitq; moyses: ⁊ defensis puellis ad
aquauit oues earū. Que cū reuertissent ad
ietro prēm suū: dixit ad eas. Cur velocius
venistis solito? Dixerunt. Vir egiptius li-
berauit nos de manu pastorū. Insup ⁊ hausit
aquā nobiscū: potūq; dedit ouibꝰ. At ille:
vbi est inquit? Quare dimisistis hominē?
Vocate eum ut ↄmedat panē. Iurauit ergo
moyses q̄ habitaret cū eo. Accepitq; sepho
ram filiam eius vxorem: que peperit ei filium:
quē vocauit gersan. dicēs. Aduena fui ī t̄ra
aliena. Alterum vero peperit: quē vocauit elie
zer. dicēs. Deus enī pr̄is mei adiutor meꝰ:
et eripuit me de manu pharaonis. Post mul
tum vero temporis mortuus est rex egipti.
Et ingemiscētes filij israhel ꝓpter opera. vo
ciferati sūt. Ascēditq; clamor eorū ad deū
ab operibꝰ: et audiuit gemitū eorū: ac re-
cordatus est federis quod pepigit cū ab-
raham. ysaac. et iacob. Et respexit dn̄s filios
israhel: et ↄgnouit eos.

III

Moyses autē pascebat oues ietro soce
ri sui. sacerdotis madian. Cūq; minasset
gregem ad interiora deserti: venit ad mon
tem dei oreb. Apparuitq; ei dominus ī flā-
ma ignis de medio rubi: et videbat q̄ rubꝰ
ardēt: et nō ↄbureretur. Dixit ergo moyses.
Vadā et videbo visionē hāc magnā: quare
nō ↄburatur rubus. Cernēs autē dn̄s q̄ pgeret
ad videndū: vocauit eum de medio rubi. et
ait. Moyses moyses. Qui respōdit. Assum.
At ille: non appropies inquit huc. Solue
calciamentū de pedibꝰ tuis. Locus enim in
quo stas terra sancta est. Et ait. Ego sum
deus pr̄is tui: deus abraham. et deus ysaac.
et deus iacob. Abscōdit moyses faciē suā.
Non enim audebat aspicere ↄtra deū. Cui
ait dn̄s. Vidi afflictōem ppli mei in egipto:
et clamorē eius audiui: ꝓpter duriciā eorū
qui presunt operibꝰ. Et sciens dolorem eius.
descēdi ut liberem eū de manibꝰ egiptiorū:
et educā de terra illa. in terrā bonā ⁊ spacio-
sam. in terrā que fluit lacte ⁊ melle: ad loca
chananei. et ethei. et ammorrei. et pherezei.
et euei. et iebusei. Clamor ergo filiorū isra-
hel venit ad me. vidiq; afflictōem eorū. q̄ ab
egiptijs opprimūtur. Sed veni ⁊ mittam te
ad pharaonē: ut educas pplm meum filios
israhel. de egipto. Dixitq; moyses ad deum.
Quis sū ego. ut vadam ad pharaonē: et e-
ducā filios israhel de egipto? Qui dixit ei.
Ego ero tecum: ⁊ hoc habebis signū q̄ mi
serim te. Cū eduxeris pplm meū de egipto:

immolabis deo sup montē istū. Ait moy-
ses ad deū. Ecce ego vadā ad filios isrl: et
dicā eis. Deus patrū vestrorū misit me ad
vos. Si dixerit michi qd ē nomē eius: qd
dicam eis? Dixit dns ad moysen. Ego sū q
sū. Ait. Sic dices filijs isrl. Qui ē: misit me
ad vos. Dixitq; iterū deus ad moysen. Hec
dices filijs israhel. Dns deus prm vestrorum.
deus abraham. et deus ysaac. et deus iacob.
misit me ad vos. Hoc nom michi ē in eter
nū: et hoc memoriale meū in gnacōe et ge
neracōe. Vade et congrega seniores isrl: et
dices ad eos. Dominus deus patrū vrorū
apparuit michi: deus abraham. et deus ysa
ac. et deus iacob. dicens. Visitans visitaui
vos. et vidi omnia que acciderūt vobis in
egipto: et dixi ut educā vos de afflictōne e-
gipti. in terrā chananei. et ethei. et amorrei.
et pherezei. et euei. et iebusei. ad terram flu-
entē lacte et melle: et audiēt vocem tuā. Jn
gredierisq; tu. et seniores isrl. ad regē egi-
pti: et dices ad eū. Dominus deus hebreorum
vocauit nos. Ibimus viam triū dierū in so-
litudinē: ut immolemus dno deo nro. Sz
ego scio qr non dimittet vos rex egipti ut
eatis: nisi p manū validā. Extendāq; ma-
nū meā et pcutiā egiptū i cūctis mirabilib;
meis. que facturus sū in medio eorum: post
hec dimittet vos: daboq; grām pplo huic
coram egiptijs. Et cū egrediemini. nō exibi
tis vacui: sz postulabit mulier a vicina sua.
et ab hospita sua vasa argentea et aurea.
ac vestes. ponetisq; eas sup filios et filias ve
stras: et spoliabitis egiptū. IIII

Respondēs moyses. ait. Non credent
michi: neq; audiēt vocē meā: sed di-
cēt. nō apparuit tibi dns. Dixit ergo ad eū.
Quid est quod tenes in manu tua? Rndit.
Virga. Dixitq; dns. Proice eā in terram.
Proiecit: et vsa est in colubrū: ita ut fugēt
moyses. Dixitq; dns. Extende manū tuā: et
apphende caudā eius. Extendit. et tenuit:
versaq; est in virgā. Vt credant inquit qr
apparuerit tibi deus patrū tuorum: deus abra
hā. et deus ysaac. et deus iacob. Dixitq; do-
minus rursum. Mitte manū tuā in sinū tuū.
Quam cū misisset in sinū: ptulit leprosā ad
instar niuis. Retrahe ait manū tuā in sinum
tuū. Retraxit. et ptulit iterum: et erat similis
carni relique. Si nō crediderint inquit ti-
bi. neq; audierint smonē signi prioris: cre-
dēt verbo signi sequētis. Qd si nec duobus
quidē hijs signis crediderint. neq; audie
rint vocē tuā: sume aquā fluminis et effunde
eam sup aridā: et quicqd hauseris de flu-
uio. vtetur in sanguinem. Ait moyses. Obse
cro dne non sum eloquēs ab heri et nudius
tercius: et ex quo locutus es ad seruū tuū:
impeditioris et tardioris lingue sū. Dixit do
minus ad eū. Quis fecit os hominis? Aut qs
fabricatus ē mutū et surdū. videntē et cecū?
None ego? Perge igitur et ego ero in ore
tuo: doceboq; quid loqris. At ille: obsecro
dne inquit: mitte quem missurus es. Iratus
dns in moysen ait. Aaron frater tuus leui-
tes. scio qr eloquēs sit. Ecce ipe egredietur
in occursum tuū: vidensq; te letabitur corde.
Loqre ad eū. et pone vba mea in ore eius:
et ego ero in ore tuo et in ore illius: et osten
dā vobis quid agē debeatis. Et ipe loquetur
p te ad populū. et erit os tuū: tu aūt eris ei in
hijs q ad deū ptinēt. Virgam qz hanc sume
in manū tua: in qua facturus es signa. Abijt
moyses. et reuersus ē ad ietro socerū suū.
Dixitq; ei. Vadā et reutar ad fratres meos
in egiptū: ut videā si adhuc viuāt. Cui ait
ietro. Vade i pace. Dixit ergo dns ad moy
sen in madian. Vade et reuertere in egiptū.
Mortui enī sūt oēs qui querebant animā
tuā. Tulit ergo moyses vxorē suā et filios
suos. et imposuit eos sup asinū: reuersusq; est
in egiptū: portās virgā dei i manū sua. Dix-
itq; ei dominus reuertenti in egiptū. Vide:
ut omnia ostēta que posui in manū tua facias
coram pharone. Ego indurabo cor eius: et
nō dimittet pplm. Dicesq; ad eū. Hec dicit
dns. Filius meus pmogenitus israhel. Dixi
tibi. Dimitte filiū meū ut seruiat michi: et no
luisti dimittere eū. Ecce ego interficiā filiū
tuū pmogenitū. Cūq; esset i itinē in diuersorio.
occurrit ei dns: et volebat occidē eū. Tu-
lit ilico sephora acutissimā petrā. et circūci-
dit pputiū filij sui. Tetigitq; pedes eius. et
ait. Spōsus sanguinū tu michi es. Et dimi-
sit eū postqr dixerat. spōsus sanguinū tu mi-
chi es: ob circūcisionē. Dixitq; dns ad aarō.

Vade in occursum moysi in desertū. Qui p=
rexit obuiā ei in mōte dei: et osculatus ē eū.
Narrauitq3 moyses aaron omīa verba dn̄i.
pro quib9 miserat eū: et signa q̄ mandaue=
rat. Veneruntq3 simul: et ogregauerūt cun=
ctos seniores filioꝝ israhel. Locutusq3 ē aa
ron omnia verba que dixerat dominus ad
moysen: et fecit signa corā ppl'o: et credidit
populus. Audieruntq3 q2 visitasset dominus
filios israhel. et q2 respexiss3 afflictōnē3 illo=
rum: et proni adorauerūt. V

Post hec ingressi sūt moyses et aaron:
et dixerūt pharaoni. Hec dicit dn̄s deus is
rahel. Dimitte ppl'm meū: ut sacrificet michi
in deserto. At ille r̄ndit. Quis est dominus.
ut audiam voce3 eius: et dimittam israhel?
Nescio dn̄m: et israhel nō dimittā. Dixerūt=
q3. Deus hebreorū vocauit nos. ut eamus
viā triū dierū in solitudine: et sacrificem9
dn̄o deo nostro: ne forte accidat nobis pe
stis ā gladius. Ait ad eos rex egipti. Qua
re moyses et aaron sollicitatis populu3 ab
operibus suis? Ite ad onera vestra. Dixitq3
pharao. Multus ē populus terre. Videtis
q2 turba succreuerit: quantomagis si dede
ritis eis requiē ab operib9? Precepit ergo
in die illo pfectis operū: et exactorib9 ppli
dicēs. Nequaq̄ vltra dabitis paleas pplo
ad oficiendos lateres sicut prius. sed ipsi
vadant: et colligant stipulas: et mensura3
laterū quā prius faciebāt: imponetis sup
eos: nec minuetis quicq̄. Vacant enim: et
ideo vociferāt. dicentes. Eamus et sacri
ficemus deo nostro. Opprimant' operib9.
et expleāt ea: ut nō acquiescāt v'bis mēda
ciis. Igitur egressi pfecti operū et exactores
ad populū. dixerūt. Sic dicit pharao. Non
do vobis paleas. Ite et colligite sicubi inue
nire poteritis: nec minuetur quicq̄ de ope=
re vestro. Dispersusq3 est pplus in omē3 ter=
ra3 egipti: ad colligēdas paleas. Prefecti
q3 operū instabant dicētes. Cōplete opus
vestrū quotidie: ut prius facere solebatis
quando dabantur vobis palee. Flagellati
q3 sūt qui perant operib9 filioꝝ israhel: ab
exactorib9 pharaonis dicētib9. Quare nō
implestis mensurā laterū sicut prius: nec heri
nec hodie? Veneruntq3 ppositi filioꝝ israhel:
et vociferati sūt ad pharaonē dicētes. Cur
ita agis cōtra seruos tuos? Palee nō dant'
nobis: et lateres similiter imperātur. En fa
muli tui flagellis cedimur: et iniuste agitur
ōtra ppl'm tuū. Qui ait. Vacatis ocio: et id=
circo dicitis. Eamus et sacrificemus dn̄o.
Ite ergo et operamini. Palee non dabūtur
vobis: et reddetis osuetū numeru3 laterū.
Videbātq3 se ppositi filioꝝ israhel i malū:
eo q2 diceret' eis nō minuet' quicq̄ operis
de lateribus p singulos dies. Occurrerūtq3
moysi et aaron q̄ stabāt ex aduerso. egre=
dientes a pharaone: et dixerūt ad eos. Vide
at dn̄s et iudicet: q̄m fetere fecistis odore3
nr̄m corā pharaone et seruis eius: et pbu=
istis ei gladiū ut occideret nos. Reuersusq3
est moyses ad dn̄m. et ait. Dn̄e: cur afflixisti
populū istū? Quare misisti me? Ex eo enim
quo ingressus sū ad pharaone3 ut loq̄rer
ex noīe tuo. afflixit ppl'm tuū: et nō liberasti
eos. VI

Dixitq3 dn̄s ad moysen.
Nūc videbis q̄ facturus sū pharaōi.
Per manū eni forte dimittet eos: et i manu
robusta eiciet illos de t'ra sua. Locutusq3 ē
dn̄s ad moysen dicēs. Ego dn̄s. q̄ apparui
abrahā. ysaac. et iacob. in deo omīpotēte: et
nomē meū adonay nō indicaui eis. Pepi=
gitq3 fedus cū eis ut darē eis terrā chana=
an terrā pegrinacōis eoꝝ. in q̄ fuerūt ad=
uene. Ego audiui gemitū filioꝝ isr'l quo e=
giptij oppresserūt eos: et recordatus sū pa=
cti mei. Ideo dic filijs israhel. Ego dn̄s. qui
educā vos de ergastulo egiptioꝝ. et eruā
de seruitute. ac redimā3 in brachio excelso
et iudicijs magnis: et assumā vos michi in
ppl'm: et ero vr̄ deus. Et scietis q2 ego sū dn̄s
deus vester. qui eduxerim vos de ergastu=
lo egiptioꝝ: et induxerim vos i terrā. sup
quam leuaui manū meā. ut darē ea3 abra=
ham. ysaac. et iacob: daboq3 illā possidēdā
vobis. ego dominus. Narrauit ergo moy
ses omīa filijs israhel: qui nō acquieuerūt ei:
ppter angustia3 spūs. et opus durissimu3.
Locutusq3 ē dn̄s ad moysen dicēs. Ingre=
dere et loq̄re ad pharonē regē egipti ut di
mittat filios israhel de terra sua. R̄ndit moy
ses corā domino. Ecce filij israhel nō audiūt
me. Et quomō audiet pharao. p̄sertim cū

incircũcisus sim labijs? Locutusq₃ ē dñs ad
moysen ⁊ aaron: et dedit mandatū ad filios
israhel et ad pharaonē regē egipti: ut edu
cerent filios israhel de terra egipti. Isti sūt
principes domoꝝ ꝑ familias suas. Filij ru-
ben ꝑmogeniti isrlis: enoch ⁊ phallu · esrom
et charmi. Hee ꝯgnacōes ruben. Filij sime
on: iamuel · ⁊ iamin · ⁊ iami · et aod · ⁊ iachim ·
et soer · et saul filius chananitidis. Hee ꝓ-
genies simeon. Et hec noīa filioꝝ leui · per
ꝯgnacōes suas: gerson · et caath · ⁊ merari.
Anni aūt vite leui fuerūt centūtrigintase-
ptem. Filij gerson: lobni ⁊ semei ꝑ ꝯgnacō
nes suas. Filij caath: amrā ⁊ ysuar ⁊ hebron
et oziel. Anni q₃ vite caath centūtriginta-
tres. Filij merari: mooli ⁊ musi. Hee ꝯgna
cōes leui · ꝑ familias suas. Accepit autem
amram vxorē iochabeth patruelē suā: que
peperit ei aaron · et moysen et mariā. Fuerūt
q₃ āni vite amram cētūtrigintaseptē. Filij
q₃ ysuar: chore et napheg · et zechri. Filij q₃
oziel: misael et elisaphan et sechri. Accepit
aūt aarō vxorē · elizabeth filiā aminadab.
sororē naason: q̄ peperit ei nadab · ⁊ abiu · et
eleazar · et ythamar. Filij q₃ chore: aser · ⁊ hel
chana ⁊ abiasab. Hee sūt ꝯgnacōes chori
tarū. At vero eleazar filius aaron accepit
vxorē de filiab₉ phutiel: que ꝑpit ei phi-
nees. Hij sūt principes familiaꝝ leuitica-
rū ꝑ ꝯgnacōes suas. Iste ē aaron ⁊ moyses
quib₉ ꝑcepit dñs ut educerēt filios israhel.
de terra egipti ꝑ turmas suas. Hij sunt qui
locunt᷑ ad pharaonē regē egipti: ut edu-
cant filios israhel de egipto. Iste ē moyses
et aaron: in die q̄ locutus est dñs ad moy-
sen in t̄ra egipti. Et locutus ē dñs ad moy-
sen dicēs. Ego dñs. Loquere ad pharao-
nem regem egipti · oīa que loquor tibi. Et
ait moyses corā dño. En incircūcisus labijs
sum. Quō audiet me pharao?

VII

Dixitq₃ dñs ad moysen. Ecce cōstitui
te deū pharaonis: et aaron frater tu-
us erit ꝓpheta tuus. Tu loqueris ei oīa
que mando tibi: et ille loquet᷑ ad pharao-
nem: ut dimittat filios israhel de terra sua.
Sed ego indurabo cor eius: et multiplica
bo signa ⁊ ostēta mea in terra egipti: et nō
audiet vos. Immittāq₃ manū meam super
egiptū: et educā exercitū meū · et ꝑplm meū
filios isrl̄. de terra egipti: ꝑ iudicia maxima.
Et scient egiptij · q᷑ ego sū dominus · q̄ extē
derim manū meā · sup egiptū: et eduxerim
filios isrl̄ de medio eoꝝ. Fecit itaq₃ moyses
et aaron: sicut ꝑceperat dñs · ita egerūt. Erat
autē moyses octoginta annoꝝ · et aaron
octogītatriū: quādo locuti sūt ad pharao
nē. Dixitq₃ dñs ad moysen et aaron. Cum
dixerit vobis pharao · ostendite signa: di
ces ad aarō. Tolle virgā tuā · ⁊ ꝓice eā co
rā pharaone: ac vertatur ī colubrū. Ingressi
itaq₃ moyses ⁊ aaron ad pharaonē: fecerūt
sicut ꝑceperat dñs. Tulitq₃ aaron virgā co-
rā pharaone ⁊ seruis eius: q̄ versa est in co-
lubrū. Vocauit aūt pharao sapiētes ⁊ male
ficos: et fecerūt etiā ipi ꝑ incantacōnes egi
ptiacas ⁊ archana quedā similiter. Proie-
cerūtq₃ singuli virgas suas: q̄ verse sunt in
dracones. Sed deuorauit virga aarō · vir
gas eoꝝ. Induratūq₃ est cor pharaonis:
et non audiuit eos sicut ꝑceperat dñs. Dixit
aūt dominus ad moysen. Ingrauatū est cor
pharaōis: et nō vult dimittere ꝑplm. Vade
ad eū mane. Ecce egredietur ad aquas. Et
stabis ī occursū eius sup ripā fluminis: et
virgam que ꝯuersa est in draconē · tolles
in manu tua: dicesq₃ ad eum. Dominus deus
hebreoꝝ misit me ad te dicēs. Dimitte po-
pulū meū ut sacrificet michi ī deserto: et usq₃
ad pñs · audire me noluisti. Hec igit᷑ dicit
dñs. In hoc scies q᷑ sim dominus. Ecce ꝑcu
tiā virga que in manu mea est aquā flumi
nis: et vertetur in sanguinē. Pisces q₃ q̄ sūt
in fluuio morient᷑: et ꝯputrescēt aque: et af
fligent᷑ egiptij · bibētes aquā fluminis. Dix
it q₃ dñs ad moysen. Dic ad aarō. Tolle vir
gā tuā · et extēde manū tuā sup aquas egi-
pti · et sup fluuios eoꝝ · et riuos ⁊ paludes.
et oēs lacus aquaꝝ ut vertāt᷑ in sangui
nem: et sit cruor in omi terra egipti tā in li-
gneis vasis q᷑ in saxeis. Feceruntq₃ moyses
et aaron: sicut ꝑceperat dominus. Et eleuans
virgā · ꝑcussit aquā fluminis corā phara-
one ⁊ seruis eius: que versa est in sanguinē:
et pisces qui erāt in flumine · mortui sūt. Cō
putruitq₃ fluuius: et nō poterāt egiptij bi-
bere aquā fluminis: et fuit sanguis in tota

terra egipti. Feceruntq; similiter malefici egip-
tiorum incantationibus suis. Et induratum est cor
pharaonis: nec audiuit eos sicut preceperat
rat dominus. Auertitq; se. et ingressus est domum
suam: nec opposuit cor etiam hac vice. Foderunt
autem omnes egiptij per circuitum fluminis aquam
ut biberent. Non enim poterant bibere aquam flu-
minis. Impletiq; sunt septem dies: postquam percus-

VIII

D Ixit quoq; dominus ad moysen. Ingredere ad pharao- sit dominus fluuium.
nem: et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte
populum meum: ut sacrificet michi. Si autem
nolueris dimittere. ecce ego percutiam omnes
terminos tuos ranis. et ebulliet fluuius ra-
nas: que ascendent et ingredientur domum tuam
et cubiculum lectuli tui et super stratum tuum. et
in domos seruorum tuorum. et in populum tuum. et
in furnos tuos. et in reliquias ciborum tuorum:
et ad te et ad populum tuum et ad omnes seruos tuos
intrabunt rane. Dixitq; dominus ad moysen. Dic
ad aaron. Extende manum tuam super fluuios
et super riuos et paludes: et educ ranas super
terram egipti. Et extendit aaron manum super
aquas egipti et ascenderunt rane: operueruntq;
terram egipti. Fecerunt autem et malefici per in-
cantationes suas similiter: eduxeruntq; ranas super
terram egipti. Vocauit autem pharao moysen
et aaron: et dixit eis. Orate dominum ut auferat
ranas a me et a populo meo: et dimittam populum ut
sacrificet domino. Dixitq; moyses ad pharao-
nem. Constitue michi quando deprecer pro te. et pro seruis
tuis. et pro populo tuo: ut abigantur rane a te. et a
domo tua et a seruis tuis. et a populo tuo: et tantum
in flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At
ille iuxta inquit verbum tuum faciam. ut scias quoniam
non est sicut dominus deus noster: et recedent rane
a te. et a domo tua. et a seruis tuis. et a populo
tuo: et tantum in flumine remanebunt. Egressi-
q; sunt moyses et aaron a pharaone: et cla-
mauit moyses ad dominum pro sponsione rana-
rum: quam condixerat pharaoni. Fecitq; dominus
iuxta verbum moysi: et mortue sunt rane de domi-
bus. et de villis et de agris. Congregaueruntq;
eas in immensos aggeres: et computruit
terra. Videns autem pharao quod data esset requi-
es. ingrauauit cor suum: et non audiuit eos sicut
preceperat dominus. Dixitq; dominus ad moysen. Loquere
ad aaron. Extende virgam tuam et percute puluerem
terre: et sint scinifes in vniuersa terra e-
gipti. Feceruntq; ita. Et extendit aaron ma-
num. virgam tenens. percussitq; puluerem terre:
et facti sunt scinifes in hominibus et in iumentis.
Omnis puluis terre versus est in scinifes. per
totam terram egipti. Feceruntq; similiter malefici
incantationibus suis. ut educerent scinifes: et
non potuerunt. Erantq; scinifes tam in homini-
bus quam in iumentis. Et dixerunt malefici ad
pharaonem. Digitus dei est hic. Induratum est
cor pharaonis: et non audiuit eos: sicut prece-
perat dominus. Dixit quoq; dominus ad moysen. Consur-
ge diluculo: et sta coram pharaone. Egre-
dietur enim ad aquas. Et dices ad eum. Hec
dicit dominus. Dimitte populum meum: ut sacrificet mi-
chi. Quod si non dimiseris eum: ecce ego mit-
tam in te. et in seruos tuos. et in populum tuum. et in
domos tuas. omne genus muscarum: et imple-
buntur omnes domus egiptiorum. muscis diuer-
si generis et vniuersa terra in qua fuerint. Fa-
ciamq; mirabilem in die illa terram iessen. in qua
populus meus est ut non sint ibi musce: et scias
quoniam ego dominus in medio terre: ponamq;
diuisionem inter populum meum et populum tuum. Cras
erit signum istud. Fecitq; dominus ita. Et venit
musca grauissima in domos pharaonis et ser-
uorum eius. et in omnem terram egipti: corrup-
taq; est terra ab huiuscemodi muscis. Voca-
uitq; pharao moysen et aaron: et ait eis. Ite:
et sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait mo-
yses. Non potest ita fieri. Abominationes
enim egiptiorum immolabimus domino deo nostro.
Quod si mactauerimus ea que colunt egiptij
coram eis: lapidibus nos obruent. Viam trium di-
erum pergemus in solitudinem: et sacrificabimus
domino deo nostro sicut precepit nobis. Dixitq;
pharao. Ego dimittam vos. ut sacrificetis
domino deo vestro in deserto: verumtamen longius ne
abeatis. Rogate pro me. Et ait moyses. E-
gressus a te orabo dominum: et recedet musca a
pharaone. et a seruis suis. et a populo eius cras.
Verumtamen noli vltra fallere: ut non dimittas
populum sacrificare domino. Egressusq; moyses
a pharaone. orauit dominum. Qui fecit iuxta verbum
illius: et abstulit muscas a pharaone. et a ser-
uis suis. et a populo eius. Non superfuit nec vna
quidem. Et ingrauatum est cor pharaonis: ita ut
nec hac quidem vice dimitteret populum.

X

Dixit aūt dn̄s ad moysen. Ingredere
ad pharaonē: et loquē ad eum. Hec
dicit dn̄s deus hebreorū. Dimitte ꝑplm meū:
ut sacrificet michi. Quod si adhuc renuis
et retines eos: ecce manus mea erit sup a=
gros tuos. et sup equos ⁊ asinos ⁊ camelos.
et oues et boues: pestis valde grauis. Et
faciet dn̄s mirabile inter possessiones isra=
hel ⁊ possessiōes egiptioꝝ: ut nil omnino pe
reat ex hijs q̄ ptinēt ad filios israhel. Con
stituitqꝫ dn̄s tēpus dicēs. Cras faciet dn̄s
vbū istud in terra. Fecit ergo dn̄s verbū
hoc altera die: ⁊ mortua sūt om̄ia animātia
egiptioꝝ. De animalibꝰ veroilioꝝ israhel
nichil oīno perijt. Et misit pharao ad vidē
dū: nec erat quicꝙ̄ mortuū de hijs q̄ possi=
debat isrl'. Ingrauatūqꝫ est cor pharaonis:
et nō dimisit populū. Et dixit dn̄s ad moy=
sen ⁊ aaron. Tollite plenas manus cineris
de camino: et spergat illū moyses in celum
corā pharaone: sitqꝫ puluis sup om̄ez ter=
ram egipti. Erūt enim in hominibꝰ. et iumē
tis vlcera ⁊ vesice turgētes: in vniūsa terra
egipti. Tuleruntqꝫ cinerē de camino. ⁊ steterūt
corā pharaone: et sparsit illū moyses in ce
lū. Factaqꝫ sūt vlcera vesicaꝝ turgentiū in
hominibꝰ et iumētis: nec poterant malefici
stare corā moyse ꝓpter vulnera que in illis
erāt: et ī om̄i terra egipti. Indurauitqꝫ dn̄s
cor pharaonis: et nō audiuit eos sicut lo=
cutus est dn̄s ad moysen. Dixitqꝫ dn̄s ad
moysen. Mane ꝯsurge. et sta corā pharao
ne: et dices ad eum. Hec dicit dn̄s deus he
breoꝝ. Dimitte ꝑplm meū. ut sacrificet mi=
chi: qr ī hac vice mittā oēs plagas meas
sup cor tuū. et sup suos tuos. et super ꝑplm
tuū: ut scias qꝛ nō sit similis mei in om̄i t̄ra.
Nūc eni͂ extendēs manū. pcutiā te et ꝑplm
tuū peste: pibitisqꝫ de t̄ra. Idcirco aūt posui
te ut ostendā in te fortitudinē meā: et nar=
retur nomē meū in om̄i terra. Adhuc reti=
nes ꝑplm meū ⁊ non vis dimittē eū? En plu
am cras hac ipa hora grādinē multam ni
mis: qualis nō fuit ī egipto a die qua fun
data est. usqꝫ in p̄sens tēpus. Mitte ergo
iam nūc: et ꝯgrega iumenta tua. et om̄ia q̄
habes in agro. Homines enim ⁊ iumēta.
et vniūsa q̄ inuēta fuerit foris. nec ꝯ̄gre=
gata de agris: cecideritqꝫ sup ea grando:
morient̄. Qui timuit verbū dn̄i de suis pha
raonis. fecit ꝯ̄fugere suos suos et iumēta
in domos: qui autē neglexit sermonē dn̄i:
dimisit suos suos ⁊ iumēta in agris. Et dix
it dn̄s ad moysen. Extēde manū tuā in celū.
ut fiat grando in vniuersa terra egipti: sup
homines ⁊ sup iumenta. et sup om̄ez herbā
agri. in terra egipti. Extēditqꝫ moyses vir
gam in celū: et dn̄s dedit tonitrua ⁊ grādi=
nem ac discurrētia fulgura sup terrā. Pluit
qꝫ dn̄s grandinē sup terrā egipti: et grādo
et ignis. mixta pariter ferebāt̄. Tanteqꝫ
fuit magnitudinis: quāta ante nūꝙ̄ apparuit
in vniūsa terra egipti ex quo gens illa ꝯdi
ta est. Et pcussit grādo in om̄i terra egipti
cūcta que fuerūt in agris: ab hoīe usqꝫ ad
iumentū. Cunctāqꝫ herbā agri pcussit grā
do: et om̄e lignū regionis ꝯfregit. Tantū
in terra iessen vbi erāt filij isrl'. grando non
cecidit. Misitqꝫ pharao. et vocauit moysen
et aaron: dicēs ad eos. Peccaui etiā nunc.
Dominus iustus: et ego ⁊ ꝑplus meus impij.
Orate dn̄m. ut desināt tonitrua dei ⁊ gran=
do: ut dimittā vos. et nequaꝙ̄ hic vltra ma
neatis. Ait moyses. Cū egressus fuero de
vrbe. extēdā palmas meas ad dn̄m: et ces=
sabūt tonitrua. et grādo nō erit: ut scias qꝛ
dn̄i ē terra. Noui aūt: qꝛ et tu ⁊ sui tui necdū
timeatis dn̄m deū. Linū ergo ⁊ ordeū lesuꝫ
est: eo qꝛ ordeū essꝫ virēs. et linū iā follicu=
los germinaret. Triticū aūt ⁊ far nō sūt le
sa: qꝛ serotina erant. Egressusqꝫ moyses a
pharaone ex vrbe. tetēdit manus ad dn̄m:
et cessauerūt tonitrua ⁊ grādo: nec vltra stil=
lauit pluuia sup t̄raꝫ. Vidēs aūt pharao qꝛ
cessasset pluuia ⁊ grando et tonitrua auxit
peccatū: ⁊ ingrauatū est cor eius nimis: nec
dimisit isrl'. sicut p̄ceperat dn̄s p manū moysi.

X

Et dixit dn̄s ad moysen. Ingre=
dere ad pharaonē. Ego eni͂ indura=
ui cor eius. et seruoꝝ illius. ut faciā signa
mea hec ī eo: et narres ī auribꝰ filij tui ⁊ ne=
potū tuoꝝ. quotiēs ꝯtriuerim egiptios et si
gna fecerim in eis: ⁊ sciatis qꝛ ego dn̄s. Intro
ierūt ergo moyses ⁊ aaron ad pharaonē:
et dixerūt ei. Hec dicit dn̄s deus hebreorū.
Usquequo non vis subici michi? Dimitte

populū meū: ut sacrificet michi. Sin autē
resistis. et nō vis dimittē eū: ecce ego in du
cā cras locustā in fines tuos. q̄ operiet superfi
ciem terre. ne quicq̄ eius appareat: sȝ come
datur quod residuū fuerit grandini. Corro-
det enim oīa ligna q̄ germināt in agris:
et implebūt domos tuas. et suorū tuorū. et
omniū egiptiorū: quantā nō viderūt p̄res
tui et aui. ex quo orti sunt super terram. usqȝ
in p̄sentē diem. Avertitqȝ se: et egressus ē
a pharaone. Dixerūt autē servi pharaonis ad
eū. Usquequo patiemur hoc scandalum?
Dimitte homines. ut sacrificēt dn̄o deo suo.
Nōne vides q̄ perierit egiptus? Revocaverūt
qȝ moysen et aaron ad pharaonē. Qui dixit
eis. Ite: sacrificate dn̄o deo vestro. Qui nam
sūt q̄ ituri sūt? Ait moyses. Cum parvulis
nr̄is et senioribȝ pergemus: cū filijs et filiabȝ.
cū ovibȝ et armētis. Est enī solēnitas dn̄i dei
nostri. Et rn̄dit pharao. Sic dn̄s sit vobi
scū. Quomō ego dimittā vos et parvulos
vr̄os: cui dubiū est q̄d pessime cogitetis?
Non fiat ita: sȝ ite tantū viri et sacrificate do
mino. Hoc enim et ipsi petistis. Statimqȝ
eiecti sūt de cōspectu pharaonis. Dixit autē
dn̄s ad moysen. Extēde manū tuā sup ter-
ram egipti ad locustam. ut descendat sup
terrā: et devoret omnē herbā que residua fu
erit grandini. Et extēdit moyses virgam
sup terrā egipti: et dn̄s induxit ventū vrē-
tē tota illa die et nocte. Et mane facto: vē
tus urens levavit locustas. Que ascēderūt
sup vniūsam terrā egipti: et sederūt in cun-
ctis finibȝ egiptiorū innumerabiles: q̄les
ante illud tēpus nō fuerant nec postea fu-
ture sūt. Operuerūtqȝ vniūsam supficiē ter
re: vastātes oīa. Devorata ē igit̄ herba
terre: et quicq̄d pomorū in arboribȝ fuit q̄
grando dimiserat. Nichil qȝ oīno virēs re
lictū ē in lignis. et in herbis terre: in cūcta
egipto. Quamobrē festinus pharao voca
uit moysen et aaron: et dixit eis. Peccavi in
dominū deū vestrū. et in vos. Sed nunc di-
mittite peccatū michi. etiam hac vice: et ro-
gate dn̄m deū vestrū: ut auferat a me mor-
tem istā. Egressusqȝ ē moyses de conspectu
pharaōis: et oravit dominū. Qui flare fecit
ventū ab occidēte vehemētissimū: et arreptā
locustam proiecit in mare rubrū. Non remā
sit ne vna quidē: in cūctis finibus egipti. Et
induravit dn̄s cor pharaōis: nec dimisit fi
lios isr̄l. Dixit autē dn̄s ad moysen. Extēde
manū tuā in celum: et sint tenebre sup terrā
egipti: tā dense ut palpari queāt. Extēditqȝ
moyses manū ī celū: et facte sūt tenebre
horribiles ī vniūsa terra egipti. Tribȝ die
bus nemo vidit fratrē suū: nec movit se de
loco in quo erat. Ubicūqȝ autē habitabāt
filij isr̄l. lux erāt. Vocavitqȝ pharao moysen
et aaron: et dixit eis. Ite sacrificate dn̄o.
Oves tantū vestre et armenta remaneant:
parvuli vestri eant vobiscum. Ait moyses.
Hostias qȝ et olocausta dabis nobis: q̄ offe
ramus dn̄o deo nostro. Cuncti greges
pergent nobiscū. Nō remanebit ex eis vn-
gula q̄ necessaria sūt in cultū dn̄i dei nostri:
p̄sertī cū ignoremus quid debeat immolari:
donec ad ip̄m locū perveniamus. Induravit
autē dn̄s cor pharaonis: et noluit dimittere
eos. Dixitqȝ pharao ad moysen. Recede a
me: et cave ne vltra videas faciē meā: Quo-
cūqȝ die apparueris michi morieris. Rn̄dit
moyses. Ita fiat ut locutus es. Nō videbo vl-
tra faciē tuā.

XI

ET dixit dn̄s ad moysen. Adhuc vna plaga tangā
pharaonē et egiptū: et post hec dimittet vos
et exire cōpellet. Dices ergo omī plebi: ut po-
stulet vir ab amico suo et mulier a vicina sua
vasa argētea et aurea et vestē. Dabit autē dn̄s
grām p̄plo suo corā egiptijs. Fuitqȝ moyses
vir magnus valde in t̄ra egipti. corā servis
pharaōis et omī p̄plo. Et ait. Hec dicit dn̄s.
Media nocte ingrediar ī egiptū: et morietur
omē p̄mogenitū in terra egiptiorū. a p̄mo-
genito pharaōis q̄ sedet ī solio eius. usqȝ
ad p̄mogenitū ancille q̄ ē ad molā: et oīa
p̄mogenita iumētorū. Eritqȝ clamor ma-
gnus in vniūsa terra egipti: q̄lis nec ante
fuit: nec postea futurus ē. Apud omēs autē
filios israhel non mutiet canis. ab hoīe vsqȝ
ad pecus: ut sciatis q̄nto miraculo dividat
dominus egiptios. et israhel. Descendentqȝ
omēs servi tui isti ad me: et adorabunt me
dicētes. Egredere tu: et omis p̄plus q̄ sub-
iectus ē tibi. Post hec egrediemur. Et exi-
vit a pharaōe. iratus nimis. Dixit autē dn̄s ad

moyſen. Non audiet vos pharao: ut multa ſigna fiāt in terra egipti. Moyſes autē et aaron fecerūt oīa ſigna et oſtēta que ſcripta ſūt · corā pharaōe: ⁊ īn durauit dn̄s cor pharaonis: nec dimiſit filios iſrahel de terra ſua.

XII

Dixit q̄ꝫ dn̄s ad moyſen et aaron · in terra egipti. Menſis iſte vobis principiū menſiū: p̄mus erit in menſibꝫ āni. Loq̄mini ad vniūſū cetū filiorū iſrl̄: ⁊ dicite eiſ. Decima die mēſis huius. tollat vnuſquiſq; agnū · ꝑ familias ⁊ domoſ ſuas. Si autē minor eſt numerus · ut ſufficere poſſit ad veſcēdū agnū: aſſumet viciniū ſuū qui ꝯiunctus eſt domui eius: iux̄ numerū animaꝝ q̄ ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit autē agnus abſq; macula: maſculus anniculus. Juxta quē ritū tolletis et hedū: ⁊ ſeruabitis eū uſq; ad quartādecimā diem menſis huius. Jmmolabitq; eū vniuerſa multitudo filioꝝ iſrahel ad veſperam: et ſument de ſanguine eius · ac ponēt ſuper vtrūq; poſtem: ⁊ in ſupliminaribꝫ domoꝝ in quibꝫ ꝯmedēt illū. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: et azimos panes cū lactucis agreſtibꝫ. Nō ꝯmedetis ex eo crudū q̄d nec coctū aqua: ſʒ aſſum tantū igni. Caput cū pedibꝫ eius ⁊ inteſtinis vorabitis: nec remanebit quicq̄ ex eo uſq; mane. Si q̄d reſiduū fuit · igne ꝯburetiſ. Sic aūt ꝯmedetis illū. Renes veſtros accingetis: et calciamēta habebitis in pedibꝫ · tenētes baculos ī manibꝫ: et ꝯmedetis feſtinātes. Eſt enim phaſe: id eſt trāſitus dn̄i. Et tranſibo ꝑ terram egipti nocte illa: ꝑcutiamq; oīe p̄mogenitū in terra egipti · ab homine uſq; ad pecus: et ī cūctis dijs egipti · faciā iudicia ego dn̄s. Erit aūt ſang̃s vobis ī ſignū in edibꝫ ī quibꝫ eritis: et videbo ſanguinē ac tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens · quando ꝑcuſſero terram egipti. Habebitis autem hūc diem in monimētū: et celebrabitis eam ſolemnē dn̄o in gn̄ationibꝫ veſtris · cultu ſempiterno. Septē diebus azima ꝯmedetis. Jn die primo nō erit fermentū in domibꝫ veſtris. Quicūq; comederit fermentū · ꝑibit anima illa de iſrahel: a p̄mo die uſq; ad diem ſeptimū. Dies p̄ma erit ſcā ac ſolemnis: et dies ſeptima · eadem feſtiuitate venerabilis. Nichil opis facietiſ in eis · exceptis hijs q̄ ad veſcendū ꝑtinēt: et obſeruabitis azima. Jn eadē enim ipa die educam exercitum veſtrū de terra egipti: et cuſtodietis diem iſtū ī gn̄ationes vr̄as ritu ꝑpetuo. Primo menſe quartadecima die menſis ad veſperū · comedetis azima: uſq; ad diem viceſimāp̄rimā eiuſdē menſis ad veſperā. Septē diebꝫ fermētatū non inuenietur in domibꝫ vr̄is. Qui ꝯmederit fermētatū · ꝑibit anima eius de cetu iſrahel: tā de aduenis q̄ꝫ de indigenis terre. Oīe fermētatū nō ꝯmedetis. Jn cūctis habitaculis vr̄is edetis azima. Vocauit aūt moyſes oēs ſeniores filioꝝ iſrl̄: et dixit ad eos. Jte tollētes animal ꝑ familias vr̄as: et immolate phaſe. Faſciculūq; yſopi tingite in ſanguine q̄ eſt in limine: et aſꝑgite ex eo ſupliminaē et utrūq; poſtē. Nullus vr̄m egrediat̄ oſtiū domus ſue · uſq; mane. Tranſibit eni dn̄s ꝑcutiēs egiptioſ. Cūq; viderit ſanguinē ī ſupliminari ⁊ in utroq; poſte trāſcēdet oſtiū domus: et nō ſinet ꝑcuſſorē ingredi domos vr̄as · et ledere. Cuſtodi verbum iſtud: legitimū tibi ⁊ filijſ tuis uſq; ī eternū. Cūq; introieritis terrā quā dn̄s deus daturus ē vobis · ut pollicitus ē: obſeruabitis cerimonias iſtaſ. Et cū dixerint vobis filij vr̄i · que ē iſta religio: dicetis eis. Victima trāſitus dn̄i ē: quādo trāſiuit ſuꝑ domos filioꝝ iſrl̄ in egipto: ꝑcutiens egiptios · ⁊ domos nr̄as liberās. Jncuruatuſq; ꝑplus adorauit. Et egreſſi filij iſrl̄: fecerūt ſicut p̄ceꝑat dn̄s moyſi et aaron. Factū eſt aūt in noctis medio · ꝑcuſſit dn̄s oīe primogenitū in terra egipti: a p̄mogenito pharaonis q̄ in ſolio eius ſedebat: uſq; ad p̄mogenitū captiue · q̄ erat in carcere: et oīe p̄mogenitū iumētoꝝ. Surrexitq; pharao nocte et oēs ſerui eius · cūctaq; egiptuſ: ⁊ ortus ē clamor magnus ī egipto. Neq; eni erat domus ī qua nō iaceret mortuus. Vocatiſq; pharao moyſe ⁊ aaron nocte · ait. Surgite: egredimini a ꝑplo meo vos ⁊ filij iſrahel. Jte ⁊ immolate dn̄o · ſicut dicitis. Oues vr̄as ⁊ armēta aſſumite ut petieratis: et abeūtes bn̄dicite michi. Vrgebātq; egiptij ꝑplm de terra exire velociter · dicētes. Oēs moriemur. Tulit

igitur populus ꝯspersam farinā anteq̄ fer
mentaret᷑: et ligans in palleis posuit sup
humeros suos. Feceruntq; filij israhel· sicut
p̄ceperat dn̄s moysi: et petierūt ab egiptijs
vasa argentea ⁊ aurea vestemq; plurimā.
Dn̄s aūt dedit gratiā ꝑplo corā egiptijs.
ut comodarēt eis: et spoliauerūt egiptios.
Profectiq; sunt filii israhel de ramasse in so
choth sexcēta fere milia peditū viroꝝ: absq;
paruulis ⁊ mulieribꝫ. Sz ⁊ vulgus ꝓmis=
cuū innumerabile ascendit cū eis: oues et
armenta· et animātia diuersi generis mul=
ta nimis. Coxeruntq; farinā quā dudum
de egipto ꝯspersam tulerant: et fecerūt sbci
nericios panes azimos. Neq; enī poterat
fermentari· cogētibꝫ exire egiptijs· et nul=
lā facere sinentibus morā: nec pulmenti
quicq̄ occurrerat p̄parare. Habitatio aūt
filioꝝ israhel q̄ māserūt in egipto· fuit quā
dringētoꝝ ⁊ triginta annoꝝ. Quibꝫ exple=
tis: eadem die egressus ē om̄is exercitus do
mini de terra egipti. Nox ista obseruabilis
dn̄i: quādo eduxit eos de terra egipti. Hāc
obseruare debēt om̄es filij israhel ·in gene=
racōnibꝫ suis. Dixitq; dn̄s ad moysen ⁊ aa=
ron. Hec est religio phase. Om̄is alieni=
gena nō ꝯmedet ex eo. Om̄is aūt seruus em
pticius circūcidetur: ⁊ sic comedet. Aduena
et mercēnarius nō edent ex eo. In vna do
mo comedet᷑: nec efferetis de carnibꝫ eius
foras: nec os illius ꝯfringetis. Om̄is cetus
filioꝝ isrl̄· faciet illud. Qđ si quis peregri=
noꝝ in vram voluerit transire coloniā ⁊ fa
cere phase dn̄i: circūcidetur prius om̄e ma
sculinū eius· et tūc rite celebrabit: eritq; sic
indigena terre. Si quis aūt circūcisus nō
fuerit: nō vescetur ex eo. Eadē lex erit indi=
gene: et colono q̄ p̄egrinatur apud vos.
Feceruntq; omnes filij israhel· sicut p̄ceperat
dn̄s moysi ⁊ aaron: et eadē die eduxit dn̄s
filios isrl̄ de t̄ra egipti p turmas suas.

XIII

Locutusq; est dn̄s ad moysen dicēs.
Sanctifica michi om̄e p̄mogenitū
qđ aperit vuluā in filijs isrl̄: tā de hominibꝫ
q̄ de iumētis. Mea sūt enī om̄ia. Et ait mo
yses ad populū. Memētote diei huius· in
qua egressi estis de egipto ⁊ de domo serui=
tutis: qm̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de
loco isto: ut nō ꝯmedatis fermētatū panē.
Hodie egredimini · mense nouarū frugū
Cūq; introduxerit te dn̄s i terrā chananei·
et ethei· et amorrei· et euei· ⁊ iebusei· quā iu=
rauit p̄ribꝫ tuis· ut daret tibi terrā fluentē
lacte et melle: celebrabitis hūc morē sacro
rū mense isto. Septē diebꝫ vesceris azimis:
et i die septimo erit solemnitas dn̄i. Azima
ꝯmedetis septē diebꝫ. Nō apparebit apud
te aliquid fermentatū: nec in cūctis finibꝫ
tuis. Narrabisq; filio tuo in die illo dicēs.
Hoc ē qđ fecit michi dn̄s: quādo egressus
sū de egipto. Et erit q̄si signū in manū tua.
et quasi monimentū ante oculos tuos: ⁊ ut
lex domini sp̄ sit in ore tuo. In manū enī forti.
eduxit te dn̄s de egipto: ut custodias hu=
iuscemodi cultū statuto tp̄e· a diebꝫ i dies.
Cūq; introduxerit te dn̄s in terrā chana=
nei· sicut iurauit tibi ⁊ p̄ribꝫ tuis · et dederit
tibi eā: sepabis om̄e qđ apit vuluam dn̄o:
et quod p̄mitiuū ē in pecoribꝫ tuis. Quic=
quid habueris masculini sexus· ꝯsecrabis
dn̄o. Primogenitū asini mutabis oue: qđ
si nō redemeris · interficies. Om̄e aūt pri=
mogenitū hoīs de filijs tuis · p̄cio redimes.
Cūq; interrogauerit te filius tuus cras· di=
cēs· qđ ē hoc: rn̄debis ei. In manu forti e=
duxit nos dn̄s de t̄ra egipti: de domo serui
tis. Nam cū induratus essꝫ pharao · ⁊ nollet
nos dimittere occidit dn̄s om̄e p̄mogeni
tū in t̄ra egipti: a primogenito hoīs · usq;
ad p̄mogenitū iumētoꝝ. Idcirco immolo
dn̄o om̄e qđ apit vuluā masculini sexus: et
om̄ia p̄mogenita filioꝝ meorum redimo.
Erit igitur q̄si signū i manū tua· et q̄si appen=
sū quid ob recordacōez ante oculos tuos:
eo q̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de egi=
pto. Igitur cū emisissꝫ pharao ꝑplm̄· nō eos
duxit dn̄s p viā terre philistijm· q̄ vicina ē:
reputans ne forte peniteret eū· si vidissꝫ ad
uersum se bella ꝯsurgē· et reuteret᷑ in egip
tū: ſꝫ circūduxit p viā deserti: que est iuxta
mare rubrū. Et armati ascenderūt filij isra=
hel de terra egipti. Tulit q; moyses ossa io
seph secū: eo q̄ adiurassꝫ filios israhel· dicēs.
Visitabit vos deus: efferte ossa mea hic vo
biscum. Profectiq; de sochot· castrametati
sūt in ethan: in extremis finibꝫ solitudinis.

Dn̄s aūt p̄cedebat eos·ad ostendendam
viā·p diem in colūna nubis:et p noctez in
colūna ignis:ut dux esset itineis vtroqꝫ tp̄e.
Nunq̄ defuit colūna nubis p diem:nec co
lūna ignis p noctē·corā populo.

XIIII

Locutus ē aūt dn̄s ad moysen dicēs.
Loquē filijs isrl̄. Reūsi castrametētur
e regione phiairoth:q̄ est inter magdalū
et mare·ꝯtra beelsephon·In ꝯspectu eius ca
stra ponetis sup mare. Dicturusqꝫ est pha-
rao·sup filijs israhel. Coartati sūt in t̄ra:cō
clusit eos desertū. Et indurabo cor eius·ac
ꝑsequetur vos:et glorificabor ī pharaone·
et in omni exercitu eius:scientqꝫ egiptij·qꝛ
ego sū dn̄s. Feceruntqꝫ ita. Et nūciatū ē re-
gi egiptiorum:qꝛ fugisset populus. Immutatū
qꝫ ē cor pharaonis·et suorū eius sup ꝓplm:
et dixerūt. Quid voluimus facē:ut dimit-
teremus israhel ne seruiret nobis? Iūxit er
go currū:et omēz populū suū assumpsit se-
cū. Tulitqꝫ sexcētos currus electos.et quic
quid ī egipto curruū fuit:et duces totius
exercitus. Indurauitqꝫ dn̄s cor pharaonis
regis egipti:et ꝑsecutus ē filios israhel. At
illi egressi erant in manū excelsa. Cūqꝫ ꝑseq̄-
rentur egiptij vestigia p̄cedentiū:reperūt
eos ī castris sup mare. Om̄is equitatus et
currus pharaonis·et vniuersus exercitus·
erāt in phiairoth cōtra beelsephon. Cumqꝫ
appropinquasset pharao·leuātes filij israhel
oculos viderūt egiptios post se:et timue-
rūt valde. Clamaueruntqꝫ ad dn̄m:et dixerūt
ad moysen. Forsitan non erant sepulcra in
egipto ideo tulisti nos ut moreremur in so
litudine. Quid hoc facere voluisti:ut edu
cereś nos ex egipto? None iste ē s̄mo quē
loquebamur ad te ī egipto·dicētes:recede
a nobis ut seruiamus egiptijs? Multo enī
melius est seruire eis:q̄ mori in solitudine.
Et ait moyses ad ꝓplm. Nolite timē. Sta
te et videte magnalia dn̄i:que facturus ē
hodie. Egiptios enī quos nūc videtis·ne
quaq̄ vltra videbitis:usqꝫ in sempiternū.
Dn̄s pugnabit ꝓ vobis:et vos tacebitis.
Dixitqꝫ dn̄s ad moysen. Quid clamas ad
me? Loquere filijs israhel:ut ꝓficiscant̄. Tu
aūt eleua virgam tuā et extende manū tuā
sup mare:et diuide illud·ut gradiant̄ filij
israhel in medio mari p siccū. Ego aūt indu
rabo cor egiptiorum ut ꝑsequātur vos:et glo
rificabor ī pharaone·et ī om̄i exercitu eius·
et in curribꝰ et in equitibꝰ illius. Et scient e-
giptij qꝛ ego sum dn̄s:cū glorificatus fuēo
in pharaone:et in curribꝰ atqꝫ in equitibus
eius. Tollensqꝫ se angelus domini q̄ p̄cede
bat castra israhel·abijt post eos:et cū eo pa
riter colūna nubis p̄ora dimittēs:post ter-
gū stetit·inter castra egiptiorum et castra is-
rahel. Et erat nubes tenebrosa·et illuminās
noctē:ita ut ad se inuicē toto noctis tēpore
accedere non valerēt. Cūqꝫ extendisset moy
ses manū sup mare abstulit illud dn̄s·flan
te vento vehementi et vrenti tota nocte:et
vertit ī siccū. Diuisaqꝫ ē aqua:et ingressi sūt
filij israhel p mediū sicci maris. Erat enī aq̄
q̄si murus·a dextera eorum ꝛ leua. Persequē-
tesqꝫ egiptij ingressi sūt post eos:et om̄is
equitatus pharaōis·currus eius ꝛ equites
p mediū maris. Iamqꝫ aduenerat vigilia
matutina:et ecce respiciēs dominus sup ca-
stra egiptiorum p colūnā ignis ꝛ nubis:int̄-
fecit exercitū eorum·et subuertit rotas curruū.
ferebanturqꝫ in ꝓfundū. Dixerūtqꝫ egiptij.
Fugiamus israhelez:qꝛ dn̄s pugnat ꝓ eis
cōtra nos. Et ait dn̄s ad moysen. Extende
manū tuā sup mare:ut reuertātur aque ad
egiptios·sup currus ꝛ equites eorum. Cūqꝫ
extendisset moyses manū ꝯtra maē:reuersū
est primo diluculo ad p̄orem locū. Fugien
tibusqꝫ egiptijs occurrerūt aque:ꝛ inuoluit
eos dn̄s in medijs fluctibꝰ. Reuerseqꝫ sunt
aq̄:et operuerūt currus ꝛ eq̄tes cūcti exerci
tus pharaōis·qui sequētes ingressi fuerāt
mare:nec vnus quidē supfuit ex eis. Filij
autē israhel·p̄rexerūt p mediū sicci maris:
et aque eis erāt q̄si ꝓ muro·a dextris ꝛ a si
nistris. Liberauitqꝫ dn̄s in die illo israhel de
manū egiptiorum:ꝛ viderūt egiptios mortuos
sup litus maris:et manū magnā quā exer-
cuerat dn̄s ꝯtra eos. Timuitqꝫ ꝓplus dn̄m:
et crediderūt dn̄o·et moysi seruo eius.

XV

Tunc cecinit moyses ꝛ filij israhel·car-
mē hoc dn̄o:et dixerūt. Cātemus do-
mino. Gloriose enī magnificatus est:equū
et ascensorē deiecit in mare. Fortitudo mea
et laus mea dn̄s:et factus ē michi ī salutē.

Iste deus meus ⁊ glorificabo eũ: deus pr̃is
mei: et exaltabo eũ. Dñs quasi vir pugna-
tor: omnipotẽs nomẽ eius: currus pharao
nis et exercitum eius ꝓiecit in mare. Electi
principes eius submersi sũt in mari rubro:
abissi operuerũt eos: descẽderũt in ꝓfundũ
quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata
est in fortitudie: dextera tua dñe ꝑcussit in-
imicũ: et in multitudine glorie tue deposui-
sti aduersarios meos. Misisti irã tuã: que
deuorauit eos sicut stipulã: et in spiritu fu-
roris tui ꝯgregate sũt aque. Stetit vnda
fluens: ꝯgregate sũt abissi in medio mari.
Dixit inimicus. Persequar ⁊ ꝯphendã: di-
uidam spolia: implebit̃ anima mea. Euagi
nabo gladiũ meũ: interficiet eos manus
mea. Flauit spiritus tuus ⁊ operuit eos ma
re: submersi sũt quasi plũbũ in aquis vehe-
mentibꝫ. Quis similis tui in fortibꝫ dñe? Quis
similis tui magnificus in sanctitate: terri-
bilis atq3 laudabilis. et faciẽs mirabilia?
Extẽdisti manũ tuam: et deuorauit eos t̃ra.
Dux fuisti ĩ misericordia tua: ꝑplo quẽ rede
misti. Et portasti eũ ĩ fortitudie tua: ad ha
bitaculũ sanctũ tuũ. Ascẽderũt ꝑpli et irati
sũt: dolores obtinuerũt h̃itatores philisti
im. Tunc ꝯturbati sũt principes edom: ro-
bustos moab obtinuit tremor: obriguerũt
omnes habitatores chanaan. Irruat super
eos formido ⁊ pauor: in magnitudine bra-
chij tui. Fiant immobiles q̃si lapis: donec
ꝑtranseat populus tuus dñe: donec pertrã
seat populus tuus iste quẽ possedisti. In-
troduces eos et plãtabis in monte h̃edi-
tatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod
operatus es dñe. Sanctuariũ tuũ dñe: q̃d
firmauerũt manus tue. Dñs regnabit in e-
ternũ et vltra. Ingressus ẽ eni eques pha-
rao cũ curribꝫ ⁊ equitibus eius in mare: et
reduxit sup eos dñs aquas maris. Filij au
tem israhel ambulauerũt ꝑ siccũ: in medio
eius. Sumpsit ergo maria ꝓphetissa. soror
aaron. timpanũ in manu sua: egresseq3 sũt
om̃es mulieres post eã cũ timpanis ⁊ cho-
ris: quibꝫ p̃cinebat dicẽs. Cãtemus domi-
no. Gloriose enim magnificatus ẽ: equũ et
ascensorẽ eius deiecit in mari. Tulit autẽ
moyses israhel de mari rubro: ⁊ egressi sũt
in desertũ sur. Ambulaueruntq3 tribus diebꝫ
ꝑ solitudinẽ: et nõ inueniebãt aquã. Et ve-
nerũt in marath: nec poterãt bibere aquas
de marath. eo ꝙ essent amare. Vnde ⁊ cõ-
gruũ loco nomẽ imposuit: vocans illũ mã-
rath id ẽ amaritudinẽ. Et murmurauit po-
pulus ꝯtra moysen dicẽs. Quid bibemus?
At ille clamauit ad dñm. Qui ostendit ei
lignũ: q̃d cũ misisset in aquas. in dulcedinẽ
verse sũt. Ibi ꝯstituit ei p̃cepta atq3 iudicia
et ibi temptauit eũ dicẽs. Si audieris vo
cem dñi dei tui. et quod rectũ est corã eo fe
ceris. et obedieris mãdatis eius. custodi
erisq3 om̃ia p̃cepta illius: cunctũ languorẽ
quẽ posui in egipto nõ inducã sup te. Ego
enim dominus sanator tuus. Venerũt autẽ
in helim filij israhel: vbi erãt duodecim fon-
tes aquarꝫ ⁊ septuaginta palme: et castra
metati sunt iuxta aquas. XVI

Profectiq3 de helim venit om̃is multi-
tudo filiorꝫ isrl' in desertũ syn. q̃d ẽ in-
ter helim ⁊ sinai: quintadecima die mensis
sc̃di postq̃ egressi sũt de t̃ra egipti. Et mur
murauit oĩs ꝯgregacõ filiorꝫ israhel. ꝯtra
moysen ⁊ aaron. in solitudine. Dixeruntq3 fi-
lij israhel ad eos. Vtinã mortui essemus ꝑ
manũ domini in terra egipti: quãdo sedeba
mus sup ollas carniũ. et comedebamus pa
nem ĩ saturitate. Cur induxistis nos in de-
s̃tũ istud: ut occideretis om̃ẽ multitudinẽ
fame? Dixit aũt dñs ad moysen. Ecce ego
pluam vobis panes de celo. Egrediat̃ po
pulus ⁊ colligat q̃ sufficiũt ꝑ singulos dies:
ut temptẽ eũ. vtrum ambulet in lege mea.
an nõ. Die aũt sexto parent q̃d inferãt: et sit
duplũ quã colligere solebant ꝑ singulos
dies. Dixeruntq3 moyses et aaron ad om̃es
filios israhel. Vespe scietis ꝙ dñs eduxerit
vos de t̃ra egipti: et mane videbitis gl̃iã
domini. Audiuit enim murmur ṽr̃m contra
dñm. Nos vero q̃d sumus: ꝙ mussitastis
ꝯtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs
vespe carnes edere. et mane panes in satu
ritate: eo ꝙ audierit murmuracões vestras
quibꝫ murmurati estis ꝯtra eũ. Nos enim
q̃d sumus? Nec ꝯtra nos ẽ murmur ṽr̃m:
sed contra dñm. Dixit q3 moyses ad aaron.
Dic vniũse ꝯgregacõni filiorũ isrl'. Accedite

corã dño. Audiuit enim murmur vestrũ.
Cumq; loqueretur aaron ad omnem cetũ fili
orũ israhel: respexerũt ad solitudinẽ. Et ecce
gloria domini apparuit in nube. Locutus ẽ
autẽ dñs ad moysen dicẽs. Audiui mur-
muraciones filiorũ israhel. Loquere ad eos.
Vespere comedetis carnes: et mane satura-
bimini panibus: scietisq; q ego sum dñs deus
vester. Factũ est ergo vespe et ascendens
coturnix cooperuit castra: mane q; ros iacu-
it ꝑ circuitũ castrorũ. Cũq; operuisset sup̃fi
ciem terre: apparuit ĩ solitudine minutũ. et
quasi pilo tusũ in similitudinẽ pruine super
terrã. Quod cũ vidissent filij israhel: dixerũt
ad inuicẽ. Manhu? Quod significat. Quid
est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus
ait moyses. Iste ẽ panis quẽ dñs dedit vo-
bis ad vescendũ. Hic ẽ sermo quẽ p̃cepit
vobis dñs. Colligat vnusquisq; ex eo q̃n
tum sufficit. ad vescendũ: gomor ꝑ singula
capita. Iuxta numerũ animarũ vrarũ que
habitant ĩ tabernaculo: sic tolletis. Feceruñt
q; ita filij israhel: et collegerũt. alius plus a-
lius minus: et mensi sũt ad mẽsurã gomor.
Nec qui plus collegerat. habuit amplius:
nec qui minus parauerat. reperit minus: s;
singuli iuxta id quod edere poterãt cogre-
gauerunt. Dixitq; moyses ad eos. Nullus
relinquat ex eo in mane. Qui nõ audierũt
eum: sed dimiserũt quidam ex eis usq; ma-
ne: et scatere cepit vermibus. atq; computruit. Et
iratus est contra eos moyses. Colligebãt aũt
mane. singuli: quantũ sufficere poterat ad
vescẽdũ. Cumq; incaluisset sol: liquefiebat.
In die aũt sexta. collegerũt cibos duplices:
id est duo gomor ꝑ singulos homines. Ve-
nerũt aũt omnes principes multitudinis. et
narrauerũt moysi. Qui ait eis. Hoc est qđ
locutus ẽ dñs. Requies sabbati. sanctifica
ta est domino. Cras quodcũq; operandum
est. facite: et q̃ coquenda sũt coquite. Quic
quid aũt reliquũ fuerit. reponite usq; ĩ mane
Fecerũtq; ita ut p̃ceperat moyses. et nõ cõ
putruit: neq; vermis inuentus ẽ in eo. Dixit-
q; moyses. Comedite illud hodie. q2 sab-
batũ est dño: nõ inuenietur hodie in agro
Sex diebus colligite: in die autẽ septimo
sabbatũ est domino: id circo nõ inuenietur.
Venitq; septima dies: et egressi de populo
ut colligerent nõ inuenerũt. Dixit aũt dñs
ad moysen. Usq; quo non vultis custodi-
re mandata mea: et legẽ meã? Videte q
dominus dederit vobis sabbatum: et ꝓpter
hoc tribuit vobis die sexta cibos duplices.
Maneat vnusquisq; apud semetipsum: et nul
lus egrediatur de loco suo. die septimo: et
sabbatizabit populus die septimo. Appel-
lauitq; domus isrl̃. nomẽ eius man. Quod
erat quasi semen coriandri albũ: gustusq;
eius q̃si simile cũ melle. Dixit autẽ moyses.
Iste est sermo quẽ p̃cepit dñs. Imple go-
mor ex eo. et custodiatur in futuras retro gñra
cõnes: ut nouerint panẽ. quo alui vos ĩ so
litudine: qñ educti estis de terra egipti. Di-
xitq; moyses ad aaron. Sume vas vnũ: et
mitte ibi man. quantũ potest cape gomor.
et repone coram dño ad seruandũ in gñra-
cõnes vr̃as: sicut precepit dominus moy-
si. Posuitq; illud aaron in tabernaculo re-
seruãdũ. Filij aũt israhel comederũt man q̃dra-
gita ãnis: donec venirẽt in terrã habitabi-
lẽ. Hoc cibo aliti sũt usq; quo tãgerẽt fines
terre chanaan. Gomor aũt decĩa pars est
ephi. XVII

Igitur ꝓfecta oĩs multitudo
filiorũ israhel de deserto syn. ꝑ mansiones su
as. iuxta sermonẽ domini: castrametati sunt
in raphidim: vbi nõ erat aqua ad bibẽdũ
ꝑplo. Qui iurgatus contra moysen. ait. Da no
bis aquam ut bibamus. Quibus r̃ndit moy
ses. Quid iurgamini contra me? Cur tẽptatis
dñm? Sitiuit ergo ibi ꝑplus ꝓ aque penu
ria: et murmurauit contra moysen dicẽs. Cur
fecisti nos exire de egipto: ut occideres nos
et liberos nostros ac iumenta siti? Clama
uit aũt moyses ad dñm dicẽs. Quid faciã
ꝑplo huic? Adhuc paululũ: et lapidabit
me. Et ait dñs ad moysen. Antecede ꝑplm:
et sume tecũ de senioribus isrl̃: et virgã q̃ ꝑ-
cussisti fluuiũ tolle in manu tua. et vade. En
ego stabo ibi corã te. sup̃ petrã oreb: ꝑcuti-
esq; petrã: et exibit ex ea aq̃. ut bibat ꝑplus.
Fecit ita moyses coram senioribus israhel. Et
vocauit nomẽ loci illius temptacõ. ꝓpter
iurgiũ filiorũ israhel: et q2 tẽptauerũt dñm
dicẽtes. Est ne deus in nobis an nõ? Venit
aũt amalech: et pugnabat cõtra filios isrl̃

in raphidim. Dixitq; moyses ad iosue. Eli
ge viros: et egressus pugna ɔtra amalech
cras. Ego stabo in v̾tice collis: h̃ns virgā
dei in manu mea. Fecit iosue ut locutus erat
moyses: ⁊ pugnauit ɔtra amalech. Moy-
ses aūt ⁊ aaron ⁊ hur ascēderūt sup verti-
cem collis. Cūq; leuaret moyses manus.
vincebat israhel. Sin aūt paululū remisisset:
supabat amalech. Manus aūt moysi erāt
graues. Sumentes igitur lapidē posuerūt
subter eū in quo sedit: aaron aūt ⁊ hur. su
stētabāt manus eius ex vtraq; parte. Et
factū ē ut manus illius nō lassarent: usq;
ad occasū solis. Fugauitq; iosue amalech
et ꝓplm eius in ore gladij. Dixit autē dn̄s
ad moysen. Scribe hoc ob monimentū in
libro: et trade auribꝫ iosue. Delebo enī me-
moriā amalech sub celo. Edificauitq; moy
ses altare: et vocauit nomē eius. dn̄s exal-
tacō mea. dicēs. Quia manus solius dn̄i. et
bellū dei erit ɔtra amalech: a gn̄acōne in

XVIII

gn̄acōē. Cumq; audisset ie-
thro sacerdos madian cognatus moy
si. omīa que fecerat dn̄s moysi. et israhel po
pulo suo. et q̃ eduxisset dn̄s israhel de egi
pto: tulit sephoram vxorē moysi quā remi
serat. et duos filios eius: quorū vnus voca
batur gersan. dicente patre. aduena fui in
terra aliena: alter vero eliezer. deus enī ait
p̄ris mei. adiutor meus: et eruit me de gla
dio pharaonis. Venit ergo iethro cogna-
tus moysi. et filij eius. et vxor eius. ad moy
sen in desertū. vbi erat castrametatus iuxta
montē dei: et mandauit moysi dicēs. Ego
iethro cognatus tuus. venio ad te: et vxor
tua. et duo filij tui cū ea. Qui egressus in oc
cursū cognati sui adorauit: et osculatus ē eū.
Salutaueruntq; se mutuo v̾bis pacificis.
Cūq; intrasset tabnaculū: narrauit moyses
cognato suo cūcta que fecerat dn̄s pharao
ni ⁊ egiptijs ꝓpter israhel. vniuersūq; labo
rem qui accidisset eis in itinere: et q̃ libera-
uerat eos dn̄s. Letatusq; ē iethro sup omi-
bus bonis. q̄ fecerat dn̄s israheli: eo q̃ eru-
isset eū de manu egiptiorū. Et ait. Bn̄dictus
dn̄s qui liberauit vos de manu egiptiorū. et
de manu pharaonis: q̄ eruit ꝓplm suū de manu
egipti. Nūc cognoui q̃ magnus dominus
sup omēs deos: eo q̃ superbe egerint ɔtra
eos. Obtulit ergo iethro cognatus moysi.
olocausta ⁊ hostias dn̄o: veneruntq; aaron.
et omēs seniores filiorū israhel: ut comede-
rēt panē cū eo corā dn̄o. Altera aūt die se-
dit moyses ut iudicaret ꝓplm: q̄ assistebat
moysi a mane usq; ad vesperā. Quod cū vi
disset cognatus eius. oīa scilicet q̄ agebat ī
ꝓplo. ait. Quid est quod facis ī plebe? Cur
solus sedes: et omis ꝓplus p̄stolatur de manē
usq; ad vesperā? Cui rn̄dit moyses. Venit
ad me ꝓplus: q̄rens sententiā dei. Cūq; acci-
derit eis aliq̄ disceptatio veniunt ad me ut
iudicē inter eos: et ostēdā p̄cepta dei. et le
ges eius. At ille: nō bonā inquit rem facis.
Stulto labore ɔsumeris: et tu ⁊ ꝓplus iste q̄
tecū est. Vltra vires tuas est negociū. So
lus illud non poteris sustinē: s; audi verba
mea atq; ɔsilia: ⁊ erit dn̄s tecū. Esto tu ꝓplo
in hijs q̄ ad deū ꝑtinēt ut referas que dicū-
tur ad eū: ostendasq; ꝓplo cerimonias. et
ritū colēdi. viamq; ꝑ quā ingredi debeant:
et opus qđ facere. Prouide aūt de omi ple
be viros sapiētes ⁊ timentes deū in quibus
sit veritas. et q̄ oderint auariciā: et ɔstitue
ex eis tribunos ⁊ centuriones. et quinq̄ge
narios. et decanos: qui iudicent ꝓplm omni
tp̄e. Quicquid aūt maius fuerit referāt ad
te: et ipi minora tātūmodo iudicēt: leuiusq;
sit tibi. partito ī alios onere. Si hoc feceris.
implebis imperiū dn̄i: et p̄cepta eius pote
ris sustētare: et omis hic ꝓplus reuertetur
ad loca sua cū pace. Quibꝫ auditis. moyses
fecit omnia q̄ ille suggesserat. Et electis vi
ris strennuis de cūcto israhel cōstituit eos
principes populi. tribunos. et cēturiones.
et quinquagenarios ⁊ decanos: q̄ iudica-
rent plebē dn̄i omni tēpore. Quicq̄d autē
grauius erat referebant ad eū: faciliora tā
tūmō iudicātes. Dimisitq; cognatū suum:
qui reuersus abijt in terrā suam.

XIX

Mense tercio egressionis israhel de tra
egipti: in die hac venerūt in solitudi-
nē synai. Nā ꝓfecti de raphidim et peruen
ientes usq; in desertū synai. castrametati sūt
in eodē loco: ibiq; israhel fixit tētoria e regi
one mōtis. Moyses aūt ascendit in montē
ad deū. Vocauitq; eum dn̄s de mōte et ait.

Hec dices domui iacob: et ānūciabis filijs israhel. Vos ipi vidistis q̄ fecerim egiptijs: quō portauerim vos sup alas aquilarꝝ: et assumpseri michi. Si ergo audieritis vocem meā. et custodieritis pactum meū: eritis michi in regnū sacerdotale: ⁊ gens scā. Hec sūt verba q̄ loqueris ad filios israhel. Venit moyses: et cōuocatis maioribꝯ natu populi. exposuit om̄es ſmones quos mādauerat dn̄s. Respōditq; om̄is pplus simul. Cūcta q̄ locutus est dn̄s . faciemus. Cumq; retulisset moyses verba ppli ad dominū: ait ei dn̄s. Jam nūc veniā ad te in caligine nubis: ut audiat me pplus loquentē ad te: et credat tibi in ppetuū. Nūciauit ergo moyses verba ppli ad dominū. Qui dixit ei. Vade ad ppl'm: et sanctifica illos hodie ⁊ cras. lauentq; vestimenta sua: ⁊ sint parati in diē tercium. In die enim tercio descendet dominꝰ corā omni plebe. sup montē sinai. Constituesq; terminos pplō p circuitū: et dices ad eos. Cauete ne ascendatis in montē: nec tangatis fines illius. Om̄is q̄ tetigerit mōtem morte morietur. Manus non tangent eum: ſʒ lapidibꝯ opprimet᷑: aut ɔfodiet᷑ iaculis. Siue iumentū fuerit siue homo. non viuet. Cum ceperit clangere bucina: tunc ascendāt in montē. Descenditq; moyses de monte ad ppl'm: et sanctificauit eū. Cūq; lauissent vestimenta sua: ait ad eos. Estote parati in diem terciū: et ne appropinquetis vxoribꝯ vr̄is. Jamq; aduenerat tercius dies. et mane inclaruerat: et ecce ceperūt audiri tonitrua. ac micare fulgura: et nubes densissima operire montem. Clangorq; bucine vehemētius pstrepebat: et timuit populus q̄ erat in castris. Cūq; eduxisset eos moyses in occursū dei de loco castrorū: steterūt ad radices montis. Totus aūt mons synai fumigabat: eo q̄ descendisset dn̄s sup eū in igne: et ascēderet fumus ex eo q̄si de fornace. Eratq; om̄is mons terribilis: et sonitus bucine paulatim crescebat in maius: et plixius tendebat᷑. Moyses loquebat᷑: et dn̄s respondebat ei. Descenditq; dominus sup montē synai in ipo mōtis vertice: et vocauit moysen in cacumē eius. Quo cū ascendisset: dixit ad eū. Descēde et ɔtestare populū: ne forte velit transcendē tminos ad videndū dn̄m: et pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes q̄q; qui accedūt ad dn̄m sanctificētur: ne pcutiat eos. Dixitq; moyses ad dn̄m. Nō poterit vulgus ascendē i mōtē synai. Tu eni testificatus es: ⁊ iussisti dicēs. Pone tminos circa montē: ⁊ sanctifica illū. Cui ait dn̄s. Vade descēde: ascendesq; tu et aaron tecū. Sacerdotes aūt et pplus non trāseant terminos: nec ascendāt ad dn̄m: ne forte interficiat illos. Descēditq; moyses ad ppl'm: et om̄ia narrauit eis.

XX

Locutusq; ē dn̄s cūctos ſmones hos. Ego sum dn̄s deus tuus. q̄ eduxi te de terra egipti: de domo ſuitutis. Nō habebis deos alienos corā me. Non facies tibi sculptile: neq; om̄ē similitudinē q̄ est in celo desup. et que in terra deorsū: nec eorꝝ que sunt in aquis sub tr̄a. Nō adorabis ea neq; coles. Ego sum dn̄s deus tuus fortis zelotes: visitās iniquitatē patrū in filijs: in terciā ⁊ q̄rtam gn̄ationē eorꝝ q̄ oderūt me: ⁊ faciens misericordiam in milia hijs qui diligūt me. et custodiunt pcepta mea. Nō assumes nomen domini dei tui in vanū. Nō enim habebit insontē dn̄s eū: q̄ assumpserit nomē dn̄i dei sui frustra. Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebꝯ operaberis: ⁊ facies oīa opera tua. Septimo aūt die sabbātū domini dei tui ē. Nō facies om̄e opus in eo: tu ⁊ filius tuus ⁊ filia tua. ſuus tuus ⁊ āncilla tua. iumentū tuū ⁊ aduena: q̄ ē intra portas tuas. Sex eni diebꝯ fecit dn̄s celū et terrā ⁊ maē et om̄ia q̄ in eis sunt: et reqeuit in die septimo. Jdcirco bn̄dixit dn̄s diei sabbati: ⁊ sāctificauit eum. Honora prēm tuū ⁊ mrēm tuā: ut sis lōgeuus sup terrā quā dominus deꝰ tuus dabit tibi. Nō occides. Nō mechaberis. Nō furtū facies. Nō loq̄ris ɔtra pximū tuū falsū testimoniū. Nō ɔcupisces domū pximi tui. Nec desiderabis vxorē eius: nō seruū nō ancillā nō bouē nō asinū: nec oīa que illius sūt. Cunctus aūt pplus videbat voces. ⁊ lampades. et sonitū bucine. montēq; fumantē: et pterriti ac pauore ɔcussi steterūt pcul: dicētes moysi. Loq̄re tu nobis: et audiemus. Nō loquatur nobis dn̄s: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū.

Nolite timere. Ut enī probaret vos venit
deus: et ut terror illius eēt in vobis: et non
peccaretis. Stetitq; pplus delōge: moyses
autē accessit ad caligīnē in qua erat deus.
Dixitq; pterea dñs ad moysen. Hec dices
filijs israhel. Vos vidistis φ de celo locut⁹
sim vobis. Nō facietis deos argēteos: nec
deos aureos facietis vobis. Altare de tra
facietis michi: ⁊ offeretis sup eo olocausta
et pacifica vrā. oues vras ⁊ boues: in omni
loco in quo memoria fuerit nomis mei. Ve-
niā ad te: et bñdicā tibi. Qd si altare lapi-
deū feceris michi: nō edificabis illud de se
ctis lapidib⁹. Si enī leuaueris cultrū tuū
sup eo. polluet. Nō ascendes p gradus ad
altare meum: ne reueletur turpitudo tua.

XXI

Hec sūt iudicia q̄ ppones eis.
Si emeris suū hebreū. sex ānis ser-
uiet tibi: in septimo egredietur liber gratis.
Cum quali veste intrauerit: cū tali exeat. Si
habēs vxorē: et vxor egredietur simł. Sin
autē dñs dederit illi vxorē. et pepererit filios
et filias: mulier ⁊ liberi eius erūt domini sui:
ipe vero exibit cū vestitu suo. Qd si dixerit s
uus. diligo dñm meū et vxorē ac liberos.
nō egrediar liber: offeret eum dñs dijs. et
applicabit ad ostiū et postes: pforabitq;
aurē eius subula. ⁊ erit ei seruus in seculū.
Si quis vendiderit filiam suā in famulam:
nō egredietur sicut ācille exire osueuerūt.
Si displicuerit oculis domini sui cui tradi-
ta fuerit dimittet eā: pplo aūt alieno vendē
di nō habebit ptātē. si spreuerit eam. Si
aūt filio suo desponderit eā: iuxta morē fili
arū faciet illi. Qd si alterā ei accepit: puide
bit puelle nupcias et vestimenta: et preciū
pudicicie nō negabit. Si tria ista nō fece
rit: egredietur gratis absq; pecunia. Qui p
cusserit hoiem volens occidere: morte mo-
riat. Qui aūt nō est insidiatus. sed deus il-
lū tradidit in manus eius: ostituā tibi locū
in quo fugere debeat. Si quis p industriā
occiderit pximū suū. et p insidias: ab altari
meo euelles eum ut moriat. Qui pcusserit
prēz suū aut matrē: morte moriat. Qui ma
ledixerit patri suo vel matri: morte moriat.
Qui furatus fuerit hominē. et vendiderit
eū: cōuictus noxe morte moriat. Si rixati
fuerint viri et pcusserit alter pximū suū la
pide vel pugno. et ille mortuus nō fuit sz ia
cuerit in lectulo: si surrexerit ⁊ ambulauerit
foris sup baculū suū. innocēs erit q̄ pcusse
rit: ita tñ ut operas eius. et impensas in me
dicos restituat. Qui pcusserit seruū suū vel
ācillā virga ⁊ mortui fuerint ī manib⁹ eius:
criminis reus erit. Sin aūt vno die vel duo
bus supuixerit. nō subiacebit pene: q2 pe-
cunia illius ē. Si rixati fuerint viri. et pcus-
serit quis mulierē pregnantē ⁊ abortiuū
quidē fecerit. sz ipa vixerit: subiacebit dā-
no quātū maritus mulieris expetierit: et ar
bitri iudicauerint. Si aūt mors eius fuerit
subsecuta: reddet animā p aīa. Oculū p o-
culo. dentē p dente: manū p manū. pedē pro
pede. adustionē p adustione: vulnus pro
vulnē. liuorē p liuore. Si pcusserit quis-
piā oculū serui sui aut ācille. et luscos eos fe-
cerit: dimittet eos liberos p oculo quē eru-
it. Dentē q̄z si excusserit seruo vel ācille sue: si-
militer dimittet eos liberos. Si bos cornu
pcusserit virū. ā mulierē. et mortui fuerint.
lapidib⁹ obruet: et nō comedent carnes e-
ius: dñs q̄z bouis innocēs erit. Quod si bos
cornipeta fuit ab heri. et nudiustercius. et
contestati sūt dñm eius. nec recluserit dñs eū.
occideritq; virū aut mulierē: et bos lapidi-
bus obruet: et dñm eius occidet. Qd si p-
ciū fuit ei impositū. dabit p anima sua: quic
quid fuerit postulatus. Filiū q̄z et filiā. si cor
nu pcusserit: simili sentētie subiacebit. Si s
uū ancillāq; inuaserit: triginta siclos ar-
gēti dño dabit: bos vero lapidib⁹ opprime
tur. Si quis apuerit cisternā ⁊ foderit. et
nō opuerit eā. cecideritq; bos. ā asinus in
eā: reddet dñs cisterne pciū iumētorū: qd
autē mortuū est. ipius erit. Si bos alienus
bouē alterius vulnerauerit. et ille mortuus
fuerit: vendēt bouē viuū et diuident pciū:
cadauer aūt mortui. inter se dispcient. Si
autē sciebat φ bos cornipeta eēt ab heri ⁊
nudiustertius ⁊ nō custodiuit eū dñs suus:
reddet bouē p boue: et cadauer integrum
accipiet.

XXII

Si quis furatus fuit
bouē aut ouē. et occiderit vel vēdide
rit: quinq; boues p vno boue restituet: et q̄
tuor oues pro vno oue. Si effringēs fur

Locutusqȝ ē dn̄s ad moysen dicēs. Hic ē ritus leprosi quādo mūdatus ē. Adducet ad sacerdotez. Qui egressus de castris· cū inuenerit leprā esse mundatā· ꝑcipiet ei q̄ purificat· ut offerat duos passeres viuos ꝓ se quos vesci licitū ē: et lignū cedrinū· vermiculūqȝ· et ysopū. Et vnū ex passeribȝ immolari iubebit ī vase fictili sup aquas viuētes: aliū aūt viuū· cū ligno cedrino et cocco et ysopo· tinget ī sanguine passeris immolati· quo aspget illū q̄ mūdandus ē septies· ut iure purget: et dimittet passerē viuū ut in agrū auolet. Cūqȝ lauerit homo vestimēta sua· radet oēs pilos corporis· et lauabit aqua· purificatusqȝ ingredietur castra: ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculū suū septē dieb: et die septima radet capillos capitis· barbāqȝ et supcilia· ac totius corpis pilos. Et lotis rursū vestibȝ et corpore· die octauo assumet duos agnos immaculatos· et ouē anniculā absqȝ macula: et tres decimas simile sacrificiū q̄ conspersa sit oleo: et seorsū olei sextariū. Cūqȝ sacerdos purificās hoīem statuerit eū et hec oīa corā dn̄o in ostio tabnaculi testimonii: tollet agnū et offeret eū ꝓ delicto oleiqȝ sextariū. Et oblatis ante dn̄m omibȝ· immolabit agnū vbi solz immolari hostia pro pcc̄o et olocaustū id ē in loco scō. Sicut enī pro pcc̄o: ita et ꝓ delicto· ad sacerdotē ptinet hostia. Sancta scōꝝ est. Assumēsqȝ sacerdos de sanguine hostie q̄ immolata ē ꝓ delicto ponet sup extremū auricule dextre eius qui mūdatur· et sup pollices manus dextre et pedis: et de olei sextario mittet in manū suā sinistrā tingetqȝ digitū dextrū ī eo: et aspget corā dn̄o septies. Quod aūt reliquū ē olei in leua manū· fundet super extremū auricule dextre eius q̄ mundatur· et sup pollices manus ac pedis dextri: et sup sanguinē q̄ effusus ē ꝓ delicto: et sup caput eius. Rogabitqȝ pro eo corā dn̄o: et faciet sacrificiū pro pcc̄o. Tūc immolabit olocaustū: et ponet illud ī altari cū libamētis suis: et hō rite mūdabitur. Quod si paup ē· et nō potest manus eius inuenire que dicta sūt: ꝓ delicto sumet agnū ad oblacōez· ut roget ꝓ eo sacerdos· decimāqȝ partē simile· cōsperse oleo in sacrificiū· et olei sextarium· duosqȝ turtures siue duos pullos colūbe quoꝝ vnus sit ꝓ pcc̄o· et alter in olocaustū: offeretqȝ ea· die octauo purificacōis sue sacerdoti ad ostiū tabnaculi testimonii corā dn̄o. Qui suscipiēs agnū pro delicto· et sextariū olei· leuabit simul: immolatoqȝ agno de sangne eius ponet sup extremū auricule dextre eius q̄ mundatur

et sup pollices manus eius ac pedis dextri. Olei vero partē mittet in manū suā sinistrā: in quo tingēs digitū dextre manus aspget septies corā dn̄o tangetqȝ extremū dextre auricule illius q̄ mūdat᷑. et pollices manus ac pedis dextri: in loco sanguinis q̄ effusus est ꝓ delicto. Reliquā autē partē olei q̄ est in sinistra manu. mittet super caput purificati ut placet ꝓ eo dn̄m: et turturē siue pullū colūbe offeret: vnū pro delicto. et alterū in olocaustū cū libamētis suis. Hoc est sacrificiū leprosi: qui habere nō potest omnia in emundacōnē sui. Locutusqȝ ē dn̄s ad moysen et aarō dicēs. Cūqȝ ingressi fueritis terram chanaan. quā ego dabo vobis in possessionē: si fuerit plaga lepre in edib᷒: ibit cuius est domus nuncians sacerdoti. et dicet. Quasi plaga lepre videt᷑ michi esse in domo mea. At ille ꝑcipiet ut efferant᷑ vniūsa de domo priusq̄ȝ ingrediat᷑ eam. et videat vtrū leprosa sit: ne immūda fiāt oīa que in domo sūt. Intrabitqȝ postea ut ꝯsideret leprā domus: et cū viderit in parietib᷒ illius q̄si valliculas pallore siue rubore deformes. et hūiliores supficie reliq̄. egrediet᷑ ostiū domus ⁊ statim claudet illā septē diebus: reuersusqȝ die septimo ꝯsiderabit eam. Si inuenerit creuisse lepram iubebit erui lapides in quib᷒ lepra est: et ꝓiciet eos extra ciuitatem in locum immundū: domū autem ipam radi intrinsecus p circuitū. et spgi puluerem rasure extra vrbē in locū immundū: lapidesqȝ alios reponi ꝓ hiis q̄ ablati fuerāt. et luto alio liniri domū. Sin aūt postq̄ȝ eruti sūt lapides. et puluis elatus. ⁊ alia terra lita ingressus sacēdos viderit reuersā lepram. et parietes respsos maculis: lepra est pseuerās: et immūda domus. Quam statī destruēt: et lapides eius ac ligna atqȝ vniūsum puluerē ꝓiciēt extra opidū in locū immundū. Qui intrauerit domū quādo clausa est immūdus eit usqȝ ad vesperū: et qui dormierit in ea ⁊ comederit quippiā lauabit vestimēta sua. Qd̄ si introiēs sacerdos viderit leprā nō creuisse ī domo postq̄ȝ denuo lita fuerit: purificabit eam reddita sanitate. Et in purificacōe eius sumet duos passeres lignūqȝ cedrinū ⁊ v̄miculū atqȝ ysopum: et immolato vno passere in vāsi fictili super aquas viuas. tollet lignū cedrinū. ⁊ ysopū et coccū. et passerem viuū. et tinget oīa in sanguine passeris immolati atqȝ in aquis viuētib᷒ ⁊ aspget domū septies: purificabitqȝ eam tam in sanguine passeis q̄ȝ in aquis viuentibus. et in passere viuo. lignoqȝ cedrino ⁊ ysopo. atqȝ v̄miculo. Cūqȝ dimiseit passerē auolare in agrū libere: orabit ꝓ domo ⁊ iure mūdabit᷑. Ista est lex oīs lepre et pcussure. lepre vestiū ⁊ domorū. cicatricis et erumpentiū papularꝝ: lucētis macule et ī varias species colorib᷒ immutatis: ut possit sciri quo tpe mūdū q̄d vel immūdū sit.

XV

Locutusqȝ est dn̄s ad moysen et aarō dicēs. Loquimini filijs isrl̄: et dicite eis. Vir q̄ patitur fluxū seminis. immūdus eit: et tūc iudicabit᷑ huic vicio subiacē: cū p singula momenta adheserit carni eius. atqȝ cōcreueit fedus humor. Oīe stratū ī quo dormierit immūdū erit: et vbicūqȝ sederit. Si quis hoīm tetigerit lectū eius lauabit vestimēta sua: et ipe lotus aq̄ immūdus erit usqȝ ad vesperū. Si sederit vbi ille sederat: ⁊ ipe lauabit vestimēta sua: et lotus aqua immūdus eit usqȝ ad vespm. Qui tetigerit carnē eius lauabit vestimēta sua: et ipe lotus aqua immūdus eit usqȝ ad vesperū. Si saliuā huiuscemodi homo iecerit sup eū qui mūdus est lauabit vestimēta sua: et lotus aqua immūdus eit usqȝ ad vesperū. Sagma sup qd̄ sederit immūdū eit: et quicq̄d sub eo fuerit q̄ fluxū seminis patitur pollutū erit usqȝ ad vespm. Qui portauerit horꝝ aliquid lauabit vestimēta sua: et ipe lotus aq̄ immūdus erit usqȝ ad vespm. Oīs quē tetigerit q̄ talis ē nō lotis ante manib᷒. lauabit vestimenta sua: et lotus aq̄ immūdus erit usqȝ ad vespm. Vas fictile qd̄ tetigerit ꝯfringet᷑: vas aūt ligneū lauabit᷑ aq̄. Si sanatus fuīt q̄ hm̄oī sustinet passionē numerabit septē dies post emūdationē sui: ⁊ lotis vestib᷒. ⁊ toto corpe ī aquis viuētib᷒ eit mūdus. Die aūt octauo sumet duos turtures aut duos pullos colūbe: et veniet in ꝯspectu domini ad ostiū tabernaculi testimonij dabitqȝ eos sacerdoti. Qui faciet vnū ꝓ peccato. et alterū in olocaustū:

rogabitqꝫ pro eo corā dn̄o ut emūdetur a fluxu seminis sui. Vir de quo egreditᷣ semen coitus·lauabit aqua om̄e corpus suū: et immūdus eit usqꝫ ad vespm. Vestē ⁊ pellē quā habuerit lauabit aqua: et immūda eit usqꝫ ad vespm. Mulier cū qua coierit lauabitᷣ aqua: et immunda erit usqꝫ ad vespm. Mulier q̄ redeūte mēse patitᷣ fluxū sanguinis: septē dieb₉ separabitᷣ. Om̄is q̄ tetigerit eam·immūdus erit usqꝫ ad vespm: et locus ī quo dormierit vel sederit dieb₉ separacōis sue·pollue tᷣ. Qui tetigerit lectū suū· lauabit vestimēta sua: ⁊ ipe lotus aq̄ immūdus erit usqꝫ ad vespm. Om̄e vas sup qđ illa sederit· quisquis attigerit lauabit vestimēta sua: ⁊ ipe lotus aqua pollutus eit usqꝫ ad vespm. Si coierit cū ea vir tp̄e sanguinis mēstrualis immūdus erit septē dieb₉: et om̄e stratum in quo dormierit polluetur. Mulier que patitur multis dieb₉ fluxū sanguinis non in tempore menstruali· vel que post menstruū sanguinē fluere non cessat: quādiu sbiacet huic passioni immūda eit: quasi sit in tempore menstruo. Omne stratū in quo dormierit: et vas ī quo sederit·pollutum erit. Quicūqꝫ tetigerit eam lauabit vestimenta sua: et ipe lotus aq̄ immūdus eit usqꝫ ad vespm. Si steterit sanguis ⁊ fluere cessauerit· numerabit septem dies purificacōis sue: ⁊ die octauo offeret ꝓ se sacerdoti duos turtures ā duos pullos colūbarū ad ostiū tabernaculi testimonij: q̄ vnuꝫ faciet ꝓ peccato·et alterum in olocaustū: rogabitqꝫ ꝓ eo corā dn̄o: et ꝓ fluxu immūdicie eius. Docebitis ergo filios israhel ut caueant immūdiciās: et nō moriantᷣ in sordibus suis cū polluerint tabnaculū meū: qđ est inter eos. Ista est lex eius q̄ patitur fluxū seminis·et q̄ polluitᷣ coitu: et que mēstruis tp̄ib₉ sepatur vel q̄ iugi fluit sanguine: et hominis q̄ dormierit cū ea.

XVI

Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen post mortē duoꝝ filioꝝ aaron: quando offerentes ignē alienū interfecti sūt. Et p̄cepit ei dicēs. Loquere ad aaron fratreꝫ tuū·ne om̄i tempore ingrediatᷣ sanctuariū· quod est intra velū coram ꝓpiciatorio quo tegitᷣ archa·ut nō moriatur·qꝛ in nube apparebo sup oraculū: nisi hec ante fecerit. Vitulū ꝓ peccato offeret: et arietē in olocaustū. Tunica linea vestietᷣ: feminalib₉ lineis verenda celabit. Accingetᷣ zona linea: cidarim lineā imponet capiti. Hec eni vestimēta sunt scā: quib₉ cūctis cū lotus fuit induetᷣ. Suscipietqꝫ ab vniūsa multitudine filioꝝ israhel duos hircos ꝓ peccato: et vnū arietē in olocaustū. Cūqꝫ obtulerit vitulū ⁊ orauerit pro se ⁊ ꝓ domo sua·duos hircos stare faciet corā dn̄o in ostio tabernaculi testimonij: mittēsqꝫ sup vtrūqꝫ sortē· vnā dn̄o·et alterā capro emissario: cuius exierit sors dn̄o· offeret illū pro peccato: cuius aūt in caprū emissariū· statuet eum viuū corā domino·ut fundat p̄ces sup eū: et emittat eū in solitudinē. His rite celebratis·offeret vitulū: et rogās ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua immolabit eū. Assumptoqꝫ thuribulo qđ de prunis altaris impleuerit·et hauriēs manū ɔpositū thimiama ī incensū: vltra velū intrabit ī sancta·ut positis sup ignē aromatib₉ nebula eoꝝ et vapor operiat oraculū quod ē supra testimoniū: et nō moriatur. Tollet qꝫ de sanguine vituli: et aspget digito septies ɔtra ꝓpiciatoriū ad orientē. Cūqꝫ mactauerit hircū ꝓ peccato populi· inferet sanguinē eius intra velū sicut p̄ceptum est de sanguine vituli: ut aspgat e regione oraculi·et expiet scūariū ab immūditijs filioꝝ israhel: ⁊ a p̄uaricacōnib₉ eoꝝ·cūctisqꝫ peccatis. Juxta hūc ritū faciet tabernaculo testimonij qđ fixum est inter eos: in medio sordiū habitacōis eoꝝ. Nullus hominū sit in tabernaculo quādo pōtifex sanctuariū ingreditᷣ·ut roget ꝓ se et pro domo sua·et ꝓ vniuerso cetu israhel: donec egrediatᷣ tabnaculū. Cū aūt exierit ad altare qđ corā dn̄o est oret ꝓ se: et sumptū sanguinē vituli atqꝫ hirci fundat sup cornua eius p girū: aspgensqꝫ digito septies·expiet ⁊ sanctificet illud ab immūditijs filioruꝫ israhel. Postq̄ emūdauerit sanctuariuꝫ·et tabernaculū·et altare·tunc offerat hircū viuentē: et posita vtraqꝫ manū sup caput eius ɔfiteatᷣ om̄es iniq̄tates filioꝝ israhel·⁊ vniuersa delicta atqꝫ peccata eoꝝ: que imprecans capiti eius emittet illū p hominē paratum in desertū. Cumqꝫ portauerit hircū omēs

iniquitates eoꝝ in terrā solitariā. et dimis-
sus fuit ī deserto. reuertet͛ aarō in tabnaculū
testimonij: et depositis vestibus quibꝯ pri⁹
indutus erat cū intraret sanctuariū. relictiſ
q̧ ibi lauabit carnē suā in loco ſcō: induet͛
q̧ vestibus suis. Et postq̄ egressus obtule-
rit olocaustū suū ac plebis rogabit tam ꝓ
se q̄ ꝓ populo: et adipē qui oblatus est ꝓ
pc̄cis adolebit sup altaē. Ille vero q̄ dimi
serit caprū emissariū lauabit vestimēta sua
et corpus aqua: et sic ingredietur in castra.
Vitulū aūt ⁊ hircū qui pro pc̄co fuerāt im-
molati et quoꝝ sanguis illatus est in ſcū-
ariū ut expiacō ɔpleret͛. asportabūt foras
castra ⁊ ɔburēt igni tā pelles q̄ carnes eo-
rū ac fimū: et quicūq̧ ɔbusserit ea. lauabit
vestimēta sua. et carnē aqua: et sic ingredie
tur castra. Eritq̧ vobis hoc legitimū sem-
piternū. Mense autem septimo decima die
mensis. affligetis aīas vrās: nullūq̧ opus
facietis siue indigena siue aduena qui pe
grinant͛ inter vos. In hac die expiatio erit
vestri atq̧ mundacō: ab omībꝯ pc̄cis vr̄is
coram domino mundabimini. Sabbatum
enim requiecōnis est: et affligetis animas
vr̄as religione ꝑpetua. Expiabit aūt sacer
dos qui vnctus fuerit: et cuius manus inici-
ate sunt ut sacerdotio fungatur ꝓ prē suo.
Indueturq̧ stola linea ⁊ vestibꝯ sanctis: et
expiabit ſcūariū et tabernaculū testimonij
atq̧ altaē: sacerdotes q̧̄ ⁊ vniuersū popu
lū. Eritq̧ hoc vobꝭ legitimū sempiternum:
ut oretis ꝓ filijs israhel. et ꝓ cūctis peccatis
eoꝝ: semel in anno. Fecit igitur sicut p̄ce-
perat dominus moysi.

XVII

Et locutus est dn̄s ad moysen dicēs.
Loquere aaron ⁊ filijs eius ⁊ cunctis
filijs israhel: dicens ad eos. Iste est sermo
quem mandauit dominus dicens. Homo
quilibet de domo israhel. si occiderit bouē ā
ouē. siue capram ī castris vel extra castra. et
nō obtulerit ad ostiū tabernaculi oblacō-
nē dn̄o: sanguinis reus erit. Quasi si sangui
nem fuderit: sic ꝑibit de medio populi sui.
Ideo sacērdoti offerre debent filij israhel ho-
stias suas q̄s occidūt ī agro ut sanctificē-
tur domino ante ostiū tabernaculi testimo
nij: et immolent eas hostias pacificas dn̄o.
Fundetq̧ sacērdos sanguinē sup altaē dn̄i
ad ostiū tabernaculi testimonij: et adole-
bit adipē ī odorē suauitatis dn̄o: et nequa-
q̄ vltra immolabūt hostias suas demoni-
bus cū quibꝯ fornicati sūt. Legitimū sempi
ternū erit illis ⁊ posteris eoꝝ. Et ad ipos di
ces. Homo de filijs israhel. et de aduenis q̄
peregrinant͛ apud vos q̄ obtulerit olocau
stū siue victimā. et ad ostiū tabnaculi testi-
monij nō adduxerit eā ut offerat͛ dn̄o: in-
teribit de ꝑplo suo. Homo quilibet de domo
isrl̄. et de aduenis q̄ pegrinat͛ inter vos. si
comederit sanguinē obfirmabo faciē meā
ɔtra animā illius et disꝑdam eā de populo
suo: q͛ anima carnis ī sanguine est: et ego
dedi illū vobis. ut sup altare in eo expietis
pro aīabus vestris: et sanguis ꝓ aīe piacu
lo sit. Idcirco dixi filijs israhel. Omīs anima
ex vobis nō comedet sanguinē: nec ex ad-
uenis q̄ pegrinant͛ apud vos. Homo q̄-
cūq̧ de filijs israhel. et de aduenis q̄ pegri-
nātur apud vos. si venacōe atq̧ aucupio ce
perit ferā vel auē quibꝯ vesci licitū ē: fundat
sanguinē eius ⁊ ɔpiat illū terra. Anima eni
omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi fi
lijs israhel. Sanguinē vniuerse carnis non
ɔmedetis: q͛ aīa carnis in sanguine est: et
quicūq̧ comederit illū interibit. Anima q̄
comederit morticinū vel captū a bestia. tam
de indigenis q̄ de aduēis lauabit vestimē
ta sua ⁊ semetipm aqua: et ɔtaminatus erit
usq̧ ad vesperū: et hoc ordine mundus fiet.
Qd̄ si nō lauerit vestimēta sua vel corpus:
portabit iniquitatē suam.

XVIII

Locutusq̧ est dn̄s ad moysen dicēs.
Loquē filijs israhel: et dices ad eos.
Ego sū dominus deus vester. Iuxta ɔsuetu
dinē terre egipti ī qua habitastis nō facie
tis: et iuxta morē regionis chanaā. ad quā
ego introducturus sū vos. nō agetis: nec ī
legitimis eoꝝ ābulabitis. Facietis iudicia
mea ⁊ p̄cepta mea seruabitis: et ambulabi
tis ī eis. Ego dominus deus vr̄. Custodite
leges meas atq̧ iudicia: que faciēs homo
viuet ī eis. Ego dn̄s deus vester. Omīs ho
mo ad ꝓximā sanguinis sui nō accedet: ut
reuelet turpitudinē eius. Ego dn̄s. Turpi-
tudinē pr̄is tui ⁊ turpitudinē matris tue nō

discooperies. Mater tua ē: nō reuelabis tur=
pitudinē eius. Turpitudinē vxoris patris
tui nō discooperies. Turpitudo eni pris tui ē.
Turpitudinē sororis tue ex patre siue ex
matre: q̄ domi vel foris genita est nō reuela=
bis. Turpitudinē filie filij tui vel neptis ex fi
lia nō reuelabis: q2 turpitudo tua est. Tur=
pitudinē filie vxoris patris tui quā peperit
pri tuo et ē soror tua: nō reuelabis. Turpitu=
dinē sororis patris tui nō discooperies: q2
caro ē patris tui. Turpitudinē sororis ma=
tris tue nō reuelabis: eo q2 caro sit mris tue.
Turpitudinē patrui tui nō reuelabis: nec
accedes ad vxorē eius: q̄ tibi affinitate cō
iūgit. Turpitudinē nurus tue nō reuelabis
q2 vxor filij tui est: nec discooperies ignomi=
niā eius. Et vxorē fratris sui nullus accipi=
at. Turpitudinē vxoris fratris tui nō reue
labis: q2 turpitudo fratris tui ē. Turpitudi
nē vxoris tue et filie eius nō reuelabis. Fi=
liā filij eius et filiam filie illius nō sumes ut
reueles ignominiā eius: q2 caro illius sūt: et
talis coitus incestus ē. Sororē vxoris tue
in pelicatū illius nō accipies: nec reuelabis
turpitudinē eius adhuc illa viuēte. Ad mu
lierē que patit menstrua nō accedes: nec re
uelabis feditatē eius. Cū vxore pximi tui
nō coibis: nec seminis cōmixtione maculabe
ris. De semine tuo nō dabis ut cōsecret ydo
lo moloch: nec pollues nomen dei tui. Ego
dns. Cū masculo nō cōmiscearis coitu femi=
neo: q2 abominacō est. Cū omi pecore nō co
ibis: nec maculaberis cū eo. Mulier nō sue=
cūbet iumēto nec miscebit ei: quia scelus ē.
Nec polluamini in omnib3 hijs quib3 cōta
minate sūt vniuerse gētes quas ego eiciā
ante cōspectum vestrū: et quib3 polluta ē ter
ra cuius ego scelera visitabo: ut euomat ha
bitatorēs suos. Custodite legitima mea atq3
iudicia: ut nō faciatis ex omib3 abominacō
nib3 istis tam indigena q̄ colonus qui pe
grinat apud vos. Omēs enī execracōes
istas fecerūt accole terre qui fuerūt āte vos:
et polluerūt eā. Cauete ergo ne et vos similit
euomat cū paria feceritis: sicut euomuit gē=
tem que fuit ante vos. Omis anima q̄ fece
rit de abominacōnib3 hijs quippiā: peribit
de medio ppli sui. Custodite mādata mea.
Nolite facere que fecerunt hij qui fuerunt
ante vos: et ne polluamini in eis. Ego dns
deus vester.

XIX

Locutus est dns ad moysen dicens. Loquere ad
omnē cetū filioꝝ isrl: et dices ad eos. San
cti estote: q2 ego scūs sū dns deus vr. Vnus
quisq3 patrē suū et matrē suā timeat. Sab=
bata mea custodite. Ego dns deus vester.
Nolite cōuerti ad ydola: nec deos cōflatiles
facietis vobis. Ego dns deus vester. Si im
molaueritis hostiā pacificoꝝ dno ut sit pla
cabilis: eo die quo fuerit immolata cōme=
detis eā: et die altero. Quicqd aūt residuū
fuerit in diē terciū: igne cōburetis. Si quis
post biduū comederit ex ea pphanus erit et
impietatis reus: portabitq3 iniquitatē suā
q2 scm domini polluit: et peribit anima illius de
populo suo. Cūq3 messueris segetes tre tue
nō tōdebis usq3 ad solū supficiē terre. nec
remanentes spicas colliges: neq3 in vinea
tua racemos et grana decidētia cōgregabis:
s3 paupib3 et pegrinis carpenda dimittes.
Ego dns deus vr. Nō facietis furtū: nec mē
tiemini: nec decipiet vnusquisq3 pximū suū.
Nō piurabis in nomie meo: nec pollues no
mē dei tui. Ego dns. Nō facies calumniam
pximo tuo: nec vi opprimes eum. Nō mora
bit opus mercenarij tui apud te usq3 ma=
ne. Nō maledices surdo. nec corā ceco po=
nes offendiculū: sed timebis dominū deum
tuū: quia ego sū dominus. Nō facies quod
iniquū est: nec iniuste iudicabis. Nō cōside=
res psonam paupis: nec honores vultū po
tētis. Juste iudica pximo tuo. Nec eris cri=
minator: nec susurro in populis. Nō stabis
contra sanguinē pximi tui. Ego dns. Non
oderis fratrē tuū in corde tuo: sed publice
argue eum: ne habeas sup illo peccatū. Nō
queras vlcōem: nec memor eris iniurie ciuiū
tuoꝝ. Diliges amicū tuū sicut teipsū. Ego
dominus. Leges meas custodite. Jumētum
tuū nō facies coire cū alterius gnis animā=
tibus. Agrum tuū nō seres diuerso semine.
Veste q̄ ex duob3 texta ē nō indueris. Hō
si dormierit cū muliē coitu seminis q̄ sit ācil=
la etiam nobilis. et tamē precio nō redēpta
nec libtate donata: vapulabūt ambo et nō
morietur: q2 nō fuit libera. Pro delicto autē

suo offeret dño ad ostiũ tabernaculi testi-
monij arietẽ: orabitq; ꝓ eo sacerdos ⁊ ꝓ pec-
cato eius corã dño et repropiciabit ei: di-
mitteturq; peccatũ. Quando ingressi fueritis
terrã. et plantaueritis in ea ligna pomifera:
auferetis ꝑputia eorũ. Poma q̃ germinãt
immũda erũt vobis: nec edetis ex eis. Quar
to autẽ anno omnis fructus eorũ sanctifi-
cabit: laudabilis dño. Quinto autem anno
comedetis fructus: cõgregãtes poma que
ꝓferunt. Ego dñs deus vester. Non come
detis carnem cũ sanguine. Nõ auguriabi-
mini: nec obseruabitis somnia. Neq; in rotũ-
dũ attondebitis comã: nec radetis barbã.
Et sup mortuo nõ incidetis carnes vestras:
neq; figuras aliquas aut stigmata facietis
vobis. Ego dñs. Ne ꝓstituas filiã tuam:
ne cõtaminet terra ⁊ impleat piaculo. Sab
bata mea custodite: et sanctuariũ meũ me
tuite. Ego dominus. Nõ declinetis ad ma-
gos: nec ab ariolis aliquid sciscitemini: ut
polluamini ꝑ eos. Ego dñs deus vr̃. Corã
cano capite cõsurge: et honora ꝑsonã senis:
et time dñm deũ tuũ. Ego sũ dñs. Si ha-
bitauerit aduena in terra vestra. et moratus fu
erit inter vos. nõ exprobretis ei: sed sit int
vos quasi indigena: et diligetis eũ q̃si vos-
metipsos. Fuistis enim ⁊ vos aduene i ter-
ra egipti. Ego dñs deus vr̃. Nolite facere
iniquũ aliquid in iudicio: in regula. in põde
re. in mẽsura. Statera iusta. et equa sint põ
dera: iustus modius: equusq; sextarius. E-
go dñs deus vester: qui eduxi vos de terra
egipti. Custodite oĩa ꝓcepta mea ⁊ vniũsa
iudicia: et facite ea. Ego dñs. XX

Locutusq; est dñs ad moysen dicens.
Hec loqueris filijs israhel. Homo de
filijs israhel ⁊ de aduenis qui habitãt in isrl̃:
si q̃s dederit de semine suo ydolo moloch.
morte moriatur. Populus terre lapidabit
eũ: et ego ponã faciem meã cõtra illũ. Succi-
damq; eũ de medio populi sui: eo q dederit
de semine suo moloch. et cõtaminauerit scũa-
riũ meũ. ac polluerit nomẽ sanctũ meũ. Quod
si negligẽs populus terre ⁊ quasi paruipẽ-
dẽs imperiũ meũ. dimiserit hoĩem qui dedit
de semine suo moloch. nec voluerit eũ occi-
dere: ponam faciem meã sup hominẽ illũ et
cognacõem eius: succidãq; et ipm ⁊ omes
qui cõsenserit ei. ut fornicaret cũ moloch de
medio populi sui. Anima que declinauerit
ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuit cũ eis:
ponã faciẽ meã cõtra eã: et interficiã illã de
medio populi sui. Sanctificamini et estote
sancti: q2 ego sanctus sũ dñs deus vr̃. Cu-
stodite ꝓcepta mea: et facite ea. Ego dñs
q̃ sanctifico vos. Qui maledixerit pr̃i suo
aut matri: morte moriat. Patri matriq; q̃
maledixerit: sanguis eius sit sup eum. Si
mechatus q̃s fuit cũ vxore alterius. et adul
terũ ꝑpetrauerit cũ cõiuge ꝓximi sui: morte
moriat et mechus ⁊ adultera. Qui dormierit
cũ nouerca sua ⁊ reuelauerit ignominiã pa
tris sui: morte moriat ambo. Sanguis eo-
rũ sit sup eos. Si q̃s dormierit cũ nuru sua
vterq; moriat: q2 scelus operati sunt. San-
guis eorũ sit sup eos. Qui dormierit cũ mas
culo coitu femineo. vterq; operatus ẽ nefas:
morte moriat. Sit sanguis eorũ sup eos.
Qui supra vxorẽ filiã. duxerit matrẽ eius: sce
lus operatus ẽ. Viuus ardebit cũ eis: nec ꝑ-
manebit tantũ nefas in medio vestri. Qui cũ
iumẽto ⁊ pecore coierit. morte moriat: pecus
q̃s occidite. Mulier q̃ succubuerit cuilibet
iumẽto: simul interficietur cũ eo. Sanguis
eorũ sit sup eos. Qui accepit sororẽ suã. fi-
liã prĩs sui vel filiã matris sue. et viderit tur
pitudinẽ eius. illaq; cõspexerit fratris igno
miniã: nefariã rem operati sũt. Occident in
cõspectu pp̃li: eo q turpitudinẽ suã mutuo re
uelauerint: et portabũt iniquitatẽ suã. Qui
coierit cũ muliere in fluxu mẽstruo ⁊ reuela-
uerit turpitudinẽ eius. ipaq; aperuerit fontẽ
sanguinis sui: interficient ambo de medio pp̃
li sui. Turpitudinẽ matertere et amite tue
nõ discoopies. Qui hoc fecerit ignominiã
carnis sue nudauit: portabũt ambo iniqta-
tẽ suã. Qui coierit cũ vxore patrui vel auun
culi sui ⁊ reuelauerit ignominiã cognacõis
sue: portabũt ambo peccatum suum. Absq;
liberis morient. Qui duxerit vxorẽ fratris sui
rẽ facit illicitã: turpitudinẽ fratris sui reue
lauit: absq; filijs erit. Custodite leges meas
atq; iudicia ⁊ facite ea: ne et vos euomat tra
quã intraturi estis ⁊ habitaturi. Nolite am
bulare i legitis nationũ: q̃s ego expulsurus

sum ante vos. Omnia enim hec fecerūt: et ab
ominatus sū eas. Vobis aūt loquor. Pos
sidete terrā eorum quā dabo vobis in heredi
tatē: terrā fluētem lacte et melle. Ego dn̄s
deus vester: q̄ separaui vos a ceteris ppl̄is.
Separate ergo et vos iumentū mundū ab
immūdo: et auem mundā ab immūda. Ne
polluatis animas vestras in pecore et auibus
et cūctis q̄ mouētur i terra: et q̄ vobis ostē
di esse polluta. Eritis sancti michi: quia scūs
ego sum dn̄s: et separaui vos a ceteris po-
pulis ut essetis mei. Vir siue mulier in qui-
bus phitonicus vel diuinacōis fuerit spūs.
morte moriāt᷑: lapidibus obruent eos. San
guis eorum super illos. XXI

Dixit q̄z dn̄s ad moysen. Loquere ad
sacerdotes filios aaron: et dices ad
eos. Ne ↄtaminet᷑ sacḋos in mortibus ciuiū
suorum. nisi tantū in ↄsanguineis ac ppīquis:
id est sup prēm et matrē et filiū et filiam. frēm
q̄z et sororē virginē. que nō est nupta viro:
sed nec in pn̄cipe ppl̄i sui ↄtaminabit᷑. Nec
radent caput nec barbam: neq̄z in carnibus
suis faciēt incisuras. Sancti erūt deo suo:
et nō polluēt nomē eius. Incensū enim do-
mini et panes dei sui offerunt: et ideo sancti
erūt. Scortū et vile pstibulū nō ducet vxo
rem: nec eā q̄ repudiata ē a marito. quia ↄse-
cratus ē deo suo: et panes ppositiōis offert.
Sit ergo scūs: quia et ego scūs sū dominus
qui sanctifico vos. Sacerdotis filia si depre
hensa fuerit in stupro. et violauerit nomen
patris sui: flammis exuret᷑. Pontifex id ē
sacḋos maximus inter fratres suos. sup cu
ius caput fusū ē vnctōis oleū. et cuius ma-
nus i sacḋotio ↄsecrate sūt. vestitusq̄z ē san
ctis vestibus: caput suū nō discooperiet. vesti
menta nō scindet: et ad omēz mortuū nō in-
gredietur omnino. Sup patre q̄z suo et mr̄e
nō ↄtamiabit᷑: nec egrediet᷑ de sanctis ne
polluat scūariū domini: quia oleū scē vnctōis
dei sui sup eum ē. Ego dominus. Virginez
ducet vxorē. Viduā aūt et repudiatā et sor
didam atq̄z meretricē nō accipiet: sꝫ puellā
de populo suo: ne ↄmisceat stirpem generis
sui vulgo gētis sue: quia ego dn̄s qui sancti-
fico eū. Locutusq̄z est dominus ad moysen
dicēs. Loquē ad aaron. Homo de semine

tuo p familias q̄ habuerit maculā nō offe-
ret panes deo suo: nec accedet ad ministe-
riū eius. Si cecus fuit. si claudus. si vel par
uo vel grandi et torto naso: si fracto pede. si
manū. si gibbus si lippus. si albuginē habēs
in oculo. si iugez scabiē. si impetiginē in cor
pore. vel hermiosus: omis qui habuerit ma
culā de semine aarō sacerdotis. nō accedet
offerre hostias dn̄o nec panes deo suo. Ve
scet᷑ tamē panibus qui offerūt᷑ in scūario. ita
dūtaxat. ut intra velū nō ingrediat᷑: nec ac
cedat ad altare qui maculā habet: et ↄta-
minaē nō debet scūariū meū. Ego dominus
qui sanctifico eos. Locutus ē ergo moyses
ad aarō et ad filios eius et ad omēz isrl̄: cū-
cta que sibi fuerāt imperata. XXII

Locutus q̄z ē dn̄s ad moysen dicēs. Lo
quē ad aarō et ad filios eius. ut caue
ant ab hijs q̄ ↄsecrata sūt filiorum israhel: et
nō ↄtaminēt nomē sanctificatorum michi. q̄
ipi offerūt. Ego dn̄s. Dic ad eos: et ad po-
steros eorum. Omis hō qui accesserit de stir
pe vestra ad ea q̄ ↄsecrata sūt. et q̄ obtulerīt
filij israhel dn̄o in quo est immūdicia: peri-
bit corā dn̄o. Ego sū dn̄s. Homo de semie
aaron qui fuerit leprosus aut patiēs fluxū
seminis. nō vescet᷑ de hijs q̄ sanctificata sūt
michi: donec sanet᷑. Qui tetigerit immūdū
sup mortuo. et ex quo egredit᷑ semē q̄si co-
itus. et q̄ tangit reptile et quodlibet immū-
dū cuius tactus ē sordidus. immūdus erit
usq̄z ad vespm: et nō vescet᷑ hijs q̄ sanctifica
ta sūt: sꝫ cū lauerit carnē suā aqua et occubu
erit sol. tūc mūdatus vescet᷑ de sanctificatis.
quia cibus illius ē. Morticinū et captū a bestia
nō comedēt: nec polluēt᷑ in eis. Ego sū dn̄s.
Custodiāt pcepta mea. ut nō sbiaceāt pec
cato et moriāt᷑ in scūario cū polluerint illud.
Ego dn̄s: qui sanctifico eos. Omnis alieni
gena non comedet de sanctificatis. Inquili
nus sacerdotis et mercēnarius nō vescēt᷑ ex
eis. Quē aūt sacerdos emerit. et qui verna
culus domus eius fuerit: hij ↄmedēt ex eis.
Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nu-
pta fuerit: de hijs que sanctificata sunt. et
de primitijs non vescetur. Sin aūtez vidua
vel repudiata et absq̄z liberis reuersa fuerit
ad domū patris sui: sicut puella ↄsueuerat.

aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis nō habet potestatē. Qui comederit de sanctificatis ꝑ ignorātiā: ad-det quintā partē cū eo qđ comedit. et dabit sacerdoti in sctuariū. nec contaminabūt san-ctificata filiorū israhel q̃ offerūt dn̄o ne for-te sustineāt iniquitatē delicti sui. cū sancti-ficata comederint. Ego dn̄s: qui sanctifico eos. Locutusq̃ ē dn̄s ad moysen dicēs. Lo-quē ad aarō ⁊ filios eius. et ad om̄es filios israhel: dicesq̃ ad eos. Homo de domo isrl̄ et de aduenis q̃ habitāt apud vos. qui ob-tulerit oblacōem suā vel vota soluēs vel spō-te offerens: quicquid illud obtulerit ī olo-caustū dn̄i ut offerat̄ ꝑ vos: masculus im-maculatus erit ex bubus ex ouib⁹ et ex ca-pris. Si maculam habuerit non offeretis: neq̃ erit acceptabile. Homo qui obtulerit victimā pacificoꝝ dn̄o. vel vota soluēs vel spōte offerens tam de bub⁹ q̄ de ouib⁹: im-maculatū offeret ut acceptabile sit. Om̄is macula nō erit in eo. Si cecum fuerit. si fra-ctū. si cicatricē habēs. si papulas aut scabi-em. aut impetiginē. nō offeretis ea dn̄o: nec adolebitis ex eis sup altare domini. Bo-uem ⁊ ouē aure et cauda amputatis volū-tarie offerre potes: votū aūt ex hiis solui nō potest. Om̄e animal qđ vel contritis vel tū-sis vel sectis. ablatisq̃ testiculis est. nō offe-retis dn̄o: et in terra vestra hoc om̄ino ne fa-ciatis. De manū alienigene nō offeretis pa-nes deo vr̄o. et quicqd̄ aliud dare voluerit: q̄ corrupta ⁊ maculata sūt om̄ia: nō susci-pietis ea. Locutusq̃ est dn̄s ad moysen di-cēs. Bos. ouis. et capra cū genita fuerit. se-ptē dieb⁹ erūt sb̄ vbere matris sue: die aūt octauo ⁊ deinceps offerri poterit dn̄o. Si-ue illa bos siue ouis nō immolabunt̄ vna die cū fetib⁹ suis. Si immolaueritis hostiā ꝑ gratiaꝝ actōne dn̄o ut possit esse placa-bilis: eodē die comedetis eā. Nō remanebit quicq̄ in mane alterius diei. Ego dn̄s. Cu-stodite mādata mea: et facite ea. Ego dn̄s. Ne polluatis nomē meū sanctū: ut sanctifi-cer in medio filiorum israhel. Ego dn̄s. qui sanctifico vos: et eduxi de terra egipti. ut es-sem vobis in deū. Ego dn̄s.

XXIII

Locutusq̃ est dn̄s ad moysen dicens. Loquere filiis israhel: et dices ad eos. Hee sūt ferie domini: quas vocabitis scās. Sex dieb⁹ facietis opus: dies septimus q̄ sab-bati requies ē. vocabit̄ scūs. Om̄e opus nō facietis in eo. Sabbatū dn̄i est ī cūctis ha-bitacōnib⁹ vr̄is. Hee sūt ergo ferie dn̄i scē: quas celebrare debetis tp̄ib⁹ suis. Mense p̄-mo quartadecima die mensis ad vesperum phase domini ē: et quintadecima die mēsis huius solēnitas azimorū domini ē. Septē dieb⁹ azima comedetis. Dies primus erit vo-bis celeberrimus. sanctusq̃. Om̄e opus s-uile nō facietis ī eo: sed offeretis sacrificiū in igne dn̄o. septē dieb⁹. Dies aūt septim⁹ erit celebrior ⁊ sanctior: nullūq̃ seruile opus facietis ī eo. Locutusq̃ est dn̄s ad moysen dicēs. Loquē filiis israhel: et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis ⁊ messueritis segetē: feretis manipu-los spicaꝝ primitias messis vestre ad sacer-dotē. Qui eleuabit fasciculū coram domino ut acceptabilis sit ꝑ vob̄ altero die sabba-ti: et sanctificabit illū. Atq̃ in eodē die quo manipulus consecrat̄. cedet̄ agnus immacu-latus anniculus ī olocaustū domini: et liba-mēta offerent̄ cū eo due decime simile con-spse oleo ī incensū dn̄i odoremq̃ suauissimū: liba quoq̃ vini. quarta pars hin. Panē et polē-tam ⁊ pultes nō comedetis ex segete: usq̃ ad diē qua offeratis ex ea deo vestro. Prece-ptū est sempiternū in gn̄acionib⁹. cūctisq̃ habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis mani-pulū p̄mitiaꝝ septē ebdomadas plenas usq̃ ad alterā diē explecōis ebdomade se-ptīe id est quinquaginta dies: et sic offere-tis sacrificiū nouū dn̄o. ex om̄ib⁹ habitacu-lis vr̄is. panes p̄mitiaꝝ duas de duab⁹ de-cimis simile fermētate: quos coquetis in p̄mi-tias dn̄i. Offeretisq̃ cū panib⁹ septē agnos immaculatos anniculos. et vitulū de armē-to vnū. et arietes duos: et erūt in olocaustū cū libamētis suis in odorē suauissimū dn̄o. Facietis ⁊ hircū ꝑ pccō: duosq̃ agnos an-niculos hostias pacificoꝝ. Cūq̃ eleuauerit eos sacerdos cū panib⁹ p̄mitiaꝝ coram do-mino: cedent in vsū eius. Et vocabitis hūc diē celeberrimū atq̃ sanctissimū. Om̄e opus

seruile nō facietis ī eo. Legitimū sempiter
nū erit in cūctis habitaculis ⁊ ḡnacōibus
vestris. Postq̄ autē messueritis segetē ter=
re vestre non secabitis eam usq3 ad solum:
nec remanētes spicas colligetis: ſ; paupib9
et pegrinis dimittetis eas. Ego sū dn̄s de9
vester. Locutusq3 est dn̄s ad moysen dicēs.
Loquē filijs israhel. Mense septimo prima
die mensis erit vobis sabbatū memoriale
clangētib9 tubis: et vocabit̄ sanctū. Omne
opus seruile nō facietis in eo: et offeretis
olocaustū dn̄o. Locutusq3 est dn̄s ad moy
sen dicēs. Decimo die mensis huius septimi
dies expiacōnū erit celebrimus. et vocabit̄
sanctus: affligetisq3 animas vr̄as in eo: et
offeretis olocaustum domino. Omne opus
nō facietis in tempoē diei huius quia dies
ꝓpiciacōis est: ut ꝓpiciet̄ vobis dn̄s de9
vester. Omis anima q̄ afflicta nō fuerit die
hac peribit de ꝓplis suis: et q̄ operis quip=
piā fecerit: delebo eā de ꝓplo suo. Nichil er=
go opis facietis ī eo. Legitimū sempiter=
nū erit vob̄ in cunctis ḡnacōib9 ⁊ habita
tionib9 vestris. Sabbatū requietionis ē: et
affligetis aīas vestras. A die nono mensis
septimi. a vespero usq3 ad vespm celebrabitis
sabbata vestra. Et locutus est dn̄s ad moy
sen dicēs. Loquē filijs israhel. A quītodecīo
die mensis huius septimi erūt ferie tabna=
culorū septē dieb9 dn̄o. Dies primus voca=
bitur celeberrimus atq3 sanctissimus. Omē
opus seruile nō facietis ī eo: ⁊ septē dieb9
offeretis olocausta dn̄o. Dies q3 octauus
erit celeberrimus atq3 sanctissimus: et offe
retis olocaustū domino. Est enī cetus atq3
collecte. Omē opus ſuile nō facietis ī eo.
Hee sūt ferie domini quas vocabitis celeb
rimas atq3 sanctissimas: offeretisq3 in eis
oblacōnes domino. olocausta et libamenta
iuxta ritū vnuscuiusq3 diei: exceptis sabba=
tis. domini donisq3 vestris. et q̄ offertis ex vo
to. vel q̄ sponte tribuitis domino. A quinto=
decimo ergo die mēsis septimi quando cō
gregaueritis omes fructus terrre vestre
celebrabitis ferias dn̄i septē dieb9. Die pri
mo ⁊ die octauo erit sabbatū: id ē requies.
Sumetisq3 vob̄ die p̄mo fructus arboris
pulcerrime spatulasq3 palmarū ⁊ ramos
ligni densarū frondiū. et salices de torrētē.
et letabimini coram domino deo vestro: cele
brabitisq3 solēnitatē eius septē dieb9 p an=
nū. Legitimū sempiternū erit in ḡnacōib9
vr̄is. Mense septīo festa celebrabitis: et ha=
bitabitis in vmbraculis septē dieb9. Omis
qui de ḡne est israhel manebit in tabnacu=
lis: ut discant posteri vr̄i q̄ ī tabnaculis ha=
bitaē fecerim filios israhel cū educerē eos
de terra egipti. Ego dominus deus vester.
Locutusq3 est moyses super solemnitatib9
domini ad filios israhel. XXIIII

Et locutus est dn̄s ad moysen dicēs.
Precipe filijs israhel: ut afferant tibi
oleū de oliuis purissimū ac lucidū ad cōcin
nādas lucernas iugiter extra velū testimo
nij. in tabnaculo federis. Ponetq3 eas aa=
ron a vespe vsq3 in mane corā domino: cul=
turitu q3 ꝑpetuo in ḡnacōib9 vr̄is. Sup cā=
delabrū mūdissimū ponētur semp in cōspe=
ctu dn̄i. Accipies q3 similā. et coques ex ea
duodecī panes: q̄ singuli habebūt duas de=
cimas. Quorū senos altrinsecus sup men=
sam purissimā corā dn̄o statues ⁊ pones su=
per eos thus lucidissimū: ut sit panis ī mo
nimentū oblacōis dn̄o. Per singula sabba=
ta mutabūt̄ corā dn̄o. suscepti a filijs israhel
hel federe sempiterno: eruntq3 aaron ⁊ fili=
orū eius ut comedāt eos in loco scō: q2 scm̄
sanctorū ē de sacrificijs dn̄i iure ꝑpetuo. Ec
ce aūt egressus filius mulieris israhelitidis
quē peperat de viro egiptio inter filios isra
hel: iurgatus est in castris cū viro israhelite.
Cūq3 blasphemasset nomē dn̄i. et maledixisset
ei: adductus ē ad moysen. Vocabat̄ aūt
mat̄ eius salumith filia dabri de tribu dan.
Miserūtq3 eū in carcerē: donec noscent q̄d
iuberet dominus. Qui locutus ē ad moysen
dicēs. Educ blasphemū extra castra: et po=
nāt oēs q̄ audierūt manus suas sup caput
eius et lapidet eū ꝓplus vniūsus: et ad filios
israhel loqueris. Homo qui maledixerit deo
suo portabit pccm̄ suū: et qui blasphema=
uerit nomē dn̄i: morte moriat̄. Lapidibus
opprimet eū omis multitudo ꝓpli. Siue illa
ciuis seu pegrinus fuerit: qui blasphema=
uerit nomē domini morte moriat̄. Qui pcus=
serit et occiderit hoīem morte moriat̄. Qui

percusserit animal reddat vicariū: id ē aīam p aīa. Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū suorū: sicut fecit. sic fiet ei. Fracturā p fractura: oculū pro oculo: dentē p dente restituet. Qualē inflixerit maculā: talē sustinē cogetur. Qui percusserit iumentū: reddat aliud. Qui percusserit hoīem: punietur. Equū iudiciū sit inter vos. siue peregrinus. siue ciuis peccauerit: qr ego sū dn̄s deus vester. Locutusq; est moyses ad filios israhel: et eduxerūt eū q̄ blasphemauerat extra castra: ac lapidibus oppresserunt. Feceruntq; filij israhel: sicut preceperat dominus moysi.

XXV

Locutusq; ē dn̄s ad moysen in monte synai dicēs. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Quando ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: sabbatizet sabbatum dn̄o. Sex annis seres agrū tuū: et sex annis putabis vineā tuā: colligesq; fructus eius. Septīo aūt anno sabbatū erit terre. requiecōis dn̄i. Agrū nō seres: et vineam nō putabis. Que sponte gignet humus nō metes: et vuas primitiarū tuarū nō colliges q̄si vindemiā. Annus enī requiecōis terre est. Sed erūt vobis in cibū: tibi et suo tuo et ancille et mercenario tuo: et aduene q̄ peregrinatur apud te. Iumētis tuis et pecoribus oīa q̄ nascuntur prebebūt cibū. Numerabis q̄z tibi septē ebdomadas annorū. id est septies septē. q̄ simul faciūt quadraginta nouē: et clanges bucina mēse septimo decia die mensis propiciacōis tempore in vniūsa terra vr̄a. Sanctificabisq; annū quīquagesimū et vocabis remissionē cūctis habitatoribus terre tue. Ipse est enī iubileus. Reuertetur hō ad possessionē suā: et vnusquisq; rediet ad familiam pristinā: qr iubileus ē et quinq̄gesimus ānus. Nō seretis atq; metetis: spōte in agro nascencia. et primitias vindemie nō colligetis ob sanctificacōem iubilei: sz statī ablata comedetis. Anno iubilei redient omēs ad possessiones suas. Quādo vendes quippiam ciui tuo. vel emes ab eo. ne contristes frēm tuū: sed iuxta numerū annorū iubilei emes ab eo: et iuxta supputacōem frugū vendet tibi. Quāto plus āni remāserint post iubileū. tāto crescet et preciū: quāto minus temporis numeraueris: tāto minoris et emptio constabit. Tempus enim frugū vendet tibi. Nolite affligē contribules vestros: sz timeat vnusquisq; deū suū: qr ego dn̄s deus vester. Facite precepta mea. et iudicia custodite. et implete ea ut habitaē possitis ī terra absq; vllo pauore: et gignat vobis humus fructus suos quibus vescamini usq; ad saturitatē: nullius impetū formidantes. Quod si dixeritis q̄d comedemus āno septimo si nō seruauerimus neq; collegerimus fruges nr̄as: dabo bn̄dictōnē meā vobis anno sexto. et faciet fructus triū ānorū: seretisq; āno octauo. et comedetis veteres fruges usq; ad nonū annū. Donec noua nascant̄: edetis vetera. Terra q̄z nō veneat in ppetuū qr mea ē: et vos aduene et coloni mei estis. Vnde cūcta regio possessionis vestre sub redēpcōis cōditione vendet̄. Si attenuatus frater tuus vēdiderit possessiūculā suā. et voluerit ppinquus eius: potest redimē quod ille vendiderat. Sin aūt nō habuerit pximū. et ipe preciū ad redimēdū potuerit inuenire: computabunt̄ fructus ex eo tēpore quo vendidit. et qđ reliquū est reddet emptori: sicq; recipiet possessionē suā. Qđ si non inuenerit manus eius ut reddat preciū: habebit emptor qđ emerat usq; ad annū iubileū. In ipo enī omīs vendicō redit ad dn̄m: et ad possessorē pristinū. Qui vendiderit domū intra vrbis muros: habebit licētiā redimēdi donec vn9 impleat̄ annus. Si nō redemerit et anni circulus fuit euolutus: emptor possidebit eā. et posteri eius in ppetuū: et redimi nō poterit etiā in iubileo. Sin aūt in villa fuerit domus q̄ muros nō habet: agrorū iure vēdet̄. Si ante redēpta nō fuit: in iubileo reuertet̄ ad dn̄m. Edes leuitarū q̄ in vrbibus sūt: semper possunt redimi. Si redēpte nō fuerit ī iubileo reuertent̄ ad dn̄os: qr domus vrbiū leuitarū p possessionibus sūt int̄ filios isrl̄. Suburbana aūt eorū nō veneat qr possessio sempiterna ē. Si attenuatus fuerit frat̄ tuus et infirmus manu. et susceperis eū q̄si aduenam et peregrinū et vixerit tecū: ne accipias vsuras ab eo: nec āplius q̄ dedisti. Time deū tuū: ut viuē possit frater tuus apud te. Pecuniā tuā nō dabis ei ad vsurā: et frugū supabūdantiā nō exiges. Ego dn̄s deus vr̄: q̄

eduxi vos de terra egipti·ut darem vobis terrā chanaan: et essem vr̄ deus. Si paupꝺ tate ↄpulsus vendiderit se tibi frater tuus: nō eum opprimes ſuitute famulorꝝ: sed q̄i mercenarius ⁊ colonus erit. Vſqꝫ ad ānū iubileum operabit᷑ apud te: ⁊ postea egre dietᷣ cū liberis suis: et reūtetur ad ↄgn̄a cōꝫ et ad possessionē patrū suorꝝ. Mei enī ser ui sūt: et ego eduxi eos de terra egipti. Nō veneāt cōdicōne ſuorꝝ. Ne affligas eum ꝑ potentiā: sed metuito deū tuū. Seruus ⁊ an cilla sint vobis de nacōibꝫ q̄ in circuitu vr̄o sūt·et de aduenis q̄ ꝑegrinant᷑ apud vos: vel qui ex hijs nati fuerint ī terra vr̄a. Hos habebitis famulos: et hereditario iure trās mittetis ad posteros: ac possidebitis in etnū. Fratres aūt vr̄os filios israhel·ne oppri matis ꝑ potentiā. Si inualuerit apud vos manus aduene atqꝫ ꝑegrini·et attenuatus frater tuus vendiderit se ei·aut cuiq̄ꝫ de stir pe eius: post venditionē potest redimi. Qui voluerit ex fratribꝫ suis redimet eū: et pa truus ⁊ patruelis·et ↄsanḡneus·et affinis. Sin aūt ⁊ ipse potuit·redimet se: supputatis dūtaxat annis a tēpore vendicōis sue vſqꝫ in annū iubileū: et pecunia qua venditus fu eāt iuxᷓ annorꝝ numerū·et racōnē mercēna rij supputata. Si plures fuerint anni q̄ re manēt vſqꝫ ad iubileū·secūdū hos reddet et preciū: si pauci·ponet racōnē cū eo iuxta annorꝝ numerū: et reddet emptori qđ reli quū ē·annorꝝ quibꝫ ante ſuiuit mercedibꝫ cōputatis. Nō affliget eū violēter ī cōspcū tuo. Qđ si ꝑ hec redimi nō potuerit: ānō iu bileo egredietur cū liberis suis. Mei enim sūt serui filij israhel: quos eduxi de terra egi pti. Ego dominus deus vester. XXVI

Non facietis vobis ydolū ⁊ sculptile: nec titulos erigetis: nec insignē lapi dē ponetis in terra vr̄a ut adoretis eū. Ego enim sum dominus deus vr̄. Custodite sab bata mea: et pauete ad scūāriū meū. Ego dn̄s. Si in preceptis meis ambulaueritis et mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibꝫ suis·⁊ terra gignet germē suū: et pomis arboēs r̄plebū tur. Apprehendet messiū tritura vindemiā et vindemia occupabit sementē: ⁊ comedetis panē vr̄m in saturitatē: et absqꝫ pauore hā bitabitis in terra vestra. Dabo pacem in fini bus vr̄is: dormietis: et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias: et gladius nō transi bit terminos vr̄os. Persequimini inimicos vr̄os: et corruēt corā vob̄. Persequent᷑ quī qꝫ de vr̄is centū alienos: et centū de vob̄ de cem milia. Cadēt inimici vr̄i gladio in con spectu vestro. Respiciā vos ⁊ crescere faciā: multiplicabimini: et firmabo pactuꝫ meum vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis superueniētibꝫ ꝓicietis. Ponā tabernaculū meū ī medio vr̄i: et nō abiciet vos aīa mea. Ambulabo inter vos·et ero vr̄ deus: vosqꝫ eritis ꝑplus meus. Ego dn̄s deus vester·q̄ eduxi vos de terra egiptiorꝝ ne ſuiretis eis: et qui ↄfregi cathenas cer uicū vr̄arꝝ ut incederetis erecti. Qđ si non audieritis me·nec feceritis oīa mādata mea ſꝫ spreueritis leges meas ⁊ iudicia mea cō tempseritis ut nō faciatis ea q̄ a me ↄstitu ta sūt·et ad irritū ꝑducatis pactū meū: ego q̄ꝫ hec faciā vob̄. Visitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore q̄ ↄficiat oculos vr̄os: et ↄsumat aīas vr̄as. Frustra seretis sementē: q̄ ab hostibꝫ deuorabit᷑. Ponā faciē meam ↄtra vos·et corruetis coram hostibꝫ vr̄is: et subiciemini hijs qui oderūt vos. Fugietis nemine ꝑsequēte. Sin aūt nec sic obedieri tis michi·addā correpcōes vr̄as septuplū ꝓpter peccata vr̄a: et ↄterā supbiā duriciē ve stre. Daboqꝫ vobis celū desup sicut ferrum: et terrā eneam. Consumetur in cassum labor vr̄: nō ꝓferet t̄ra germē: nec arboēs poma ꝓbebūt. Si ambulaueritis ex aduerso michi· nec volueritis audire me: addam plagas vr̄as vſqꝫ in septuplū ꝓpter peccata vestra. Emittāqꝫ in vos bestias agri q̄ ↄsumāt vos et pecora vr̄a: et ad paucitatē cuncta redi gāt: deserteqꝫ fient vie vr̄e. Qđ si nec sic vo lueritis recipe disciplinā sed ambulaueritis ex aduerso michi: ego q̄ꝫ ↄtra vos aduersus in cedā ⁊ ꝑcutiā vos septies ꝓpter peccata vr̄a: inducāqꝫ sup vos gladiū vltorē federis mei. Cūqꝫ ↄfugeritis in vrbes mittā pestilentiā in medio vr̄i: et trademini in manibꝫ hostiū postq̄ꝫ ↄfregero baculū panis vr̄i·ita ut de cem mulieēs in vno clibano coquant panes

et reddant eos ad pondus: et cōmedetis et nō saturabimini. Sin aūt nec ꝑ hec audieritis me. ſ ambulaueritis cōtra me: et ego incedā aduersus vos in furore contrario: et corripiā vos septē plagis ꝓpter peccata vestra: ita ut comedatis carnes filiorū vrorum. et filiaꝝ vrāꝝ. Destruā excelsa vestra: et simulacra ↄfringā. Cadetis inter ruinas ydoloꝝ vestrorū. et abominabitur vos aīa mea: intantū ut vrbes vestras redigā in solitudinē. et deserta faciā scūaria vestra. nec recipiā vltra odorem suauissimū. disperdāq3 terram vrām: et stupebūt sup ea inimici vri cū habitatorēs illius fuerint. Vos aūt dispgā in gētes. et euaginabo post vos gladiū: eritq3 terra vrā deserta: et ciuitates dirute. Tūc placebūt terre sabbata sua cūctis dieb⁹ solitudinis sue: quādo fueritis in terra hostili. Sabbatizabit ⁊ reqescet ī sabbātis solitudinis sue: eo q̄ nō requieuerit in sabbatis vrīs: quādo habitabatis ī ea. Et q̄ de vobis remanserint dabo pauorē ī cordibus eoꝝ. in regionib⁹ hostiū. Terrebit eos sonitus folij volātis: ⁊ ita fugiēt q̄i gladiū. Cadēt nullo sequēte: et corruēt singuli sup fratres suos. quasi bella fugiētes. Nemo vestrū inimicis audebit resistē. Peribitis inter gētes: ⁊ hostilis vos terra ↄsumet. Qđ si de hijs aliqui remanserint tabescent in iniquitatib⁹ suis ī terra inimicoꝝ suoꝝ: et ꝓpter peccata prm̄ suoꝝ ⁊ sua affligētur. donec cōfiteant̄ iniquitates suas ⁊ maiorū suoꝝ quib⁹ p̄uaricati sūt ī me: ⁊ ambulauerūt ex aduerso michi. Ambulabo igitur et ego ↄtra eos: et inducā illos in terram hostilē: donec erubescat incircūcisa mens eoꝝ. Tunc orabunt ꝓ impietatib⁹ suis: et recordabor federis mei: qđ pepigi cū iacob ⁊ ysaac. et abraham. Terre q3 memor ero: que cū relicta fuerit ab eis ↄplacebit sibi ī sabbatis suis: patiens solitudinem ꝓpter illos. Ipi vero rogabūt ꝓ peccatis suis: eo q̄ abiecerint iudicia mea ⁊ leges meas despexerint. Attamē etiā cū essent ī terra hostili. nō penitus abieci eos: neq3 sic despexi ut ↄsumerent̄: et irritū facerē pactū meū cū eis. Ego enim sū dominus deus eoꝝ: et recordabor federis mei pristini: quando eduxi eos de terra egipti ī ↄspectu gentiū ut essem deus eoꝝ. Ego dominus deus. Hec sunt iudicia atq3 p̄cepta et leges quas dedit dominus inter se et inter filios israhel in monte synai: ꝑ manū moysi.

XXVII

Locutusq3 est dn̄s ad moysen dicens. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Homo q̄ votū fecerit ⁊ spoponderit deo animā suā: sub estimacōe dabit p̄ciū. Si fuerit masculus a vicesimo āno usq3 ad sexagesimū annū dabit quinq̄ginta siclos argēti ad mensuram scūarij: si mulier triginta. A quīto aūt anno usq3 ad vicesimum masculus dabit viginti siclos: femina decē. Ab vno mense usq3 ad annū quintū ꝓ masculo dabūt̄ quinq3 sicli: pro feīa tres. Sexagenarius ⁊ vltra masculus dabit quindecī siclos feīa decem. Si paup fuit ⁊ estimacōem reddē nō valebit: stabit corā sacerdote: et quantū ille estimauerit et viderit eū posse reddē. tantū dabit. Animal aūt qđ immolari potest dn̄o si quis vouerit sanctū erit ⁊ mutari nō poterit: id est nec melius malo: nec peius bono. Qđ si mutauerit. ⁊ ipsū quod mutatū est. et illud pro quo mutatū est ↄsecratū erit dn̄o. Aīal immūdū quod immolari domino nō potest si quis vouerit adducet̄ ante sacerdotem: q̄ diiudicans vtrum bonū an malū sit. statuet preciū. Quod si dare voluerit is qui offert. addet sup estimacōem quintā ptem. Homo si vouerit domū suā ⁊ sanctificauerit dn̄o: cōsiderabit eam sacerdos vtrū bona an mala sit: et iuxᵃ preciū quod ab eo fuerit cōstitutum venūdabit̄. Sin autē ille qui vouerat voluerit redimē eam dabit quintā partē estimacōis supra: et habebit domū. Qđ si agrū possessionis sue vouerit ⁊ ↄsecrauerit dn̄o: iuxta mensurā semētis estimabit̄ p̄ciū. Si triginta modijs ordei seritur terra: quinquaginta siclis venūdet̄ argēti. Si statī ab anno incipiētis iubilei vouerit agrū: quāto valere potest. tanto estimabit̄. Sin autē post aliquantū tēporis: supputabit sacerdos pecuniā iuxta annoꝝ qui reliqui sūt numerū usq3 ad iubileū: et detrahet̄ ex p̄cio. Qđ si voluerit redimē agrū ille qui vouerat. addet quintā partē estimate pecunie: et possidebit eā. Sin aūt noluerit redimē. ſ alteri

cuilibet fuerit venũdatus. vltra eum qui vo-
uerat redimere nõ poterit: q2 cũ iubilei ve-
nerit dies sanctificatus erit dño: et possessio
cõsecrata ad ius ꝑtinet sacẽdotũ. Si ager
emptus est et non de possessione maiorum
sanctificatus fuerit domino: supputabit sa-
cerdos iuxta annoꝝ numerũ vsq3 ad iubi
leũ ꝑciũ: ⁊ dabit ille q̃ vouerat eũ dño. In iu
bileo aũt reuertet᷑ ad priorẽ dominũ q̃ ven
diderat eũ: et habuerat in sorte possessionis
sue. Omis estimacõ siclo scũariꝫ ponderabi
tur. Siclus viginti obulos habet. Primo
genita q̃ ad deũ ꝑtinent nemo sanctificare
poterit ⁊ vouere. Siue bos siue ouis fuerit
domini sunt. Quod si immũdũ est animal.
redimet q̃ obtulit iuxta estimacõnẽ suã: et
addet quĩtã partẽ p̃cij. Si redimẽ nolue-
rit vendet᷑ alteri: quãtocũq3 fuit ante esti-
matũ. Omẽ quod dño ↄsecratur siue homo
fuit siue animal. siue ager nõ veneat: nec re
dimi potrit quicq̃d semel fuerit consecratũ.
Sanctũ sanctorũ erit dño. Et omis ↄsecra
tio q̃ offert᷑ ab homine non redimetur: sed
morte morietur. Omnes decime terre siue
de pomis arboꝝ siue de frugib9 domini sũt:
et illi sanctificant᷑. Si quis autẽ voluerit
redimẽ decimas suas: addet quintã partẽ
eaꝝ oim decimaꝝ. Boues et oues ⁊ capre
q̃ sub pastoris virga transeũt: quicq̃d deci
mũ venerit sanctificabit᷑ dño. Non eligetur
nec bonũ nec malũ: nec altero cõmutabit᷑.
Si quis mutauerit: et quod mutatũ est. et
pro quo mutatũ ẽ sanctificabit᷑ dño: et nõ
redimet᷑. Hec sũt p̃cepta q̃ mandauit dñs
moysi ad filios isrl᷑: in mõte synai Explicit
liber leuitici Sequitur liber numeri

Locutusq3 est dominus
ad moysen in deserto sy-
nai in tabernaculo fe-
deris: p̃ma die mensis
secundi anno altero e-
gressionis eoꝝ ex egi
pto dicẽs. Tollite sum
mam vniũse ↄgregacõnis filioꝝ israhel ꝑ
cognacões ⁊ domos suas. et nomia singlo-
rũ. quicq̃d sexus est masculini a vicesimo
anno ⁊ sup̃. oim viroꝝ fortium ex israhel: et
numerabitis eas ꝑ turmas suas tu ⁊ aarõ.

Eruntq3 vobiscũ p̃nceps tribuũ ac domorũ
in ↄgnacõnib9 suis: quoꝝ ista sũt nomia.
De tribu rubẽ: elysur filius sedeur. De tribu
symeon: salamihel filius surisaddai. De tri
bu iuda: naason filius aminadab. De tri-
bu ysachar: nathanael filius suar. De tribu
zabulon: eliab filius helon. Filiorũ autẽ io-
seph de tribu ephraim: elisama filius ammi
ud. De tribu manasse: gamalihel filius pha
dassur. De tribu beniamin: abidan filius ge
deonis. De tribu dan: abiezer filius amisad
dai. De tribu aser: phegiel filius ochran. De
tribu gad: eliasaph filius duel. De tribu ne
ptalim: abira filius enã. Hij nobilissimi p̃n
cipes multitudinis ꝑ trib9 ⁊ ↄgnacões suas.
et capita exercitus israhel: quos tulerũt mo-
yses ⁊ aaron cũ omi vulgi multitudie: et cõ
gregauerũt p̃mo die mẽsis secũdi recẽsen-
tes eos ꝑ cognacões ⁊ domos ac familias.
et capita ⁊ noia singuloꝝ a vicesimo anno
et sup̃: sicut p̃cepat dñs moysi. Numeratiq3
sũt ĩ deserto synai de ruben p̃mogenito isrl᷑is
ꝑ gñacõnes ⁊ familias ac domos suas. et
noia capitũ singuloꝝ. omẽ q̃d sexus ẽ ma-
sculini a vicesimo anno ⁊ sup̃ ꝓcedentiũ ad
bellũ: q̃dragintasex milia quĩgẽti. De filijs
symeõ ꝑ gñacões ⁊ familias ac domos co-
gnationũ suaꝝ recẽsiti sũt ꝑ nomina ⁊ capi
ta singuloꝝ. omẽ q̃d sexus est masculini a
vicesimo ãno ⁊ supra. ꝓcedentiũ ad bellũ:
quinq̃gintanouem milia trecenti. De filijs
gad ꝑ gñacões ⁊ familias ac domos co-
gnacõnũ suaꝝ. recẽsiti sũt ꝑ noia singulo-
rũ a viginti ãnis ⁊ supra omẽs q̃ ad bella ꝓ
cederẽt: q̃dragintaquĩq3 milia sexcẽti quin
q̃ginta. De filijs iuda ꝑ gñacões ⁊ famili
as. ac domos cognacõnũ suaꝝ ꝑ noia sin-
guloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. omẽs q̃ po
terãt ad bella ꝓcedẽ recẽsiti sũt: septuagin
taq̃tuor milia sexcẽti. De filijs ysachar ꝑ ge
neracões ⁊ familias ac domos cognacõnũ
suaꝝ ꝑ noia singuloꝝ a vicesimo ãno ⁊ su
pra oẽs q̃ ad bella ꝓcederẽt recẽsiti sũt: quĩ
q̃gintaq̃tuor milia. q̃dringẽti. De filijs za-
bulõ ꝑ gñationes ⁊ familias ac domos co
gnacõnũ suaꝝ recẽsiti sũt ꝑ noia singulorũ
a vicesimo ãno ⁊ supra. omes qui poterant
ad bella ꝓcedere: quinq̃gintaseptẽ milia.

quadringẽti. De filijs ioseph filioꝝ effra=
im ꝑ gñationes ⁊ familias ac domos co=
gnacõnũ suaꝝ recẽsiti sũt ꝑ noĩa singulo=
rũ a vicesimo anno ⁊ supra. om̃es q̃ poterãt
ad bella ꝓcedere: quadragĩtã milia quin=
genti. Porro filiorũ manasse ꝑ gñacõnes
et familias ac domos cognacõnũ suaꝝ re
censiti sũt ꝑ noĩa singulorũ a viginti annis
et sup̃. oẽs q̃ poterãt ad bella ꝓcedẽ: trigin
taduo milia ducẽti. De filijs beniamin per
gñacões ⁊ familias ac domos ꝯgnacõnũ
suaꝝ recẽsiti sũt nominibꝫ singuloꝝ a vice
simo ãno et sup̃. om̃es qui poterãt ad bella
ꝓcedẽ: trigintaquĩq3 milia q̃drĩgẽti. De
filijs dan ꝑ gñacões ⁊ familias ac domos
cog̃tionũ suaꝝ recẽsiti sũt nominibꝫ singu=
loꝝ a vicesimo anno ⁊ supra oẽs q̃ poterãt
ad bella ꝓcedẽ: sexagĩtaduo milia septin=
genti. De filijs aser ꝑ gñacõnes ⁊ familias
ac domos cognacõnũ suaꝝ recẽsiti sunt ꝑ
noĩa singulorũ a vicesimo anno ⁊ sup̃ om̃es
q̃ poterãt ad bella ꝓcedẽ: q̃dragĩnta milia
et mille quingẽti. De filijs neptalim ꝑ gñã
tiones ⁊ familias ac domos ꝯgnacõnũ sua
rũ recensiti sũt nominibꝫ singulorũ a vicesi
mo ãno ⁊ sup̃ om̃es q̃ poterãt ad bella ꝓce
dere: quĩq̃gĩta tria milia q̃drĩgẽti. Hy sũt
quos numerauerũt moyses ⁊ aarõ et duo=
decim principes israhel. singulos ꝑ domos
cognacõnũ suaꝝ: fuerũtq3. om̃is numerꝰ
filiorũ israhel ꝑ domos ⁊ familias suas a vi
cesimo anno ⁊ supra q̃ poterãt ad bella ꝓce
dere: sexcẽta tria milia virorum quingenti
quinq̃gĩta. Leuite aũt in tribubꝫ famili
arũ suaꝝ nõ sũt numerati cũ eis. Locutusq3
est dñs ad moysen dicẽs. Tribũ leui noli nu
merarẽ: neq3 pones summã eoꝝ cũ filijs isrl':
s3 cõstitue eos sup tabernaculũ testimonij.
Cũcta vasa eius ⁊ quicq̃d ad cerimonias
ꝑtinet ipi portabũt: tabernaculũ ⁊ oĩa vten
silia eius: et erũt ĩ ministerio ac ꝑ gyrũ ta=
bernaculi metabũt'. Cũ ꝓficiscẽdũ fuerit de=
ponẽt leuite tabnaculũ: cũ castra metanda
erigẽt. Quisquis externorũ accesserit oc=
cidet'. Metabũt' aũt castra filij israhel. vnus
quisq3 ꝑ turmas ⁊ cuneos atq3 exercitũ suũ:
porro leuite ꝑ gyrũ tabnaculi figẽt tẽtoria
ne fiat indignatio sup multitudinẽ filioꝝ
isrl': ⁊ excubabũt ĩ custodijs tabnaculi testi
monij. Fecerũt ergo filij isrl'. iuxta om̃ia que

II

Locutusq3 ꝓceperat dñs moysi.
est dñs ad moysen ⁊ aarõ dicẽs. Sin
guli ꝑ turmas signa atq3 vexilla et domos
cognacõnũ suaꝝ castra metabũtur filiorũ
israhel: ꝑ gyrũ tabernaculi federis. Ad ori
entẽ iudas figet tẽtoria ꝑ turmas exercitus
sui: eritq3 pñceps filioꝝ eius naason filius
aminadab: et om̃is de stirpe eius sũma pu
gnãtiũ septuagintaq̃tuor milia sexcẽtoꝝ.
Iux' eũ castra metati sunt de tribu ysachar.
quoꝝ princeps fuit nathanael filius suar:
et oĩs numerus pugnatoꝝ eius quinq̃gin
taq̃tuor milia q̃dringẽti. In tribu zabulon
princeps fuit heliab filius helon: om̃isq3 de
stirpe eius exercitus pugnatoꝝ quinq̃gin
taseptẽ milia q̃dringẽti. Vniuersi q̃ in ca=
stris iude adnumerati sũt. fuerũt centũocto
gĩtasex milia q̃dringẽti: et ꝑ turmas suas
primi egredient'. In castris filioꝝ ruben ad
meridianã plagã erit princeps elisur filius
sedeur: ⁊ cũctus exercitus pugnatoꝝ eius q̃
numerati sũt q̃dragintasex milia quĩgẽti.
Iux' eũ castrametati sũt de tribu symeõ. q̃=
rũ pñceps fuit salamihel filius surisaddai:
et cũctus exercitus pugnatoꝝ eius q̃ nume
rati sũt quinq̃gĩtanouẽ milia trecẽti. In tri=
bu gad princeps fuit eliasaph filius duel:
et cũctus exercitus pugnatoꝝ eius q̃ nume=
rati sũt q̃dragĩtaquĩq3 milia sexcẽti quinq̃=
ginta. Oẽs q̃ recẽsiti sũt ĩ castris ruben. cẽ=
tũ quinq̃gĩta milia ⁊ mille q̃dringẽti quin
q̃gĩta: ꝑ turmas suas ĩ scđo loco ꝓficiscen
tur. Leuabit' aũt tabnaculũ testimonij ꝑ of
ficia leuitaꝝ et turmas eoꝝ. Quõ erigetur:
ita ⁊ deponet'. Singuli ꝑ loca ⁊ ordines su=
os ꝓficiscẽt'. Ad occidẽtalẽ plagã erũt ca=
stra filioꝝ ephraim: quoꝝ princeps fuit
helisama filius ammiud. Cũctus exercitus
pugnatoꝝ eius q̃ numerati sũt: q̃dragĩta
milia. Et cũ eis tribꝫ filioꝝ manasse. quoꝝ
pñceps fuit gamaliel filius phadassur: cũ=
ctusq3 exercitus pugnatoꝝ eius q̃ numerati
sũt. trigĩtaduo milia ducẽti. In tribu filiorũ
beniamin pñceps fuit abidan filius gedeo=
nis: et cũctus exercitus pugnatoꝝ eius q̃ re
cẽsiti sũt: trigĩtaqĩq3 milia q̃dringẽti. Oẽs

qui numerati sunt in castris ephraim centū
octo milia centū: ꝑ turmas suas tercij ꝓfi-
ciscētur. Ad aquilōis ptē: castra metati sūt
filij dan: quorum pⁿceps fuit abiezer filius
amisaddai. Cūctus exercitus pugnatoꝝ
eius q̄ numerati sūt: sexagita duo milia se-
ptīgēti. Juxͣ eū fixere tentoria de tribu aser:
quoꝝ princeps fuit phegiel filius ochran.
Cūctus exercitus pugnatoꝝ eius q̄ nume
rati sūt: q̄dragita milia ⁊ mille qūgenti. De
tribu filioꝝ neptalim pⁿceps fuit ahira fi
lius enan. Cunctus exercitus pugnatoꝝ
eius quīquagita tria milia. q̄dringēti. Oēs
q̄ numerati sūt in castris dan. fuerūt centū
quīquaginta septem milia. sexcenti: et no-
uissimi ꝓficiscent̄. Hic numerus filioꝝ isrl'
ꝑ domos cognacōnū suaꝝ ⁊ turmas diuisi
exercitus: sexcētatria milia. quingēti quinq̄-
ginta. Leuite aūt nō sūt numerati inter fili-
os isrl'. Sic enī p̄ceperat dn̄s moysi. Fece-
rūtqꝫ filij israhel iuxta oīa q̄ mandauerat
dn̄s. Castra metati sūt ꝑ turmas suas: et ꝓ-
fecti ꝑ familias ac domos patrū suoꝝ. III

Hee sūt generacōes aarō ⁊ moysi ī die
q̄ locutus est dn̄s ad moysen in mōte
synai: et hec nomina filioꝝ aarō. Primoge
nitus eius nadab: deinde abiu. et eleazar. et
ythamar. Hec noīa filioꝝ aaron sacerdotū
q̄ vncti sūt: et quoꝝ replete ⁊ ꝯsecrate ma
nus ut sacerdotio fungerēt̄. Mortui sūt enim
nadab ⁊ abiu cū offerrēt ignē alienū ī cō-
spectu domini in deserto synai absqꝫ liberis:
functiqꝫ sūt sacerdotio eleazar ⁊ ythamar
corā aaron patre suo. Locutusqꝫ ē dn̄s ad
moysen dicēs. Applica tribū leui. et fac staē
in ꝯspectu aarō sacerdotis ut ministrent ei
et excubēt ⁊ obseruēt quicq̄d ad cultū perti
net multitudinis corā tabernaculo testimo-
nij: ut custodiāt vasa tabnaculi. seruiētes
in ministerio eius. Dabisqꝫ dono leuitas aa-
rō ⁊ filijs eius quibꝫ traditi sūt a filijs isrl': aa
ron aūt ⁊ filios eius ꝯstitues sup cultū sacer-
dotij. Externus qui ad ministrādū accesse-
rit. morietur. Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen
dicēs. Ego tuli leuitas a filijs israhel ꝓ omī
p̄mogenito q̄ aperit vuluā in filijs israhel:
eruntqꝫ leuite mei. Meum est enim omne
p̄mogenitū. Ex quo ꝑcussi p̄mogeītos ī tra
egipti: sanctificaui michi quicq̄d p̄mū na-
scitur in isrl'. Ab homine usqꝫ ad pecus mei
sunt. Ego dn̄s. Locutusqꝫ est dominus ad
moysen in deserto synai dicēs. Numera filios
leui ꝑ domos patrū suoꝝ ⁊ familias: omē
masculū ab vno mēse ⁊ sup̄. Numerauit moy
ses ut p̄ceperat dn̄s: et inuēti sūt filij leui ꝑ
noīa sua: gerson. ⁊ caath. ⁊ merari. Filij ger
son: lebni ⁊ semei. Filij caath: amrā. et iessa-
ar. hebron. et oziel. Filij merari: mooli. et mu
si. De gerson fuere familie due. lebnitica ⁊ se
meitica: quaꝝ numeratus est ꝑplus sexus
masculini ab vno mēse ⁊ sup̄: septē milia q̄n
gentoꝝ. Hij post tabernaculū metabūt̄
ad occidentē sb̄ principe eliasaph filio lael:
et habebūt excubias in tabnaculo federis.
ipm tabernaculū ⁊ opimentū eius. tentoriū
qd̄ trahit̄ ante fores tecti federis ⁊ cortinas
atrij: tētoriū qꝫ qd̄ appēdit̄ in introitu atrij
tabernaculi. et quicquid ad ritū altaris ꝑ-
tinet: funes tabernaculi ⁊ oīa vtēsilia eius.
Cognacō caath habebit populos. amrami-
tas ⁊ iessaaritas ⁊ hebronitas: et ozielitas.
Hee sūt familie caathitaꝝ. recēsite ꝑ noīa
sua: oēs generis masculini ab vno mense
et sup̄. octo milia sexcēti: habebūt excubias
scūarij. et castra metabunt̄ ad meridanā
plagā. Princepsqꝫ eoꝝ erit elisaphan fili9
oziel: et custodiāt archā mēsamqꝫ ⁊ cādela-
brū. altaria ⁊ vasa scūarij in quibꝫ ministra
tur ⁊ velū. cunctaqꝫ huiuscemodi suppelle-
ctilē. Princeps aūt principū leuitaꝝ ele-
azar filius aarō sacerdotis. erit sup excubito-
res custodie scūarij. At vero de merari erūt
ꝑpli moolite ⁊ musite recensite per noīa sua:
oēs generis masculini ab vno mēse ⁊ sup̄.
sex milia ducēti. Princeps eoꝝ suriel fili9
abiaiel: in plaga septētrionali castra meta
bunt̄. Erūt sb̄ custodia eoꝝ tabule tabna
culi ⁊ vectes ⁊ colūne ac bases eaꝝ et oīa
que ad cultū huiuscemodi ꝑtinēt: colūneqꝫ
atrij ꝑ circuitū cū basibꝫ suis: et paxilli cū fu-
nibꝫ. Castra metabūt̄ āte tabnaculū federis
id ē ad orientalē plagā. moyses ⁊ aaron cū
filijs suis: habētes custodiā scūarij ī medio
filioꝝ isrl'. Quisquis alienus accesserit. mo-
riet̄. Omes leuite quos numerauerit moy-
ses ⁊ aaron iuxͣ p̄ceptū dn̄i ꝑ familias suas

in genere masculino a mēse vno et sup̄: fue-
runt viginti duo milia. Et ait dñs ad moy-
sen. Numera p̄mogenitos sexus masculini
de filijs israhel ab vno mēse ⁊ supra: et habe-
bis summā eoꝝ. Tollesqꝫ leuitas michi: ꝓ
oīmi p̄mogenito filioꝝ israhel. Ego sum do-
minus. Et pecora eoꝝ: ꝓ vniūsis p̄moge-
nitis pecoꝝ filioꝝ israhel. Recēsuit moyses
sicͮ p̄cepat dñs p̄mogenitos filioꝝ israhel:
et fuerūt masculi ꝑ nomina sua a mēse vno
et supra viginti duo milia ducēti septuagin
tatres. Locutusqꝫ est dñs ad moysen. Tol
le leuitas ꝓ p̄mogenitis filioꝝ isrł et peco
ra leuitaꝝ pro pecoribꝫ eoꝝ: erūtqꝫ leuite
mei. Ego sū dñs. In p̄cio autē ducētoꝝ se-
ptuaginta triū qui excedūt numerū leuita
rum. de p̄mogenitis filioꝝ israhel accipies
quīqꝫ siclos ꝑ singula capita: ad mensuraꝫ
scūarij. Siclus habet viginti obulos. Da-
bisqꝫ pecuniā aarō ⁊ filijs eius: p̄ciū eoꝝ q̄
supra sūt. Tulit igitͬ moyses pecuniā eoꝝ
q̄ fuerāt amplius ⁊ quos redemerat a leui-
tis ꝓ p̄mogenitis filioꝝ israhel mille trecē
toꝝ sexaginta quīqꝫ sicloꝝ iuxͣ pondus san
ctuarij: et dedit eā aarō et filijs eius iuxta
verbū qđ p̄cepat sibi dñs.

IIII

Locutusqꝫ est dñs ad moysen ⁊ aaron
dicēs. Tolle sūmā filioꝝ caath de me
dio leuitaꝝ ꝑ domos ⁊ familias suas a tri
cesimo anno ⁊ supra usqꝫ ad quinq̄gesimuꝫ
annū: omniū qui ingrediūtͬ ut stent ⁊ mini
strēt in tabernaculo federis. Hic est cultus
filioꝝ caath. Tabernaculū federis ⁊ sanctū
scōꝝ ingredientͬ aaron ⁊ filij eius quando
mouenda sūt castra: et deponēt velū qđ pen
det āte fores. inuoluētqꝫ eo archā testimo
nij. et operiēt rursū velamīe iacīctinaꝝ pel-
liū. extēdētqꝫ desup palliū totū iacīctinū: et
inducēt vectes. Mensam qꝫ ꝓposicōnis in-
uoluēt iacinctino pallio: ⁊ ponēt cū eo thu
ribula ⁊ mortariola. sciathos ⁊ cratheras ad
liba fundēda. Panes semp in ea erūt. Ex-
tendētqꝫ desup palliū coccineū quod rursū
operiēt velamēto iacinctinaꝝ pelliū: et in-
ducēt vectes. Sumēt ⁊ palliū iacinctinū q̄
operiēt cādelabrū cū lucernis et forcipibꝫ
suis. et emunctorijs. et cunctis vasis olei q̄
ad concinnādas lucernas necessaria sunt:

et sup̄ oīa ponent opimentū iacinctinarū
pellium. et inducēt vectes. Necnō et altare
aureum inuoluēt iacinctino vestimento: et
extendēt desup opimentū iacinctinaꝝ pel-
liū: inducentqꝫ vectes. Oīa vasa quibus
ministratͬ in scūario inuoluēt iacīctino pal
lio: et extendēt desup opimentū iacīctinaꝝ
pelliū: inducētqꝫ vectes. Sꝫ ⁊ altare mūda
būt cinere. et inuoluēt illud purpureo vesti
mēto ponētqꝫ cū eo oīa vasa quibꝫ ī ministe
rio eius vtuntͬ: id ē ignīū receptacula fu-
scinulas ac tridētes vncinos ⁊ batilla. Cun
cta vasa altaris operient simul velamine ia
cinctinaꝝ pelliū: et inducēt vectes. Cūqꝫ
inuoluerint aarō ⁊ filij eius scūariū ⁊ oīa
vasa eius ī ꝯmocōe castroꝝ: tūc intrabūt
filij caath ut portēt inuoluta: et nō tangant
vasa scūarij ne moriantͬ. Ista sūt onera fi-
lioꝝ caath in tabnaculo federis sup quos
erit eleazar filius aarō sacerdotis: ad cuius
ꝑtinet curam oleū ad ꝯcinnādas lucernas
et ꝯposicōis incensū ⁊ sacrificiū quod sem-
per offertͬ et oleū vnctōnis ⁊ quicquid ad
cultū tabnaculi ꝑtinet: oīmqꝫ vasorum q̄ in
sanctuario sūt. Locutusqꝫ est dñs ad moy-
sen ⁊ aarō dicēs. Nolite ꝑdere ꝑplm caath
de medio leuitaꝝ: sed hoc facite eis ut vi-
uāt: et nō moriātͬ si tetigerint scā scōꝝ. Aa
ron ⁊ filij eius intrabūt: ipsiqꝫ disponēt opa
singuloꝝ: et diuidēt quid portare q̄s debe-
at. Alij nulla curiositate videāt q̄ sūt ī scū-
ario priusq̄ inuoluātͬ: alioquī moriētͬ. Lo
cutusqꝫ ē dñs ad moysen dicēs. Tolle sum-
mā etiā filioꝝ gerson ꝑ domos ac familias
et cognacōes suas a trigīta annis ⁊ supra
usqꝫ ad ānos quinq̄ginta. Numera oēs.
q̄ ingrediūtͬ et ministrāt in tabnaculo fede
ris. Hoc est officiū familie gersonitaꝝ: ut
portēt cortinas tabernaculi ⁊ tectū federis.
opimentū aliud. et sup oīa velamen iacin-
ctinū: tentoriūqꝫ qđ pendet ī introitu tab-
naculi federis. cortinas atrij ⁊ velū ī introi-
tu qđ ē ante tabernaculū. Oīa q̄ ad alta-
re ꝑtinēt funiculos ⁊ vasa ministerij iubēte
aarō ⁊ filijs eius portabūt filij gerson: et sci
ent singuli cui debeāt operi mācipari. Hic ē
cultus familie gersonitaꝝ ī tabnaculo fe-
deris. Erūtqꝫ sub manu ythamar filij aarō

ſacerdotis. Filios q₃ merari ꝑ familias et domos patrū ſuoꝝ recenſebis a triginta annis et ſuꝑ uſq₃ ad annos quīquaginta: om̄es qui ingrediūt᷑ ad officiū miniſterij ſui ⁊ cultū federis teſtimonij. Hec ſūt onera eoꝝ. Portabūt tabulas tabernaculi et vectes eius. colūnas ⁊ baſes eaꝝ: colūnas q₃ atrij ꝑ circuitū cū baſib₉ ⁊ paxillis ⁊ funib₉ ſuis. Om̄ia vaſa ⁊ ſuppellectilē ad numerū accipiēt: ſicq₃ portabūt. Hoc eſt officiū familie meraritaꝝ ⁊ miniſteriū in tabnaculo federis: eruntq₃ ſub manu ythamar filij aarō ſacerdotis. Receſuerūt igit᷑ moyſes ⁊ aarō et pn̄cipes ſynagoge filios caath ꝑ cognationes ⁊ domos patrū ſuoꝝ a trigīta ānis et ſuꝑ uſq₃ ad annū quinquageſimū. om̄es qui ingrediūt᷑ ad miniſteriū tabernaculi federis: et inuēti ſūt duo milia ſeptingenti quinq̄ginta. Hic ē numerus populi caath: qui intrāt tabernaculū federis. Hos numerauit moyſes ⁊ aarō iuxta ſermonē domini ꝑ manū moyſi. Numerati ſūt ⁊ filij gerſon ꝑ cognacōes ⁊ domos patrū ſuoꝝ a triginta annis et ſuꝑ. uſq₃ ad quinq̄geſimū annū om̄es qui ingrediūt᷑ ut miniſtrēt in tabnaculo federis: et inuēti ſūt duo milia ſexcenti triginta. Hic eſt populus gerſonitaꝝ: q̄s numerauerūt moyſes ⁊ aarō iuxta v̄bū dn̄i. Numerati ſūt ⁊ filij merari ꝑ ꝯgnacōes ⁊ domos pr̄m ſuoꝝ a trigīta annis ⁊ ſuꝑ uſq₃ ad annū quinq̄geſimū oēs qui ingrediūt᷑ ad explēdos ritus tabernaculi federis: et inuēti ſūt tria milia ducēti. Hic ē numerus filioꝝ merari: quos receſuerūt moyſes ⁊ aaron iuxta imperiū dn̄i ꝑ manū moyſi. Omnes qui receſiti ſūt de leuitis ⁊ quos fecit ad nomē moyſes ⁊ aarō ⁊ principes iſrahel ꝑ cognationes ⁊ domos pr̄m ſuoꝝ a trigīta annis et ſuꝑ uſq₃ ad annū quīquageſimū ingredientes ad miniſteriū tabnaculi ⁊ onera portāda fuerūt ſimul octo milia quīgēti octogīta. Iux̄ verbū dn̄i receſuit eos moyſes vnūquēq₃ iux̄ officiū ⁊ onera ſua: ſicut p̄ceperat dn̄s.

Locutuſq₃ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Precipe filijs iſrl̄: ut eiciāt de caſtris om̄ez leproſū ⁊ qui ſemine fluit polluruſq₃ ē ſuꝑ mortuo. Tam maſculū q̄ȝ feminā eicite de caſtris: ne cōtaminēt ea cū habitauerint vobiſcū. Feceruntq₃ ita filij iſrahel: et eiecerūt eos extra caſtra ſic locutus erat dn̄s moyſi. Locutuſq₃ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Loquere ad filios iſrahel. Vir ſiue mulier cū fecerint ex om̄ib₉ pcc̄is que ſolēt hominib₉ accidē. et ꝑ negligētiā trāſgreſſi fuerint mandatū domini atq₃ deliquerint ꝯfitebūt᷑ peccatū ſuū: et reddēt ipm̄ caput quintāq₃ partē deſuꝑ ei in quē peccauerint. Sin aūt nō fuerit q̄ recipiat dabūt dn̄o ⁊ erit ſacerdotis: excepto ariete qui offert᷑ ꝓ expiacōe ut ſit placabilis hoſtia. Omnes q₃ p̄mitie quas offerent filij iſrahel ad ſacerdotē ꝑtinent: et quicq̇d in ſcūariū offert᷑ a ſingulis et tradit᷑ manib₉ ſacerdotis ipius erit. Locutus ē dn̄s ad moyſen dicēs. Loquere ad filios iſrl̄: et dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit. maritūq₃ cōtemnēs dormierit cū altero viro. et hoc maritus deꝑhendere nō quiuerit ſ₃ latet adulteriū. et teſtib₉ argui nō poteſt. q2 nō eſt inuēta ī ſtupro: ſi ſpūs zelotipie ꝯcitauerit virū ꝯtra vxorē ſuā q̄ vel polluta ē vel falſa ſuſpicōne appetit᷑. adducet eā ad ſacerdotē: ⁊ offeret oblacōez ꝓ illa decimā partē ſati farine ordeacee. Nō fundet ſuꝑ eā oleū nec imponet thus. q2 ſacrificiū zelotipie ē: et oblacō inueſtigās adulteriū. Offeret igit᷑ eā ſacerdos et ſtatuet corā dn̄o: aſſumetq₃ aquā ſcām ī vaſe fictili: et pauxillū terre de pauimēto tabnaculi mittet ī eā. Cūq₃ ſteterit mulier ī cōſpectu domini diſcooperiet caput eius: et ponet ſuꝑ manus illius ſacrificiū recordacōis et oblacōnē zelotipie. Ipe aūt tenebit aq̄s amariſſimas. in quas cum execracōne maledicta congeſſit: adiurabitq₃ eam ⁊ dicet. Si nō dormiuit vir alienus tecū. et ſi nō polluta es deſerto mariti thoro nō te nocebūt aque iſte amariſſime ī quas maledicta cōgeſſi. Sin aūt declinaſti a viro tuo atq₃ polluta es. et ꝯcubuiſti cū altero: hijs maledictionib₉ ſbiacebis. Det te dn̄s ī maledictōez exemplūq₃ cūctoꝝ in populo ſuo. Putreſcere faciat femur tuū: et tumēs vterus tuus diſrūpat᷑. Ingrediant᷑ aque maledicte in ventrē tuū: et vtero tumeſcente putreſcat femur. Et rn̄debit mlier. Amē. amē. Scribetq₃ ſacerdos in libello iſta maledicta: et delebit

eā aquis amarissimis in q̄s maledicta cō-
gessit:et dabit ei bibere. Quas cū exhausе
rit·tollet sacerdos de manu eius sacrificiū
zelotipie·et eleuabit illud corā domino im-
ponetqꝫ illud sup altare:ita dūtaxat ut pri-
us pugillū sacrificij tollat de eo qđ offertur
et incendat sup altare:et sic potū det mulieri
aq̄s amarissimas. Quas cū biberit·si pollu-
ta ē·et cōtēpto viro adulterij rea:ptrāsibūt
eam aque maledictōis·et inflato ventre
cōputrescet femur:eritqꝫ mulier ī maledi-
ctionē ⁊ in exemplū omī ꝑplo. Quod si polluta
nō fuerit erit innoxia:et faciet liberos. Ista
est lex zelotipie. Si declinauerit mulier a vi
ro suo ⁊ si polluta fuerit: maritusqꝫ zelotipie
spiritu cōcitatus adduxerit eā in cōspectu dñi·
et fecerit ei sacerdos iuxta omīa q̄ scripta
sūt·maritus absqꝫ culpa erit:et illa recipiet

Locutus est VI iniq̄tatē suā.
dominus ad moysen dicēs. Loquere
ad filios isrl̄:et dices ad eos. Vir siue mu-
lier cū fecerint votū ut sanctificent̄·et se vo
luerint dño cōsecrare:a vino et omē qđ in-
ebriare potest abstinebūt. Acetū ex vino et
ex qualibet alia potione·et quicq̄d de vua
exꝑmit̄ nō bibēt: vuas recētes siccasqꝫ nō
cōmedēt:cūctis diebꝫ quibꝫ ex voto dño cō
secrātur. Quicquid ex vinea esse potest ab
vua passa usqꝫ ad acinū non cōmedēt. Omī
tēpore separacōis sue nouacula nō transi-
bit p caput eius:usqꝫ ad cōpletū diē quo do-
mino cōsecrat̄. Sanctus erit:crescēte cesarie
capitis eius. Omī tp̄e consecracōis sue sup
mortuū nō ingredietur:nec sup p̄ris quidē et
matris ⁊ fratris sororisqꝫ funē cōtaminabit̄:
quia cōsecracō dei sui sup caput eius ē. Omibꝫ
diebꝫ separacōis sue scūs erit dño. Si autē
mortuus fuerit subito quispiā corā eo·pol-
luet̄ caput cōsecracōnis eius: quod radet
ilico et in eadem die purgacōis sue:et rur-
sū septima. In octaua aūt die offeret duos
turtures vel duos pullos colūbe sacerdoti
in introitu federis testimonij:facietqꝫ sacer
dos vnū ꝓ pcc̄o·et alterū in olocaustū:et de
ꝑcabitur ꝓ eo quia peccauit sup mortuo: sān-
ctificabitqꝫ caput eius in die illo· et cōsecra
bit dño die separacōis illius·offerēs agnū
anniculū ꝓ peccato: ita tamē ut dies priores

irriti fiant: quoniā polluta est sanctificatio
eius. Ista est lex cōsecracōis. Cū dies quos
ex voto decreuerat cōplebūt̄·adducet eum
ad ostiū tabernaculi federis:ut offerat ob
lacōnē eius domino·agnū anniculū imma-
culatū in olocaustū· et ouē anniculā imma-
culatā ꝓ pcc̄o·et arietē immaculatū hostiā
pacificā: canistrū quoqꝫ panū azimorū q̄ cōspersi
sunt oleo·et lagana absqꝫ fermento vncta
oleo ac libamina singulorū:q̄ offeret sacer
dos coram dño:et faciet tam ꝓ peccato q̄ꝫ in
olocaustū. Arietē vero immolabit hostiā
pacificam dño:offerēs simul canistrū azimo
rū ⁊ libamēta q̄ ex more debent̄. Tunc rade
tur nazareus ante ostiū tabnaculi federis
cesarie cōsecracōis sue: tolletqꝫ capillos eiꝰ
et ponet sup ignē q̄ est suppositus sacrificiō
pacificorū:et armū coctum arietis·tortāqꝫ
absqꝫ fermēto vnā de canistro ⁊ laganū azi
morū vnū·et tradet ī manibꝫ nazarei postq̄ꝫ
rasū fuit caput eius:susceptaqꝫ rursū ab eo
eleuabit in conspectu dñi·sanctificata sacer
dotis erit:sicut pectusculū qđ separari iussū
est ⁊ femur. Post hec potest bibere nazareꝰ
vinū. Ista est lex nazarei cū vouerit oblati
onem suā domino tp̄e cōsecracōis sue:exce-
ptis hijs q̄ inuenerit manus eius. Iuxta qđ
mēte deuouerāt:ita faciet ad ꝑfectōnē san-
ctificacōnis sue. Locutus ē dñs ad moysen
dicēs. Loquē aarō ⁊ filijs eius. Sic bñdi-
cetis filijs isrl̄:et dicetis eis. Benedicat tibi
dñs:et custodiat te. Ostēdat dñs faciē suā
tibi:et misereat̄ tui. Conuertat dñs vultū
suū ad te:et det tibi pacē. Inuocabūt nomē
meū sup filios israhel:et ego benedicam eis.

Actū est aūt in die qua VII
cōpleuit moyses tabnaculū ⁊ erexit il
lud· vnxitqꝫ ⁊ sanctificauit cū omibꝫ vasis
suis altare similiter ⁊ omīa vasa eius:obtu
lerūt principes israhel ⁊ capita familiarū·q̄
erāt p singulas tribꝫ ꝑfecti eorū q̄ numera
ti fuerāt munera corā domino:sex plaustra
tecta cū duodecim bubꝫ. Vnū plaustrū ob
tulere duo duces·et vnū bouē singuli:obtu
lerūtqꝫ ea in cōspcū tabnaculi. Ait aūt domi
nus ad moysen. Suscipe ab eis ut seruiāt
in ministerio tabnaculi: et trades ea leuitis
iuxta ordinē ministerij sui. Itaqꝫ cū suscepisset

moyses plaustra ⁊ boues: tradidit eos leuitis. Duo plaustra ⁊ q̃tuor boues dedit filijs gerson·iuxta id quod habebãt necessariũ: q̃tuor alia plaustra ⁊ octo boues dedit filijs merari scd̃m officia ⁊ cultũ suũ: sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Filijs aũt caath nõ dedit plaustra ⁊ boues: qꝛ in scũario seruiũt: et onera ꝓprijs portãt humeris. Igitur obtulerũt duces in dedicacõnẽ altaris· die qua unctũ ẽ oblacõem suã ante altare. Dixitq; dñs ad moysen. Singuli duces ꝑ singulos dies offerãt munera i dedicacõem altaris. Primo die obtulit oblacõem suam naason filius ãminadab de tribu iuda: fueruntq; in ea acetabulũ argenteũ·pondo centũtriginta sicloꝝ·fiala argẽtea habẽs septuaginta siclos iuxta põdus scũarij·utrũq; plenũ simila ↄspsa oleo i sacrificiũ: mortariolũ ex decẽ siclis aureis plenũ incẽso: bouẽ de armento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ in olocaustũ hircũq; ꝓ pcc̃o: et in sacrificõ pacificoꝝ boues duos· arietes qñq;· hircos qñq;: agnos anniculos quinq;. Hec ẽ oblacõ naason filij ãminadab. Secũdo die obtulit nathanael filius suar dux de tribu ysachar· acetabulũ argenteũ appendẽs centũtrigĩta siclos·fialã argenteã habentez septuaginta siclos iuxta põdus scũarij·utrũq; plenũ simila ↄspsa oleo i sacrificiũ: mortariolũ aureũ habẽs decez siclos plenũ incenso: bouez de armẽto ⁊ arietẽ·et agnũ anniculũ in olocaustũ hircũq; ꝓ pcc̃o: et in sacrificõ pacificoꝝ boues duos· arietes qñq;· hircos quinq;: agnos anniculos qñq;. Hec fuit oblatio nathanael filij suar. Tercõ die princeps filioꝝ zabulon heliab filius helon obtulit acetabulũ argẽteũ appẽdẽs centũtriginta siclos·fialã argenteã habẽtẽ septuagĩta siclos ad põdus scũarij·utrũq; plenũ simila ↄspersa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appẽdẽs decẽ siclos plenũ incenso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ·et agnũ anniculũ in olocaustum hircũq; ꝓ pcc̃o: et in sacrificõ pacificorum boues duos·arietes qñq;·hircos quinq;: agnos ãniculos quĩq;. Hec est oblatio heliab filij helon. Die q̃rto princeps filiorum ruben elisur filius sedeur·obtulit acetabulum argenteum appendens centũtriginta siclos·fialã argenteã habentem septuaginta siclos ad pondus scũarij· utrũq; plenuz simila ↄspsa oleo i sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendẽs decẽ siclos plenũ incẽso: bouẽ et arietẽ ⁊ agnũ ãniculũ in olocaustũ· hircũq; ꝓ peccato: et in sacrificõ pacificoꝝ boues duos· arietes qñq;· hircos quinq;: agnos ãniclos quinq;. Hec fuit oblacõ elisur· filij sedeur. Die quinto princeps filioꝝ symeõ salamiel filius surisaddai·obtulit acetabuluz argẽteũ appendẽs cẽtũtriginta siclos·fialã argẽteã habentẽ septuaginta siclos ad põdus scũarij·utrũq; plenuz simila ↄspsa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendẽs decem siclos plenũ incenso: bouem de armẽto et arietẽ·et agnũ ãniculũ in olocaustũ·hircũq; ꝓ peccato: et in hostias pacificoꝝ boues duos·arietes quinq;·hircos quinq;: agnos ãniclos quĩq;. Hec fuit oblacõ salamihel filij surisaddai. Die sexto princeps filioꝝ gad heliasaph filius duel·obtulit acetabulũ argẽteũ appendẽs centũtriginta siclos· fialã argenteã habẽtẽ septuaginta siclos ad põdus scũarij· utrũq; plenũ simila ↄspsa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendẽs decem siclos plenũ incenso: bouem de armẽto et arietẽ·et agnũ ãniculũ i olocaustũ·hircũq; ꝓ pcc̃o: et i hostias pacificoꝝ boues duos·arietes quinq;·hircos qñq;: agnos ãniculos qñq;· Hec fuit oblacõ heliasaph·filij duel. Die septimo princeps filioꝝ ephraim· elisama filius ammiud·obtulit acetabulum argenteũ appẽdẽs cẽtũtriginta siclos·fialam argenteã habentẽ septuaginta siclos ad pondus scũarij: utrũq; plenũ simila ↄspsa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appẽdens decẽ siclos plenũ incenso: bouem de armento·et arietẽ et agnũ anniculuz i olocaustũ·hircũq; ꝓ pcc̃o: et in hostias pacificoꝝ boues duos·arietes quinq;·hircos qñq;: agnos ãniculos quinq;. Hec fuit oblacõ elisama·filij ammiud. Die octauo princeps filiorũ manasse gamaliel filius phadassur·obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs centũtriginta siclos· fialã argenteã habẽtẽ septuaginta siclos ad pondus scũarij·utrũq; plenum simila ↄspsa oleo in sacrificiũ: mortariolum aureũ appendens decem siclos plenum

in censo: bouē de armento. et arietē. et agnū anniculū in olocaustū. hircūq; p pcco: et in ostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinq; hircos. quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblacō gamaliel filij phadussur. Die nono pnceps filioꝝ beniamin abidan filius gedeonis. obtulit acetabulū argēteū appendēs centūtriginta siclos. fialā argēteam habentē septuaginta siclos ad pondus scūarij. utrūq; plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decem siclos plenū incenso: bouē de armēto. et arietē. et agnū āniculū in olocaustū. hircūq; p pcco: et in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinq;. hircos qnq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblacō abidan filij gedeonis. Die decimo pnceps filiorum dan. abiezer filius amisaddai. obtulit acetabulū argenteū appendēs centumtriginta siclos. fialam argenteā habentē septuaginta siclos ad pondus scūarij. utrūq; plenū simila ospsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureum appendēs decē siclos plenū incenso: bouem de armēto et arietē. et agnū anniculū in olocaustū. hircūq; p pcco: et i hostias pacificoꝝ. boues duos. arietes quinq;. hircos qūq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblacō abiezer filij amisaddai. Die vndecimo pnceps filioꝝ aser phagaiel filius ochran. obtulit acetabulū argenteū appendens cētūtriginta siclos. fialā argenteā habentem septuagita siclos ad pōdus scūarij. utrūq; plenū simila osparsa oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenū incenso: bouē de armēto. et arietē. et agnū anniculū in olocaustū. hircūq; p peccato: et in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes qnq;. hircos quinq;: agnos āniculos quinq;. Hec fuit oblacō phagaiel filij ochran. Die duodecimo pnceps filioꝝ neptalim ahira filius henan. obtulit acetabulū argenteum appendēs centūtriginta siclos. fialā argēteā habentē septuaginta siclos ad pondus scūarij. utrūq; plenū simila ospsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenū incenso: bouē de armento. et arietē. et agnū āniculū in olocaustū. hircūq; p pcco: et i hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinq;. hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblacō ahira filij henā. Hec in dedicacōne altaris oblata sūt a pncipibꝰ israhel i die qua osecratū ē: acetabula argētea duodecim. fiale argentee. duodeciz. ita ut centūtriginta argēti siclos haberet vnū acetabulū. et septugīta siclos vna fiala. id est in omūe vasoꝝ. oīm ex argēto. sicli duo milia quadringēti pondere scūarij: mortariola aurea duodecī plena incēso. denos siclos appēdētia pōdere scūarij. id ē sil auri sicli cētūuigīti: boues de armēto in olocaustū duodeciz. arietes duodeciz. agni āniculi duodeciz et libamēta eoꝝ: hirci duodecī. p pcco: i hostias pacificoꝝ boues vigīntiq;tuor. arietes sexaginta. hirci sexagīta. agni āniculi sexaginta. Hec oblata sūt in dedicacōe altaris. quādo vnctū est. Cūq; ingrederet moyses tabnaculū federis ut osuleret oraculū: audiebat voce3 loquētis ad se de ppiciatorio. qd erat sup archam testimonij inter duos cherubim: vnde et loquebatur ei.

VIII

Locutus est dns ad moysen. dicēs. Loquē aaron: et dices ad eū. Cū posueris septē lucernas: cādelabrū in australi pte erigat. Hoc igitur pcipe ut lucerne otra boreā eregione respiciāt ad mensam panū ppositicōis: otra eā pte quā cādelabrū respicit lucē debebūt. Fecitq; aaron: et imposuit lucernas sup candelabrū ut pcepat dns moysi. Hec aūt erat factura cādelabri: ex auro ductili tam medius stipes q cūcta q ex utroq; calamoꝝ latere nascebātur. Juxta exēplū qd ostendit dns moysi: ita operatus est candelabrū. Et locutus ē dns ad moysen dicēs. Tolle leuitas ex medio filioꝝ israhel: et purificabis eos iuxta hūc ritū. aspgātur aqua lustracōnis: et radāt omes pilos carnis sue. Cū lauerint vestimēta sua et mūdati fuerint. tollant bouē de armentis et libamentū eius. similā oleo osparsam: bouē aūt alterū de armento tu accipies p pcco: et applicabis leuitas corā tabernaculo federis. couocata omi multitudine filioꝝ israhel. Cūq; leuite fuerit corā domino ponent filij israhel manus suas sup eos: et offeret aaron leuitas munus in ospectu dni a filijs israhel: ut fuiāt i ministerio eius. Leuite qq; ponēt manus suas super

capita boum: e quibꝯ vnũ facies ꝓ peccato.
et alterũ in olocaustũ domini: ut deꝓceris ꝓ
eis. Statuesq; leuitas in cõspectu aaron et
filioꝝ eius ⁊ ↄsecrabis oblatos domino: ac
separabis de medio filiorum israhel ut sint
mei: et postea ingrediãtur tabernaculũ fe-
deris ut seruiãt michi. Sicq; purificabis et
ↄsecrabis eos in oblacõem domini: quoniã
dono donati sũt michi a filijs israhel. Pro p̃-
mogenitis q̃ aperiũt omnem vuluã in israhel
accepi eos. Mea sũt enim omnia p̃mogeni
ta filioꝝ israhel: tã ex hominibꝯ q̃ ex iumen
tis. Ex die quo ꝑcussi omne p̃mogenitũ i ter
ra egipti. sanctificaui eos michi: et tuli leui-
tas ꝓ cũctis p̃mogenitis filioꝝ israhel. tra-
didiq; eos dono aaron ⁊ filijs eius de medi
o ꝑpli. ut seruiãt michi ꝓ israhel in tabnacło
federis: et orẽt ꝓ eis ne sit in populo plaga.
si ausi fuerint accedẽ ad scũarium. Feceruntq;
moyses ⁊ aaron ⁊ omnis multitudo filioꝝ is-
rahel sup leuitis que p̃cepat dominus moy
si: purificatiq; sũt ⁊ lauerũt vestimẽta sua. Ele-
uauitq; eos aaron in cõspectu dñi et orauit
ꝓ eis: ut purificati ingrederẽtur ad officia
sua i tabernaculũ federis corã aaron ⁊ filijs
eius. Sicut p̃cepat dominus moysi de leui
tis: ita factũ est. Locutus est dominus ad
moysen dicẽs. Hec est lex leuitarũ. A vigi-
tiquinq; ãnis ⁊ sup̃ ingrediẽtur: ut ministrẽt
in tabernaculo federis. Cũq; quinquagesi
mũ ãnũ etatis impleuerint fuire cessabũt:
erũtq; ministri fratrũ suorũ in tabernaculo
federis. ut custodiãt q̃ sibi fuerint ↄmẽda-
ta: opa autẽ ipsa non faciãt. Sic dispones
leuitis in custodijs suis. IX

Locutus est dñs ad moysen deserto sy-
synai. anno scd̃o postq̃ egressi sunt de
terra egipti. mense primo dicẽs. Faciãt filij
israhel phase in tempore suo. quartadecima
die mensis huius ad vespam: iuxta omnes
cerimonias ⁊ iustificacões eius. Precepitq;
moyses filijs israhel: ut facerẽt phase. Qui
fecerũt tẽpore suo quartadecima die mensis
ad vespam in mõte synai: iuxta oĩa q̃ mãda-
uerat dñs moysi fecerũt filij israhel. Ecce au
tem quidam immundi sup aĩa hominis. qui
nõ poterãt facere phase i die illo: accedẽtes
ad moysen ⁊ aaron. dixerunt eis. Immundi
sumus sup aĩa hominis: quare fraudamur
ut nõ valeamus offerre oblacõem domĩo.
in tẽpore suo inter filios israhel? Quibꝯ rñ-
dit moyses. State: ut ↄsulam quid p̃cipiat
dñs de vobis. Locutusq; est dñs ad moysen
dicẽs. Loquẽ filijs israhel. Homo qui fuerit
immũdus sup anima. siue in via ꝑcul in gẽ-
te vr̃a. faciat phase dño in mense scd̃o q̃r-
tadecima die mensis ad vespam: cũ azimis et
lactucis agrestibꝯ comedẽt illud. Nõ relin
quẽt ex eo quippiã usq; mane: et os eius nõ
ↄfringent: oẽm ritũ phase obseruabũt. Si
quis autẽ ⁊ mũdus est ⁊ in itinere nõ fuit. et
tamẽ nõ fecit phase. exterminabitur aĩa illa
de populis suis: q2 sacrificiũ dño nõ obtulit
tẽpore suo. Peccatũ suũ ipse portabit. Pere-
grinus q̃q; ⁊ aduena si fuerint apud vos: fa
ciẽt phase dño iuxta cerimonias ⁊ iustifica
tiones suas. Preceptũ idem erit apud vos
tã aduene q̃ indigene. Igitur die q̃ erectũ
est tabernaculũ. operuit illud nubes. Vespe
autẽ sup tentoriũ erat quasi species ignis
usq; mane. Sic fiebat iugiter. Per diem
operiebat illud nubes: et ꝑ noctẽ q̃si species
ignis. Cũq; ablata fuisset nubes q̃ tabnaculũ
ꝓtegebat. tũc ꝓficiscebãtur filij isrl̃: et in lo-
co ubi stetisset nubes. ibi castrametabãtur. Ad
imperiũ domini ꝓficiscebãtur: et ad imperiũ
illius figebãt tabernaculum. Cũctis diebus
quibꝯ stabat nubes sup tabernaculũ mane-
bãt in eodem loco: et si euenisset ut multo tp̃e
maneret sup illõ. erãt filij isrl̃ i excubijs dñi:
et nõ ꝓficiscebãtur quotq̃t diebꝯ fuisset nubes
sup tabernaculũ. Ad imperiũ dñi erigebãt
tentoria: et ad imperiũ illius deponebãt. Si
fuisset nubes a vespe usq; mane. et statim di-
luculo tabernaculũ reliquisset ꝓficiscebãtur:
et si post diem ⁊ noctẽ recessisset: dissipabant
tentoria. Si vero biduo aut vno mẽse vel lõ
giori tp̃e fuisset sup tabernaculũ. manebãt fi
lij israhel i eodẽ loco. ⁊ nõ ꝓficiscebãtur: stati
aũt ut recessisset mouebãt castra. Per verbum
domini figebãt tentoria. et ꝑ verbũ illius ꝓ-
ficiscebantur: erantq; in excubijs dñi iuxta
imperiũ eius ꝑ manũ moysi. X

Locutus ẽ dominus ad moysen dicẽs.
Fac tibi duas tubas argenteas ductiles:
q̃bꝯ ↄuocare possis multitudinẽ quãdo

mouēda sūt castra. Cūq; increpueris tubis:
ꝯgregabitur ad te oīs turba ad ostiū ta
bernaculi federis. Si semel planxeris: veniēt
ad te pn̄cipes ⁊ capita multitudinis israhel.
Si aūt ꝓlixior atq; ꝯcisus clāgor increpu-
erit: mouebūt castra primi qui sūt ad oriē-
talē plagam. In secūdo autē sonitu et pari
ululatu tube leuabūt tentoria qui habitant
ad meridiē: et iuxta hūc modū reliqui faci
ent ululātibꝫ tubis in ꝓfectōe. Quādo aūt
ꝯgregandus ē ꝑplus. simplex tubarū clan-
gor erit: et nō ꝯcise ululabūt. Filij aūt aarō
sacerdotis clangēt tubis: eritq; hoc legiti
mū sempiternū in generacōībꝫ vestris. Si
exieritis ad bellū de terra vr̄a . ꝯtra hostes q̄
dimicant aduersū vos. clangetis ululātibꝫ
tubis: et erit recordacō vr̄i corā domino deo
vr̄o: ut eruamini de manibꝫ inimicorū vr̄o-
rū. Si quādo habebitis epulū ⁊ dies festos
et kalēdas. canetis tubis sup olocaustis et
pacificis victimis: ut sint vobis in recorda
tionē dei vr̄i. Ego dn̄s deus vester. Anno se
cūdo mense scd̄o. vicesima die mens. eleua
ta est nubes de tabernaculo federis. Profe
ctiq; sūt filij israhel p turmas suas de desto
synai: et recubuit nubes ī solitudīe pharan.
Mouerūtq; castra primi iuxta imperiū dn̄i
ī manū moysi. filij iuda p turmas suas: quoꝝ
princeps erat naason filius aminadab. In
tribu filioꝝ ysachar fuit pn̄ces nathanael
filius suar: in tribu zabulon erat princeps
eliab filius elon. Depositūq; ē tabernaculū:
quod portantes egressi sunt filij gerson et
merari. Profectiq; sūt ⁊ filij ruben p turmas
et ordinē suū: quoꝝ pn̄ceps erat elisur filiꝰ
sedeur. In tribu autē filioꝝ symeon prin-
ceps fuit salamihel filius surisaddai: porro
in tribu gad erat princeps eliasaph filius
duel. Profectiq; sūt ⁊ caathite: portātes san
ctuariū. Tamdiu tabernaculū portabatur:
donec venirent ad erectōis locū. Mouērt
castra ⁊ filij ephraim p turmas suas: ī quoꝝ
exercitu princeps erat elisama filius āmiud.
In tribu autē filiorū manasse princeps fuit
gamaliel filius phadussur: et in tribu benia
min erat dux abidan filius gedeonis. No-
uissimi castrorum oīm ꝓfecti sūt filij dan p
turmas suas: in quorū exercitu pn̄ceps fuit
abiezer filius amisaddai. In tribu aūt filio-
rū aser erat pn̄ceps phagaihel filius och-
ran: et ī tribu filiorū neptalim pn̄ceps fuit a
hira filius henan. Hec sūt castra ⁊ ꝓfectōes
filioꝝ israhel p turmas suas quādo egredie
bātur. Dixitq; moyses obab filio rahuel ma
dianiti cognato suo. Proficiscimur ad locū
quē dominus daturus est nobis: veni nobis
scū ut bene faciamus tibi: q2 dominus bona
ꝓmisit israheli. Cui ille rn̄dit. Non vadam
tecū: sed reuertar in terrā meā in qua natus
sū. Et ille: noli inquit nos relinquē. Tu eni
nosti in quibꝫ locis p desertū castra ponē de-
beamus: et eris ductor noster. Cūq; nobiscū
veneris: quicq̄d optimū fuerit ex opibꝫ q̄s
nobis traditurus ē dn̄s dabimus tibi. Pro
fecti sūt ergo de mōte dn̄i viā triū dierum:
archaq; federis domini p̄cedebat eos per
dies tres: ꝓuidēs castrorū locū. Nubes q̄q;
dn̄i sup eos erat p diem cū incederēt. Cūq;
eleuaretur archa. dicebat moyses. Surge
dn̄e ⁊ dissipentur inimici tui: et fugiāt q̄ ode-
rūt te a facie tua. Cū aūt deponētur. aiebat.
Reuertere ad multitudinē exercitus isrl̄.

XI

Interea ortū est murmur ꝑpli: quasi dolētiū
ꝓ labore ꝯtra dominū. Qđ cū audisset iratus
est: et accensus in eos ignis domini deuora
uit extremā castrorū partē. Cūq; clamasset
ꝑplus ad moysen: orauit moyses ad dn̄m.
et absortus est ignis. Vocauitq; nomē loci
illius incensio: eo q2 succensus fuisset ꝯtra eos
ignis domini. Vulgus quippe ꝓmiscuū qđ
ascēderat cū eis. flagrauit desiderio carniū
sedēs ⁊ flens. iūctis sibi pariter filijs israhel:
et ait. Quis dabit nobis ad vescēdū carnes?
Recordamur pisciū quos comedebamus in
egipto gratis: in mentē nobis veniūt cucu-
meres. et pepones. porriq;. et cepe. et allia. A
nima nr̄a arida ē: nichil aliud respiciūt ocu-
li nostri nisi man. Erat autem man q̄si semen
coriādri coloris bdellij. Circuibatq; ꝑpls. et
colligens illud frangebat mola siue tere-
bat in mortario: coquēs in olla ⁊ faciens ex
eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cū-
q; descendēt nocte sup castra ros: descende-
debat pariter ⁊ man. Audiuit ergo moyses
flentē populū p familias: singulos p ostia
tentorij sui. Iratusq; est furor domini valde:

sed et moysi intoleranda res visa est: et ait
ad dominū. Cur afflixisti seruū tuū? Qua-
re nō inuenio gratiam corā te? Et cur im-
posuisti pondus vniuersi populi huius sup
me? Nūquid ego concepi omnē hanc multitu
dinem vel genui eam. ut dicas michi porta
eos i sinu tuo sicut portare solet nutrix infan
tulū: et defer i terrā p qua iurasti prib9 eorū?
Unde michi carnes: ut dem tante multitu-
dini? Flent ɔtra me dicētes: da nobis carnes
ut comedamus. Nō possum solus sustinere
omnē hūc populū: q; grauis michi ē. Sin
aliter tibi videt᷑: obsecro ut interficias me.
et inueniam gratiā in oculis tuis: ne tantis
afficiar malis. Et dixit dn̄s ad moysen. Cō
grega michi septuaginta viros de senibus
israhel. quos tu nosti q senes populi sint ac
magistri: et duces eos ad ostiū tabernacli
federis. faciesq; ibi stare tecū ut ostendam
et loquar tibi: et auferā de spū tuo tradāq;
eis: ut sustentent tecū onus populi: et nō tu
solus graueris. Populo q; dices. Sancti-
ficamini. Cras comedetis carnes. Ego enim
audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas
carniū? Bene nobis erat in egipto. Ut det
vobis dn̄s carnes et comedatis. non vno die
nec duob9 vel quinq; aut decem. nec viginti
quidē. sz usq; ad mensē dierū: donec exeat
p nares vras et vertatur i nauseā. eo q repu
leritis dn̄m qui in medio vrī est: et fleueritis
coram eo dicētes. Quare egressi sumus ex
egipto ut piremus in solitudine? Et ait mo
yses. Sexcēta milia peditū huius ppli sunt.
Et tu dicis dabo eis esum carniū mense inte
gro? Nūquid ouiū et boū multitudo cedet᷑.
ut possit sufficere ad cibū: vel omēs pisces
maris in vnū ɔgregabūtur ut eos satient?
Cui rn̄dit dn̄s. Nūquid manus domini in-
ualida ē? Jā nūc videbis: utrū meus sermo
ope ɔpleatur. Venit igit᷑ moyses et narrauit
pplo verba domini. cōgregās septuaginta
viros de senib9 israhel: quos stare fecit circa
tabnaculū. Descenditq; dn̄s p nubē et locu-
tus est ad eū: auferēs de spū qui erat in mo
yse: et dās septuaginta viris. Cūq; requie-
uisset in eis spūs pphetauerūt: nec ultra ces
sauerūt. Remanserāt aūt i castris duo viri.
q̄rū vnus vocabat᷑ heldad. et alter medad.

sup quos requieuit spūs: nā et ipsi descripti
fuerāt: et nō exierāt ad tabernaculū. Cūq;
pphetarēt in castris: cucurrit puer et nūcia-
uit moysi dicēs. Heldad et medad pphetāt
in castris. Statim iosue filius nun minister
moysi. et electus e pluribus ait. Dn̄e mi moyses
phibe eos. At ille: quid inquit emularis p
me? Quis tribuat ut omis pplus pphetet: et
det eis dn̄s spiritū suū? Reuersusq; ē moyses
et maiores natu israhel i castra. Ventus aūt
egrediēs a dn̄o arreptas transmare cotur-
nices detulit et dimisit in castra. itinere quātū
vno die cōfici potest ex omi parte castrorū p
circuitū: volabātq; in aere duob9 cubitis al
titudine sup terrā. Surgēs ergo pplus toto
die illo et nocte ac die altero. ɔgregauerūt
coturnicū. q paruū decē choros: et siccauerūt eas
p gyrū castrorū. Adhuc carnes erāt in denti
bus eorū. nec defecerat huiuscemōi cibus: et
ecce furor domini ɔcitatus in populū. pcussit
eum plaga magna nimis. Vocatusq; ē ille
locus sepulcra ɔcupiscentie: ibi enim sepeli-
rūt pplum qui desiderauerat. Egressi autē de
sepulcris ɔcupiscentie venerūt in aseroth: et
manserūt ibi.

XII

Locutaq; est maria et aaron cōtra moysen pter
uxorē eius ethiopissam: et dixerūt. Num p
solū moysen locutus est dominus? Nōne et
nobis similiter ē locutus? Quod cū audisset
dominus. iratus ē. Erat enim moyses vir mi
tissimus sup omēs hoīes q morabātur in ter
ra. Statim locutus ē ad eū et ad aarō. et ma
riam. Egredimini vos tantū tres ad taber-
naculū federis. Cūq; fuissent egressi descen
dit dn̄s i colūna nubis: et stetit in introitu ta
bernacli vocās aaron et mariā. Qui cū issent
dixit ad eos. Audite sermones meos. Si qs
fuerit inter vos ppha dn̄i i visiōe apparebo ei:
vel p sompnū loquar ad illū. At nō talis seruus
meus moyses: q in oī domo mea fidelissim9
est. Ore enim ad os loquor ei. Palam. et nō
p enigmata et figuras dominū videt. Quaē
ergo nō timuistis detrahere seruo meo mo-
ysi? Iratusq; cōtra eos abijt. Nubes q; reces
sit q erat sup tabernaculū. Et ecce maria ap
paruit candēs lepra q̄si nix. Cūq; respexisset
eā aaron et vidisset pfusam lepra: ait ad moy
sen. Obsecro domine mi. ne imponas nobis

hoc ē peccatū quod stulte cōmisimus: ne fiat
hec quasi mortua: et ut abortiuū qd̄ picitur
de vulua mr̄is sue. Ecce iam mediū carnis
eius deuoratū est a lepra. Clamauitq; mo-
yses ad dominū dicēs. Deus obsecro: sana
eā. Cui respōdit dn̄s. Si pater eius spuisset
in faciē illius: nōne debuerat saltem septem
dieb; rubore suffūdi? Separet̄ septē die
bus extra castra: et postea reuocabit̄. Exclu
sa est itaq; maria extra castra septē diebus:
et populus nō est motus de loco illo. donec

XIII

Profectus reuocata ē maria.
q; est populus de aseroth: fixis tento-
rijs in deserto pharan. Ibiq; locutus ē dn̄s
ad moysen dicēs. Mitte viros qui ɔsiderēt
terrā chanaan quā daturus sū filijs israhel:
singulos de singulis tribub; ex principib;
Fecit moyses qd̄ dn̄s imperarat: de deserto
pharan mittēs principes viros: quorū ista
sūt nomina. De tribu ruben: semmua filium
zechur. De tribu symeon: saphat filium vri.
De tribu iuda: chaleb filiū iephone. De tri-
bu ysachar: igal filium ioseph. De tribu e-
phraim: osee filium nun. De tribu beniamin:
phalti filiū raphu. De tribu zabulon: ged-
dihel filiū sodi. De tribu ioseph sceptri ma-
nasse: gaddi filiū susi. De tribu dan: amihel
filiū gemalli. De tribu aser: schur filiū mi-
chael. De tribu neptalim: naabi filiū vapsi.
De tribu gad: guhel filium machi. Hec sūt
nōīa viroꝝ. q̄s misit moyses ad ɔsiderādā
terrā: vocauitq; osee filium nun iosue. Mi-
sit ergo eos moyses ad ɔsiderādam terrā
chanaan: et dixit ad eos. Ascendite per
meridianā plagā. Cūq; veneritis ad mōtes.
ɔsiderate terrā qualis sit: et populū qui ha-
bitator est eius. vtrū fortis sit an infirmus:
pauci numero an plures: ipa terra bona an
mala: urbes quales. murate an absq; mu-
ris: humus pinguis an sterilis. nemorosa
an absq; arborib;. Confortamini: et afferte
nobis de fructib; terre. Erat autē tempus
quādo iam p̄coque vue vesci possunt. Cūq;
ascēdissent explorauerūt terrā a deserto syn:
usq; ad roob intrātib; emath. Ascenderūt-
q; ad meridiē: et venerūt in hebron. ubi erāt
ahiman et sisai et tolmai. filij enach: nā hebrō
septē ānis ante thanim urbem egipti cōdi-
ta est. Pergentesq; usq; ad torrentem botri
absciderūt palmitē cū uua sua: quē portaue
rūt in vecte duo viri. De malis q̄q; granatis et
de ficis loci illius tulerūt. q̄ appellatus ē ne-
helescol id ē torrēs botri. eo q̄ botrū portas-
sent inde filij israhel. Reuersiq; exploratores
terre post q̄draginta dies omi regione cir-
cuita venerūt ad moysen et aaron et ad oēm
cetū filiorum israhel in desertū pharan: quod
est in cades. Locutiq; eis et omi multitudini
ostenderūt fructus terre: et narrauerūt di-
centes. Venimus in terrā ad quā misistis
nos: q̄ reuera fluit lacte et melle. ut ex hijs
fructib; ɔgnosci potest: sed cultores fortis-
simos habet. et urbes grādes atq; muratas.
Stirpem enach vidimus ibi. Amalech ha
bitat in meridie: etheus et iebuseus et amorre-
us in mōtanis. Cananeus vero moratur iu-
xta mare: et circa fluēta iordanis. Inter hec
caleb cōpescens murmur p̄pli qui oriebatur
ɔtra moysen ait. Ascēdamus et possideam⁹
terrā: quoniā poterimus obtinere eā. Alij
vero qui fuerāt cū eo dicebāt. Nequaq̄ ad
hūc populū valemus ascendere: q̄r fortior
nobis ē. Detraxerūtq; terre quā inspexerāt
apud filios isrl̄. dicētes. Terra quā lustraui
mus deuorat habitatores suos. Populus
quē aspeximus p̄cere stature ē. Ibi vidim⁹
mōstra q̄dā filioꝝ enach de gn̄e gigāteo:
quib; ɔparati q̄si locuste videbamur.

XIIII

Igitur vociferās oīs turba fleuit nocte illa:
et murmurati sūt contra moysen et aaron cū-
cti filij israhel dicētes. Utinā mortui essemus
in egipto: et nō in hac vasta solitudine. Uti
nam pereamus: et nō inducat nos dominus
in terrā istā. ne cadamus gladio: et uxores
ac liberi nostri ducātur captiui. Nōne meli⁹
est reuerti in egiptū? Dixerūt alter ad alte-
rū. Cōstituamus nobis ducē: et reuertamur
in egiptū. Quo audito moyses et aarō: ceci
derūt proni in terrā corā omi multitudine filio
rū israhel. At vero iosue filius nun. et caleb
filius iephone. q̄ et ipsi lustrauerāt terrā. sci-
derūt vestimēta sua: et ad omē multitudinē
filioꝝ israhel locuti sūt. Terra quā circuiui-
mus valde bona est. Si p̄picius fuerit dn̄s
inducet nos in eam: et tradet humū lacte et
melle manātem. Nolite rebelles esse contra

dominū: neqꝫ timeatis populū terre huius:
quia sicut panē ita eos possumus devorare.
Recessit ab eis omne ꝑsidiū: dñs vobiscum
est: nolite metuere. Cūqꝫ clamaret oīs mul-
titudo ⁊ lapidibꝰ eos vellet opprimere: ap-
paruit gloria domini sup tectū federis: cū-
ctis vidētibꝰ filijs israhel. Et dixit dominus
ad moysen. Vsquequo detrahet michi ppl's
iste? Quousqꝫ nō credent michi in omnibus
signis q̄ feci corā eis? Feriam igitur eos pe-
stilētia. atqꝫ ꝯsumā: te aūt faciam principē
sup gentē magnā ⁊ fortiorē q̄ꝫ hec est. Et a-
it moyses ad dominū. Vt audiāt egiptij de
quoꝝ medio eduxisti populū istū. et habi-
tatores terre huius q̄ audierūt ꝙ tu dñe in
ꝓplo isto sis. et facie videaris ad faciem: et
nubes tua protegat illos. et in columna nu-
bis precedas eos per diem. et in columna
ignis per noctē: ꝙ occideris tantā multitu-
dinē quasi vnū hominē. et dicāt. Nō pote-
rat introducere ꝓplum in terraꝫ ꝓ qua iura-
uerat: idcirco occidit eos in solitudine. Ma-
gnificetur ergo fortitudo domini sic iurasti
dicēs. Dñs patiēs ⁊ multe misericordie. au-
ferens iniquitatē ⁊ scelera. nullūqꝫ innoxiū
derelinquēs: q̄ visitas pcc̄a patrū in filios ī
terciam ⁊ quartā generacōēꝫ. Dimitte obse-
cro pcc̄m populi tui huius scd̄m magnitu-
dinē mis̄cdie tue: sicut ꝓpicius fuisti egredi-
entibꝰ de egipto usqꝫ ad locū istum. Dixitqꝫ
dñs. Dimisi iuxta verbū tuum. Viuo ego: et
implebitur gloria dñi vniūsa terra. Attamē
om̄es homines qui viderūt maiestatē meā
et signa q̄ feci in egipto ⁊ in solitudine. et tē-
ptauerūt me iam ꝑ decē vices nec obedierīt
voci mee. non videbūt terram ꝓ qua iuraui
pr̄ibꝰ eoꝝ: nec quisq̄ꝫ ex illis q̄ detraxit mi-
chi intuebit̄ eā. Seruū meū chaleb q̄ ple-
nus alio spū secutus ē me inducā ī terrā hāc
quā circuiuit. et semē eius possidebit eam:
quoniā amalechites ⁊ chananeus habitāt
in vallibꝰ. Cras mouete castra: et reūtimini
in solitudinē ꝑ viaꝫ maris rubri. Locutusqꝫ
est dñs ad moysen ⁊ aaron dicēs. Vsque-
quo multitudo hec pessima murmurat ꝯtra
me? Querelas filioꝝ israhel audiui. Dic er-
go eis. Viuo ego ait dñs: sicut locuti estis
audiēte me: sic faciam vobis. In solitudine

hac iacebūt cadauerā vr̄a. Om̄es q̄ nume-
rati estis a viginti annis ⁊ supra. et murmu-
rastis cōtra me. nō intrabitis terraꝫ sup quā
leuaui manū meā ut habitare vos facereꝫ:
ꝑter chaleb filiū iephone. et iosue filiū nun.
Paruulos aūt vestros de quibꝰ dixistis ꝙ
prede hostibꝰ forēt introducaꝫ: ut videant
terraꝫ q̄ vobis displicuit. Vestra cadauera
iacebūt in solitudine. Filij vestri erunt vagi
in deſto ānis quadraginta: et portabūt for-
nicacōem vestrā. donec ꝯsumantur cadauera
patrū in deserto: iuxta numerū quadragita
dierū quibꝰ ꝯsiderastis terrā. Annus ꝓ die
imputabitur. Et q̄draginta ānis recipietis
iniquitates vr̄as: et scietis ulcōeꝫ meā. Quo-
niā sicut locutus sū. ita faciā omni multitudi-
ni huic pessime: q̄ ꝯsurrexit aduersū me. In
solitudine hac deficiet ⁊ morietur. Igit̄ oēs
viri quos miserat moyses ad ꝯtemplandū
terrā. et qui reuersi murmurare fecerāt ꝯtra
eū omneꝫ multitudinē detrahētes terre ꝙ esset
mala: mortui sūt atqꝫ ꝑcussi in cōspectu dñi.
Josue aūt filius nun ⁊ chaleb filius iepho-
ne vixerūt ex omnibꝰ qui ꝑrexerāt ad ꝯside-
randā terrā. Locutusqꝫ ē moyses vniūsa ver-
ba hec ad om̄es filios israhel: et luxit ꝓplus
nimis. Et ecce mane p̄mo surgentes. ascen-
derūt verticē montis: atqꝫ dixerūt. Parati su-
mus ascendere ad locū de quo dñs locutus
est: quia peccauimus. Quibꝰ moyses. Cur inq̄t
transgredimini verbū domini: qđ vobis nō
cedet in ꝓsperū? Nolite ascendere: nō enim
est dominus vobiscū: ne corruatis coraꝫ ini-
micis vr̄is. Amalechites ⁊ chananeus ante
vos sūt quoꝝ gladio corruetis: eo ꝙ nolu-
eritis acquiescere domino: nec erit dominꝰ
vobiscū. At illi ꝯtenebrati. ascēderūt in ver-
ticē montis. Archa aūt testamēti domini et
moyses nō recesserūt de castris. Descēditqꝫ
amalechites ⁊ chananeus qui habitabat
in monte: et percutiens eos atqꝫ concidens:
persecutus est eos usqꝫ horma.

XV

Locutus ē dominus ad moysen dicēs.
Loquere ad filios israhel: et dices ad
eos. Cū ingressi fueritis terrā habitacōnis
vestre quā ego dabo vobis. et feceritis obla-
tionē domino in olocaustū. aut victimā pa-
cificam vota soluētes. vel sponte offerentes

munera· aut in solemnitatibꝫ vestris adolē=
tes odorē suauitatis domino: de bobus siue
de ouibꝫ offeret quicūqꝫ immolauerit victi
mā: sacrificiū simile decimā partē ephi ɔsp
sam oleo· quod mensurā habebit quartam
partē hin: et vinū ad liba fundenda eiusdē
mensure dabit in olocaustum siue victimā.
Per agnos singulos ⁊ arietes erit sacrifi=
ciū simile duarū decimarū· q̄ ɔspersa sit oleo
tercie ptis hin: et vinū ad libamentū tercie
partis eiusdē mēsure offeret in odorē suaui
tatis domino. Quādo vero de bubꝫ feceris
olocaustū aut hostiā ut impleas votum vel
pacificas victimas: dabis p singl'os boues
similetres decimas cōspse oleo· qđ habeat
mediū mensure hin: et vinū ad liba fundē=
da eiusdē mensure in oblacōem suauissimi
odoris dño. Sic facies p singulos boues
et arietes ⁊ agnos· et edos. Tam indigene
q̄ pegrine eodē ritu offerēt sacrificia. Vnū
p̄ceptū erit atqꝫ iudiciū tā vobis q̄ aduē=
nis terre. Locutus ē dñs ad moysen dicēs.
Loquē filijs israhel: et dices ad eos. Cum ve
neritis in terrā quā dabo vobis· et ɔmederi=
tis de panibꝫ regionis illius: separabitis p̄
mitias domino de cibis vr̄is. Sicut de areis
p̄mitias separabitis: ita ⁊ de pulmētis dabi
tis p̄mitiua domio. Quod si p ignorantiā
p̄terieritis quicq̄ hoꝝ q̄ locutus ē dñs ad
moysen· et mādauit p eū ad vos· a die qua
cepit iubere ⁊ ultra· oblitaqꝫ fuerit facē mul
titudo: offeret vitulū de armēto olocaustum
in odorē suauissimū domino· et sacrificiū eiꝰ
ac liba ut cerimonie postulāt· hircūqꝫ pro
pcc̄o: et rogabit sacerdos p omni multitu=
dine filioꝝ israhel ⁊ dimittetur eis· quoniā
nō sponte peccauerūt: nichilominus offerē
tes incensū domino p se ⁊ p pcc̄o atqꝫ erro
re suo· et dimittetur vniūse plebi filioꝝ isrl'·
et aduenis q̄ peregrināt̄ur inter vos: qm̄ cul
pa est omnis populi p ignorantiā. Quod si
anima vna nesciēs peccauerit· offeret caprā
āniculā p pcc̄o suo: et dep̄cabitur p ea sacer
dos q̄ inscia peccauerit corā domino: impe=
trabitqꝫ ei veniā· et dimittet̄ illi. Tam indi=
genis q̄ aduenis· vna lex erit omniū qui
peccauerint ignorātes. Anima vero q̄ p sup
biam aliquid ɔmiserit· siue ciuis sit ille siue
peregrinus: qm̄ aduersus dn̄m rebellis fuit:
peribit de populo suo. Verbum eni domini
ɔtempsit· et p̄ceptū illius fecit irritū: idcirco
delebitur: et portabit iniq̄tatē suā. Factū est
aūt cū essent filij israhel in solitudine· et inue
nissent hominē colligentē ligna in die sab=
bati: obtulerūt eū moysi ⁊ aaron ⁊ vniuerse
multitudini. Qui recluserūt eū in carcerem:
nesciētes quid sup eo facē deberent. Dixitqꝫ
dominus ad moysen. Morte moriatur homo
iste: obruat eū lapidibꝫ oīs turba extra ca=
stra. Cūqꝫ eduxissent eū foras obruerūt eū
lapidibꝫ: et mortuus est sicut p̄ceperat dñs.
Dixit qꝫ dominus ad moysen. Loquere filijs
israhel: et dices ad eos· ut faciāt sibi fimbri=
as p angulos palliorū· ponētes ī eis vittas
iacinctinas. Quas cū viderint recordētur
oīm mandatorū domini· nec sequātur cogi
tacōes suas ⁊ oculos p res varias fornican
tes: sed magis memores p̄ceptorū domini·
faciēt ea: sintqꝫ sancti deo suo. Ego dominꝰ
deus vester· qui eduxi vos de terra egipti: ut
essem deus vester.

XVI

Ecce autē chore filius ysaar filij caath· filij
leui· et dathan· atqꝫ abiron filij eliab· hon qꝫ
filius pheleth de filijs ruben surrexerūt ɔtra
moysen: alijqꝫ filiorū israhel ducēti quinqua=
ginta viri pceres synagoge· et qui tēpore
ɔcilij p nomina vocabātur. Cunqꝫ stetissent
aduersū moysen ⁊ aarō dixerūt. Sufficiat
vobis q̄ omis multitudo scōrū ē: et in ipis
est dominus. Cur eleuamini sup pplm dn̄i?
Quod cū audisset moyses cecidit pnus in fa
ciē: locutusqꝫ ad chore ⁊ ad oēm multitudi=
nem· mane inquit notū faciet dominus qui
ad se ptineāt: et scōs applicabit sibi: et quos
elegerit appropinquabūt ei. Hoc igit̄ faci
te. Tollat vnusquisqꝫ thuribl'a sua tu chore
et omē ɔciliū tuū: et hausto cras igne poni=
te desup thimiama corā domino: et quēcūqꝫ
elegerit· ipse erit scūs. Multū erigimini filij
leui. Dixitqꝫ rursū ad chore. Audite filij le=
ui. Num parū vobis ē q̄ separauit vos deꝰ
israhel ab omi populo· et iūxit sibi ut seruiretis
ei in cultu tabnaculi: et staretis corā frequē
tia populi ⁊ ministraretis ei? Id circo ad se fe
cit accedere te ⁊ omes frēs tuos filios leui·
ut vobis etiā sacerdotiū vendicetis: et omis

globus tuus stet otra dominū? Quid ē enī
aaron ut murmuretis cōtra eū? Misit ergo
moyses ut vocaret dathan et abiron filios
eliab. Qui responderūt. Nō venimus. Nun-
quid parū est tibi q eduxisti nos de terra
egipti q̄ lacte et melle manabat ut occidēs
in deserto: nisi et dominatus fueris nostri? Re-
uera induxisti nos in terrā q̄ fluit riuis la-
ctis et mellis: et dedisti nobis possessiones a
groꝝ et vinearū? An et oculos nr̄os vis eru
ere? Non venimus. Iratusq; moyses valde:
ait ad dominū. Ne respicias sacrificia eoꝝ.
Tu scis q nec asellū quidē vnq̄ acceperim
ab eis: nec afflixerim quempiā eoꝝ. Dixit-
q; ad chore. Tu et omis ɔgregacō tua sta-
te seorsū corā domino: et aaron die crastino
separatim. Tollite singuli thuribula vr̄a et
ponite sup ea incensū offerētes domino. du
cēta quīquaginta thuribula: aarō q̄ teneat
thuribulū suū. Quod cū fecissent stantibus
moyse et aaron. et coacervassent aduersū
eos omnem multitudinē ad ostiū tabnaculi:
apparuit cūctis glia domini. Locutusq; dn̄s
ad moysen et aaron ait. Separamini de me
dio ɔgregacōis huius: ut eos repēte disp
dam. Qui ceciderūt pni in faciē: atq; dixerūt.
Fortissime deus spirituū vniuse carnis: num
vno peccante ɔtra oms ira tua deseuiet? Et
ait dn̄s ad moysen. Precipe vniuerso ppl'o
ut separetur a tabernaculis chore et dathan
et abiron. Surrexitq; moyses et abiit ad da
than et abirno: et sequētibꝫ eū senioribꝫ isrl' di
xit ad turbam. Recedite a tabernaculis im-
pioꝝ: et nolite tangere q̄ ad eos ptinēt: ne
involuamini in peccatis eoꝝ. Cūq; recessis-
sent a tentoriis eoꝝ per circuitū: dathan et
abiron egressi stabāt i introitu papilionū
suarū cū uxoribꝫ et liberis: omniq; frequētia.
Et ait moyses. In hoc scietis q dn̄s miserit
me ut facerem vniuersa q̄ cernitis: et nō ex
pprio ea corde ptulerim. Si cōsueta hoim
morte interierint. et visitauerit eos plaga
qua et ceteri visitari solēt: non misit me dn̄s.
Sin aūt nouā rem fecerit dominus. ut ape-
riēs terra os suū deglutiat eos et omia que
ad illos ptinēt. descenderintq; viuētes i in-
fernū: scietis q blasphemauerint dominū.
Cōfestim igitur ut cessauit loqui dirupta ē
terra sub pedibꝫ eoꝝ: et aperiens os suum
deuorauit illos cū tabernaculis suis. et vniu
sa substātia eoꝝ. Descenderūtq; viui in in-
fernū opti humo: et perierūt de medio mul-
titudinis. At vero omis israhel qui stabat p
girum fugit a clamore pereuntiū dicēs. Ne
forte et nos terra deglutiat. Sed et ignis e-
gressus a domino interfecit ducētos quinq̄
ginta viros q̄ offerebāt incensū.

XVII

Locutusq; est dominus ad moysen di-
cens. Precipe eleazaro filio aaron sa-
cerdoti ut tollat thuribula q̄ iacent in incē-
dio. et ignē huc illucq; dispergat: quoniam
sanctificata sūt i mortibꝫ peccorū: pducatq;
ea in laminas. et affigat altari. eo q oblatū
sit in eis incensū domino et sanctificata sint:
ut cernāt ea p signo et monimēto filii isrl'.
Tulit ergo eleazar sacerdos thuribula enea.
in quibꝫ obtulerāt hii quos incendiū deuo-
rauit. et pduxit ea in laminas affigēs alta-
ri: ut haberent postea filii israhel quibꝫ amo
nerētur. ne quis accedat alienigena et q̄ nō
est de semine aaron. ad offerendū incensū
domino: ne patiatur sicut passus ē chore. et
omis ɔgregacō eius loquēte dn̄o ad moy
sen. Murmurauit aūt omis multitudo filio-
rum israhel sequēti die otra moysen et aaron
dicēs. Vos interfecistis populū dn̄i. Cūq;
oriretur sedicō et tumultus increscēt: moyses
et aaron fugerūt ad tabernaculū federis.
Quod postq̄ ingressi sūt operuit nubes: et
apparuit gloria domini. Dixitq; dominus ad
moysen. Recedite de medio huius multitu-
dinis: etiam nūc delebo eos. Cūq; iacerēt in
terra: dixit moyses ad aarō. Tolle thuribu
lū. et hausto igne de altari mitte incensū de
sup. pergēs cito ad populū: ut roges p eis.
Iam enim egressa est ira a dn̄o: et plaga de
seuit. Quod cū fecisset aaron. et cucurrisset ad
mediam multitudinē quā iam vastabat in-
cendiū obtulit thimiama: et stās inter mor-
tuos ac viuētes pro populo depcatus est: et
plaga cessauit. Fuerūt aūt qui pcussi sunt q̄
tuordecim milia hominū et septingēti: absq;
hiis qui pierant in sedicōe chore. Reuersusq;
est aaron ad moysen ad ostiū tabernaculi
federis: postq̄ quieuit interitus. Et locutus
est dominus ad moysen dicēs. Loquere ad

filios israhel: et accipe ab eis virgas singlas
p cognacões suas a cūctis pncipib⁊ tribuū
virgas duodecim: et vniuscuiusq nomē su
pscribes virge sue. Nomē aūt aaron erit in
tribu leui: et vna vga cūctas eoꝝ familias
ɔtinebit: ponesq eas in tabernaclo federis
corā testimonio: ubi loquar ad te. Quē ex
hijs elegero germiabit virga eius: et cohi
bebo a me querimōias filioꝝ israhel: quib⁊
cōtra vos murmurant. Locutusq ē moyses
ad filios israhel: et dederūt ei oms pncipes
vgas p singulas trib⁊. Fueruntq virge duo-
decim absq virga aaron. Quas cū posuisset
moyses corā domino in tabernaculo testimo
nij: sequēti die regressus inuenit germiasse
virgam aaron in domo leui: et turgentibus
gemmis eruperāt flores: q folijs dilatatis
in amigdalas deformati sūt. Protulit ergo
moyses omnes virgas de cōspectu dñi ad
cūctos filios israhel: viderūtq et receperūt
singli vgas suas. Dixitq dñs ad moysen.
Refer virgam aaron i tabernaculū testimo
nij: ut fiat ibi in signū rebelliū filioꝝ isra
hel: et quiescant querele eoꝝ a me: ne mori-
antur. Fecitq moyses sicut preceperat dñs.
Dixerūt aūt filij israhel ad moysen. Ecce cō-
sūpti sumus: oīes peribimus. Quicūq ac-
cedit ad tabnaclm dñi: morit̄. Nū usq ad
internicōem cūcti delēdi sumus? XVIII

Dixitq dñs ad aaron. Tu et filij tui et
domus patris tui tecū portabitis iniq
tatē scūarij: et tu et filij tui simul sustinebitis
pcca sacerdotij vr̄i. Sed et frēs tuos de tri
bu leui et sceptro patris tui sume tecū: pstoq
sint et ministrēt tibi. Tu aūt et filij tui mini
strabitis in tabernaculo testimonij. Excuba
būtq leuite ad pcepta tua: et ad cūcta ope
ra tabnaculi: ita dumtaxat ut ad vasa san-
ctuarij et altare nō accedant: ne et illi moriā
tur: et vos pereatis simul. Sint autē tecum
et excubent in custodijs tabernaculi: et in o-
mnib⁊ cerimonijs eius. Alienigena nō mi
scebitur vob. Excubate in custodia scūarij:
et i ministerio altaris: ne oriatur indigna-
tio super filios isrl'. Ego dedi vobis fratres
vestros leuitas de medio filiorum israhel: et
tradidi donū dño: ut seruiāt in ministerijs
tabnaculi eius. Tu autē et filij tui custodite
sacerdotiū vestrū: et omia q ad cultū altaris
pertinēt: et intra velū sūt: p sacerdotes ammi
nistrabūtur. Si quis externus accesserit oc-
cidetur. Locutus est dñs ad aaron. Ecce de
di tibi custodiā pmitiarū mearū. Omnia q
sanctificātur a filijs israhel tibi tradidi et filijs
tuis: p officio sacerdotali: legitima sempit-
na. Hec ergo accipies de hijs q sanctificā-
tur et oblata sūt dño. Omnis oblacō et sacri
ficiū: et quicqd p pccō atq delicto redditur
michi: et cedet in scā scōꝝ: tuū erit et filiorum
tuoꝝ. In scūario comedes illud. Mares tm̄
edent ex eo: q cōsecratū est tibi. Primitias
aūt quas vouerint et obtulerint filij israhel:
tibi dedi et filijs tuis ac filiab⁊ tuis iure ppe-
tuo. Qui mūdus ē in domo tua: vescetur eis.
Oēm medullā olei et vini ac frumēti: quicqd
offerūt pmitiarū domino: tibi dedi. Vniūsa
frugū inicia q gignit humus et domino de-
portātur: cedēt in vsus tuos. Qui mundus
ē in domo tua: vescetur eis. Omē qd ex voto
reddiderint filij israhel: tuū erit. Quicquid
primū erumpit e vulua cūcte carnis quam
offerūt domino: siue ex hominib⁊ siue de pe-
corib⁊ fuerit: tui iuris erit: ita dūtaxat ut p
hominis pmogenito pciū accipias: et omē
animal quod immūdum est redimi facias:
cuius redēptio erit post vnū mensem: siclis
argenti quiq pondere scūarij. Siclus vigi
ti obulos habet. Primogenitū autē bouis
et ouis et capre nō facies redimi: q sanctifi-
cate sūt domino. Sanguinē tantū eoꝝ fun-
des sup altare: et adipes adolebis in suauissi
mū odorē domino. Carnes vero in usū tuū
cedent: sicut pectusculū ɔsecratū et armus de
xter tua erūt. Omnes pmitias scūarij quas
offerunt filij israhel domino: tibi dedi et filijs
ac filiab⁊ tuis iure ppetuo. Pactū salis est
sempiternū coram domino tibi ac filijs tuis.
Dixitq dñs ad aaron. In terra eoꝝ nichil
possidebitis: nec habebitis partē inter eos.
Ego pars et hereditas tua in medio filioꝝ
israhel. Filijs aūt leui dedi omēs decimas is-
rahelis in possessionē: p ministerio quo ser-
uiūt michi in tabernaculo federis: ut nō ac
cedāt ultra filij isrl' ad tabernaculū: nec cō-
mittāt peccatum mortiferum: solis filijs leui
michi in tabernaculo seruientib⁊ et portātib⁊

peccata populi. Legitimū sempiternū erit in generacōnibꝫ vestris. Nichil aliud possidebūt decimarū oblacōe contenti: quas in vsus eoꝝ ⁊ necessaria separaui. Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicēs. Precipe leuitis atqꝫ denūcia. Cū acceperitis a filijs israhel decimas q̄s dedi vobis: p̄micias earū offerte domino. id est decimam partē decime: ut reputetur vobis in oblacōem primitiuorū: tam de areis q̄ꝫ de torcularibꝫ ⁊ vniuersis quoꝝ accipitis primitias offerte domino: et date ea aaron sacerdoti. Om̄ia que offertis ex decimis. et in donaria domini separabitis: optima et electa erūt. Dicesqꝫ ad eos. Si p̄clara ⁊ meliora q̄qꝫ obtuleritis ex decimis. reputabitur vobis quasi de area ⁊ torculari dederitis primitias: et comedetis eas in om̄ibꝫ locis vestris. tam vos q̄ꝫ familie vestre: qꝛ p̄ciū est ꝓ ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij: et nō peccabitis super hoc. egregia vobis et pinguia reseruātes: ne polluatis oblacōes filioꝝ israhel. et moriamini.

XIX

Locutusqꝫ est dominus ad moysen et aaron dicēs. Ista est religio victime quā constituit dominus. Precipe filijs israhel. ut adducant ad te vaccam rufam etatis integre in qua nulla sit macula. nec portauerit iugū: tradetisqꝫ eam eleazaro sacerdoti. Qui eductā extra castra immolabit in conspectu oīm: et tinguens digitum in sanguine eius. asperget contra fores tabernaculi septē vicibꝫ. comburetqꝫ eam cūctis videntibꝫ: tam pelle ⁊ carnibꝫ eius q̄ꝫ sanguine ⁊ fimo flāme traditis. Lignū qꝫ cedrinum ⁊ ysopū coccūqꝫ bis tinctū sacerdos mittet in flammā. q̄ vaccaꝫ vorat. Et tūc demū lotis vestibꝫ ⁊ corpore suo. ingredietur in castra: cōmaculatusqꝫ erit usqꝫ ad vesꝑum. Sed ⁊ ille qui combusserit eam lauabit vestimēta sua et corpus: et immūdus erit usqꝫ ad vesꝑum. Colliget aūt vir mūdus cineres vacce. et effundet eos extra castra in loco purissimo: ut sint multitudini filiorū israhel in custodiam et in aquā aspersionis: qꝛ ꝓ pcc̄o vacca combusta est. Cūqꝫ lauerit q̄ vacce portauerat cineres vestimēta sua: immūdus erit usqꝫ ad vesꝑm. Habebūt hoc filij israhel ⁊ aduene qui habitant inter eos sēm iure ꝑpetuo. Qui tetigerit cadauer hoīs et ꝓpter hoc septē diebꝫ fuerit immūdus. aspergetur ex hac aqua die tercō ⁊ septimo: et sic mūdabitur. Si die tercio aspsus non fuerit: septimo nō poterit emūdari. Omnis qui tetigerit humane anime morticinū. et aspersus hac commixtione nō fuerit. polluet tabernaculū dn̄i: et ꝑibit ex israhel. Quia aqua expiacōnis nō est aspsus immūdus erit: et manebit spurcicia eius sup eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabnaculo. Omnes qui ingrediūtur tentoriū illius. et vniūsa vasa que ibi sūt. polluta erūt septē diebꝫ. Vas quod nō habuerit opculū nec ligaturā desup: immūdū erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis. aut ꝑ se mortui. siue os illius vel sepulcrū: immūdus erit septē diebꝫ. Tollent de cineribꝫ combustionis atqꝫ pcc̄i. et mittēt aquas viuas sup eos in vas: in quibꝫ cū homo mūdus tinxerit ysopū. aspget ex eo om̄e tentoriū ⁊ cūctā supellectilem. et hom̄ies huiuscemodi contagione pollutos: atqꝫ hoc modo mūdus lustrabit immūdum tercō ⁊ septimo die. expiatusqꝫ die septīo lauabit ⁊ se et vestimēta sua: et immūdus erit usqꝫ ad vesperum. Si quis hoc ritu nō fuerit expiatus. ꝑibit aīa illius de medio ecc̄ie: qꝛ sanctuariū domini polluit: et nō est aqua lustracōnis aspsus. Erit hoc p̄ceptum legitimū sempiternū. Ipse qꝫ qui aspgit aquas. lauabit vestimēta sua. Om̄is q̄ tetigerit aquas expiacōis: immūdus erit usqꝫ ad vesperū. Quicq̄d tetigerit immūdus. immūdū faciet: et aīa que horum quippiā tetigerit. immūda erit usqꝫ ad vesperū.

XX

Veneruntqꝫ filij israhel ⁊ om̄is multitudo in desertū sin mense primo: et mānsit populus in cades. Mortuaqꝫ est ibi maria: et sepulta in eodē loco. Cūqꝫ indigeret aqua populus conuenerūt aduersū moysen ⁊ aarō: et versi in sedicōeꝫ dixerūt. Vtinā perissem⁹ inter fratres nostros coraꝫ domino. Cur eduxistis ecc̄iam dn̄i in solitudinē: ut ⁊ nos et nr̄a iumēta moriamur? Quare nos fecistis ascēdē de egipto. et adduxistis ad locū istū pessimū qui seri nō potest. q̄ nec ficū gignit. nec vineas nec malagranata: insup ⁊ aquā nō habet ad bibendū? Ingressusqꝫ moyses et aaron dimissa multitudine in tabnaculuꝫ

federis·corruerūt ꝓni in terrā:clamauerūt
qꝫ ad dn̄m atqꝫ dixerūt. Domine deus audi
clamorē populi huius:et aperi eis thesaurū
tuū fontem aque viue:ut saciati cesset mur=
muracō eorꝝ. Et apparuit gloria domini su=
ꝑ eos. Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicēs.
Tolle virgā ⁊ congrega ꝑplm tu ⁊ aaron fra=
ter tuus:et loquimini ad petrā corā eis: et il
la dabit aq̄s. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra:
bibet om̄is multitudo ⁊ iumēta eius. Tulit
igitur moyses virgā q̄ erat in cōspectu dn̄i
sicut p̄ceperat ei· congregata multitudine
ante petraꝫ:dixitqꝫ eis. Audite rebelles ⁊ in
creduli. Nū de petra hac vobis aquā pote=
rimus eicere? Cūqꝫ eleuasset moyses manū
ꝑcutiēs virga bis silicem· egresse sūt aque
largissime: ita ut populus biberet ⁊ iumēta:
Dixitqꝫ dominus ad moysen ⁊ aaron. Quia
non credidistis michi ut sanctificaretis me
coram filijs israhel:nō introducetis hos po=
pulos in terraꝫ quā dabo eis. Hec est aqua
ꝯtradictōnis·ubi iurgati sūt filij israhel cō=
tra dominū:et sanctificatus est in eis. Misit
interea nūcios moyses de cades ad regem
edom·qui dicerēt. Hec mandat frater tuus
israhel. Nosti om̄em laborem qui apꝑhendit
nos·quomodo descēderint patres nostri in
egiptū·et habitauerimus ibi multo tēpore:
afflixerintqꝫ nos egiptij ⁊ patres nostros:
et quomodo clamauerimus ad dn̄m et ex=
audierit nos·miseritqꝫ angelū qui eduxerit
nos de egipto. Ecce in urbe cades q̄ est ī ex=
tremis finibꝫ tuis positi:obsecramus ut no=
bis trāsire liceat ꝑ terrā tuā. Non ibimus ꝑ
agros nec ꝑ vineas: non bibemus aquas
de puteis tuis:sꝫ gradiemur via publica· nec
ad dexteram nec ad sinistram declinantes·
donec transeamus termios tuos. Cui rn̄dit
edom. Nō transibis ꝑ me. Alioquī armat⁹
occurrā tibi. Dixeruntqꝫ filij israhel. Per tri=
tā gradiemur viā:et si biberimus aq̄s tuas
nos ⁊ pecora nostra:dabimus qđ iustuꝫ est.
Nulla erit in p̄cio difficultas:tantū velociter
trāseamus. At ille rn̄dit. Nō trāsibitis. Sta
timqꝫ egressus ē obuius cū infinita multitu=
dine ⁊ manū forti: nec voluit acquiescere dep̄=
canti: ut concederet transitum ꝑ fines suos.
Quāobrē diuertit ab eo israhel. Cūqꝫ castra
mouissent de cades: venerūt in montē or·q̄
est in finibꝫ terre edom:ubi locutus est dn̄s
ad moysen dicēs. Pergat inquit aaron ad
populos suos. Nō enī intrabit terraꝫ quā
dedi filijs israhel: eo q incredulus fuerit ori
meo ad aquas ꝯtradictōnis. Tolle aaron
et filiū eius cū eo:et duces eos in montē or.
Cūqꝫ nudaueris p̄rem veste sua· indues ea
eleazarū filiū eius:et aaron colligetur·⁊ mo
rietur ibi. Fecit moyses ut p̄ceperat dn̄s: et
ascēderūt in montem or corā om̄i multitudi
ne. Cūqꝫ aaron spoliassꝫ vestibꝫ suis: induit
eis eleazarū filiū eius. Jllo mortuo in mōtis
supcilio:descendit cū eleazaro. Oīs aūt mul
titudo vidēs occubuisse aarō:fleuit sup eo
triginta diebus per cūctas familias suas.

XXI

Quod cū audissꝫ chana
neus rex arad·qui habitabat ad me=
ridiē·venisse scilicet israhel ꝑ exploratorum
viam·pugnauit ꝯtra illū:et victor existēs·
duxit ex eo predam. At israhel voto se dn̄o
obligās ait. Si tradideris populū istuꝫ in
manu mea: delebo urbes eius. Exaudiuitqꝫ
dn̄s p̄ces israhel·et tradidit chananeū: quē
ille interfecit subuersis urbibꝫ eius:et vocauit
nomen loci illius orma·id ē anathema. Pro
fecti sūt aūt ⁊ de mōte or·ꝑ viam q̄ ducit ad
mare rubrū:ut circuirent terrā edom. Et te
dere cepit ꝑplm itineris ac laboris:locutusqꝫ
ꝯtra dominū ⁊ moysen ait. Cur eduxisti nos
de egipto:ut moreremur in solitudine? De=
est panis:nō sūt aque: anima nr̄a iam nau=
seat sup cibo isto leuissimo. Quāobrē misit
dn̄s in ꝑplm ignitos serpētes:ad quorꝝ pla
gas ⁊ mortes plurimorꝝ·venerūt ad moy=
sen atqꝫ dixerūt. Peccauimus:q locuti sum⁹
ꝯtra dn̄m ⁊ te. Ora ut tollat a nobis sꝑpētes·
Orauit moyses ꝑ populo. Et locutus ē dn̄s
ad eū. Fac serpētē eneū: et pone eū ꝑ signo.
Qui ꝑcussus aspexerit eū viuet. Fecit ergo
moyses serpentē eneū: et posuit eū ꝑ signo.
Quē cū ꝑcussi aspicerēt:sanabātur. Profe=
ctiqꝫ filij isrl̄:castrametati sūt in oboth. Vnde
egressi fixere tentoria in ieabarim in solitu=
dine q̄ respicit moab·ꝯtra orientalē plagā:
et inde mouētes venerūt ad torrentē zareth.
Quem relinquētes castrametati sūt contra
arnon·q̄ est in deserto: et ꝓminet in finibus

amorrei. Siquidē arnō terminus ē moab: diuidēs moabitas ⁊ amorreos. Unde dicitur in libro bellorum dñi. Sicut fecit in mari rubro: sic faciet in torrentibꝫ arnon. Scopuli torrentiū inclinati sūt ut requiescerent in arnō: et recumberēt in finibꝫ moabitarū. Ex eo loco apparuit puteus: sup quo locutus ē dñs ad moysen. Cōgrega pplm: et dabo ei aquā. Tunc cecinit israhel carmē istud. Ascendat puteus: ↄcinebāt: puteus quem foderūt principes: et parauerūt duces multitudinis. i datore legis ⁊ in baculis suis. De solitudie: mathana. De mathana: nahaliel. De nahaliel: in bamoth. Bamoth vallis est in regione moab. in vertice fasga: et qd respicit ↄtra desertū. Misit aūt israhel nūcios ad seon regē amorreorū dicens. Obsecro ut transire michi liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros ⁊ vineas: non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur: donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit ut transiret israhel p fines suos: quin potius exercitu cōgregato egressus est obuiam in desertū ⁊ venit i iasa: pugnauitqꝫ cōtra eū. A quo percussus est in ore gladij: et possessa est terra eius ab arnō usqꝫ ieboc. et filios ammō: qꝛ forti psidio tenebāt̄ termini ammonitarū. Tulit ergo isrl̄ om̄es ciuitates eius: et habitauit in urbibꝫ amorrei: i esebon scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fuit regis seon amorrei. q̄ pugnauit ↄtra regē moab: et tulit om̄em terrā q̄ ditionis illius fuerat usqꝫ arnon. Idcirco dicitur in puerbio. Venite esebon: edificetur et cōstruatur ciuitas seon. Ignis egressus est de esebon. flamma de oppido seon: et deuorauit ar moabitarū. et habitatores excelsorum arnon. Ve tibi moab: peristi popule chamos. Dedit filios eius in fugā: et filias in captiuitatē regi amorreorum seon. Jugū ipsorum disperijt ab esebon usqꝫ dibon: lassi puenerunt in iophe usqꝫ medaba. Habitauit itaqꝫ isrl̄ in terra amorrei. Misitqꝫ moyses qui explorarēt iazer: cuius ceperūt viculos. et possiderūt habitatores. Verterūtqꝫ se ⁊ ascenderunt p viam basan: et occurrit eis og rex basan cū om̄i populo suo pugnaturus i edrai. Dixitqꝫ dominus ad moysen. Ne timeas eū: qꝛ in manu tua tradidi illū ⁊ om̄em pplm ac terrā eius: faciesqꝫ illi sicut fecisti seon regi amorreorum habitatori esebon. Percusserūt igit̄ et hūc cū filijs suis. vniūsūqꝫ pplm eius usqꝫ ad internicōē: et possiderūt terrā illius. Profectiqꝫ castrametati sunt in cāpestribꝫ moab: ubi trans iordanen iherícho sita est.

XXII

Uidēs autē balac filius sephor om̄ia q̄ fecerat isrl̄ amorreo: et qꝫ ptimuissent eū moabite. et impetum eis ferre nō possent: dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populus om̄es qui in nr̄is finibꝫ ↄmorātur: quomō solet bos herbas usqꝫ ad radices carpe. Ipe erat eo tempore rex i moab. Misit ergo nūcios ad balaam filiū beor ariolū. qui habitabat sup flumē terre filiorum ammon: ut vocarēt eū ⁊ dicerēt. Ecce egressus est populus ex egipto qui operuit supficiem terre sedēs ↄtra me. Veni igitur ⁊ maledic populo huic qꝛ fortior me est: si quo modo possim pcutē et eicere eū de terra mea. Noui enim qꝫ bñdictus sit cui benedixeris: et maledictus in quē maledicta ↄgesseris. Perrexerūtqꝫ seniores moab ⁊ maiores natu madian: habentes diuinacōnis preciū in manibus. Cūqꝫ venissent ad balaā. et narrassent ei om̄ia verba balac: ille rn̄dit. Manete hic nocte: et rn̄debo quicqd michi dixerit dñs. Manentibꝫ illis apud balaam: venit deus ⁊ ait ad eū. Quid sibi volūt hoīes isti apud te? Rn̄dit. Balac filius sephor rex moabitarū misit ad me dicēs. Ecce populus q̄ egressus est de egipto operuit supficiē terre: veni et maledic ei: si quo modo possim pugnās abigere eum. Dixitqꝫ deus ad balaam. Noli ire cū eis neqꝫ maledicas populo: qꝛ benedictus est. Qui mane ↄsurgēs: dixit ad pn̄cipes. Ite in terrā vr̄am: qꝛ phibuit me deus venire vobiscū. Reuersi principes dixerūt ad balac. Noluit balaā venire nobiscū. Rursū ille multo plures ⁊ nobiliores q̄ āte miserat misit. Qui cū venissent ad balaam. dixerūt. Sic dicit balac filius sephor. Ne cuncteris venire ad me. Paratus sum honorare te: et quicqd volueris dare. Veni ⁊ maledic pplo isti. Rn̄dit balaam. Si dederit michi balac plenā domū suā argenti ⁊ auri. nō potero immutare verbū domini dei mei: ut vel plus vel

minus loquar. Obsecro ut hic maneatis eti-
am hac nocte: et scire queā q̄d michi rursū
rn̄deat dn̄s. Venit ergo deus ad balaā no-
cte: et ait ei. Si vocare te venerunt homines
isti. surge ⁊ vade cū eis: ita dūtaxat ut qd
p̄cepero tibi facias. Surrexit balaā mane:
et strata asina ꝓfectus est cū eis: et iratus ē
deus. Stetitq; angelus domini in via cōtra
balaam qui sedebat asine: et duos pueros
habebat secū. Cernēs asina angelū stantez
in via euaginato gladio: auertit se de itine-
re. et ibat ꝑ agrū. Quam cū verberaret bala-
am ⁊ vellet ad semitā reducē: stetit angelus
in angustijs duarū maceriarū quib; vinee
cingebātur. Quē vidēs asina iunxit se pa-
rieti: et attriuit sedētis pedez. At ille iterum
verberabat: et nichilominus āgelus ad locū
angustū trāsiens. ubi nec ad dexterā nec ad
sinistrā poterat deuiari: obuius stetit. Cūq;
vidisset asina stantē angelū: cōcidit sub pe-
dib; sedentis. Qui iratus. vehementius cede-
bat fuste latera eius. Apuitq; dn̄s os asine:
et locuta est. Quid feci tibi? Cur pcutis me
ecce iam tercio? Rn̄dit Balaam. Quia con-
meruisti: et illusisti michi. Vtinā haberē gla-
diū ut te pcuterē. Dixit asina. Nōne animal
tuū sū. cui sp sedere consuesti: usq; in presen-
tē diē? Dic quid simile unq̄ fecerim tibi. At
ille ait. Nunq̄. Protinus aperuit dominus
oculos balaam: et vidit angeluz stantem in
via euaginato gladio: adorauitq; eū pro-
nus in terram. Cui angelus. Cur inquit ter-
cio verberas asinā tuā? Ego veni ut aduersa-
rer tibi: q2 puersa est via tua. michiq; otra-
ria. Et nisi asina declinasset de via dās locū re-
sistēti: te occidissem. et illa viueret. Dixit ba-
laam. Peccaui: nesciēs q2 tu stares otra me.
Et nūc si displicet tibi ut vadā. reūtar. Ait
angelus. Vade cū istis: et caue ne aliud q̄
p̄cepero tibi loq̄ris. Iuit igit̄ cū p̄cipib;.
Quod cū audisset balac: egressus est in oc-
cursū eius in opido moabitarū quod situm
est in extremis finib; arnon. Dixitq; ad ba-
laam. Misi nūcios ut vocarent te. Cur non
statim venisti ad me? An q2 mercedē aduē-
tui tuo reddē nequeo? Cui ille rn̄dit. Ecce
assum. Nunquid loqui potero aliud nisi qd
deus posuerit in ore meo? Perrexerūt ergo
simul: et venerūt in urbez q̄ in extremis regni
eius finib; erat. Cūq; occidisset balac boues
et oues: misit ad balaam ⁊ p̄ncipes q̄ cū eo
erāt munera. Mane autē facto. duxit eū ad
excelsa baal: et intuitus ē extremā p̄tē p̄pli.

XXIII

Dixitq; balaam ad balac.
Edifica michi hic septem aras: et para
totidē vitulos: et eiusdēq; numeri arietes. Cūq;
fecisset iuxta sermonē balaā: imposuerūt sil'
vituluz ⁊ arietē sup arā. Dixitq; balaam ad
balac. Sta paulisper iuxta olocaustuz tuum
donec vadam. si forte occurrat michi dn̄s:
et quodcūq; imperauerit loquar tibi. Cūq;
abisset velociter: occurrit illi deus. Locutusq;
ad eum balaam. septem inquit aras erexi: et
imposui vitulū ⁊ arietē desup. Dn̄s aūt posuit
verbū in ore eius: et ait. Reuertere ad balac:
et hec loqueris. Reuersus inuenit stantē ba-
lac iuxta olocaustū suū ⁊ omēs p̄ncipes mo-
abitarū: assumptaq; parabola sua dixit. De
aran adduxit me balac rex moabitaruz: de
mōtib; oriētis. Veni inq̄t ⁊ maledic iacob:
ꝓpera ⁊ detestare israhel. Quomodo male-
dicā: cui nō maledixit deus? Qua racōne de-
tester: quē dn̄s nō detestatur? De sūmis sili-
cib; videbo eū: et de collib; cōsiderabo illuz.
Populus solus habitabit: et inter gentes
nō reputabit̄. Quis dinumerare possit pul-
uerē iacob. et nosse numerū stirpis israhel?
Moriatur anima mea morte iustorū: et fiant
nouissima mea hor; silia. Dixitq; balac ad
balaā. Quid est hoc qd agis? Vt maledi-
ceres inimicis meis vocaui te. et tu ecōtrario
benedicis eis? Cui ille rn̄dit. Nū aliud pos-
sū loqui: nisi qd iusserit dn̄s? Dixit ergo ba-
lac. Veni mecū in alterū locū. vnde partez
israhel videas. et totū videre nō possis: inde
maledicito ei. Cūq; duxisset eū in locū sblimē
sup verticē mōtis phasga. edificauit balaaz
septē aras: et impositis sup̄. vitulo atq; arie-
te: dixit ad balac. Sta hic iuxta olocaustū
tuū: donec ego obuius pergam. Cui cū dn̄s
occurrisset: posuissetq; verbū in ore eius. ait.
Reūtere ad balac: et hec loq̄ris ei. Reūsus
inuenit eū stantē iuxta olocaustū suū: et p̄n-
cipes moabitaruz cum eo. Ad quem balac.
Quid inquit locutus est dn̄s? At ille assum-
pta parabola sua ait. Sta balac ⁊ ausculta:

audi fili sephor. Nō est deus quasi homo ut mētiatur: nec ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo ⁊ nō faciet: locutus est et nō implebit? Ad benedicendū adductus sum: benedictiōem ꝓhibere nō valeo. Non est ydolū in iacob: nec videtur simulacrū i israhel. Dn̄s deus eius cū eo est: et clangor victorie regis in illo. Deus eduxit illū de egipto: cuius fortitudo similis est rinocerotis. Nō est auguriū in iacob: nec diuinacō in isrl̄. Temporibꝫ suis dicetur iacob ⁊ israhel: quid operatus sit deus. Ecce populus ut leena ꝯsurget: et quasi leo erigetur. Nō accubabit donec devoret predā: et occisoꝝ sanguinē bibat. Dixitqꝫ balac ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas. Et ille. Nonne ait dixi tibi: ꝙ quicq̄d michi deus imperaret hoc facerem? Et ait balac ad eū. Veni ⁊ ducā te ad aliū locū: si forte placeat deo ut inde maledicas eis. Cūqꝫ duxisset eū sup verticē mōtis phogor qui respicit solitudinē: dixit ei balaā. Edifica michi hic septem aras: et para totidem vitulos: eiusdemqꝫ numeri arietes. Fecit balac ut balaā dixerat: imposuitqꝫ vitulos et arietes per singulas aras. XXIIII

Cumqꝫ vidisset balaā ꝙ placēt dn̄o ut bn̄diceret isrl̄i. nequaq̄ꝫ abiit ut āte ꝑrexerat ut auguriū quereret: ſꝫ dirigēs ꝯtra desertū vultū suū. et elevās oculos vidit isrl̄ in tentoriis cōmorātē ꝑ tribꝫ suas: et irruēte in se spiritu dei. assumpta parabola ait. Dixit balaā filius beor: dixit homo cui obturatus est oculus: dixit auditor sermonum dei qui visionē omnipotētis intuitus est: qui cadit. et sic aperiūtur oculi eius. Quā pulcra tabnacula tua iacob. et tētoria tua israhel: ut valles nemorose. ut horti iuxta fluvios irrigui: ut tabernacula que fixit dn̄s: quasi cedri ꝓpter aquas. Fluet aqua de situla eius: et semē illius erit in aquas multas. Tolletur ꝓpter agag rex eius: et auferetur regnū illius. Deus eduxit illū de egipto: cuius fortitudo similis ē rinocerotis. Devorabūt gētes hostes illius: ossaqꝫ eoꝝ ꝯfringēt: et ꝑforabūt sagittis. Accubans dormiuit ut leo: et q̄si leena quā suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi erit ipse bn̄dictus: qui maledixerit in maledictiōe reputabitur. Iratusqꝫ balac cōtra balaā: cōplosis manibꝫ ait. Ad maledicēdū inimicis meis vocaui te: quibꝫ ecōtrario tercio bn̄dixisti. Revertere ad locū tuū. Decreverā quidē magnifice honorare te: sed dn̄s privavit te honore disposito. Rn̄dit balaam ad balac. Nonne nunciis tuis quos misisti ad me dixi. si dederit michi balac plenā domū suā argenti ⁊ auri. nō potero ꝑterire sermonē domini dei mei. ut vel boni quid vel mali ꝓferā ex corde meo: sed quicquid dominꝰ dixerit. hoc loquar? Verūtamē pergēs ad populū meū. dabo ꝯsiliū: quid ꝓpl̄s tuus ꝓplo huic faciat extremo tempore. Sūpta igitur parabola. rursū ait. Dixit balaā filius beor: dixit homo cuius obturatus ē oculus: dixit auditor sermonū dei. q̄ novit doctrinā altissimi: et visiones omnipotētis videt: qui cadens apertos habet oculos. Videbo eū ſꝫ nō mō: intuebor illū: ſꝫ non ꝓpe. Orietur stella ex iacob. et ꝯsurget virga de israhel: et ꝑcutiet duces moab. vastabitqꝫ omnes filios seth: et erit ydumea possessio eius. Hereditas seir cedet inimicis suis: israhel vero fortiter aget. De iacob erit q̄ dominetur: et ꝑdat reliq̄as civitatis. Cūqꝫ vidisset amalech: assumēs parabolā ait. Principiū gentiū amalech: cuius extrema ꝑdētur. Vidit q̄ꝫ cineū: et assumpta parabola ait. Robustū quidē ē habitaculū tuū: sed si in petra posueris nidū tuū. et fueris electus de stirpe cin. quādiu poteris ꝑmanē? Assur enī capiet te. Assumptaqꝫ parabola. iterū locutus est. Heu quis victurus est. qn̄ ista faciet deus? Venient i trieribꝫ de ytalia: superabūt assirios. vastabūtqꝫ hebreos: et ad extremū etiā ipsi ꝑibūt. Surrexitqꝫ balaā ⁊ reversus ē in locū suū: balac q̄ꝫ viā qua venerat rediit. XXV

Morabatur aūt eo tpe isrl̄ in sethim: ⁊ fornicatꝰ ē ꝓpl̄s cū filiabꝫ moab. q̄ vocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi ꝯmederūt: et adoravert deos earū. Iniciatusqꝫ est israhel beelfegor. Et iratus dominus ait ad moysen. Tolle cūctos principes populi: et suspende eos ꝯtra solē in patibulis: ut avertatur furor meus ab isrl̄. Dixitqꝫ moyses ad iudices israhel. Occidat vnusquisqꝫ ꝓximos suos q̄ iniciati sūt beelfegor. Et ecce vnus de filiis israhel intravit coram fratribꝫ suis ad scortū madianiten.

vidente moyse ⁊ omni turba filiorū israhel:
q̄ flebāt ante fores tabernaculi. Quod cum
vidisset finees filius eleazari filij aaron sa-
cerdotis. surrexit de medio multitudinis: et
arrepto pugione ingressus est post virum
israheliten ī lupanar: et ꝑfodit ambos simul
virum scilicet ⁊ mulierē in locis genitalibꝰ.
Cessauitqꝫ plaga a filijs israhel: et occisi sūt
vigintiquatuor milia hominū. Dixitqꝫ dn̄s
ad moysen. Finees filius eleazari filij aaron
sacerdotis auertit iram meā a filijs israhel: qꝛ
zelo meo cōmotus est cōtra eos: ut nō ipse
delerē filios israhel in zelo meo. Idcirco lo-
quere ad eū. Ecce do ei pacem federis mei:
et erit tam ipi q̄ semini eius pactū sacerdo
tij sempiternum: qꝛ zelatus est ꝓ deo suo. et
expiauit scelus filiorꝝ isrl. Erat autē nomen
viri israhelite q̄ occisus est cū madianitide
zambri filius salumi: dux de cognacōne et
tribu symeonis. Porro mulier madianitis
que pariter interfecta est vocabatur cozbi:
filia sur principis nobilissimi madianitarū.
Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicēs. Hostes
vos sentiant madianite et ꝑcutite eos: quia
et ipsi hostiliter egerunt contra vos. et dece-
pere insidijs ꝑ ydolum phogor. et cozbi fili-
am ducis madian sororē suā: q̄ ꝑcussa est in
die plage ꝓ sacrilegio phogor.

XXVI

Post q̄ noxiorū sanguis effusus est: di-
xit dn̄s ad moysen et elazarum filium
aaron sacerdotē. Numerate omnē summā
filiorū israhel a viginti annis et supra per do
mos et cognacōes suas: cunctos q̄ possunt
ad bella ꝓcedere. Locuti sūt itaqꝫ moyses ⁊
eleazar sacerdos in cāpestribꝰ moab super
iordanen contra iericho ad eos qui erant a
viginti annis ⁊ supra sicut dn̄s imperarat:
quorꝝ ē iste numerus. Ruben: p̄mogenitus
israhel. Huius filius enoch. a quo familia
enochitarū: et phallu. a quo familia phal-
luitarū: et esrom. a quo familia esromitarū:
et charmi. a quo familia charmitarū. Hee
sūt familie de stirpe ruben: quarū numerus
inuentus est qudraginta tria milia ⁊ septin
genti triginta. Filius phallu eliab: huius
filij namuhel et dathan ⁊ abiron. Isti sunt
dathan ⁊ abiron. principes populi q̄ surre-
xerunt contra moysen ⁊ aaron in seditione
chore. q̄n aduersus dn̄m rebellauert: et ape-
riens terra os suū deuorauit chore morien-
tibꝰ plurimis: q̄n ꝯbussit ignis ducētos q̄n-
quaginta viros. Et factū est grāde miracu
lum: ut chore pereūte filij illius nō perirent.
Filij symeon ꝑ ꝯgnacōes suas. namuhel ab
hoc familia namuhelitarū: iamin ab hoc fa-
milia iaminitarū: iachin ab hoc familia ia-
chinitarū: zare. ab hoc faīlia zareitarū: saul.
ab hoc familia saulitarꝝ. Hee sūt familie de
stirpe symeō: q̄rꝝ oīs numerꝰ fuit vigiti duū
miliū ducētorꝝ. Filij gad ꝑ ꝯgnacōes suas:
sephon. ab hoc familia sephonitarū: aggi. ab
hoc familia aggitarū: suni. ab hoc faīlia su-
nitarū. ozni. ab hoc faīlia oznitarū: her. ab h̄
faīlia heritarū: arod. a q̄ faīlia aroditarū:
arihel. ab hoc faīlia arihelitarū. Iste sūt faī
lie gad: q̄rꝝ oīs numerus fuit quadragita
milia quīgentorꝝ. Filij iuda. her ⁊ onan: qui
ambo mortui sūt in terra chanaan. Fuerūtqꝫ
filij iuda ꝑ cogacōnes suas: sela a quo faī-
lia selaitarū: phares. a quo familia phare-
sitarū: zare. a quo familia zareitarū. Porro
filij phares: esrom. a quo faīlia esromitarū:
et amul. a quo familia amulitarū. Iste sūt fa
milie iuda: quarū oīs numerus fuit septu
aginta sex milia quingētorꝝ. Filij ysachar
ꝑ ꝯgnacōnes suas: thola. a quo familia tho-
laitarū: phua. a quo familia phuaitarū: ia-
sub. a quo familia iasubitarū: semran. a quo
familia semranitarū. Hee sunt cognacōnes
ysachar: quarum numerus fuit sexagintaq̄-
tuor milia trecētorꝝ. Filij zabulon ꝑ ꝯgnatio
nes suas. sared. a quo familia sareditarū: he
lon. a quo familia helonitarū: ialel. a quo fa
milia ialelitarū. Hee sūt ꝯgnacōes zabulō:
quarū numerus fuit sexaginta milia quīgē-
torꝝ. Filij ioseph ꝑ ꝯgnacōes suas: manasse
et ephraim. De manasse ortus est machir: a
quo familia machiritarum. Machir genui-
galaad: a quo familia galaaditarū. Gala-
ad habuit filios. iezer. a quo familia iezeri-
tarū: et elech. a quo familia elechitarū: et as-
rihel. a quo familia asrihelitarum: et sechem. a
quo faīlia sechemitarū: et semida. a quo fa-
milia semidaitarū: et epher: a quo familia e
pheritarū. Fuit aūt epher pater salphaad.
qui filios non habebat ſꝫ tantū filias quarum

ista sunt noïa: maala· et noa· et egla· et mel-
cha· et thersa. Hee sunt familie manasse: et
numerus earū qūquaginta duo milia septī
gentorꝫ. Filij autē ephraim p cognacōnes
suas fuerūt hij. Suthala· a quo familia su-
thalaitarū: becher· a quo familia becherita-
rum: thehen· a quo familia thehenitarum. Por-
ro filius suthala fuit heran: a quo familia he
ranitarū. Hee sūt cognacōes filiorꝫ ephra
im: quaruꝫ numerus fuit triginta duo milia
quingētorꝫ. Isti sūt filij ioseph p familias
suas. Filij beniamin in cognacōib⁹ suis: ba-
le· a quo familia baleitarū: azbel· a quo faī-
lia azbelitarū: achiraꝫ· a quo familia achira
mitarum: supham· a quo familia suphami
tarū: upham· a quo familia vphamitaruꝫ.
Filij bale: hered et noeman. De hered fami-
lia hereditarū: de noeman familia noema-
mitarū. Hij sūt filij beniamin p cognacōes
suas: quoruꝫ numerus q̄draginta qnqꝫ mi-
lia sexcētorꝫ. Filij dan p cognacōnes suas:
suhan· a quo familia suhamitaruꝫ. Hee co-
gnacōnes dan p familias suas. Omnes fu-
ere suhamite: quorū numerus erat sexagin-
taquatuor milia quadringentorꝫ. Filij aser
per cognacōnes suas: iemna· a quo familia
iemnaitarū: iessui· a quo familia iessuitarū:
brie a quo familia brieitaruꝫ. Filij brie ha-
ber· a quo familia haberitaruꝫ: et melchiel· a
quo familia melchihelitarū. Nomen aūt
filie aser· fuit sara. Hee cognacōnes filiorū
aser: et numerus eorꝫ qnquaginta tria mi-
lia quadringentorꝫ. Filij neptalim per co-
gnacōnes suas· iessihel· a quo familia iessi-
helitaruꝫ: guni· a quo familia gunitarum:
iaser· a quo familia iaseritarū: sellem· a quo
familia sellemitarū. Hee sunt cognacōnes
filiorū neptalim p familias suas: quorū nu-
merus quadragintaquinqꝫ milia· quadrin
gentorꝫ. Ista ē summa filiorꝫ israhel q̄ recē-
siti sūt. sexcēta milia· et mille· septingēti tri-
ginta. Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicens.
Istis diuidetur terra iuxta numerum voca-
bulorū in possessiones suas. Plurib⁹ maio-
rem partem dabis· et paucioribus minorē:
singulis sicut nūc recensiti sūt tradetur pos-
sessio: ita dumtaxat· ut sors terraꝫ tribubus
diuidat ⁊ familijs. Quicquid sorte cōtigerit:
hoc vel plures accipiant vel pauciores. Hic
q̄ꝫ est numerus filiorū leui p familias suas.
Gerson· a quo familia gersonitarū: caath· a
quo familia caathitarū: merari· a quo fami
lia meraritarū. Hee sūt familie leui. Famili
a lobni· familia hebroni· familia mooli· fa-
milia musi· familia chori. At vero caath· ge-
nuit amram: q̄ habuit uxorē iochabeth filiā
leui· que nata est ei in egipto. Hec genuit
viro suo amram filios aaron et moysen: et
mariā sororē eorꝫ. De aaron orti sūt nadab
et abiu et eleazar et ithamar: quoruꝫ nadab
et abiu mortui sūt· cū obtulissent ignē alie-
nū coram dn̄o. Fuerūtqꝫ omnes q̄ numerati
sunt viginti tria milia generis masculini ab
vno mense ⁊ supra: q̄ non sūt recensiti inter
filios israhel: nec eis cū ceteris data possessio
est. Hic est numerus filiorꝫ israhel· q̄ descripti
sūt a moyse et eleazaro sacerdote in campe-
strib⁹ moab supra iordanen cōtra iericho:
inter quos nullus fuit eorꝫ q̄ ante numerati
sūt a moyse et aaron in deserto synai. Pre-
dixerat enim dn̄s q͛ omnes morerētur in so-
litudine. Nullusqꝫ remansit ex eis: nisi caleb
filius iephone· et iosue filius nun.

Accesserūt aūt filie salphaad· filij epher·
filij galaad· filij machir· filij manasse·
q̄ fuit filius ioseph· quarū sūt nomina· maa
la· et noa· et egla· et melcha· et thersa: stete-
rūtqꝫ coram moyse et eleazaro sacerdote et
cunctis p̄ncipib⁹ populi ad ostiū taberna-
culi federis: atqꝫ dixerūt. Pater noster mor
tuus est in deserto: nec fuit in sedicōne q̄ cō-
citata ē cōtra dn̄m sb̄ chore: sed in peccato suo
mortuus est. Hic non habuit mares filios.
Cur tollitur nomen illius de familia sua: q͛
non habet filium? Date nobis possessionem
inter cognatos patris nostri. Retulitqꝫ mo
yses causaꝫ earum ad iudiciū dn̄i. Qui dixit
ad eum. Iustā rem postulāt filie salphaad.
Da eis possessionem inter cognatos patris
sui: et ei hereditatem succedant. Ad filios
aūt israhel loqueris hec. Homo cū mortuus
fuerit absqꝫ filio· ad filiā eius trāsibit heredi
tas: si filiā nō habuerit: habebit successores
fratres suos. Quod si ⁊ fratres non fuerint:
dabitis in hereditatē fratrib⁹ patris eius.
Sin autem nec patruos habuerit: dabitur

hereditas hijs qui ei proximi sunt. Eritq̧
hoc filijs israhel sanctuȥ lege ꝑpetua: sic̄ p̄ce-
pit dn̄s moysi. Dixit quoq̧ dn̄s ad moysen.
Ascende in montem istū abarim: et cōtem-
plare inde terrā quā daturus sum filijs isra
hel. Cūq̧ videris eam. ibis ⁊ tu ad populum
tuum sicut iuit frater tuus aaron: q̄ offen-
distis me in deserto sin in cōtradictōne mul
titudinis: nec sanctificare me voluistis corā
ea super aquas. Hee sūt aque ɔtradictōis
in cades deserti sin. Cui rn̄dit moyses. Pro-
uideat dn̄s deus spūum oīs carnis hominē
qui sit sup multitudinem hanc: et possit exi-
re ⁊ intrare ante eos. et educere eos vel in-
troducere: ne sit populus domini sicut oues
absq̧ pastore. Dixitq̧ dn̄s ad eum. Tolle
iosue filiū nun virum in quo est spiritus dei:
et pone manū tuam sup eum. Qui stabit co-
ram eleazaro sacerdote et omī multitudine:
et dabis ei p̄cepta cūctis vidētibꝫ. et partē
glorie tue: ut audiat eum omīs synagoga
filiorū israhel. Pro hoc si quid agendū eit:
eleazar sacerdos cōsulet dn̄m. Ad verbum
eius egredietur ⁊ ingredietur. ipe ⁊ omnes
filij israhel cum eo: et cetera multitudo. Fecit
moyses ut p̄ceperat dn̄s. Cūq̧ tulisset iosue.
statuit eū coram eleazaro sacerdote et omī
frequētia populi: et impositis capiti eius ma
nibꝫ. cuncta replicauit q̄ mandauerat dn̄s.

XXVIII

Dixit q̧ dominus ad moysen. Precipe filijs israhel: et dices
ad eos. Oblacōem meā ⁊ panes. et incensū
odoris suauissimi offerte p̄ tp̄a sua. Hec sūt
sacrificia que offerre debetis. Agnos anni-
culos immaculatos duos quotidie in olo-
caustū sempiternuȥ: vnū offeretis mane. et
alterū ad vesperū: decimā partē ephi simile.
q̄ ɔspsa sit oleo purissimo. et habeat quartā
partē hin. Olocaustū iuge est qđ obtulistis
in mōte synai in odorē suauissimū incēsi dn̄i.
Et libabitis vini quartā ptem hin p agnos
singulos in scūario domini. Alterūq̧ agnū
similiter offeretis ad vesperū iuxta oēm ritū
sacrificij matutini ⁊ libamētoꝝ eius: oblati-
onem suauissimi odoris domino. Die auteȥ
sabbati offeretis duos agnos anniculos
immaculatos. et duas decimas simile oleo
cōsperse in sacrificio: et liba q̄ rite fundūtur
per singula sabbata in olocausto sempiter-
terno. In kalendis aūt id est in mensiū exor-
dijs offeretis olocaustū domino. vitulos de
armēto duos. arietē vnū. agnos āniculos
septeȥ immaculatos: et tres decimas simile
oleo ɔsperse in sacrificō p singulos vitulos:
et duas decimas simile oleo ɔspse p singlos
arietes: et decimā decime simile ex oleo in sa
crificō p agnos singulos. Olocaustuȥ sua-
uissimi odoris atq̧ incensi est dn̄o. Libamē
ta autē vini que p singulas fundenda sunt
victimas. ista erūt. Media pars hin p sin-
gulos vitulos: tercia p arietē: quarta per a
gnū. Hoc erit olocaustū p omnes menses:
qui sibi anno vertente succedūt. Hircus q̧
offeretur domino ꝓ pccīs in olocaustū sem
piternū cū libamētis suis. Mense aūt p̄mo.
quartadecima die mensis phase dn̄i erit:
et qūtadecima die solēnitas. Septē diebꝫ
vescētur azimis: quaruȥ dies p̄ma venerabi-
lis ⁊ sancta erit. Omē opus seruile nō faci-
etis in ea. Offeretisq̧ incensuȥ olocaustum
domino vitulos de armēto duos. arietē vnū
agnos āniculos immacl'atos septē: et sacri-
ficia singl'orū ex simila q̄ ɔspsa sit oleo: tres
decimas p singulos vitulos. et duas decās
per arietē. et decimā decime p agnos singu-
los. id est p septem agnos: et hircū ꝓ pcco
vnū ut expietur ꝓ vobis: p̄ter olocaustum
matutinū quod semp offeretis. Ita facietis
p singulos dies septē dierū. in fonteȥ ignis
et in odorē suauissimū domīo: qui surget de
olocausto ⁊ de libacōnibꝫ singuloruȥ. Dies
q̧ septimus celeberrimus ⁊ scūs eit vobis.
Omne opus seruile nō facietis in eo. Dies
etiā p̄mitiuoꝝ quādo offeretis nouas fru-
ges domino expletis ebdomadibꝫ: venera
bilis ⁊ sancta erit. Omē opus seruile nō fa
cietis in ea. Offeretisq̧ olocaustū in odoreȥ
suauissimū domīo. vitulos de armēto duos.
arietē vnū agnos anniculos immaculatos
septē: atq̧ in sacficijs eoꝝ simile oleo ɔspse
tres decās p singulos vitulos. p arietes du
os: p agnos decimā decīe q̄ simul sunt agni
septē: hircū q̧ q̄ mactat᷑ ꝓ expiacōe: p̄ter
olocaustū sempiternum et liba eius. Imma-
culata offeretis oīa cū libacōibꝫ suis.

XXIX

Mensis etiā septi p̄ma dies

tuam quā dn̄s deus tuus tradiderit tibi pos
sidendā. Cū acceperit homo nup uxorē nō
ꝓcedet ad bellū nec ei quippiā necessitatis
iniūgetur publice: sed vacabit absq̄ culpa
domui sue: ut vno āno letetur cū uxore sua.
Non accipies loco pignoris inferiorē ⁊ su-
periorē molaȝ: q2 animā suam apposuit tibi.
Si dep̄hensus fuerit homo sollicitās fratrē
suū de filijs israhel. et vendito eo acceperit p̄-
ciū interficiet: et auferes malū de medio tui.
Obserua diligēter ne incurras plagaȝ lepre:
sed facies quecūq̄ docuerint te sacerdotes
leuitici generis iuxta id qd̄ p̄cepi eis: et im
ple sollicite. Mementote q̄ fecerit dn̄s deus
vester marie in via cū egrederemini de egi
pto. Cū repetes a ꝓximo tuo rem aliquam
quā debet tibi. nō ingredieris domuȝ eius ut
pignus auferas: sed stabis foris ⁊ ille tibi
ꝓferet qd̄ habuerit. Si aūt pauper est. nō
pnoctabit apud te pignus ȝ statī reddes
ei ante solis occasū: ut dormiēs in vestimēto
suo benedicat tibi: et habeas iusticiā coram
dn̄o deo tuo. Non negabis mercedē indi
gentis ⁊ paupis fratris tui. siue aduene qui
tecū moratur in terra ⁊ intra portas tuas ē:
ȝ eadē die reddes ei p̄ciuȝ laboris sui ante
solis occasū. q2 pauper est ⁊ ex eo sustentat
animā suam: ne clamet contra te ad dn̄m: et
reputetur tibi in peccatū. Non occidētur pa-
tres ꝓ filijs nec filij ꝓ patribꝫ: ȝ vnusquisq̄
ꝓ peccato suo morietur. Nō puertes iudiciū
aduene ⁊ pupilli: nec auferes pignoris lo-
co vidue vestimentū. Memēto q2 fuieris in
egipto: et eruerit te dominus deus tuus in-
de. Idcirco p̄cipio tibi ut facias hanc rem.
Quādo messueris segetem in agro tuo. et
oblitus manipulū reliqueris: nō reuerteris
ut tollas illū. ȝ aduenā ⁊ pupillā ⁊ viduam
auferre patieris: ut bn̄dicat tibi dn̄s deus
tuus in omī opere manuū tuarū. Si fruges
collegeris oliuarū: quicquid remanserit in
arboribꝫ nō reuerteris ut colligas: sed relin
ques aduene pupillo ac vidue. Si vinde-
miaueris vineā tuam. nō colliges remanē-
tes racemos: ȝ cedēt in usus aduene pupil
li ac vidue. Memēto q2 et tu fuieris in egi-
pto: et idcirco p̄cipio tibi ut facias hanc rē.

SI fuerit causa inter aliquos XXV
et interpellauerint iudices: quē iustuȝ
esse ꝓspexerint illi iusticie palmam dabunt:
quē impiū condemnabūt impietatis. Sin
aūt eū qui peccauit dignū viderint plagis:
ꝓsternent ⁊ coram se faciant verberari. Pro
mensura peccati erit et plagarū modus: ita
dūtaxat ut quadragenariū numerū nō ex-
cedant: ne fede laceratus ante oculos tuos
abeat frater tuus. Nō ligabis os bouis te-
rentis in area fruges tuas. Quando habi-
tauerint fratres simul et vnus ex eis absq̄
liberis mortuus fuerit: uxor defuncti nō nu-
bet alteri sed accipiet eam frater eius ⁊ susci
tabit semen fratris sui: et p̄mogenituȝ ex ea
filiū nomine illius appellabit ut nō deleatur
nomen eius ex israhel. Sin aūt noluerit ac-
cipē uxorē fratris sui q̄ ei lege debet: pget
mulier ad portam ciuitatis et interpellabit
maiores natu: dicetq̄. Non vult frater viri
mei suscitare semen fratris sui in israhel: nec
me in coniugiū sumere. Statimq̄ accersiri
eū faciēt: et interrogabunt. Si responderit
nolo eam uxoreȝ accipe: accedet mulier ad
eū coram senioribꝫ. et tollet calciamentum de
pede eius spuetq̄ in faciem eius: et dicet.
Sic fiet homini qui nō edificat domū fratris
sui. Et vocabitur nomē illius in israhel domꝰ
discalciati. Si habuerint inter se iurgiū vi-
ri duo ⁊ vnus cōtra alterum rixari ceperit:
volensq̄ vxor alterius eruere virum suū de
manu fortioris. miseritq̄ manum et app̄hen-
derit verēda eius: abscides manū illius. ne
flecteris sup eam ulla misericordia. Nō ha
bebis in sacculo diūsa pondera maius ⁊ mi-
nus: nec erit in domo tua modius maior et
minor. Pondus habebis iustum ⁊ verum: et
modius equalis ⁊ verus erit tibi: ut multo
viuas tempore sup terrā quā dn̄s deus tuus
dederit tibi. Abominatur enim dn̄s eum qui
facit hec: et aduersatur omnē iniusticiā. Me
mento que fecerit tibi amalech in via qn̄ e-
grediebaris ex egipto: quō occurrerit tibi
et extremos agminis tui qui lassi residebāt
ceciderit. quādo tu eras fame ⁊ labore con-
fectus: et nō timuerit deum. Cum ergo dn̄s
deus tuus dederit tibi requieȝ. et subiecerit
cūctas p circuitū nationes in terra quā tibi

pollicitus est: delebis nomen eius sub celo.
Caue ne obliuiscaris. XXVI
Cumq; intraueris terraȝ quā dominus
deus tuus tibi daturus est possidendā ⁊ ob
tinueris eam· atq; habitaueris in illa: tolles
de cūctis frugibus tuis primicias ⁊ pones
in cartallo ꝑgeſq; ad locū quē dominus de-
us tuus elegerit ut ibi inuocetur nomē eius:
accedeſq; ad ſacerdotē qui fuerit in diebꝫ
illis ⁊ dices ad eū. Profiteor hodie corā do
mino deo tuo: ꝙ ingressus sū in terrā ꝓ qua
iurauit patribꝫ nostris ut daret eā nobis.
Suſcipienſq; ſacerdos cartallū de manū tua
ponet ante altare domini dei tui: et loqueris
in ꝯſpectu domini dei tui. Sirus ꝑſequebatᷣ
patrē meū: qui deſcendebat in egiptuȝ ⁊ ibi
ꝑegrinatus est in paucissimo numero: cre-
uitq; in gentē magnā ac robustaȝ ⁊ infinite
multitudinis. Afflixeruntq; nos egiptij ⁊ ꝑſe
cuti sūt imponētes onera grauissima: et cla-
mauimus ad dominū deū patrū nr̄oꝝ. q̄ ex-
audiuit nos ⁊ respexit humilitatē nr̄am ⁊ la
borē atq; āgustiaȝ: et eduxit nos de egipto
in manu forti ⁊ brachio extēto· in ingēti pa-
uore· in signis atq; portentis: et introduxit
ad locū istū: et tradidit nobis terram lacte
et melle manantē. Et idcirco nūc offero pri
micias frugū terre: quā dominus dedit mi-
chi. Et dimittes eas in ꝯſpectu dn̄i dei tui: et
adorato dn̄o deo tuo epulaberis in omnibus
bonis que dominus deus tuus dederit tibi et
domui tue: tu ⁊ leuites et aduena qui tecum
est. Quādo ꝯpleueris decimā cunctarū fru-
gū tuarū· anno decimarū tercio: dabis leuite
et aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue ut comedant
intra portas tuas ⁊ saturentur: loquerisq; in
cōſpectu domini dei tui. Attuli quod sancti-
ficatū est de domo mea ⁊ dedi illud leuite et
aduene ⁊ pupillo ac vidue sicut iussisti mi-
chi. Nō ꝑterii mādata tua: nec sū oblitus
imperij. Nō ꝯmedi ex eis in luctu meo: nec
separaui ea in qualibet immundicia: nec ex
pendi ex hijs quicꝙ̄ in re funebri. Obediui
voci domini dei mei: et feci omia sicut p̄cepi-
sti michi. Respice de sanctuario tuo ⁊ de ex-
celso celoꝝ habitaculo: et benedic ꝑplo tuo
israhel· et terre quā dedisti nobis sicut iura-
sti patribꝫ nr̄is: terre lacte ⁊ melle manāti.
Hodie dn̄s deus tuus p̄cepit tibi ut facias
mandata hec atq; iudicia: ut custodias et
impleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua.
Dominū elegisti hodie ut sit tibi deus ⁊ am-
bules in vijs eius: et custodias cerimonias
illius ⁊ mādata atq; iudicia: et obedias eiꝰ
imperio. En dominus elegit te hodie ut sis
ei populus peculiaris sicut locutus est tibi ⁊
custodias omnia p̄cepta illius: et faciat te
excelsiorē cūctis gētibꝫ quas creauit in lau
dem ⁊ nomē ⁊ gloriā suā: ut sis populus sc̄us
dn̄i dei tui sicut locutus est. XXVII
Precepit aūt moyses ⁊ seniores ꝑplo
israhel dicētes. Custodite om̄e māda
tum quod p̄cipio vobis hodie. Cūq; trāsie-
ritis iordanen in terram quā dominus deus
tuus dabit tibi· eriges ingentes lapides
et calce leuigabis eos ut possis in eis scribe-
re omnia verba legis huius iordane trans-
misso: ut introeas terrā quā dn̄s deus tuus
dabit tibi: terram lacte ⁊ melle manantem
sicut iurauit patribꝫ tuis. Quādo ergo tran-
sieritis iordanen erigite lapides quos ego
hodie p̄cipio vobis in monte hebal: et leui-
gabis eos calce· et edificabis ibi altare dn̄o
deo tuo de lapidibꝫ quos ferruȝ non tetigit·
et de saxis informibꝫ et impolitis: et offeres
sup eo olocausta dn̄o deo tuo et immolabis
hostias pacificas: comedesq; ibi ⁊ epulabe-
ris coraȝ domino deo tuo. Et scribes sup la-
pides omia verba legis huius plane ⁊ luci-
de. Dixeruntq; moyses ⁊ sacerdotes leuitici
generis ad omnem israhelē. Attende ⁊ audi
israhel. Hodie factus es populus domini
dei tui. Audies vocem eius: et facies māda
ta atq; iusticias quas ego p̄cipio tibi. Pre-
cepitq; moyses populo in die illo dicens.
Hij stabūt ad benedicendū dn̄o sup mōtē
garizim iordane transmisso: symeon leui iu-
das ysachar ioseph ⁊ beniamin. Et e regio-
ne isti stabūt ad maledicendū in monte he-
bal: ruben gad ⁊ azer zabulon dan ⁊ nepta-
lim. Et ꝓnunciabūt leuite: dicētq; ad omnes
viros israhel excelsa voce. Maledictus hō
qui facit sculptile ⁊ ꝯflatile abhominacōnem
domini· opus manuū artificuȝ: ponitq; illud
in abscondito. Et respondebit omnis ꝑplus:
et dicet amē. Maledictus qui non honorat

patrē suū ⁊ matrem. Et dicet omīs populus
amen. Maledictus qui transfert terminos
ꝓximi sui. Et dicet omīs populus amē. Ma
ledictus qui errare facit cecū in itinere. Et
dicet omnis ppłs amē. Maledictus qui ꝑ-
uertit iudicium aduene pupilli ⁊ vidue. Et
dicet omīs populus amen. Maledictus qui
dormit cū uxore patris sui: et reuelat operi-
mentū lectuli eius. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui dormit cū omni iu-
mento. Et dicet omīs populus amē. Male-
dictus qui dormit cū sorore sua filia patris
sui vel matris sue. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus q̄ dormit cū socru sua.
Et dicet omīs ppłus amē. Maledictus q̄
clam ꝑcusserit ꝓximū suū. Et dicet omīs po-
pulus amē. Maledictus qui accipit mune
ra: ut ꝑcutiat animā sanguinis innocentis.
Et dicet omnis populus amen. Maledict9
qui nō ꝑmanet in ſmonibꝫ legis huius: nec
eos opē ꝑficit. Et dicet omīs ppłus amē.

XXVIII

Si autē audieris vocē
dñi dei tui ut facias atq; custodias
omīa mādata eius que ego p̄cipio tibi ho-
die: faciet te dñs deus tuus excelsiorē cūctis
gētibꝫ que versantur in terra. Venietq; sup
te vniuerse benedictōnes iste ⁊ ap̄hendent
te: si tamē p̄cepta eius audieris. Bñdictus
tu in ciuitate: et bñdictus in agro. Benedi-
ctus fructus vētris tui et fructus terre tue:
fructusq; iumētorꝫ tuorꝫ greges armētorū
tuorꝫ et caule ouiū tuarū. Bñdicta horrea
tua: et benedicte reliquie tue. Benedictus
eris ingrediens ⁊ egrediēs. Dabit dominus
inimicos tuos q̄ consurgūt aduersū te cor-
ruentes in conspectu tuo. Per viam vnam
venient contra te: et p septē fugient a facie
tua. Emittet dñs benedictōem sup cellaria
tua et sup omīa opera manuū tuarū: benedi
cetq; tibi in terra quam acceperis. Suscita
bit te dñs sibi in pp̄łm scm̄ sicut iurauit tibi:
si custodieris mandata dñi dei tui et ambu-
laueris in viis eius. Videbūtq; omēs terra
rum populi q nomen dñi inuocatū sit super
te: et timebunt te. Abundare te faciet dñs
omībꝫ bonis: fructu uteri tui et fructu iumē
torꝫ tuorū: fructu terre tue quā iurauit dñs
prībꝫ tuis ut daret tibi. Apiet dñs thesaurū
suū optimū celū: ut tribuat pluuiā terre tue
in tēpore suo. Benedicetq; cūctis opibꝫ ma
nuū tuarū: et fenerabis gentibus multis: et
ipe a nullo fenus accipies. Constituet te do-
minus deus tuus in caput et non in caudā: et
eris semp supra et nō subter: si tamē audi-
eris mādata dñi dei tui que ego p̄cipio tibi
hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris. ac nō declina-
ueris ab eis nec ad dextrā nec ad sinistram:
nec secutus fueris deos alienos neq; colu-
eris eos. Quod si audire nolueris vocē dñi
dei tui ut custodias et facias omīa mādata
eius ⁊ cerimonias quas ego p̄cipio tibi ho
die: venient super te omnes maledictōnes
iste et apprehendēt te. Maledictus eris in
ciuitate: maledictus in agro. Maledictum
horreū tuū: et maledicte reliquie tue. Male
dictus fructus ventris tui et fructus terre
tue: armēta boum tuorum et greges ouium
tuarū. Maledictus eris ingrediens: et ma-
ledictus egrediens. Mittet dominus super te
famem et esuriem et increpationem in omīa
opera tua que tu facies: donec conterat te et
perdat velociter ꝓpter adinuencōnes tuas
pessimas in quibꝫ reliquisti me. Adiungat
tibi dñs pestilentiam: donec consumat te de
terra ad quā ingredieris possidendā. Per-
cutiat te dñs egestate et febri et frigore ar-
dore ⁊ estu ⁊ aere corrupto ac rubigine: et p
sequatur donec pereas. Sit celū qđ supra te
est eneū: et terra quā calcas ferrea. Det dñs
ymbrem terre tue puluerem: et de celo descē
dat sup te cinis donec conteraris. Tradat
te dominus corruentē ante hostes tuos: et
p vnā viam egrediaris contra eos. et p se-
ptem fugias: et dispergaris p omīa regna
terre. Sitq; cadauer tuū in escā cūctis vo-
latilibꝫ celi et bestiis terre: et nō sit qui abi-
gat. Percutiat te dñs ulcere egipti. et ptē
corpis p quā stercora digeruntur: scabie q̄;
et prurigine: ita ut curari nequeas. Percu-
tiat te dñs amentia et cecitate ac furore mē-
tis: et palpes in meridie sicut palpare solet
cecus in tenebris: et nō dirigas vias tuas.
Omīq; tempore calūniā sustineas: et oppri-
maris violētia nec habeas q̄ liberet te. Vxo-
rē accipias: et alius dormiat cū ea. Domum
edifices: et nō habites in ea. Plātes vineā:

et non vindemies eā. Bos tuus immoletur
coram te: et nō comedas ex eo. Asinus tuus
rapiatur in ꝯspectu tuo: et nō reddatur tibi.
Oues tue dentur inimicis tuis: et nō sit q̄ te
adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradātur alteri po
pulo videntibꝰ oculis tuis ⁊ deficiētibus ad
conspectū eoꝝ tota die: et non sit fortitudo
in manu tua. Fructus terre tue ⁊ oīes labo
res tuos comedat ꝑplus quē ignoras: et sis
semꝑ calūniā sustinēs. et oppssus cūctis di=
ebus: et stupēs ad terrorē eorum q̄ videbūt
oculi tui. Percutiat te dn̄s ulcere pessimo in
genibꝰ ⁊ in suris: sanariq3 non possis a plā=
ta pedis usq3 ad verticē tuū. Ducetq3 te dn̄s
et regem tuū quē constitues suꝑ te in gētē3
quā ignoras tu ⁊ patres tui: et seruies ibi dijs
alienis ligno ⁊ lapidi: et eris ꝑditus in ꝓu
biū ac fabulā3 oīibꝰ ꝑplis ad quos te in=
troduxerit dominus. Sementē multā iaci=
es in terrā ⁊ modicum ꝯgregabis: q2 locu=
ste deuorabūt oīa. Vineam plantabis et
fodies ⁊ vinu3 non bibes nec colliges ex ea
quippiā: qm̄ vastabitur vmibꝰ. Oliuas ha=
bebis in oīibꝰ terminis tuis et nō vngeris
oleo: q2 defluēt ⁊ deperibūt. Filios genera=
bis ⁊ filias ⁊ non frueris eis: qm̄ ducētur in
captiuitatē. Omnes arbores tuas ⁊ fruges
terre tue rubigo cōsumet. Aduena qui tecū
versatur in terra ascēdet suꝑ te. eritq3 subli=
mior: tu aūt descendes ⁊ eris inferior. Ipe fe
nerabit tibi: et tu nō fenerabis ei. Ipe erit in
caput: et tu eris in caudā. Et venient super te
oīes maledictōes iste. et ꝑsequētes apꝑ=
hendent te donec intereas: q2 non audisti
vocē3 dn̄i dei tui: nec seruasti mādata eius
et cerimonias quas p̄cepit tibi. Et erunt in
te signa atq3 ꝓdigia ⁊ in semine tuo usq3 in
sempiternū: eo q2 nō seruieris dn̄o deo tuo in
gaudio cordisq3 leticia ꝓpter rerū oīiū ab
undātiā. Seruies inimico tuo quē immit=
tet tibi dn̄s in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊ omni
penuria: et ponet iugū ferreū super ceruicē3
tuā donec te conterat. Adducet dn̄s super
te gentē de longinquo et de extremis terre
finibꝰ in similitudinē aquile volantis. cū im=
petu cuius linguā intelligere non possis: gē
tem ꝓcacissimā que nō deferat seni nec mise=
reatur paruuli: et deuoret fructū iumentorū
tuorū3 ac fruges terre tue. donec intereas:
et nō relinquat tibi triticū vinū ⁊ oleū armē=
ta boū ⁊ greges ouiū donec te disperdat et
conterat in cūctis urbibꝰ tuis: et destruātur
muri tui firmi atq3 sublimes. in quibꝰ habe=
bas fiduciā3 in omni terra tua. Obsideberis
intra portas tuas in omni terra tua quā da=
bit tibi dn̄s deus tuus: et comedes fructum
uteri tui ⁊ carnes filioꝝ tuoꝝ ⁊ filiarū tuarū
quas dederit tibi dn̄s deus tuus. in angustia
et vastitate q̄ opprimet te hostis tuus. Ho=
mo delicatus in te et luxuriosus valde inui=
debit fratri suo ⁊ uxori que cubat in sinu suo
ne det eis de carnibꝰ filioꝝ suoꝝ quas com
edet: eo q2 nichil aliud habeat ī obsidiōe
et penuria qua vastauerint te inimici tui in=
tra oīes portas tuas. Tenera mulier ⁊ deli=
cata que suꝑ terrā3 ingredi nō valebat nec
pedis vestigiū figere ꝓpter molliciem ⁊ te=
neritudinē nimiā: inuidebit viro suo qui cu=
bat in sinu eius super filij ⁊ filie carnibꝰ ⁊ illu
uie secūdinarū que egrediūtur de medio fe
minū eius: et suꝑ liberis qui eadē hora nati
sūt. Comedent enim eos clam ꝓpter rerum
omniū penuriam: in obsidione ⁊ vastitate
qua opprimet te inimicus tuus intra portas
tuas. Nisi custodieris ⁊ feceris omnia verba
legis huius q̄ scripta sūt in hoc volumine.
et timueris nomē eius gloriosū3 et terribile
hoc est dn̄m deū tuū3: augebit dn̄s plagas
tuas. et plagas seminis tui plagas magnas
et ꝑseuerantes infirmitates pessimas ⁊ ꝑpe=
tuas: et ꝯuertet in te oīes afflictōnes egi=
pti quas timuisti ⁊ adherebūt tibi. Insuper
et vniuersos languores ⁊ plagas q̄ nō sunt
scripte ī volumie legis huius inducet dn̄s
super te: donec te conterat. Et remanebitis
pauci numero q̄ prius eratis sicut astra celi
pre multitudine: qm̄ non audisti vocem dn̄i
dei tui. Et sicut ante letatus est dn̄s suꝑ vos.
benē vobis faciens vosq3 multiplicans: sic
letabitur disperdēs vos atq3 subuertēs: ut
auferamini de terra ad quā ingredieris pos
sidendā3. Dispget te dn̄s in omnes ꝑplos a
sūmitate terre usq3 ad terminos eius: et ser
uies ibi dijs alienis q̄s ⁊ tu ignoras ⁊ pr̄es
tui lignis ⁊ lapidibꝰ. In gentibꝰ q3 illis non
q̄esces: neq3 erit requies vestigio pedis tui.

Dabit enim tibi dñs ibi cor pauidū et defici-
entes oculos· et animā consūptam merore:
et erit vita tua quasi pendēs ante te. Time-
bis nocte et die: et non credes vite tue. Ma-
ne dices quis michi det vesperum: et vespere
q̄s michi det mane: ꝓpter cordis tui formi-
dinem qua terreberis: et ꝓpter ea que tuis vi
debis oculis. Reducet te dñs classibꝫ in egi
ptū: p viam de qua dixit tibi ut eā amplius
non videres. Ibi venderis inimicis tuis in
seruos et ancillas: et nō erit q̄ emat. XXIX

Hec sunt verba federis qđ precepit dñs
moysi ut feriret cū filijs isrł in terra
moab: preter illud fedus qđ cum eis pepigit
in oreb. Vocauitq3 moyses omnē isrł: et
dixit ad eos. Vos vidistis vniuersa q̄ fecit
dñs coram vobis in terra egipti pharaoni
et omībꝫ seruis eius vniuersęq3 terre illius:
temptacōes magnas quas viderūt oculi
tui: signa illa portentaq3 ingentia: et non de
dit vobis dñs cor intelligens et oculos vidē
tes: et aures q̄ possint audire usq3 in p̄sentē
diem. Adduxit vos quadraginta annis p
desertū: non sūt attrita vestimenta vr̄a: nec
calciamenta pedū vestroꝝ vetustate consū-
pta sūt. Panē nō comedistis vinū et sicerā
non bibistis: ut sciretis q2 ipse est dñs deus
vester. Et venistis ad hūc locū: egressusq3
est seon rex esebon et og rex basan occurrē-
tes nobis ad pugnam· et percussimus eos et
tulimus terrā eoꝝ: ac tradidimus possidē-
dam ruben et gad et dimidie tribui manasse.
Custodite ergo verba pacti huius et imple
te ea: ut intelligatis vniūsa q̄ facitis. Vos
statis hodie cuncti coram dño deo vestro·
principes vestri et tribus ac maiores natu
atq3 doctores omnis ꝓpłs isrł. liberi et
uxores vestre et aduene qui tecū moranttur
in castris exceptis lignoꝝ cesoribꝫ · et hijs
qui comportant aquas: ut transeas in fede
re dñi dei tui. et in iureiurādo qđ hodie dñs
deꝰ tuus percutit tecū: ut suscitet te sibi i ꝓłm
et ipse sit dñs deus tuus sicut locutus ē tibi·
et sicut iurauit patribꝫ tuis abraham ysaac
et iacob. Nec vobis solis ego hoc fedus fe
rio et hec iuramēta confirmo: sed cunctis p̄-
sentibꝫ et absentibꝫ. Vos enī nostis quō ha-
bitauerimꝰ in terra egipti. et quō trāsierimꝰ

p mediū nacōnū: q̄s transeūtes vidistis ab
ominacōes et sordes id ē ydola eoꝝ lignū
et lapidē argentū et aurū q̄ colebāt. Ne for-
te sit inter vos vir aut mulier familia aut tri
bus cuius cor auersū ē hodie a dño deo vr̄o
ut vadat et seruiat dijs illarū gentiū: et sit in-
ter vos radix germinans fel et amaritudinē.
Cūq3 audierit verba iuramenti huius bene-
dicat sibi in corde suo dicēs pax erit michi·
et ambulabo in prauitate cordis mei: et as-
sumat ebria sitientem et dñs nō ignoscat ei:
s3 tūc q2 maxime furor eius fumet et zelus cō-
tra hominē illū· et sedeāt sup eū omīa male-
dicta que scripta sūt in hoc volumine: et de-
leat dominus nomē eius sub celo et consu-
mat eū in perdicōe ex omnibꝫ tribubꝫ isrł:
iuxta maledictōnes q̄ in libro legis huius
ac federis continētur. Dicetq3 sequens gene-
ratio et filij q̄ nascentur deinceps· et peregri-
ni q̄ de longe venerint vidētes plagas terre
illius et infirmitates quibꝫ eā afflixerit dñs
sulphure et solis ardore comburens ita ut
ultra non seratur nec virens quippiā germi
net in exemplū subuersionis zodome et gomor
re adame et seboim quas subuertit dñs in ira
et in furore suo: et dicēt omes gentes. Qua-
re sic fecit dñs terre huic? Que est hec ira
furoris eius immensa? Et respondebūt. Quia
dereliquerūt pactū dñi qđ pepigit cū patribꝫ
eoꝝ qn̄ eduxit eos de terra egipti et seruierūt
dijs alienis· et adorauerūt eos quos nesci-
ebant et quibꝫ non fuerant attributi: idcirco
iratus est furor dñi contra terrā istam ut in-
duceret sup eā omnia maledicta que in hoc
volumine scripta sunt: et eiecit eos de terra
sua in ira et in furore et in indignacōe maxia·
proiecitq3 in terrā alienā sicut hodie compro-
batur. Abscondita a dño deo nostro que
manifesta sunt nobis et filijs nostris usq3 in
sempiternū: ut faciamus vniūsa legis huius.

XXX

Cum ergo venerint sup
te omnes sermones isti bn̄dictio siue
maledictō quā proposui in ↄspectu tuo. et du-
ctus penitudine cordis tui in vniūsis gētibꝫ
in quas disperserit te dñs deus tuus et reuersus
fueris ad eū. et obedieris eius imperijs sicut
ego hodie precipio tibi cum filijs tuis in toto
corde tuo et i tota anima tua: reducet te dñs

deus tuus de captiuitate tua ac miserebitur
tui: et rursum cōgregabit te de cūctis p̄plis
in quos te ante dispsit. Si ad cardines celi
fueris dissipatus inde te retrahet dn̄s deus
tuus: et assumet atq; introducet in terram
quā possederūt patres tui et obtinebis eā:
et bn̄dicēs tibi maioris numeri te esse faci=
et q̄ fuerūt patres tui. Circūcidet dominus
deus tuus cor tuū et cor seminis tui: ut dili=
gas dominū deū tuū ex toto corde tuo et in
tota anima tua: ut possis viuere. Omēs aūt
maledictōnes has cōuertet sup inimicos
tuos: et eos qui oderūt te et psequūtur. Tu
aūt reuerteris et audies vocē dn̄i dei tui fa=
ciesq; vniūsa mandata que ego p̄cipio tibi
hodie: et abundare te faciet dn̄s deus tuus
in cūctis opib; manuū tuarū in sobole ute=
ri tui et in fructu iumētorū tuorū: in ubertate
terre tue et in rerū omniū largitate. Reuerte=
tur enim dn̄s ut gaudeat sup te in omnib;
bonis sicut gauisus est in prib; tuis: si tamē
audieris vocem dn̄i dei tui et custodieris p̄=
cepta eius et cerimonias q̄ in hac lege cō=
scripta sūt: et reūtaris ad dn̄m deū tuū in to
to corde tuo et in tota anima tua. Mandatū
hoc quod ego p̄cipio tibi hodie non supra
te est neq; pcul positum: nec in celo situm: ut
possis dicere quis nostrū valet ad celū ascē
dere ut deferat illud ad nos ut audiamus
atq; ope cōpleamus: neq; trans mare po=
sitū ut causeris et dicas quis e nobis poterit
mare transfretare et illud ad nos usq; defer=
re ut possimus audire et facere qd̄ p̄ceptum
est: sed iuxta te est sermo valde in ore tuo et
in corde tuo ut facias illū. Considera q̄ ho
die p̄posuerim in conspectu tuo vitā et bonū
et ecōtrario mortē et maluz: ut diligas dn̄m
deū tuū et ambules in vijs eius et custodias
mandata illius et cerimonias atq; iudicia
et viuas: atq; multiplicet te bn̄dicatq; tibi
in terra ad quā ingredieris possidendam.
Si aūt auersū fuerit cor tuū et audire nolu=
eris atq; errore deceptus adoraueris deos
alienos et seruieris eis: p̄dico tibi hodie q̄
pereas: et paruo tēpore moreris in terra ad
quā iordane transmisso ingredieris possi=
dendam. Testes inuoco hodie celū et terrā
q̄ p̄posuerim vobis vitā et bonū: bn̄dictōnē
et maledictōem. Elige ergo vitam ut et tu
viuas et semē tuū: et diligas dn̄m deum tuū
atq; obedias voci eius: et illi adhereas. Ipe
est enī vita tua et longitudo dierū tuorū: ut
habites in terra pro qua iurauit dn̄s prib;
tuis abrahā ysaac et iacob ut daret eā illis.

XXXI

Abijt quoq; moyses et
locutus ē omnia verba hec ad vniūsu;
israhel: et dixit ad eos. Centū viginti anno=
rum sū hodie: non possum ultra egredi et in=
gredi: presertim cū et dn̄s dixerit michi nō
transibis iordanen istū. Dominus ergo de9
tuus trāsibit ante te. Ipe delebit oēs gētes
has in conspectu tuo: et possedebis eas. Et
iosue iste transibit ante te: sicut locutus est
dominus. Facietq; dn̄s eis sicut fecit seon et
og regib; amorreorū et terre eorū: delebitq;
eos. Cum ergo et hos tradiderit vobis si=
militer: facietis eis sicut p̄cepi vobis. Viri=
liter agite: et cōfortamini. Nolite timere:
ne paueatis ad conspectū eorū: q̄ dn̄s deus
tuus ipse est ductor tuus: et nō dimittet nec
derelinquet te. Vocauitq; moyses iosue: et
dixit ei coram omī israhel. Confortare: et e=
sto robustus. Tu enim introduces populū
istū in terrā quā daturū se prib; eorū iura=
uit dn̄s: et tu eā diuides sorte. Et dn̄s q̄ du=
ctor est vr̄ ipse erit tecū: non dimittet nec de=
relinquet te. Noli timere nec paueas. Scri=
psit itaq; moyses legem hāc et tradidit eā
sacerdotib; filijs leui qui portabāt archam
federis dn̄i: et cūctis senioribus israhel. Pre=
cepitq; eis dicēs. Post septē annos remis=
sionis in solemnitate tabernaculorū conue=
nientib; cūctis ex israhel ut appareāt in cō=
spectu dn̄i dei tui in loco quem elegerit dn̄s.
leges verba legis huius coram omī israhel:
audientib; eis et in vnū omni p̄plo cōgrega=
to. tam viris q̄ mulierib; paruulis et adue
nis qui sūt intra portas tuas: ut audientes
discant et timeāt dn̄m deū vr̄m: et custodiāt
impleantq; omēs s̄mones legis huius. Fi=
lij quoq; eorū qui nunc ignorant: ut audire
possint et timeant dn̄m deū suū cunctis dieb;
quib; versantur i terra: ad quā vos iordane
trāsmisso p̄gitis obtinendā. Et ait dn̄s ad
moysen. Ecce p̄pe sunt dies mortis tue. Vo
ca iosue: et state in tabernaculo testimonij

ut ꝑcipiam ei. Abierūt ergo moyses ⁊ iosue
et steterūt in tabnaculo testimonij: apparu-
itq3 dn̄s ibi in colūna nubis que stetit in in-
troitu tabernaculi: dixitq3 dn̄s ad moysen.
Ecce tu dormies cū prib3 tuis: et pp̄ls iste cō-
surgēs fornicabit᷑ post deos alienos ī terra
ad quā ingrediet᷑ ut habitet in ea: ibi dere-
linquet me et irritū faciet fedus qd̄ pepigi
cū eo. Et irascetur furor meus ɔtra eū in die
illo: et derelinquā eum ⁊ abscondam faciem
meā ab eo: et erit in deuoracōem. Inuenient
eum om̄ia mala ⁊ afflictōnes: ita ut dicat in
illa die. Vere q2 non est deus mecū: inuene-
rūt me hec mala. Ego aūt abscondam ⁊ ce-
labo faciē meā in die illo ꝓpter omnia mala
que fecit: q2 secutus est deos alienos. Nunc
itaq3 scribite vobis canticū istud ⁊ docete fi-
lios israhel ut memoriter teneant ⁊ ore decā-
tent: et sit michi carmen istud ꝑ testimonio
inter filios israhel. Introducā enim eum in
terrā ꝓ qua iuraui patrib3 eius lacte ⁊ mel-
le manantem. Cumq3 comederint ⁊ saturati
crassiq3 fuerit auertētur ad deos alienos ⁊
seruiēt eis: detrahentq3 michi ⁊ irritū facient
pactū meū. Postq̄ƺ inuenerit eū mala mul-
ta ⁊ afflictōnes: respondebit ei canticū istud
pro testimonio: qd̄ nulla delebit obliuio ex
ore seminis tui. Scio eni cogitacōes eius:
que facturus sit hodie anteq̄ƺ introducam
eū in terrā quā ei pollicitus sū. Scripsit ergo
moyses cāticū: et docuit filios israhel. Prece-
pitq3 dn̄s iosue filio nun: et ait. Confortare:
et esto robustus. Tu eni introduces filios
israhel in terrā quā pollicitus sū: et ego ero
tecū. Postq̄ƺ ergo scripsit moyses verba le-
gis huius in volumine atq3 ɔpleuit: ꝑcepit
leuitis qui portabāt archam federis domi-
ni dicens. Tollite librū istum ⁊ ponite eū in
latere arche federis dn̄i dei vestri: ut sit ibi
ɔtra te in testimoniū. Ego eni scio contenti-
onem tuā: et ceruicē tuā durissimā. Adhuc
viuēte me et ingrediēte vobiscū semꝑ con-
tēciose egistis contra dn̄m: quāto magis cū
mortuus fuero? Congregate ad me om̄es
maiores natu ꝑ trib3 vr̄as atq3 doctores:
et loquar audiētib3 eis sermones istos: et
inuocabo cōtra eos celū ⁊ terrā. Noui eni q2
post mortē meā inique agetis: et declinabitis

cito de via quam precepi vobis: et occurrēt
vobis mala in extremo tempore quando
feceritis malum in conspectu dn̄i ut irritetis
eū ꝑ opera manuū vr̄arū. Locutus est ergo
moyses audiēte vniuerso cetu israhel verba
carminis huius: et ad finē usq3 compleuit.

XXXII

Audite celi que loquor:
audiat terra verba oris mei. Concre-
scat ī pluuiā doctrina mea: fluat ut ros elo-
quiū meū. Quasi ymber sup herbam ⁊ quasi
stille sup gramina: q2 nomē domini inuoca-
bo. Date magnificentiam deo nr̄o: dei ꝑfecta
sunt opera: et omnes vie eius iudicia. Deus
fidelis ⁊ absq3 ulla iniq̄tate: iustus ⁊ rectus.
Peccauerūt ei: non filij eius in sordib3. Ge-
neracō praua atq3 ꝑuersa: heccine reddis
dn̄o pp̄le stulte ⁊ insipiens? Nūquid nō ipe
est pater tuus qui possedit te. et fecit ⁊ crea-
uit te? Memento dierū antiquorū: cogita
generacōes singulas. Interroga patrem
tuū ⁊ annūciabit tibi: maiores tuos ⁊ dicent
tibi. Quādo diuidebat altissimus gentes:
quando separabat filios adam: constituit
terminos pp̄lorū iuxta numerū filiorū isrl̄.
Pars autē dn̄i populus eius: iacob funicu-
lus hereditatis eius. Inuenit eū in terra de-
serta: in loco horroris ⁊ vaste solitudinis.
Circūduxit eum ⁊ docuit: et custodiuit quasi
pupillam oculi sui. Sicut aquila ꝓuocans
ad volandū pullos suos: et super eos voli-
tans. Expandit alas suas ⁊ assumpsit eum:
atq3 portauit in humeris suis. Dominus so-
lus dux eius fuit: et nō erat cū eo deus alie-
nus. Constituit eū super excelsam terram: ut
comederet fructus agrorum. Ut sugeret
mel de petra: oleūq3 de saxo durissimo. Buti-
rū de armēto ⁊ lac de ouib3: cū adipe agno-
rū ⁊ arietū filiorū basan. Et hircos cū medul-
la tritici: et sanguinē vue biberēt meracissi-
mū. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit:
incrassatus impinguatus dilatatus. Dere-
liquit deū factorē suū: et recessit a deo salu-
tari suo. Prouocauerūt eū in dijs alienis: et
in abominacōnib3 ad iracūdiā ɔcitauerūt. Im-
molauerūt demonijs et non deo: dijs quos
ignorabant. Noui recētesq3 venerūt: quos
non coluerūt patres eorū. Deum qui te ge-
nuit dereliquisti: et oblitus es dn̄i creatoris

tui. Vidit dñs et ad iracũdiam cõcitatus ē: qꝛ ꝓuocauerũt eũ filij sui et filie. Et ait abscõ-dam faciẽ meam ab eis: et considerabo no-uissima eorũ. Generatio enim peruersa est: et infideles filij. Ipsi me ꝓuocauerũt in eo qui non erat deus: et irritauerũt in vanitatibus suis. Et ego ꝓuocabo eos in eo qui non est ꝑplus: et in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo: et ardebit usq; ad inferni nouissima. Deuorabitq; terrã cũ germine suo: et montiũ fundamẽta comburet. Congregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis. Cõsumentur fame: et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dẽtes bestiarũ immittã in eos: cũ furore tra-hentiũ sup terrã atq; serpentiũ. Foris vasta-bit eos gladius et intus pauor: iuuenẽ simul ac virginẽ lactentẽ cum homine sene. Et di-xi. Vbinam sũt? Cessare faciã ex hominibꝰ memoriã eorũ. Sed ꝓpter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorũ. Et dicerent manus nostra excelsa: et non dñs fecit hec omnia. Gens absq; consilio est et sine prudentia: utinã saperent et intelligerẽt: ac nouissima ꝓuiderẽt. Quõ ꝑsequebatur vnus mille: et duo fugarẽt decẽ milia? Nõ-ne ideo quia deus suus vendidit eos: et dñs conclusit illos? Nõ enim est deus noster ut deus eorũ: et inimici nostri sunt iudices. De vinea zodomorũ vinea eorũ et de suburba-nis gomorre. Vua eorũ vua fellis: et botri amarissimi. Fel draconũ vinũ eorũ: et vene-nũ aspidũ insanabile. Nõne hec cõdita sunt apud me. et signata ĩ thesauris meis? Mea est ultio et ego retribuam eis in tempore: ut labatur pes eorũ. Iuxta est dies ꝑdicõnis: et adesse festinant tempora. Iudicabit dñs ꝑpl'm suũ: et ĩ seruis suis miserebitur. Videbit qꝫ infirmata sit manus: et clausi q̃q; defecerũt: residuiq; consumpti sũt. Et dicẽt. Vbi sunt dij eorũ: in quibꝰ habebãt fiduciã? De quo-rũ victimis comedebãt adipes: et bibebant vinũ libaminũ. Surgãt et opitulẽtur vobis: et in necessitate vos ꝓtegãt. Videte qꝫ ego sim solus: et non sit alius deus preter me. Ego occidam et ego viuere faciam: percuti-am. et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celum manũ meam. et dicam viuo ego in eternum. Si acuero ut fulgur gladiũ meũ: et arripuerit iudiciũ manus mea. Reddã ultionẽ hosti-bus meis: et hijs qui oderũt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine: et gla-dius meus deuorabit carnes. De cruore oc-cisorũ: et de captiuitate nudati inimicorũ ca-pitis. Laudate gentes ꝑpl'm eius: qꝛ sangui-nem seruorũ suorũ ulciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorũ: et ꝓpicius erit terre populi sui. Venit ergo moyses et locutus ē oĩa verba cantici huius in auribꝰ populi: ipe et iosue filius nun. Compleuitq; omnes ꝰmones istos. loquẽs ad vniuersũ israhel: et dixit ad eos. Ponite corda vestra in oĩa verba mea. que ego testificor vobis hodie: ut mandetis ea filijs vestris custodire et fa-cere et implere vniũsa que scripta sũt in vo-lumine legis huius: qꝛ non in cassum prece-pta sũt vobis: sed ut singuli in eis viuerẽt: que facientes longo tempore ꝑseueretis in terra ad quã iordane transmisso ingredimi-ni possidendam. Locutusq; est dominus ad moysen in eadẽ die dicẽs. Ascende in mõ-tem istũ abarim id est transitũ. in montẽ ne-bo qui est in terra moab contra iherico: et vide terrã chanaan quã ego tradam filijs israhel obtinendã: et morere in monte. Quẽ conscendẽs iũgeris populis tuis. sicut mor-tuus est aaron frater tuus in monte hor et appositus populis suis: qꝛ preuaricati estis contra me in medio filiorũ israhel ad aquas contradictionis in cades deserti syn: et non sanctificastis me inter filios israhel. Ecõtra videbis eã: et non ingredieris in eam: quã ego dabo filijs israhel.

XXXIII

Hec est bñdictio quã bñdixit moyses homo dei filios israhel ante mortẽ suã. Et ait. Dominus de syna venit: et de seyr ortus est nobis. Apparuit de monte pharan: et cũ eo sanctorũ milia. In dextra eius ignea lex: dilexit populus. Oĩes sancti in manu illiꝰ sũt: et qui appropinquant pedibus eius. ac-cipient de doctrina illius. Legem precepit nobis moyses: hereditatẽ multitudinis ia-cob. Erit apud rectissimũ rex: congregatis principibꝰ populi cũ tribubꝰ israhel. Viuat ruben et nõ moriatur: et sit paruus ĩ numero.

Hec ē iude benedictō. Audi dn̄e vocē iu-
de: et ad pp̄lm suū introduc eū. Manus eius
pugnabūt ꝓ eo: et adiutor illius ↄtra adū-
sarios eius erit. Leui qꝫ ait. Perfectio tua
et doctrina tua a viro sancto tuo quē pro-
basti in temptacōne: et iudicasti ad aquas
cōtradictōis. Qui dixit patri suo ⁊ matri
sue nescio vos: et fratribꝫ suis ignoro illos:
et nescierūt filios suos. Hij custodierūt eloq̄-
um tuū. et pactū tuū seruauerūt: iudicia tua
o iacob: et legē tuā o israhel. Ponēt thimia-
ma ī furore tuo: et olocausta sup altare tuū.
Benedic dn̄e fortitudini eius: et opera ma-
nuū illius suscipe. Percute dorsa inimicorū
eius: et qui oderūt eum non consurgant. Et
beniamin ait. Amantissimus dn̄i habitabit
confidēter: in eo quasi in thalamo tota die
morabit᷑: et inter humeros illius requiescet.
Joseph quoqꝫ ait. De bn̄dictōne dn̄i terra
eius: de pomis celi et rore atqꝫ abisso subia-
cente. De pomis fructuum solis ac lune: de
vertice antiquoꝝ montiū: de pomis collium
eternoꝝ: et de frugibꝫ terre et de plenitu-
dine eius. Bn̄dictio illius q̄ apparuit in ru-
bo veniat super caput ioseph: et sup verticē
nazarei inter fratres suos. Quasi p̄mogeni-
ti tauri pulcritudo eius: cornua rinocero-
tis cornua illius. In ip̄is ventilabit gentes
usqꝫ ad terminos terre. Hee sūt multitudi-
nes ephraim: et hec milia manasse. Et zabu
lon ait. Letare zabulon in exitu tuo: et ysa-
char in tabernaculis tuis. populos vocabūt
ad montem: ibi immolabūt victimas iusti-
cie. Qui inundationem maris quasi lac su-
gent: et thesauros abscōditos arenarū. Et
gad ait. Bn̄dictus in latitudine gad. Qua-
si leo requieuit: cepitqꝫ brachiū ⁊ verticem.
Et vidit principatū suū q̄ in parte sua do-
ctor esset repositus: qui fuit cum principibꝫ
populi ⁊ fecit iusticias domini: et iudiciū su-
um cum israhel. Dan quoqꝫ ait. Dan catulus
leonis: fluet largiter de basan. Et neptali
dixit. Neptalim abundantia perfruetur: et
plenus erit benedictionibꝫ domini. Mare
et meridiem possidebit. Aser quoqꝫ ait. Be-
nedictus in filijs aser. Sit placēs fratribꝫ
suis: et intinguat in oleo pedem suum. Fer-
rum et es calciamentum eius. Sicut dies

iuuentutis tue: ita et senectus tua. Non
est alius ut deus rectissimus. Ascensor celi
auxiliator tuus. Magnificentia eius discur
rūt nubes: habitaculū eius sursū: et subter
brachia sempiterna. Eiciet a facie tua inimi
cū: dicetqꝫ conterere. Habitabit isrl̄ ↄfidē-
ter ⁊ solus. Oculus iacob in terra frumenti
et vini: celiqꝫ caligabūt rore. Beatus tu isrl̄.
Quis similis tui. popule q̄ saluaris in dn̄o?
Scutū auxilij tui: et gladius glorie tue. Ne-
gabūt te inimici tui: et tu eoꝝ colla calcabis.

XXXIIII

Ascendit ergo moy-
ses de campestribꝫ moab super montē
nebo in verticē phasga cōtra iericho: osten-
ditqꝫ ei dn̄s oēm terrā galaad usqꝫ dan. et
vniuersum neptalim terramqꝫ ephraim et
manasse ⁊ omnem terram usqꝫ ad mare no-
uissimū. et australem partem ⁊ latitudinem
campi iericho ciuitatis palmarū usqꝫ segor.
Dixitqꝫ dominus ad eum. Hec est terra ꝓ
quā iuraui abraham ysaac ⁊ iacob dicens.
Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis
tuis: et non transibis ad illam. Mortuusqꝫ
est ibi moyses seruus domini ī terra moab
iubente domino: et sepeliuit eū in valle terre
moab contra phogor: et nō ↄgnouit homo
sepulcrū eius usqꝫ in presentē diem. Moy-
ses centū et viginti annoꝝ erat qn̄ mortuus
est. Non caligauit oculus eius: nec dentes
illius moti sūt. Fleueruntqꝫ eū filij israhel in
campestribꝫ moab triginta diebus: et com-
pleti sunt dies planctus lugentiū moysen.
Josue vero filius nun repletus est spiritu sa-
piētie: q̄ moyses posuit super eum manus
suas. Et obedierūt ei filij israhel: feceruntqꝫ
sicut precepit dominus moysi. Et non surre-
xit ꝓpheta ultra in israhel sicut moyses quē
nosset dominus facie ad faciem in omnibꝫ
signis atqꝫ portentis que per eum misit ut
faceret in terra egipti pharaoni et omibus
suis eius vniuseqꝫ terre illius: et cūctā ma-
nū robustā magnaqꝫ mirabilia q̄ fecit moy-
ses corā vniuso isrl̄. Explicit deuteronomiu

Incipit plogus beati Jeronimi presbiteri in librũ iosue.

TAndẽ finito pentatheuco moysi velut grã-
di fenore liberati ad ihesum fi-
lium naue manum mittimus
quẽ hebrei iosue bẽnun id est
iosue filiũ nun vocant: et ad iudicum libruз
quẽ sopthim appellant: ad ruth q3 et hester
quos iisdẽ nominibꝫ efferũt. Monemusq3
lectorẽ ut siluã hebraicoꝝ nominũ. et distin-
ctiones ꝑ membra diuisas diligẽs scriptu-
ra cõseruet: ne ⁊ noster labor et illius studiũ
pereat. Et ut in pͥmis qͦ sepe testatus sum
sciat me non in repͤhensionẽ veterũ noua cu-
dere sicut amici mei criminãtur: sed pro vili
porcõne offerre lingue mee hominibꝫ quos
tamẽ nostra delectant: ut pro grecorũ exã-
plos que ⁊ sumptu ⁊ labore maximo indi-
gent. editionẽ nostrã habeant. Et sicubi in
antiquorum voluminũ lectõne dubitarint:
hec illis conferentes inueniãt qͦ requirunt.
Maxime cũ apud latinos tot sint exempla-
ria quot codices: et vnusquisq3 ꝓ arbitrio
suo vel addiderit vel subtraxerit qͦ ei visuз
est: et utiq3 non possit verũ esse quod disso-
nat. Vnde cesset arcuato vulnere ꝯtra nos
insurgẽs scorpius. et sanctũ opus venenata
carpe lingua desistat: vel suscipiẽs si placet
vel ꝯtemnẽs si displicet: memineritq3 illorũ
versuũ. Os tuũ abũdauit malicia: et lingua
tua ꝯcinnabat dolos. Sedẽs adũsus frẽm
tuũ loquebaris: et aduersus filiuз mr̃is tue
ponebas scandalũ: hec fecisti ⁊ tacui. Existi-
masti inique ꝙ ero tui similis: arguam te et
statuã illa ꝯtra faciẽ tuam. Que enim audi-
entis vel legentis utilitas ẽ nos laborando
sudare. et alios detrahendo laborare: dole-
re iudeos ꝙ calũniandi eis et irridendi cri-
stianos sit ablata occasio: et ecclesie homi-
nes id despicere ymmo lacerare vnde adũ-
sarii torqueãtur? Quod si vetus eis tantum
interp̃tacõ placet. que ⁊ michi nõ displicet
et nichil extra recipiendũ putãt: cur ea que
sub asteriscis ⁊ obelis vel addita sũt vel am-
putata legũt ⁊ negligũt? Quare danielem
iuxta theodotionis translacõem ecclesie su-
sceperunt? Cur origenem mirãtur ⁊ eusebiũ
pãphili: cũctas edicões similiter differẽtes?
Aut que fuit stulticia: postq̃ vera dixerint
ꝓferre que falsa sũt? Vnde aũt in nouo te-
stamẽto ꝓbare poterũt assumpta testimo-
nia: que in libris veteribus non habentur?
Hec dicimus: ne omnino calũniantibꝫ tacere
videamur. Ceterũ post sancte paule dormi-
tionẽ cuius vita virtutis exempluз ẽ. et hos
libros quos eustochio virgini xp̃i ñegare
nõ potui. decreuimus dũ spiritus hos regit
artus ꝓphetarum explanacõni incumbere. et
omissum iam diu opus quodã postliminio
repetere: presertiз cũ ⁊ ammirabilis sanctus-
q3 vir pammachius hoc idem litteris flagi
tet: et nos ad patriaз festinãtes. mortiferos
syrenarũ cãtus surda debeamus aure trãsire.

Expl̃. ꝓlog. Incip. liber iosue.

ET factũ ẽ post morteз moysi serui
domini. ut loqueretur
dominus ad iosue filiuз
nun ministruз moysi: et
diceret ei. Moyses ser-
uus meus mortuus est. Surge et transi ior-
danen istuз tu et omnis populus tecũ: in ter-
ram quã ego dabo filiis israhel. Omnẽ locuз
quẽ calcauerit vestigiũ pedis vr̃i vobis tra-
dam: sic locutus sũ moysi. A deserto ⁊ libano
usq3 ad fluuiũ magnũ eufraten: omis terra
etheoꝝ usq3 ad mare magnũ ꝯtra solis oc-
casum erit terminus vester. Nullus poterit
vobis resistere cũctis diebꝫ vite tue. Sicut
fui cũ moyse ero ⁊ tecũ: non dimittaз nec de-
relinquam te. Confortare et esto robustus.
Tu enĩ sorte diuides populo huic terram:
pro qua iuraui patribꝫ tuis ut traderẽ eam
illis. Confortare igitur ⁊ esto robustus val
de: ut custodias et facias omnẽ legem quã
p̃cepit tibi moyses seruus meus. Ne declines
ab ea ad dextrã vel ad sinistrã: ut intelligas
cuncta que agis. Nõ recedat volumẽ le-
gis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo
diebus ac noctibus: ut custodias ⁊ facias
omĩa que scripta sũt in eo. Tũc diriges vi-
am tuã: et intelliges eam. Ecce p̃cipio tibi:
confortare ⁊ esto robustus. Noli metuere
et noli timere: qm̃ tecũ est dñs deus tuus in
omibꝫ ad quecũq3 perrexeris. Precepitq3 io-
sue principibꝫ populi dicens. Transite per

mediū castroꝝ: et imperate poplo ⁊ dicite. Preparate vobꝭ cibaria: qm̄ post diē terciū trāsibitis iordanen: et intrabitis ad possidē dam terraȝ quā dn̄s deus noster daturus ē nobis. Rubenitis q̄ȝ ⁊ gadditis et dimidie tribui manasse ait. Memētote ſmonis quē p̄cepit vobis moyses famulus dn̄i dicens. Dominus deus vester dedit vobis requiē et omnē terrā. Vxores vr̄e ⁊ filij ac iumēta manebūt in terra: quā tradidit vobis moyses trans iordanen. Vos aūt transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu et pugnate ꝓ eis donec det requiē dn̄s fratribus vestris sicut ⁊ vobis dedit: et possideāt ipi q̄ȝ terrā quā dn̄s deus vester daturus est eis: et sic reūtimini in terraȝ possessionis vr̄e et habitabitis ī ea quā vobis dedit moyses famulus dn̄i trās iordanen ꝯtra solis ortuȝ. Responderūtq̄ȝ ad iosue: atq̄ȝ dixerūt. Oīa que p̄cepisti nobis faciemus: et quocunq̄ȝ miseris ibimus. Sicut obediuimus in cūctis moysi ita obediemus ⁊ tibi: tantum sit dn̄s deus tecū sicut fuit cū moyse. Qui contradixerit ori tuo et nō obedierit cūctis ſmonibꝫ quos preceperis ei: moriatur. Tu tantum confortare: et viriliter age. II

Misit igitur iosue filius nun de sethim duos viros exploratores abscondite: et dixit eis. Ite ⁊ ꝯsiderate terrā: urbemq̄ȝ iherichꝰ. Qui pergentes ingressi sūt domū mulieris meretricis nomīe raab: et quieuerūt apud eam. Nūciatūq̄ȝ est regi iericho. et dictū. Ecce viri ingressi sūt huc ꝑ noctē de filijs israhel: ut explorarēt terrā. Misitq̄ȝ rex iherichꝰ ad raab meretricē dicēs. Educ viros qui venerūt ad te: et ingressi sūt domum tuā. Exploratores quippe sūt: et omnē terrā considerare venerūt. Tollensq̄ȝ mulier viros abscondit. et ait. Fateor venerūt ad me: sed nesciebaȝ vnde essent. Cūq̄ȝ porta clauderetur in tenebris: et illi pariter exierūt: nescio quo abierūt. Persequimini cito: et compꝛehēdetis eos. Ipa aūt fecit ascendē viros in solariū domus sue: operuitq̄ȝ eos stipula lini que ibi erat. Hij aūt qui missi fuerant secuti sunt eos ꝑ viam que ducit ad vadū iordanis: illisq̄ȝ egressis statī porta clausa ē. Nec dū obdormierant q̄ latebant: et ecce mulier ascendit ad eos ⁊ ait. Noui q̄ dn̄s tradiderit vobis terraȝ. Etenim irruit in nos terror vester: et elanguerunt omnes habitatores terre. Audiuimus q̄ siccauerit dn̄s aquas maris rubri ad vr̄m introituȝ quādo egressi estis ex egipto: et que feceritis duobꝫ amorreoꝝ regibus qui erāt trās iordanen seon et og quos interfecistis. Et hec audientes ꝑtimuimus ⁊ elanguit cor nostrū: nec remāsit in nobis spiritus ad introitū vestrū. Dn̄s enim deus vester ipse est deus in celo sursuȝ: et in terra deorsū. Nūc ergo iurate michi per dn̄m ut quō ego misericordiā feci vobiscuȝ ita ⁊ vos faciatis cū domo patris mei: detisq̄ȝ michi verū signū ut saluetis patrē meū et matrem. fratres ac sorores meas. et omnia que illoꝝ sūt: et eruatis animas nostras a morte. Qui responderunt ei. Anima nostra sit ꝓ vobis in mortē si tamen non ꝓdideris nos. Cunq̄ȝ tradiderit nobis dn̄s terram: faciemus in te misericordiā ⁊ veritatē. Demisit ergo eos ꝑ funem de fenestra. Domus enim eius herebat muro. Dixitq̄ȝ ad eos. Ad montana conscendite ne forte occurrāt vobis reūtentes: ibiq̄ȝ latitate tribꝫ diebꝫ donec redeant: et sic ibitis ꝑ viam vestram. Qui dixerūt ad eam. Innoxij erimus a iuramēto hoc quo adiurasti nos si ingredientibꝫ nobis terrā signū fuerit funiculus iste coccineus ⁊ ligaueris eū in fenestra ꝑ quā dimisisti nos: et patrē tuuȝ ac matrē fratresq̄ȝ et omnē cognacōem tuam congregaueris in domū tuam. Qui hostiū domus tue egressus fuerit: reus sibi erit. Sanguis ipsius erit ī caput eius: et nos erimus alieni. Cūctoꝝ aūt sanguis qui tecū in domo fuerint redūdabit in caput nostrū: si eos aliquis tetigerit. Quod si nos ꝓdere volueris ⁊ ſmoneȝ istū ꝓferre in mediuȝ: erimus mūdi ab hoc iuramēto quo adiurasti nos. Et illa respondit. Sicut locuti estis ita fiat. Dimittensq̄ȝ eos ut ꝑgerēt: appendit funiculū coccineuȝ in fenestra. Illi vero ambulantes ꝑuenerūt ad mōtana: et manserūt ibi tres dies donec reuerterētur q̄ fuerāt ꝑsecuti. Querētes eñ per omnē viam nō repererūt eos. Quibus urbem ingressis. reuersi sūt ⁊ descēderūt exploratores de monte: et transmisso iordane

venerūt ad iosue filiū nun: narrauerūtqꝫ ei
omnia que acciderāt sibi. atqꝫ dixerūt. Tra
didit dn̄s omnē terraȝ hāc in manus nr̄as:
et timore ꝓstrati sūt cūcti habitatores eius.

III

Igitur iosue de nocte consurgēs
mouit castra: ēgredientesqꝫ de sethim vene
rūt ad iordanen ipse et omnes filij israhel: et
morati sūt ibi per tres dies. Quibꝫ euolutis
transierūt precones per castrorū mediuȝ: et
clamare ceperūt. Quādo videritis archā
federis domini dei vestri et sacerdotes stir-
pis leuitice portantes eam vos quoqꝫ cōsurgi-
te et sequimini precedentes: sitqꝫ inter vos
et archaȝ spaciū cubitorū duū miliū ut ꝓcul
videre possitis et nosse per quā viam ingre-
diamini quia prius non ambulastis per eam:
et cauete ne appropinquetis ad archam. Di-
xitqꝫ iosue ad poplm̄. Sanctificamini: cras
enim faciet dn̄s inter vos mirabilia. Et ait
ad sacerdotes. Tollite archam federis: et
precedite populū. Qui iussa complētes tu-
lerūt: et ambulauerūt ante eos. Dixitqꝫ dn̄s
ad iosue. Hodie incipiam exaltare te coraȝ
omni israhel: ut sciant quod sicut cū moyse fui.
ita et tecū sim. Tu autē precipe sacerdotibꝫ
qui portant archam federis: et dic eis. Cum
ingressi fueritis partē aque iordanis: state
in ea. Dixitqꝫ iosue ad filios israhel. Accedi
te huc: et audite verbuȝ domini dei vestri. Et
rursū in hoc inquit scietis quod dn̄s deus viuēs
in medio vestri est: et disperdet in conspectu
vestro chananeū et etheū eueū et phereȝeum
gergeȝeū quoqꝫ et iebuȝeū et amorreū. Ecce
archa federis domini oīs terre antecedet
vos per iordanen. Parate duodecim viros
de duodecim tribubꝫ israhel: singulos p sin-
gulas tribꝫ. Et cū posuerint vestigia peduȝ
suorū sacerdotes qui portant archam fede-
ris dn̄i dei vniuūse terre in aquis iordanis. a-
que inferiores sunt decurrēt atqꝫ deficient:
que aūt desup veniūt in vna mole consistēt.
Igitur egressus ē ꝑplus de tabernaclis suis
ut transiret iordanen: et sacerdotes qui por-
tabant archam federis pergebant ante eū.
Ingressisqꝫ eis iordanen et pedibus eorū in
parte aque tinctis: iordanis autē ripas al
uei sui tp̄e messis impleuerat: steterūt aque
descendētes in loco vno: et ad instar montis
intumescentes apparebant ꝓcul ab urbe que
vocatur edom usqꝫ ad locum sarthan: que
autē inferiores erāt in mare solitudinis qd
nūc vocatur mortuū descenderūt usquequo
omnino deficerēt. Populus autē incedebat
contra iordanen et sacerdotes qui portabāt
archam federis dn̄i stabāt sup siccaȝ humū
in medio iordanis accincti: omnisqꝫ ꝑplus
per arentē alueum transibat.

IIII

Quibꝫ transgressis: dixit dominus ad
iosue. Elige duodeciȝ viros singulos
per singulas tribus: et precipe eis ut tollāt
de medio iordanis alueo ubi steterūt pedes
sacerdotū duodecim durissimos lapides:
quos ponetis in loco castrorū ubi fixeritis hac
nocte tentoria. Vocauitqꝫ iosue duodeciȝ
viros quos elegerat de filijs israhel singu-
los de singulis tribubus: et ait ad eos. Ite
ante archam dn̄i dei vestri ad iordanis me-
diū: et portate inde singuli singlos lapides
in humeris vestris iuxta numerū filiorū isrl':
ut sit signū inter vos. Et qn̄ interrogauerint
vos filij vestri cras dicētes quid sibi volunt
isti lapides: respondebitis eis. Defecerunt
aque iordanis ante archam federis domini
cū transiret eū: idcirco positi sūt lapides isti
in monimentū filiorū israhel usqꝫ in eternuȝ.
Fecerūt ergo filij israhel sicut p̄cepit eis io-
sue portātes de medio iordanis alueo duo
decim lapides ut dn̄s ei imperarat iuxta nu-
merū filiorū isrl' vsqꝫ in locum in quo castra-
metati sūt: ibiqꝫ posuerūt eos. Alios quoqꝫ
duodecī lapides posuit iosue in medio ior-
danis alueo ubi steterūt sacerdotes q̄ por-
tabāt archam federis domini: et sūt ibi usqꝫ
in p̄sentem diē. Sacerdotes aūt qui porta-
bant archam stabāt in iordanis medio do-
nec omia complerētur que iosue ut loque-
retur ad populū preceperat dn̄s: ut dixerat
ei moyses. Festinauitqꝫ ꝑplus et trāsiuit. Cū-
qꝫ transissent omnes transiuit et archa dn̄i:
sacerdotes quoqꝫ pgebāt ante populum.
Filij quoqꝫ ruben et gad et dimidia tribus
manasse precedebāt fratres suos filios isrl'
sicut eis p̄ceperat moyses: et quadraginta
pugnatorū milia per turmas et cuneos ince
debant per plana atqꝫ campestria urbis ihe-
richo. In illo die magnificauit dominus iosue

ones suas· vrbes ⁊ viculi eaꝝ. Tribui fili=
orū dan per familias suas egressa est sors
septima: et fuit terminus possessionis eius
saraa ⁊ hestaol et hair semes· id est ciuitas
solis: selebin ⁊ abialon ⁊ iethela helon ⁊ thē=
na ⁊ achron helchecen iebton ⁊ baalad iud
et bane ⁊ barach ⁊ iethremon atq; ihercon
et arechon· cū termino q̄ respicit ioppen et
ipso fine concludit᷑. Ascenderūtq; filij dan
et pugnauerūt cōtra lesen· ceperūtq; eam·
et pcusserūt eam in ore gladij· et possederūt
et habitauerūt in ea: vocantes nomē eius
lesen dan ex nomine dan patris sui· Hec ē
possessio tribus filioꝝ dan p cognationes
suas: vrbes ⁊ viculi eaꝝ. Cunq; complessēt
sorte terrā diuidē singulis per tribus suas:
dederūt filij isrl̄ possessionē iosue filio nun ī
medio sui iuxta p̄ceptū domini· vrbem quā
postulauit tamnathsara in mōte ephraim.
Et edificauit ciuitatem: habitauitq; in ea.
Hee sunt possessiones quas sorte diuiserūt
eleazar sacerdos et iosue filius nun et prin=
cipes familiaꝝ ac tribuū filioꝝ israhel ī sy=
lo· coram domino ad ostium tabernaculi te=
stimonij: partitiq; sūt terrā. XX

Et locutus ē dn̄s ad iosue dicens. Lo
quere filijs israhel et dic eis. Separate vr=
bes fugitiuorū· de quib; locutus sū ad vos
per manū moysi: ut confugiat ad eas qui=
cunq; animā pcusserit nescius· et possit eua
dere iram p̱ximi· qui vltor est sanguinis· cū
ad vnam harū ɔfugerit ciuitatū: stabitq;
ante portam ciuitatis· et loquet᷑ senioribus
vrbis illius· ea q̄ se comprobēt innocentē:
sicq; suscipient eum· et dabūt ei locū ad ha=
bitandū. Cunq; vltor sanguinis eum fuerit
persecutus nō tradent in manus eius· quia
ignorans pcussit p̱ximū eius: nec ante bi=
duū triduūue eius probatur inimicus. Et
habitabit in ciuitate illa donec stet ante iu=
diciū causam reddens facti sui: et moriatur
sacerdos magnus qui fuerit in illo tēpore.
Tunc reuertet᷑ homicida: et ingrediet᷑ ci=
uitatem et domū suam de qua fugerat. De=
creuerūtq; cedes ī galilea mōtis neptalim·
et sychem in mōte ephraim· et cariatharbe
ipsa est ebron in mōte iuda: et trās iorda=
nen cōtra orientalē plagam iericho statue
runt bosor que sita est in campestri solitudi
ne de tribu ruben· et ramoth galaad de tri=
bu gad· et gaulon ī basan de tribu manas=
se. Hee ciuitates cōstitute sunt cunctis fi=
lijs israhel et aduenis qui habitabāt inter
eos· ut fugeret ad eas q̄ animā nescius pcus
sisset: et nō moreretur in manu p̱ximi· effu=
sum sanguinē vindicaē cupiētis: donec sta
ret ante p̱plm̄ expositurus causam suā. XXI

Accesserūtq; principes familiaꝝ leui
ad eleazarū sacerdotē· et iosue filiū
nun· et ad duces cognationū per singulas
tribus filioꝝ israhel: locutiq; sūt ad eos in
sylo terre canaan atq; dixerūt. Dn̄s p̄cepit
p manū moysi ut darent᷑ nobis vrbes ad
habitandū: et suburbana eaꝝ ad alenda
iumenta. Dederūtq; filij israhel de possessio
nibus suis iux imperiū dn̄i· ciuitates ⁊ sub=
urbana eaꝝ. Egressaq; est sors in familiā
caath filioꝝ aaron sacerdotis de tribu iu=
da· et symeon ⁊ beniamin ciuitates tredecī:
et reliquis filioꝝ caath id est leuitis q̄ sup=
fuerāt· de tribub; ephraim ⁊ dan ⁊ dimidie
trib; manasse ciuitates decem. Porro filijs
gerson egressa est sors ut acciperent de tri
bub; ysachar ⁊ aser ⁊ neptalim· dimidiaq;
tribu manasse in basan: ciuitates numero
tredecī. Et filijs merari p cognationes su=
as de tribub; ruben ⁊ gad ⁊ zabulon vrbes
duodecī. Dederūtq; filij israhel leuitis ciuita=
tes ⁊ suburbana eaꝝ· sicut p̄cepit dn̄s per
manū moysi: singulis sorte tribuētes. De tri
bub; filioꝝ iuda ⁊ symeon dedit iosue ciui
tates quaꝝ ista sūt nomina: filijs aarō per
familias caath leuitice generis· p̄ma enim
sors illis egressa ē: cariatharbe· p̄ris enach
que vocat᷑ ebron in mōte iuda et suburbana
eius p circuitū. Agros vero ⁊ villas eius de
derat caleph filio iephone ad possidendū.
Dedit ergo filijs aaron sacerdotis hebrō
confugij ciuitatē ac suburbana eius· et lob=
nam cū suburbanis suis· et iether et istimō
et helō ⁊ dabir et ain et iethan ⁊ bethsames
cū suburbanis suis ciuitates nouē· de tribu=
bus ut dictū ē duab;. De tribu autē filiorū
beniamin gabaon et gabae et anatoth et

almon· cū suburbanis suis ciuitates quatu
or: omēs simul ciuitates filioꝝ aaron sac-
dotis tredecim cū suburbanis suis. Reliq̄s
vero per familias filiorū caath leuitici ge-
neris hec est data possessio. De tribu ephra
im vrbes ꝯfugij sichem cū suburbanis suis
in mōte ephraim: et gazer et iebsam et be-
thoron cū suburbanis suis ciuitates quatu
or. De tribu quoqꝫ dan helteco ⁊ gabathon
et haialon et gethremmon cū suburbanis
suis ciuitates quatuor. Porro dimidia tri-
bu manasse tanach ⁊ gethremmon cū sub
urbanis suis ciuitates due. Omēs ciuita-
tes decem et suburbana eaꝝ date sūt filijs
caath inferioris gradus. Filijs q̃ꝫ gerson le
uitici generis dedit de dimidia tribu ma-
nasse confugij ciuitates· gaulon ī basan et
bosram cū suburbanis suis ciuitates duas.
Porro de tribu ysachar cesion ⁊ dabreth et
iaramoth ⁊ engannim cū suburbanis suis
ciuitates quatuor. De tribu aūt aser masan
et abdon ⁊ elrath ⁊ roob cū suburbanis su-
is ciuitates quatuor. De tribu q̃ꝫ neptalim
ciuitates ꝯfugij cedes in galilea ⁊ amoth
dor et carthan cū suburbanis suis ciuitates
tres. Omēs vrbes familiarū gerson trede-
cim cū suburbanis suis. Filijs autē merari
leuitis inferioris gradus ꝑ familias suas·
data ē de tribu zabulō iecnal ⁊ carthā ⁊ dā-
na et naalol ciuitates q̄tuor cū suburbanis
suis. De tribu gad ciuitates confugij ra-
moth in galaad· et manaim et esebon ⁊ ia-
zer ciuitates q̄tuor cū suburbanis suis. De tri
bu ruben vltra iordanen cōtra iericho ciui-
tates refugij· bosor in solitudine misor ⁊ ia-
zer ⁊ iethson ⁊ maspha ciuitates q̄tuor cum
suburbanis suis. Omēs vrbes filioꝝ mera-
ri ꝑ familias et cognacōes suas duodecim.
Itaqꝫ ciuitates vniuse leuitarū ī medio pos
sessionis filiorū israhel· fuerūt quadraginta-
octo cū suburbanis suis singule ꝑ familias
distribute. Deditqꝫ dn̄s deus israheli omē
terrā quā traditurū se patribꝰ eoꝝ iuraue
rat: et possederūt illam atqꝫ habitauerūt in
ea. Dataqꝫ ē ab eo pax ī omēs per circuitū
nationes: nullusqꝫ eis hostiū resistē ausus
est: ſꝫ cuncti in eorū ditionē redacti sūt. Ne
vnū quidē verbū qđ illis ꝓstiturum se esse
ꝓmiserat irritū fuit: ſꝫ rebꝰ exp leta sūt oīa.

XXII

Eodem tempore vocauit iosue
rubenitas et gadditas· et dimidiam
tribum manasse: dixitqꝫ ad eos. Fecistis
omia q̄ ꝑcepit vobis moyses famulus dn̄i·
michi quoqꝫ in omībꝰ obedistis· nec reliq̄-
stis fratres v̄ros longo tēpore usqꝫ ī pre-
sentē diē: custodientes imperiū domini dei
vestri. Quia igitur dedit dn̄s deus vester fra
tribus vestris quietem et pacem sicut polli
citus est: reuertimini et ite in tabnacula v̄ra
et in terram possessionis· quā tradidit vob
moyses famulus dn̄i trās iordanē: ita dū
taxat: ut custodiatis attente· et opere ꝯple
atis mandatū et legem quā ꝑcepit vobis
moyses famulus dn̄i: ut diligatis dn̄m deū
vestrū et ambuletis ī omībꝰ vijs eius· et ob
seruetis mandata illius: adhereatisqꝫ ei ac
seruiatis in omni corde ⁊ in omī anima v̄ra.
Benedixitqꝫ eis iosue et dimisit eos. Qui
reuersi sūt in tabnacula sua. Dimidie autē
tribui manasse possessionē moyses dederat
in basan: ⁊ idcirco medie que sup fuit dedit
iosue sortē inter ceteros fratres suos· trās
iordanen ad occidētalē eius plagā. Cūqꝫ
dimitteret eos in tabernacula sua et benedi
xisset eis: dixit ad eos. In multa substātia
atqꝫ diuicijs reuertimini ad sedes vestras:
cū argento et auro ere ac ferro et veste mul
tiplici. Diuidite predam hostiū cū fratribꝰ
vestris. Reuersiqꝫ sūt et abierūt filij ruben et
filij gad· et dimidia tribus manasse a filijs
israhel· de sylo que sita est in chanaan: ut in-
trarent galaad terrā possessionis sue· quā
obtinuerant iuxta imperiū domini in manu
moysi. Cūqꝫ venissent ad tumulos iordanis
in terra chanaan: edificauerūt iuxta iorda-
nen altare infinite magnitudinis. Quod cū
audissent filij israhel· ⁊ ad eos certi nūcij de
tulissent edificasse filios ruben et gad ⁊ di-
midie tribus manasse altare· in terra cha-
naan sup iordanis tumulos ꝯtra filios isrl':
cōuenerūt omnes in sylo· ut ascenderēt et
dimicarent contra eos. Et interim miserūt
ad illos ī terrā galaad phinees filiū elea-
zari sacerdotē: et decem principes cū eo sin
gulos de singulis tribubꝰ. Qui venerūt ad
filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝰ manasse

in terram galaad: dixeru̅tq; ad eos. Hec mandat om̅is ꝑplus dn̅i. Que est ista tra̅sgressio? Cur reliquistis dn̅m deu̅ isr̅l edificantes altare sacrilegu̅. et a cultu illius recedentes? An paru̅ vobis est q̄ peccastis in beelphegor. et usq; in presente̅ die̅ macula huius sceleris in nobis ꝑmanet: multiq; de populo corruerut? Et vos hodie reliquistis dn̅m: et cras in vniuersu̅ israhel ira eius deseuiet. Q̄d si putatis immunda̅ esse terra̅ possessionis vestre. transite ad terra̅ i qua tabnaculu̅ domini est. et habitate inter nos: ta̅tum ut a domino et a nostro ꝯsortio no̅ recedatis. edificato altari p̄ter altare domini dei nostri. Nonne achan filius zare p̄teriit mandatu̅ domini: et sup omne̅ ꝑplm̅ israhel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo: atq; vtina̅ solus ꝑijsset in scelere suo. Rn̅derutq; filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse principib; legationis israhel. Fortissimus deus dn̅s ipse nouit. et israhel simul intelliget: si p̄uaricac̄o̅is animo hoc altare construximus: no̅ custodiat nos ꝫ puniat nos in p̄nti. Et si ea me̅te fecimus ut olocausta ⁊ sacrificiu̅. et pacificas victimas super eo imponeremus. ipe querat ⁊ iudicet: et no̅ ea magis cogitac̄o̅ne atq; tractatu. ut diceremus: cras dice̅t filij vestri filijs nostris. Quid vobis ⁊ dn̅o deo israhel? Terminum posuit dn̅s inter nos ⁊ vos o filij ruben ⁊ filij ga̅d iordanen fluuiu̅: et idcirco parte̅ no̅ habetis in domino: et ꝑ ha̅c occasione̅ auertent filij vestri filios nostros a timore dn̅i. Putauimus itaq; melius ⁊ diximus. Extruamus nobis altare no̅ i olocausta neq; ad victimas offere̅das. sed in testimoniu̅ int̄ nos ⁊ vos. et sobole̅ nostra̅ vestra̅q; proge̅me ut seruiamus dn̅o: et iuris nostri sit offerre ⁊ olocausta ⁊ victimas ⁊ pacificas hostias: ⁊ nequaq̄ dica̅t cras filij vr̅i filijs nostris. no̅ est vobis pars in dn̅o. Q̄d si voluerit dicere: respondebu̅t eis. Ecce altare dn̅i quod fecerut p̄res nostri. non in olocausta neq; in sacrificiu̅: ꝫ in testimoniu̅ nostru̅ ac vestru̅. Absit a nobis hoc scelus ut recedamus a dn̅o ⁊ eius vestigia relinquamus. extructo altari ad olocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offerendas: p̄ter altare domini dei nostri q̄d extructu̅ e̅ ante tabnaculu̅ eius. Quib; auditis phinees sacerdos ⁊ principes legationis israhel qui era̅t cu̅ eo placati su̅t: ⁊ v̄ba filiorum ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse libentissime suscepe̅rt. Dixitq; phinees filius eleazari sac̄dos ad eos. Nu̅c scimus q̄ nobiscu̅ sit dn̅s. q̄m alieni estis a p̄uaricac̄o̅e hac: et liberastis filios israhel de manu̅ domini. Reuersusq; est cu̅ principib; a filijs rube̅ ⁊ gad de terra galaad finiu̅ chanaan ad filios israhel: ⁊ retulit eis. Placuitq; sermo cu̅ctis audie̅tib;. Et laudauerunt deu̅ filij israhel: et nequaq̄ vltra dixerunt ut ascendere̅t ꝯtra eos atq; pugnare̅t. et delere̅t terra̅ possessionis eoru̅. Vocaueru̅tq; filij rube̅ ⁊ filij gad altare̅ q̄d extruxera̅t: testimoniu̅ nr̅m. q̄ dn̅s ipse sit deus.

XXIII

Euoluto aute̅ multo tempore post q̄ pacem dederat dn̅s israheli. subiectis in gyro nationib; vniuersis. et iosue iam lo̅geuo ⁊ ꝑsenilis etatis: vocauit iosue om̅ez israhele̅. maioresq; natu ⁊ principes ac duces et magistros: dixitq; ad eos. Ego senui et ꝓgressioris etatis su̅: vosq; cernitis om̅ia q̄ fecerit dn̅s deus vester cu̅ctis ꝑ circuitu̅ nationib;. quomodo ꝓ vobis ipe pugnauerit. Et nunc q̄ vob̄ sorte diuisit om̅ez terra̅. ab orie̅tali p̄te iordanis usq; ad mare magnu̅. multeq; adhuc supersu̅t nac̄o̅es: dn̅s deus vr̄ disp̄det eas ⁊ auferet a facie vr̄a: et possidebitis terra̅ sicut vobis pollicitus est. Tantu̅ ꝯfortamini ⁊ estote solliciti ut custodiatis cu̅cta q̄ scripta su̅t in volumi̅e legis moysi: et no̅ declinetis ab eis nec ad dextra̅ neq; ad sinistra̅: ne postq̄ intraueritis ad ge̅tes q̄ inter vos future su̅t. iuretis in no̅ie deorum earum ⁊ seruiatis eis ⁊ adoretis illos ꝫ adhereatis dn̅o deo vr̄o: q̄d fecistis usq; in diem ha̅c. Et tu̅c auferet dn̅s deus in ꝯspectu̅ vestro ge̅tes magnas et robustissimas: et nullus vobis resistere poterit. Vnus e vob̄ ꝑsequetur hostiu̅ mille viros: q̄ dn̅s deus vester ꝓ vobis ipse pugnabit sic̄ pollicitus est: hoc tantu̅ dilige̅tissime p̄cauete ut diligatis dn̅m deu̅ vr̄m. Q̄d si volueritis gentiu̅ harum q̄ inter vos habita̅t errorib; adhere̅. et cu̅ eis miscere co̅nubia atq; amicicias copulare̅: iam tu̅c scitote q̄ dn̅s deus vester no̅

eas deleāt ante faciē vestram. Sꝫ sint vobis in
foueam ac laqueū et offendiculū ex latere
vestro. et sudes in oculis vestris: donec vos
auferat atqꝫ disperdat de terra hac optima
quā tradidit vobis. En ego hodie ingre-
diar viā vniūse terre: et toto animo cogno
scetis qꝫ de omībꝰ verbis que se dn̄s pstitu-
rum vobis esse pollicitus est: vnū nō pteri-
erit incassum. Sicut ergo impleuit opere
quod pmisit et pspera cūcta venerīt: sic ad-
ducet super vos quicquid maloꝝ cōmina
tus est. donec vos auferat atqꝫ disperdat de
terra hac optima quā tradidit vobis: eo qꝫ
preterieritis pactū dn̄i dei vestri qđ pepigit
vobiscū. et seruieritis diis alienis et adora
ueritis eos. Cito atqꝫ velociter consurget ī
vos furor domini: et auferemini ab hac ter-
ra optima quā tradidit vobis. XXIIII

Congregauit iosue omnes tribꝰ isrl̄
in sychem. et vocauit maiores natu ac
pn̄cipes et iudices ⁊ magistros. steterūt-
qꝫ in ɔspectu dn̄i: et ad pplm̄ sic locutus est.
Hec dicit dn̄s deus israhel. Trans fluuiū ha
bitauerūt patres vestri ab inicio. thare pa
ter abrahā et nachor: seruierunt qꝫ diis ali-
enis. Tuli ergo patrē vestrū abrahā de me
sopotamie finibus et adduxi eū ī terra cha
naan. multiplicauiqꝫ semē eius ⁊ dedi ei ysa
ac: illiqꝫ rursuꝫ dedi iacob et esau. E quibus
esau dedi montē seir ad possidendū: iacob
vero et filii eius descenderūt in egiptū. Mi-
siqꝫ moysen et aaron. et pcussi egiptū mul-
tis signis atqꝫ portētis: eduxiqꝫ vos et pa-
tres vr̄os de egipto ⁊ venistis ad mare: p-
secutiqꝫ sūt egipcii patres vr̄os cū curribꝰ
et equitatu usqꝫ ad mare rubrū. Clamauerūt
aūt ad dn̄m filii israhel: qui posuit tenebras
inter vos et egiptios: et adduxit sup eos
mare et operuit eos. Viderūt oculi vestri
cūcta q̄ in egipto fecerim: et habitastis in
solitudine multo tēpore: et introduxi vos ī
terrā amorrei q̄ habitabat trans iordanē.
Cūqꝫ pugnarent contra vos. tradidi eos
in manus vestras: et possedistis terrā eoꝝ
atꝫ interfecistis eos. Surrexit aūt balach
filius sephor rex moab: et pugnauit cōtra
israhelē. Misitqꝫ ⁊ vocauit balaam filiū be-
or ut malediceret vobis: et ego nolui audire
eum. sed econtrario per illū benedixi vobis:
et liberaui vos de manu eius. Trāsistisqꝫ ior-
danē et venistis ad iericho: pugnauerūtqꝫ
contra vos viri ciuitatis eius. amorreus et
pherezeus ⁊ chananeus ⁊ etheus ⁊ gergese
us et eueus et iebuseus: et tradidi illos in
manus vestras. Misiqꝫ ante vos scrabrones
et eieci eos de locis suis. duos reges amor
reorū. nō in gladio et in arcu tuo: dediqꝫ vo
bis terrā ī qua nō laborastis. et vrbes quas
nō edificastis. ut habitaretis ī eis: vineas
et oliueta que nō plantastis. Nunc ergo ti
mete dn̄m et seruite ei pfecto corde atqꝫ ve
rissimo: et auferte deos quibꝰ seruierūt pa
tres vr̄i ī mesopotamia et in egipto: ac serui-
te dn̄o. Sin aūt malū vobis videt᷑ ut dn̄o
seruiatis: optio vobis dat᷑. Eligite hodie
quod placet. cui seruire potissimū debeatis:
vtrū diis quibꝰ seruierūt patres vestri ī me
sopotamia: an diis amorreorū in quoꝝ ter
ra habitatis. Ego aūt ⁊ domus mea serui-
emus dn̄o. Respondit pplus et ait. Absit a
nobis ut relinquamus dn̄m: et seruiamus
diis alienis. Dominus deus noster ipe edu-
xit nos et patres nostros de terra egipti.
et de domo seruitutis: fecitqꝫ videntibꝰ nobis
signa ingentia. et custodiuit nos ī omi via
per quā ambulauimus. et in cūctis pplis p
quos trāsiuimus: et eiecit vniūsas gentes.
amorreorū habitatorē terre quā nos intra
uimus. Seruiemus igit᷑ dn̄o: qꝛ ipe ē de-
us noster. Dixitqꝫ iosue ad pplm̄. Nō pote-
ritis seruire dn̄o: deus enim sanctus ⁊ fortis
emulator est: nec ignoscet sceleribꝰ vestris
atqꝫ peccatis. Si dimiseritis dn̄m et seruie-
ritis diis alienis: conuētet se ⁊ affliget vos at-
qꝫ subuertet: postq̄ vobis pstiterit bona. Dixit-
qꝫ pplus ad iosue. Nequaq̄ ita ut loqueris
erit: sed dn̄o seruiemus. Et iosue ad pplm̄:
testes inquit vos estis: quia ipsi elegeritis
vobis dn̄m ut seruiatis ei. Responderūtqꝫ.
Testes. Nūc ergo ait auferte deos alienos
de medio vestri: et inclinate corda vestra ad
dn̄m deū israhel. Dixitqꝫ pplus ad iosue. Do-
mino deo nr̄o seruiemus: et obedientes eri
mus pceptis eius. Percussit ergo iosue in
die illo fedus: et pposuit pplo pcepta atqꝫ
iudicia in sychem. Scripsit qꝫ omnia verba

hec in volumine legis dn̄i: et tulit lapidem
ꝑgrandem. posuitq̧ eū subter quercū que
erat in sanctuario dn̄i: ⁊ dixit ad omnē po-
pulū. En lapis iste erit vob̄ in testimoniū.
ꝙ audieritis omnia v̄ba dn̄i que locutus ē
vobis: ne forte postea negare velitis ⁊ mē-
tiri dn̄o deo vr̄o. Dimisitq̧ ꝑplm̄: singulos ī
possessionē suā. Et post hec mortuus ē iosue
filius nun seruus domini. centū decem ān-
rū: sepelierūtq̧ eū in finib9 possessionis sue
in thamnathsare q̄ sita ē in mōte ephraim.
a septentrionali parte montis gaas. Ser
uiuitq̧ israhel dn̄o cūctis diebus iosue ⁊ se
niorꝝ. q̄ longo vixerāt tempore post iosue:
et q̄ nouerant om̄ia opa dn̄i q̄ fecerat in isra
hel. Ossa q̧ ioseph q̄ tulerant filij israhel de
egipto. sepelierunt in sychem in parte agri
quē emerat iacob a filijs emmor patris sy-
chem centū nouellis ouib9: et fuit in possessi
onem filiorꝝ ioseph. Eleazar q̧ filius aarō
mortuus ē: et sepelierūt eū in gabaath phi
nees filij eius: q̄ data ē ei ī monte ephraim.

POst mortē iosue con-
suluerūt filij israhel do-
minū dicentes. Quis
ascendet ante nos cō-
tra chananeum: et erit
dux belli? Dixitq̧ dn̄s.
Iudas ascendet. Ecce tradidi terrā in manū
eius. Et ait iudas symeoni fratri suo. Ascē
de mecū in sorte mea. et pugna cōtra chana
neum: ut ⁊ ego pergam tecū in sorte tua. Et
abijt cum eo symeon. Ascenditq̧ iudas. et
tradidit dn̄s chananeū ac phereseū in ma
nus eorꝝ: ⁊ ꝑcusserūt in bezech decem milia
virorꝝ. Inueneŕtq̧ adonibezech in bezech:
et pugnauerūt contra eū: ac ꝑcusserūt cha
naneū ⁊ ph̄ereseū. Fugit aūt adonibezech:
quē ꝑsecuti comp̄hendeŕt. cesis summitatib9
manuū eius ac pedū. Dixitq̧ adonibezech.
Septuaginta reges amputatis manuū ac
pedū summitatib9 colligebāt sb̄ mensa mea
ciborꝝ reliquias: sicut feci ita reddidit mi-
chi deus. Adduxerūtq̧ eū in iherusalē: et
ibi mortuus ē. Oppugnātes ergo filij iuda
iherusalē ceperūt eam: et percusserūt in ore
gladij: tradentes cunctā incēdio ciuitatē.
Et postea descendētes pugnauerūt contra
chananeū qui habitabat in mōtanis: et ad
meridiē in campestrib9. Pergensq̧ iudas
contra chananeū qui habitabat in hebron.
cuius nomē fuit antiquitus cariatharbe. ꝑ-
cussit sysai et hayman et tholmai: atq̧ inde
ꝓfectus abijt ad habitatores dabir. cuius
nomē vetus erat cariathsepher id ē ciuitas
litterarꝝ. Dixitq̧ caleph. Qui ꝑcusserit cari-
athsepher ⁊ vastauerit eam: dabo ei axam
filiam meā vxorem. Cumq̧ cepisset eā otho
niel filius cenez fraẗ caleph minor: dedit ei
axam filiā suam coniugē. Quā per gentē
in itinere monuit vir suus ut peteret a pa-
tre suo agrū. Que cū suspirasset sedēs in asi-
no: dixit ei caleph. Quid habes? At illa re-
spondit. Da michi benedictionē: q2 terram
arentē dedisti michi: da ⁊ irriguā aquis. De
dit ergo ei caleph irriguū superius et irri-
guū inferius. Filij autē cinei cognati moysi
ascēdeŕt de ciuitate palmarꝝ cū filijs iuda.
in desertū sortis eius qd̄ ē ad meridiē arath:
et habitauerūt cum eo. Abijt aūt iudas cū
symeone fratre suo: et ꝑcusserūt simul cha
naneū q̄ habitabat ī sephat: et interfeceŕt
eum. Vocatū est nomē vrbis horma id est
anathema. Cepitq̧ iudas gazam cū finib9
suis: et aschalonē atq̧ accaron cū terminis
suis. Fuitq̧ dn̄s cū iuda: et montana posse-
dit. Nec potuit delere habitatores vallis:
quia falcatis currib9 abūdabāt. Dederūt-
q̧ caleph hebron sicut dixerat moyses: qui
deleuit ex ea tres filios enach. Iebuseum
autē habitatorē ihrl'm nō deleueŕt filij ben-
iamin: habitauitq̧ iebuseus cū filijs benia
min in ihrl'm usq̧ in presentē diem. Domus
quoq̧ ioseph ascendit in bethel: fuitq̧ dn̄s
cū eis. Nam cū obsiderēt vrbē que p̄us
luza vocabaẗ. viderūt hominē egredientē
de ciuitate: dixerūtq̧ ad eū. Ostende nob̄
introitū ciuitatis: et faciemus tecū misericor
diam. Qui cū ostendisset eis ꝑcusseŕt vrbem
in ore gladij: hominē autē illū et omnē co-
gnationē eius dimiseŕt. Qui dimissus abijt
in terrā ethim: et edificauit ibi ciuitatē. Vo
cauitq̧ eam luzam: que ita appellaẗ usq̧ in
p̄sentē diem. Manasses quoq̧ non deleuit

bethsan ⁊ chanath cū viculis suis ⁊ habita
tores dor · et ieblaam et maieddo cū viculis
suis: cepitqꝫ chananeus habitare cum eis.
Postq̄ autē confortatus ē israhel fecit eos
tributarios: et delere noluit. Ephraim etiā
non interfecit chananeū q̄ habitabat ī ga
zer: sed habitauit cū eo. Zabulon non dele
uit habitatores tethron et naalon: sed ha=
bitauit chananeus in medio eius: factusqꝫ
est ei tributarius. Aser q̄ꝫ nō deleuit habi=
tatores accho et sydonis alab et achazib et
amma ⁊ aphecha ⁊ roob: habitauitqꝫ ī me=
dio chananei habitatoris illius terre: nec
interfecit eū. Neptalim quoqꝫ nō deleuit
habitatores bethsemes ⁊ bethanath: et ha
bitauit inter chananeū habitatorez terre:
fuer̄tqꝫ ei bethsemite ⁊ bethanite tributarij.
Artauitqꝫ amorreus filios dan ī mōte · nec
dedit eis locū ut ad planiora descenderēt:
habitauitqꝫ in mōte hares q̄d interp̄tatur
testatio in hailon ⁊ salabim. Et aggraua=
ta est manus domus ioseph: factusqꝫ est ei
tributarius. Fuit aūt terminus amorrei ab
ascensu scorpionis petra et superiora loca.

II Ascenditqꝫ angelus domini de
galgala ad locū flentiū ⁊ ait. Eduxi
vos de egipto · et introduxi in terram pro
qua iuraui patribꝫ vestris: et pollicitus sum
ut nō facerem irritū pactū meū vobiscū in
sempiternū: ita dūtaxat ut nō feriretis fe=
dus cum habitatoribꝫ terre huius: et aras
eoꝝ subuerteretis: et noluistis audire vo=
cē meā. Cur hoc fecistis? Quāobrem nolui
delere eos a facie vr̄a: ut habeatis hostes: et
dij eoꝝ sint vobis ī ruinā. Cumqꝫ loquere=
tur angelus dn̄i hec verba ad omnes filios
israhel: eleuauerūtqꝫ vocem suā et fleuerūt.
Et vocatū est nomē loci illius flentiū siue la
crimaꝝ: immolauer̄tqꝫ ibi hostias domino.
Dimisit ergo iosue p̄p̄lm: et abierūt filij isra
hel vnusquisqꝫ in possessionē suā · ut obtine
rent eam: seruier̄tqꝫ dn̄o cūctis diebꝫ eius
et seniorū · qui lōgo post eū vixerūt tēpore ·
et nouerāt omnia opera domini que fecerat
cū israhel. Mortuus est aūt iosue filius nun
famulus dn̄i centū ⁊ decē annoꝝ: et sepelie
rūt eum in finibus possessionis sue ī tham=
nathsare in mōte ephraim · a septētrionali

plaga montis gaas. Omnisqꝫ illa generacō
congregata est ad patres suos: et surrexe
runt alij qui nō nouerūt dn̄m: et opera que
fecerat cū israhel. Fecerūtqꝫ filij isrl̄ malū in
conspectu dn̄i · et seruierūt baalim: ac dimi=
serūt dn̄m deum patrū suoꝝ · qui eduxerat
eos de terra egipti ⁊ secuti sūt deos alienos.
deos q̄ꝫ populoꝝ qui habitabāt in circuitu
eorū · et adorauerūt eos: et ad iracundiā cō=
citauerūt dn̄m · dimittentes eū et seruiētes
baal ⁊ astaroth. Iratusqꝫ dn̄s cōtra israhel
tradidit eos in manus diripientiū: qui ce=
perūt eos et vendiderūt hostibꝫ qui habita
bant p̄ gyrū: nec potuerūt resistē aduīsarijs
suis: sed quocūqꝫ p̄gere voluissent · manus
dn̄i super eos erat sicut locutus ē et iurauit
eis: et vehementer afflicti sūt. Suscitauitqꝫ
dn̄s iudices qui liberarent eos de vastātiū
manibꝫ: sed nec eos audire voluerūt: forni
cantes cū dijs alienis ⁊ adorātes eos. Ci=
to deseruerūt viā per quā ingressi fuerāt pa
tres eoꝝ: ⁊ audientes mandata dn̄i · oīa
fecere contraria. Cūqꝫ dn̄s iudices suscita
ret · in diebus eorū flectebat̄ misericordia:
et audiebat afflictorū gemitus · et liberabat
eos de cede vastantiū. Postq̄ aūt mortuus
esset iudex · reūtebant̄ et multo faciebāt ma
iora q̄ fecerant patres eorū: sequētes deos
alienos · ſuientes eis ⁊ adorātes illos. Nō
dimiserūt adinuentiōnes suas et viam du=
rissimā per quā ambulare consueuerāt. Ira
tusqꝫ est furor dn̄i in israhel et ait. Quia irri=
tū fecit gens ista pactū meū q̄d pepigeraꝫ
cū patribꝫ eoꝝ · et vocem meā audire con=
tēpsit: et ego nō delebo gentes quas dimi
sit iosue ⁊ mortuus ē: ut in ip̄is experiar isrl̄
vtrū custodiāt viam dn̄i · et ambulent ī ea ·
sicut custodierūt patres eorū · an nō. Dimi
sit ergo dn̄s oīes has nationes: et cito sb=
uertere noluit: nec tradidit ī manibꝫ iosue.

III Hee sūt gentes quas dn̄s de=
reliquit ut erudiret in eis israhelem · et
oīes qui nō nouerāt bella chananeorū: et
postea discerent filij eorū certaē cū hostibꝫ ·
et habere consuetudinē preliandi: quīqꝫ sa=
trapās philistinorū · omnēqꝫ chananeū ⁊ sy
doniū atqꝫ eueū · qui habitabat in mōte li=
bano de mōte baalhermon usqꝫ ad introitū

emath. Dimisitq; eos ut in ipis experiretur israhelē: vtrum audirent mādata dñi que pceperat patrib; eoꝝ p manum moysi: an nō. Jtaq; filij israhel habitauerūt in medio chananei ꝛ ethei et amorrei ꝛ pherezei ꝛ euei et iebusei: et duxerunt vxores filias eoꝝ. ipiq; filias suas filijs eoꝝ tradiderūt: et fui-erūt dijs eoꝝ. Feceruntq; malū in cōspectu dñi: et obliti sūt dei sui ētes baalim ꝛ astha roth. Jratusq; dñs otra israhel tradidit eos in manus chusanrasathaim regis mesopo tamie: seruierūtq; ei octo annis. Et clama uerūt ad dñm: qui suscitauit eis saluatorē et liberauit eos. othoniel videlicet filiū ce-nez. fratrē caleph minorē: fuitq; i eo spūs dñi et iudicauit israhel. Egressusq; ē ad pu-gnam: et tradidit dñs in manus eius chu-sanrasathaim regē sirie: ꝛ oppressit eū. Qui-euitq; terra quadraginta annis: et mortu9 est othoniel filius cenez. Addiderūt aūt fi-lij israhel facere malū in ɔspectu dñi: qui cō-fortauit aduīsū eos eglon regē moab: qꝛ fecerūt malū in cōspectu eius. Et copulauit ei filios ammon et amalech: abijtq; ꝛ pcus-sit israhel atq; possedit vrbē palmaꝝ. Ser-uierūtq; filij israhel eglon regi moab decē et octo annis: et postea clamauerūt ad dñm. Qui suscitauit eis saluatorē vocabulo aoth filiū gera filij iemini: qui vtraq; manū pro dextra vtebatur. Miseruntq; filij israhel per illū munera eglon regi moab. Qui fe-cit sibi gladiū ancipitē habentē i medio ca-pulū longitudinis palme manus: et accin ctus est eo subter sagum in dextro femore. Obtulitq; munera eglon regi moab. Erat aūt eglon crassus nimis. Cumq; obtulisset ei munera psecutus est socios qui cū eo vene rāt: et reuersus de galgalis vbi erāt ydola di-xit ad regē. Verbū secretū habeo ad te o rex. Et ille imperauit silentium. Egressisq; omib; qui circa eū erāt: ingressus est aoth ad eū. Sedebat autē in estiuo cenaculo so-lus. Dixitq;. Verbū dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extēditq; aoth sinistrā manū ꝛ tulit sicam de dextro femore suo: infixitq; in ventrē eius tā valide ut ca-pulus sequeretur ferrū i vulnē: ac pinguis-simo adipe strigeretur. Nec eduxit gladiū

sed ita ut pcusserat reliquit in corpe: statimq; per secreta nature alui stercora pruperūt. Aoth aūt clausis diligentissime hostijs ce-naculi ꝛ obfirmatis: per posticā egressus ē. Seruiq; regis ingressi viderūt clausas fo-res cenaculi: atq; dixerūt. Forsitan purgat aluū in estiuo cubiculo. Expectantesq; diu donec erubescerēt et vidētes qꝛ nullus ape-riret. tulerūt clauē: et aperientes inuenerūt dñm suū in terra iacentē mortuū. Aoth aūt dū illi turbarentur effugit: et ptransijt locum ydoloꝝ vnde reuersus fuerat. Venitq; in seyrath et statim insonuit bucina in monte ephraim: descenderūtq; cū eo filij israhel ipo in fronte gradiente. Qui dixit ad eos. Se-quimini me. Tradidit enim dñs inimicos nostros moabitas in manus nr̄as. Descen derūtq; post eū et occupauerūt vada iorda nis que transmittūt in moab ꝛ nō dimiserūt transire quenq;: sed pcusserūt moabitas in tempore illo circiter decē milia omnes ro-bustos et fortes viros. Nullus eoꝝ euade re potuit. Humiliatusq; ē moab i die illo sb manu israhel: et quieuit terra octoginta an nis a prelijs. Post hunc fuit samgar filius anath: qui pcussit de philistijm sexcentos viros vomere. Et ipse q; defendit israhel.

III

Addiderūtq; filij isrl̄ facere malum in conspectu dñi post mortem aoth: et tradidit illos dñs in manus iabin regis chanaan q̄ regnauit in asor. habuit-q; ducem exercitus sui nomine sisaram. Jpe autē habitabat in arozeth gentiū. Clama-ueruntq; filij israhel ad dñm. Nongentos eni habebat falcatos currus: et per vigin-ti ānos vehemēter oppresserat eos. Erat aūt debbora pphetes vxor lapidoth que iudica bat pplm in illo tempore: ꝛ sedebat sub pal ma que nomine illius vocabatur. inter rama et bethel in monte ephraim: ascendebantq; ad eam filij israhel in omne iudiciū. Que mi sit et vocabit barach filiū abinoem de cedes neptalim: dixitq; ad eū. Precepit tibi dñs deus israhel. Vade descende: et duc exerci-tum in montem thabor: tollesq; tecum decem milia pugnatoꝝ de filijs neptalim ꝛ de filijs zabulon. Ego autē adducā ad te i loco tor rentis cyson sysaram principem exercitus

iabin et currus eius atq; omnē multitudinē:
et tradam eos in manu tua. Dixitq; ad eam
barach. Si venis mecū vadā: si nolueris ve
nire mecū non pergam. Que dixit ad eum.
Ibo quidē tecū: sed in hac vice victoria nō
reputabit tibi: quia in manū mulieris trade
tur sisara. Surrexit itaq; debbora et prexit
cū barach in cedes. Qui accitis zabulon et
neptalim ascendit cū decem milib; pugna
torū: habēs debborā in comitatu suo. Aber
autē cineus recesserat quondā a ceteris ci
neis fratrib; suis filijs obab cognati moy
si et tetenderat tabernacula usq; ad vallē
que vocatur sennim: et erat iuxta cedes. Nū
ciatumq; est sisare q; ascendisset barach filius
abinoem i montē thabor. Et congregauit
nōgentos falcatos currus: et omnē exerci
tum de aroseth gentiū ad torrentē cyson.
Dixitq; debbora ad barach. Surge: hec ē
enim dies in qua tradidit dns sisarā i ma
nus tuas. En ipse ductor ē tuus. Descendit
itaq; barach de monte thabor: et decē milia
pugnatorū cū eo. Perterruitq; dns sisarā
et omnes currus eius vniūsamq; multitudi
nem in ore gladij ad conspectū barach: in
tantū ut sisara de curru desiliens pedib; fu
geret: et barach psequeret fugientes cur
rus et exercitum usq; ad aroseth gentiū: et
omnis hostiū multitudo usq; ad interneciō
nem caderet. Sisara aūt fugiens peruenit
ad tentoriū iahel vxoris aber cinei. Erat au
tē pax inter iabin regē asor: et domū aber
cinei. Egressa igitur iahel in occursū sisare
dixit ad eū. Intra ad me dne mi: ne timeas.
Qui ingressus tabernaculū eius et opertus
ab ea pallio: dixit ad eā. Da michi obsecro
paululū aque: q; sitio valde. Que aperuit
vtrem lactis et dedit ei bibere: et operuit il
lum. Dixitq; sisara ad eā. Sta ante hostiū
tabnaculi: et cū venerit aliquis interrogās
te. et dicens nūquid hic est aliquis: respon
debis. Nullus ē. Tulit itaq; iahel vxor aber
clauū tabernaculi assumens pariter et mal
leū: et ingressa abscondite et cū silentio po
suit super timpus capitis eius clauū pcus
sumq; malleo defixit in cerebrū usq; ad ter
ram: q; soporem morti socians defecit et mor
tuus est. Et ecce barach sequēs sisarā veni
ebat: egressaq; iahel in occursū eius dixit
ei. Veni: et ostendam tibi virū quē queris.
Qui cū intrasset ad eā. vidit sisaram iacentē
mortuū: et clauū infixū in timpore eius. Hu
miliauit ergo deus i die illo iabin regē cha
naan coram filijs israhel: qui crescebāt quo
tidie et forti manu opprimebant iabin regē
chanaan donec delerēt eum. V

Cecineruntq; debbora et barach filius
abinoem in die illo dicentes. Qui sponte
obtulistis de israhel animas vras ad pericu
lum: benedicite dno. Audite reges: aurib;
percipite pncipes. Ego sū que dno canam:
psallā dno deo israhel. Dne cū exires de seir.
et transires p regiones edom. terra mota
est: celiq; ac nubes distillauerūt aquis. Mō
tes fluxerūt a facie dni: et synai a facie dni
dei israhel. In diebus samgar filij anath in
diebus iahel quieuerūt semite: et qui ingre
diebant p eas ambulauerūt p calles deui
os. Cessauerūt fortes in israhel: et quieuerūt
donec surgeret debbora: surgeret mater in
israhel. Noua bella elegit dns: et portas ho
stiū ipse subuertit. Clipeus et hasta si appa
ruerūt in quadraginta milibus israhel. Cor
meū diligit principes israhel. Qui ppria vo
luntate obtulistis vos discrimini bndicite
dno: qui ascenditis super nitentes asinas. et
sedetis sup iudiciū. et ambulatis in via loq
mini. Vbi collisi sūt currus et hostiū suffoca
tus ē exercitus: ibi narrent iusticie dni cle
mētie fortis israhel. Tūc descendit ppls dni
ad portas: et obtinuit principatū. Surge
surge debbora surge: loquere cāticū. Sur
ge barach: et apphende captiuos tuos fili
abinoem. Salutate sūt reliqe ppli. Dns in
fortib; dimicauit: ex ephraim deleuit eos i
amalech: et post eū ex beniamin in populos
tuos o amalech. De machir principes descē
derūt: et de zabulon qui exercitū ducerent
ad bellādū. Duces ysachar fuere cū debbo
ra: barach vestigia sunt secuti: qui quasi in
pceps ac baratrū se discrimini dedit. Diui
so cōtra se ruben: magnanimorū repta con
tētio est. Quare habitas inter duos termi
nos: ut audias sibilos gregū? Diuiso con
tra se ruben: magnanimorū repta contētio
est. Galaad trans iordanen quiescebat: et

dan vacabat nauibus. Aser habitabat in litore maris: et in portubꝫ morabatur. Zabulon vero ⁊ neptalim obtulerūt animas suas morti in regione merome. Venerūt reges et pugnauerūt: pugnauerūt reges chanaan i chanac iuxͣ aqͣs mageddō: ⁊ tamē michil tulere predantes. De celo dimicatū est contra eos: stelle manentes in ordine ⁊ cursu suo aduſus sisarā pugnauerūt. Torrēs cison traxit cadauera eorum: torrens cadumim torrens cison. Conculca anima mea robustos. Vngule equorū ceciderūt: fugientibus impetu· et per pceps ruentibꝫ fortissimis hostiū. Maledicite terre meroz dixit angelus dn̄i: maledicite habitatoribꝫ eius: qꝛ nō venerunt ad auxiliū dn̄i et adiutoriū fortissimoꝝ eius. Benedicta inter mulieres iahel vxor aber cinei: et benedicatᷣ in tabnaculo. Aquā petenti lac dedit: et i phiala pn̄cipū obtulit butirum. Sinistrā manū misit ad clauū: et dextram ad fabroꝝ malleos. percussitqꝫ sisaraz querēs in capite vulneri locū: et timpus valide pforans. Inter pedes eius ruit: defecit ⁊ mortuus est. Voluebatᷣ ante pedes eius: et iacebat exanimis et miserabilis. Per fenestrā respiciens vlulabat mater eius: et de cenaculo loquebatᷣ. Cur moratᷣ regredi currus eius: quare tardauerit pedes quadrigaꝝ illius? Vna sapientior ceteris vxoribꝫ eius hec socrui verba respōdit. Forsitā nūc diuidit spolia ⁊ pulcerrima feminaꝝ eligitᷣ ei. Vestes diuersorū colorū sisare traduntᷣ in p̄dam: et supellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant om̄es inimici tui dn̄e: qui aūt diligūt te sic̄ sol i ortu suo splendet ita rutilent. Quieuitqꝫ terra p quadraginta annos.

VI

Fecerūt aūt filij isrl̄ malū in cōspectu dn̄i: q̄ tradidit illos in maū madian septē annis: et oppressi sūt valde ab eis. Fecerūtqꝫ sibi antra et spelūcas in montibꝫ: et munitissima ad repugnandū loca. Cūqꝫ seuissꝫ isrl̄ ascendebat madian ⁊ amalech et ceteri oriētaliū nationū: et apud eos figentes tentoria· sicut erant in herbis cūcta vastabāt usqꝫ ad introitū gaze· nichilqꝫ om̄ino ad vitam pertinens relinquebāt in isrl̄: non oues nō boues nō asinos. Ipsi enim et vniūsi greges eoꝝ veniebāt cū tabernaculis suis: et instar locustaꝝ vniūsa cōplebāt· innumera multitudo hominū et camelorum· quicquid tetigerant deuastātes. Humiliatusqꝫ est israhel valde in conspectu madian. Et clamauit ad dn̄m postulās auxiliū contra madianitas. Qui misit ad eos virū pphetam: et locutus est. Hec dicit dn̄s deus israhel. Ego feci vos cōscendere de egipto et eduxi vos de domo ſuitutis: et liberaui de manu egiptioꝝ et omniū inimicoꝝ q̄ affligebant vos. Eieciqꝫ eos ad introitū vr̄m: et tradidi vobis terrā eoꝝ: et dixi. Ego dn̄s deus vester. Ne timeatis deos amorreoꝝ in quoꝝ terra habitatis. Et noluistis audire vocez meam. Venit aūt angelus dn̄i et sedit sub quercu qui erat i efra: et ptinebat ad ioas patrem familie ezdri. Cunqꝫ gedeon filius eius excuteret atqꝫ purgaret frumenta in torculari ut fugeret madian: apparuit ei angelus dn̄i et ait. Dn̄s tecū viroꝝ fortissime. Dixitqꝫ gedeon. Obsecro dn̄e mi si dn̄s nobiscū est· cur ergo apphenderūt nos hec om̄ia? Vbi sūt mirabilia eius q̄ narrauerūt patres nostri: atqꝫ dixerūt de egipto eduxit nos dn̄s? Nūc autē dereliquit nos dn̄s: et tradidit in manu madian· Respexitqꝫ ad eū dn̄s: et ait. Vade in hac fortitudine tua: et liberabis isrl̄ de maū madian. Scito qꝛ miserim te. Qui respondēs ait. Obsecro dn̄e mi in quo liberabo israhel? Ecce familia mea infima est in manasse: et ego minimus in domo patris mei. Dixitqꝫ ei dn̄s. Ego ero tecū ⁊ pcuties madian q̄si vnū virū. Et ille: si inueni inquit gratiā corā te da michi signū qꝛ tu sis qui loqueris ad me: nec recedas hinc donec reūtar ad te portās sacrificiū et offerēs tibi. Qui respondit. Ego prestolabor aduentū tuū. Ingressus ē itaqꝫ gedeon et coxit hedum et de farine modio azimos panes: carnesqꝫ ponēs in canistro et ius carniū mittens in ollam· tulit omnia sb̄ quercu: et obtulit ei. Cui dixit angelus dn̄i. Tolle carnes et azimos panes ⁊ pone super petram illā: et ius desup funde. Cunqꝫ fecissꝫ ita· extendit angelus domini sūmitatē virge quam tenebat i maū et tetigit carnes et azimos panes: ascenditqꝫ ignis de petra et

carnes azimosqꝫ panes ↄsumpsit: angelus
autē dn̄i euanuit ex oculis eius. Videnſ-
qꝫ gedeon ꝙ eēt āgelus dn̄i ait. Heu mi do
mine deus: ꝙ vidi angelū dn̄i facie ad fa-
ciez. Dixitqꝫ ei dn̄s. Pax tecū. Ne timeas:
non morieris. Edificauit ergo ibi gedeon
altare dn̄o: vocauitqꝫ illud dn̄i pax uſqꝫ in
presentē diem. Cūqꝫ adhuc eēt in efra que
est familie ezdri: nocte illa dixit dn̄s ad eū.
Tolle thaurū patris tui ⁊ alterū thaurum
annoꝝ septem. destrueſqꝫ aram baal q̄ est
patris tui. et nemus qđ circa aram est suc-
cide: et edificabis altare domino deo tuo in
sūmitate petre huius super quā ante sacri
ficiū posuisti: tolleſqꝫ thaurū scđm et offe-
res olocaustū sup struē lignorū que de ne-
more succideris. Assumptis ergo gedeon
decez viris de seruis suis: fecit sicut p̄cepat
ei dn̄s. Timens aūt domū patris sui et ho-
mines illius ciuitatis p diem noluit facere:
sed oīa nocte ↄpleuit. Cūqꝫ surrexissent
viri oppidi eius mane. viderūt destructam
aram baal lucūqꝫ succisū: et thaurū alteruz
impositū sup altare. qđ tunc edificatuz erat:
dixerūtqꝫ ad inuicē. Quis hoc fecit? Cunqꝫ
ꝑquirerent auctorem facti: dictū est. Ge-
deon filius ioas fecit hec oīa. Et dixerunt
ad ioas. Produc filiū tuū huc ut moriat᷑:
ꝙ destruxit aram baal: et succidit nemus.
Quibꝰ ille respondit. Nūquid vltores estis
baal. ut pugnetis pro eo? Qui aduſarius
est eius moriatur: anteꝙ̄ lux crastina veni-
at. Si deus est: vindicet se de eo q̄ suffodit
aram eius. Ex illo die vocatus est gedeon
ierobaal: eo ꝙ dixiſſ ioas vlciscatur se de
eo baal. q̄ suffodit altaē eius. Ergo oīs
madian et amalech et orīētales populi cō-
gregati sūt simul: et trāseūtes iordanen ca
strametati sūt ī valle iezrahel. Spiritus au
tem dn̄i induit gedeon: qui clangens bu-
cina conuocauit domū abiezer ut sequeret᷑
se. Misitqꝫ nūcios in vniūsum manassen: q̄
et ipse secutus est eū. Et alios nūcios ī aser
et zabulon ⁊ neptalim: qui occurerūt ei. Di
xitqꝫ gedeon ad dn̄m. Si saluum facis per
manū meā ꝓplm israhel sicut locutus es: po-
nam hoc vellus lane ī area. Si ros in solo
vellere fuerit et in oīni terra siccitas: sciam
ꝙ per manū meā sicut locutus es liberabis
israhel. Factūqꝫ est ita. Et de nocte consur-
genſ: exp̄sso vellere concam rore impleuit.
Dixitqꝫ rursus ad dn̄m. Ne irascatur furor
tuus contra me: si adhuc semel tēptauero
signū querēs in vellere. Oro ut solū vellus
siccū sit: et oīs terra rore madens. Fecit-
qꝫ dn̄s nocte illa ut postulauerat: et fuit sic-
citas in solo vellē: et ros ī oīni terra. VII

Igitur ierobaal qui et gedeon de nocte cō
surgens et oīs ꝓplus cū eo venit ad fontē
qui vocatur arad. Erant aūt castra madian
in valle ad septentrionalem plagaz collis
excelsi. Dixitqꝫ dn̄s ad gedeon. Multus te-
cū est ꝓplus: nec tradetur madian ī manus
eius: ne glorietur contra me israhel et dicat
meis viribus liberatus sū. Loquē ad ꝓplm:
et cūctis audiētibꝰ predica. Qui formido-
losus ⁊ timidus est reuertat᷑. Recesserūtqꝫ
de mōte galaad: et reūsi sūt ex ꝓplo vigin-
tiduo milia viroꝝ: et tantū decez milia re-
manserūt. Dixitqꝫ dn̄s ad gedeon. Adhuc
ꝓplus multus est. Duc eās ad aquas et ibi
ꝓbabo illos: et de quo dixero tibi ut tecum
vadat ipse pergat: quē ire prohibuero re
uertat᷑. Cūqꝫ descēdiſſ ꝓplus ad aquas: di
xit dn̄s ad gedeon. Qui maū et lingua lam
buerint aquas sic̄ solent canes lambere se-
parabis eos seorsū q̄ aūt curuatis genibus
biberint ī altera ꝑte erūt. Fuit itaqꝫ nume-
rus eoꝝ q̄ manu ad os ꝓiciente lambue-
rūt aquas trecenti viri: oīs autē reliqua
multitudo. flexo poplite biberāt. Et ait dn̄s
ad gedeon. In trecentis viris q̄ lambuerīt
aquas liberabo vos. et tradam in manu tua
madian: omnis aūt reliqua multitudo re-
uertatur in locū suū. Sumptis itaqꝫ ꝓ nu-
mero cibariis et tubis: omnē reliquā multi
tudinē abire p̄cepit ad tabernacula sua: et
ipse cū trecētis viris se certamini dedit. Ca
stra autē madian erant subter in valle. Ea
dem nocte dixit dn̄s ad eū. Surge ⁊ descen
de in castra: ꝙ tradidi eos in maū tua. Sin
autez solus ire formidas: descendat tecum
phara puer tuus. Et cū audieris quid lo-
quant᷑ tunc cōfortabūtur manus tue: et se
curior ad hostiū castra descendes. Descendit
ergo ipe ⁊ phara puer eius ī ꝑtē castroꝝ:

ubi erant armatoꝝ vigilie. Madian autē
et amalech ⁊ omnes oriētales ꝑpl'i fusi iace-
bāt in valle ut locustarū multitudo: cameli
autem innumerabiles erant sicut harena q̄
iacet in litore maris. Cūq; venisset gedeon
narrabat aliquis sompnium ꝓximo suo: et in
hūc modū referebat quod viderat. Vidi
sompniū: et videbatur michi q̄si subcinericius
panis ex ordeo volui: et ī castra madian de-
scendere. Cūq; ꝑuenisset ad tabernaculum
ꝑcussit illud atq; subuertit: et terre funditus
coequauit. Rn̄dit is cui loquebatur. Nō
est hoc aliud: nisi gladius gedeonis filij io
as viri israhelite. Tradidit enim dominus
in manus eius madian: et oīa castra eius.
Cūq; audisset gedeon sompniū ⁊ interp̄tacō-
nem eius adorauit: et reuersus ē ad castra
israhel ⁊ ait. Surgite: tradidit enī dominus
in manus nostras castra madian. Diuisitq;
trecentos viros in tres partes: et dedit tu-
bas in manib; eoꝝ: lagenasq; vacuas ac
lampades in medio lagenarū. Et dixit ad
eos. Quod me facere videritis hoc facite.
Ingrediar partē castrorū: et quod fecero
sectamini. Quādo personuerit tuba in ma
nu mea: vos q̄q; ꝑ castroꝝ circuitū clangite
et ɔclamate domino ⁊ gedeoni. Ingressusq;
est gedeon ⁊ trecenti viri qui erāt cum eo in
partē castroꝝ incipientib; vigilijs noctis
medie: et custodib; suscitatis ceperūt bucci
nis clangere: et ɔplodere inter se lagenas.
Cūq; ꝑ girū castroꝝ in trib; ꝑsonarent lo-
cis. et ydrias ɔfregissent. tenuerūt sinistris
manib; lāpades. et dextris sonātes tubas:
clamaueruntq;. gladius dn̄i ⁊ gedeonis:
stantes singuli in loco suo. per circuitum ca-
strorū hostiliū. Omnia itaq; castra turbata
sūt: et vociferātes vlulātesq; fugerūt. Et ni-
chilominus insistebāt trecenti viri buccinis
ꝑsonātes. Immisitq; dominus gladium in
omnib; castris: et mutua se cede truncabāt
fugiētes usq; ad bethsecā ⁊ crepidinē abel-
meula in thebbath. Conclamātes autē viri
israhel de neptali ⁊ aser ⁊ omni manasse ꝑse
quebātur madian. Et dedit dn̄s victoriā po
pulo israhel in die illa. Misitq; gedeon nū-
cios in oēm montē ephraim dicēs. Descē
dite in occursū madian: et occupate aquas
usq; bethbera atq; iordanen. Clamauitq;
oīs ephraim: et p̄occupauit aquas atq; ior
danē usq; bethbera. App̄hensosq; duos viros
madian oreb ⁊ zeb. interfecit oreb in petra
oreb: zeb vero in torculari zeb. Et ꝑsecuti sūt
madian: capita oreb et zeb portantes ad ge
deon trans fluenta iordanis. VIII

Dixeruntq; ad eū viri ephraim. Quid
est hoc quod facere voluisti: ut non
nos vocares cū ad pugnam ꝑgeres contra
madian? Iurgātes fortiter: et ꝓpe vim infe-
rētes. Quibus ille respondit. Quid enim ta
le facere potui: quale vos fecistis? Non-
ne melior est racemus ephraim vindemijs
abiezer? In manus vr̄as dominus tradidit
principes madian oreb ⁊ zeb. Quid tale fa
cere potui: quale vos fecistis? Qd̄ cū locutus
esset: requieuit sp̄us eorū quo tumebāt cōtra
eū. Cūq; venisset gedeon ad iordanen trāsi-
uit eū cū trecētis viris qui secū erant: et pre-
lassitudīe fugiētes ꝑsequi nō poterāt. Dixit
q; ad viros soccoth. Date obsecro panes
populo qui mecū est: q2 valde defecerunt: ut
possimus ꝑsequi zebee ⁊ salmana reges ma-
dian. Rn̄derunt principes soccoth. Forsitan
palme manuū zebee ⁊ salmana in manu tua
sunt: et idcirco postulas ut demus exercitui
tuo panes. Quib; ille ait. Cū ergo tradide
rit dominus zebee ⁊ salmana in manus meas:
conteram carnes vestras cū spinis tribulisq;
deserti. Et inde conscendēs venit in phanuel:
locutusq; est ad viros loci illius similia. Cui
et illi responderūt sicut responderāt viri soc-
coth. Dixit itaq; eis. Cū reuersus fuero victor
in pace: destruā turrim hāc. Zebee autem et
salmana requiescebāt cū oīm exercitu suo.
Quindecim enim milia viri remanserant ex
oīnib; turmis orientaliū populorū: cesis cē-
tū uiginti milib; bellatoꝝ ⁊ educentiū gla-
diū. Ascendensq; gedeon ꝑ viam eorū q̄ in
tabernaculis morabātur ad oriētalem ꝑtē
nobe ⁊ iecbaa ꝑcussit castra hostiū q̄ securi
erāt ⁊ nichil aduersi suspicabātur: fugerūtq;
zebee ⁊ salmana: quos ꝑsequēs gedeon cō-
p̄hendit turbato oīm exercitu eoꝝ. Reuertens-
q; de bello ante solis ortū app̄hendit puerū
de viris soccoth: interrogauitq; eū nomina
principum et seniorum soccoth: et descripsit

septuagintaseptē viros. Veitq; ad soccoth:
et dixit eis. En zebee et salmana sup quibus
exprobrastis michi dicētes forsitan manus
zebee et salmana in manib; tuis sūt: et idcirco
postulas ut demus viris qui lassi sūt et defe-
cerūt panes. Tulit ergo seniores ciuitatis
et spinas deserti ac tribulos: et cōtriuit cum
eis atq; comminuit viros soccoth. Turrim q;
phanuel subuertit: occisis habitatoribus
ciuitatis. Dixitq; ad zebee et salmana. Qua-
les fuerunt viri quos occidistis in thabor?
Qui responderūt. Similes tui: et vnus ex
eis quasi filius regis. Quib; ille respōdit.
Fratres mei fuerūt: filij matris mee. Viuit
dominus: qz si seruassetis eos nō vos occi-
derem. Dixitq; iether pmogenito suo. Sur
ge et interfice eos. Qui nō eduxit gladium.
Timebat enim: qz adhuc puer erat. Dixe-
runtq; zebee et salmana. Tu surge et irrue in
nos: quia iuxta etatē robur est hominis. Sur
rexit gedeon et interfecit zebee et salmana:
et tulit ornamēta ac bullas quib; colla re-
galiū camelorū decorari solent. Dixeruntq;
omnes viri israhel ad gedeon. Dñare nostri
tu et filius tuus et filius filij tui: quia liberasti
nos de manu madian. Quib; ille ait. Nō
dominabor vestri: nec dñabitur in vos filius
meus: sed dominabitur dominus. Dixitq;
ad eos. Vnam peticōnem postulo a vobis.
Date michi inaures ex preda vrā. Inaures
enim aureas ysmahelite habere csueuerāt.
Qui rñderūt. Libentissime dabimus. Expā
dentesq; sup terrā palliū piecerūt ī eo inau-
res de pda: et fuit pōdus postulatarū inau-
riū mille septingēti auri sicli. absq; ornamē
tis et monilib; et veste purpurea quibus re-
ges madian uti soliti erant: et pter torques
aureas camelorum. Fecitq; ex eo gedeon
ephod: et posuit illud ī ciuitate sua ephra.
Fornicatusq; est omīs israhel in eo: et factū
est gedeoni et omni domui eius in ruinam.
Humiliatus est autē madian corā filijs isrl
nec potuerūt ultra ceruices eleuare: s3 quie
uit terra p quadraginta ānos quib; gede
on pfuit. Abijt itaq; ierobaal filius ioas et
habitauit ī domo sua: habuitq; septuagin-
ta filios qui egressi sūt de femore eius: eo q
plures haberet uxores. Concubina autem
illius quā habebat in sichem genuit ei filiū
nomine abimelech. Mortuusq; est gedeon
filius ioas in senectute bona: et sepultus est
in sepulcro ioas pris sui ī ephra de familia
ezdri. Postq autē mortuus est gedeon au-
si sūt filij israhel: et fornicati sūt ī baalim. Per
cusseruntq; cū baal fedus ut esset eis in deum:
nec recordati sunt domini dei sui q eruit eos
de manib; inimicorū suorū omniū p circuitū:
nec fecerūt misericordiā cū domo ierobaal
gedeon iuxta oīa bona q fecerat israheli.

IX

Abijt aūt abimelech filius ierobaal in
sichem ad fratres mris sue: et locutus
ē ad eos et ad oēm cognacōnē domus pris
matrisq; sue dicēs. Loqmini ad oēs viros
sichem. Quid vobis est melius: ut dñentur
vestri septuaginta viri omnes filij ierobaal.
an ut dominetur vobis vnus vir? Simulq;
considerate: qz os vestrū et caro vrā sum. Lo
cutiq; sūt fratres mris eius de eo ad omnes
viros sichem vniuersos sermones istos: et
inclinauerūt cor eorū post abimelech dicen-
tes. Frater noster ē. Dederūtq; illi septuagi
ta pōdera argēti de phano baalberith. Qui
conduxit sibi ex ea viros inopes et vagos:
secutiq; sunt eū. Et venit in domū patris sui
ephra: et occidit frēs suos filius ierobaal
septuaginta viros sup lapidē vnū. Remāsit-
q; ioathan filius ierobaal minimus: et abscō
ditus est. Congregati sunt autē omnes viri
sichem et vniuerse familie urbis mello: abie
rūtq; et constituerūt regē abimelech iuxta
quercum que stabat in sichem. Quod cum
nunciatū esset ioathan iuit et stetit in vertice
montis garizim: eleuataq; voce clamauit et
dixit. Audite me viri sichem: ita ut audiat
vos dñs. Ierunt ligna ut vngerēt sup se re-
gē. Dixerūtq; oliue. Impera nobis. Que re
spondit. Nunquid possum deserere pinguedi
nē meā qua et dij utuntur et homies: et venire
ut inter ligna pmouear? Dixeruntq; ligna ad
arborē sicū. Veni: et sup nos regnū accipe.
Que rñdit eis. Nūquid possum deserere dul
cedinē meā fructusq; suauissimos: et ire ut
inter cetera ligna pmouear? Locutaq; sūt
ligna ad vitē. Veni et impera nobis. Que rñ-
dit eis. Nūquid possum deserere vinū meum
quod letificat deum et homines: et inter ligna

cetera commouerī? Dixerūtq; oīa ligna ad ramnū. Veni ⁊ impera sup nos. Quē rn̄dit eis. Si vere me regē; vobis constituitis: venite et sub vmbra mea requiescite: sin autem nō vultis: egrediatur ignis de ramno ⁊ deuoret cedros libani. Nūc igitur si recte ⁊ absq; pc̄cō ↄstituistis sup vos regē abimelech et bene egistis cū ierobaal ⁊ cū domo eius: et reddidistis vice; beneficijs eius q̄ pugnauit ꝓ vobis ⁊ animā suam dedit periculis. ut erueret vos de manu madian: q̄ nūc surrexistis ↄtra domū pr̄is mei ⁊ interfecistis filios eius septuaginta viros sup vnū lapidem: et constituistis regē abimelech filiū ancille eius sup habitatores siche; eo ꝙ frater vester sit: si ergo recte et absq; vicio egistis cum ierobaal ⁊ domo eius. hodie letemini in abimelech ⁊ ille letetur in vobis. Sin aūt pūse egrediat̄ ignis ex eo ⁊ ↄsumat habitatores sichem ⁊ oppidū mello: egrediat̄q; ignis de viris sichem ⁊ de oppido mello ⁊ deuoret abimelech. Que cum dixisset fugit et abijt in bera: habitauitq; ibi ob metum abimelech fratris sui. Regnauit itaq; abimelech sup isrl̄ trib; annis. Misitq; dominus spiritū pessimū inter abimelech ⁊ habitatores sichem: qui ceperūt eū detestari: et scelus interfectionis septuaginta filioꝝ ierobaal et effusionē sanguinis eoꝝ conferre in abimelech frēm suū: et in ceteros sichimorum p̄ncipes qui eū adiuuerāt. Posuerūtq; insidias aduersū eū in sūmitate montiu;: et dū illius p̄stolabātur aduentū exercebant latrocinia: agētes p̄das de ptereūtib;. Nūciatūq; ē abimelech. Venit autē gaal filius obed cū fratrib; suis: et transiuit in sichimā. Ad cuius aduentum erecti habitatores sichem egressi sūt in agros vastātes vineas vuasq; calcātes: et factis cantantiū choris. ingressi sunt phanū dei sui: et inter epulas et pocula maledicebāt abimelech clamante gaal filio obed. Quis est iste abimelech et q̄ est sichem ut seruiamus ei? Nunquid nō est filius ierobaal? Et constituit principem zebul seruū suū sup viros emor pr̄is sichem. Cur ergo seruiemus ei? Vtinā daret aliq̄s populū istu; sub manu mea: ut auferrem de medio abimelech. Dictūq; est abimelech.

Congrega exercitus multitudinem et veni. Zebul enim p̄nceps ciuitatis auditis s̄monib; gaal filij obed iratus est valde: et misit clā ad abimelech nūcios dicēs. Ecce gaal filius obed venit in sichimā cū fratrib; suis: ⁊ oppugnat aduersū te ciuitatē. Surge itaq; nocte cū populo qui tecu; est et latita in agro: et p̄mo mane oriēte sole irrue. sup ciuitatē. Illo aūt egrediēte adūsū te cū p̄plo suo: fac ei quod potueris. Surrexit itaq; abimelech cū omī exercitu suo nocte: et tetēdit insidias iuxta sichimaz in quatuor locis. Egressusq; ē gabal filius obed: et stetit ī introitu porte ciuitatis. Surrexit aūt abimelech. et oīs exercitus cū eo de insidiarū loco. Cumq; vidiss; populū gaal: dixit ad zebul. Ecce de mōtib; multitudo descendit. Cui ille rn̄dit. Vmbras montiū vides quasi capita hominu;: et hoc errore deciperis. Rursumq; gaal ait. Ecce pplus de vmbilico terre descēdit: et vnus cuneus venit ꝑ viā q̄ respicit quercū. Cui dixit zebul. Vbi est nūc os tuū quo loquebaris: quis est abimelech ut seruiamus ei? Nōne hic ē pplus quē despiciebas? Egredē ⁊ pugna ↄtra eū. Abijt ergo gaal exspectāte sichimoꝝ populo ⁊ pugnauit cōtra abimelech: qui ꝑsecutus est eū fugiētē: et in urbē ↄpulit. Ceciderūtq; ex parte eius plurimi usq; ad portam ciuitatis: et abimelech sedit in ruma. Zebul aute; gaal et socios eius expulit de urbe: nec in ea passus est ↄmorari. Sequēti ergo die egressus est populus in campu;: quod cū nūciatū ess; abimelech tulit exercitū suū ⁊ diuisit in tres turmas: tēdēs insidias in agris. Vidensq; ꝙ egredētur populus de ciuitate surrexit et irruit in eos. cū cuneo suo oppugnās ⁊ obsidens ciuitatem: due autē turme palantes ꝑ campū aduersarios ꝑsequebātur. Porro abimelech omī die illo oppugnabat urbem: quā cepit interfectis habitatorib; eius: ipaq; destructa ita ut sal in ea disꝑgēt. Quod cū audissent q̄ habitabāt in turre sichimorū: ingressi sūt phanū dei sui berith vbi fed9 cū eo pepigerāt ⁊ ex eo locus nomē acceperat: qui erat munitus valde. Abimelech q̄q; audiēs viros turris sichimoꝝ pariter conglobatos ascendit in montē selmon cū omi

populo suo: et arrepta securi p̄cidit arboris ramū: impositūq; ferēs humero: dixit ad socios. Quod me vidistis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arborib; p̄cidētes sequebātur ducē. Qui circūdantes p̄sidiū succenderūt: atq; ita factum est ut fumo et igne mille hominū necarētur viri pariter et mulieres habitatoꝝ turris sichem. Abimelech autē inde ꝓficiscens venit ad oppidum thebes: qđ circundans obsidebat exercitu. Erat autez turris excelsa in media ciuitate: ad quā cōfugerant simul viri ac mulieres et oēs p̄ncipes ciuitatis clausa firmissime ianua: et sup turris tectū stātes p ꝓpugnacula. Accedensq; abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter: et appropinquās ostio ignē suppone nitebatur. Et ecce vna mulier fragmen mole desup iaciēs illisit capiti abimelech: et confregit cerebrū eius. Qui vocauit cito armigerū suū: et ait ad eū. Euagina gladium tuū ⁊ pcute me: ne forte dicatur q̄ a femina interfectus sim. Qui iussa pficiens interfecit eū. Illoq; mortuo omnes qui cū eo erāt de isrl̄ reuersi sūt in sedes suas: et reddidit deus maluz qđ fecerat abimelech contra patrē suuz interfectis septuaginta fratribus suis. Sichimitis q̄q; quod operati erant retributū est: et venit sup eos maledictio ioathan filij ierobaal. X

Post abimelech surrexit dux in israhel thola filius phua patrui abimelech vir de isachar q̄ habitauit in samir mōtis effraim: et iudicauit israhel viginti et tribus annis: mortuusq; ē ac sepultus in samir. Huic successit iair galaadites qui iudicauit israhel per viginti ⁊ duos annos: habens triginta filios sedētes super triginta pullos asinarum et principes triginta ciuitatum: que ex nomine eius sūt appellate auothiair id est oppida iair usq; in presentem diem in terra galaad. Mortuusq; est iair: ac sepultus in loco cui ē vocabulū camon. Filij autē israhel pccīs veterib; iungētes noua fecerūt malū in conspectu domini: et seruierūt ydolis baalim et astharoth ⁊ dijs syrie ac sidonis et moab ⁊ filioꝝ ammon ⁊ philistijm: dimiserūtq; dominū ⁊ nō coluerūt eū. Cōtra quos iratus tradidit eos in manus philistijm et filioꝝ ammon: afflictiq; sūt et vehemēter oppressi p annos decē et octo. oēs qui habitabant trans iordanen in terra amorrei q̄ est in galaad. intantū ut filij āmon iordane transmisso vastarent iudam ⁊ beniamin et ephraim. Afflictusq; ē israhel nimis. Et clamantes ad dominū dixerūt. Peccauimus tibi: q̄z dereliquimus dominū deū nostrū ⁊ seruiuimus baalim. Quibus locutus est dn̄s. Nunquid non egiptij ⁊ amorrei filijq; ammon ⁊ philistijm sidonij q̄q; ⁊ amalech ⁊ chanaan oppresserūt vos. et clamastis ad me ⁊ erui vos de manu eoꝝ? Et tamē reliquistis me: et coluistis deos alienos. Idcirco non addam ut ultra vos liberem. Ite ⁊ inuocate deos quos elegistis. Ipsi vos liberēt in tp̄e angustie. Dixerūtq; filij israhel ad dn̄m. Peccauimus: redde tu nobis quicquid placet tibi: tantū nūc libera nos. Que dicētes oīa de finib; suis alienoꝝ deoꝝ ydola pieceruīt: et seruierūt domino deo: q̄ doluit sup miserijs eoꝝ. Itaq; filij āmon conclamātes in galaad fixere tentoria: contra quos cōgregati filij israhel. in masphá castrametati sūt. Dixerūtq; p̄ncipes galaad singuli ad ꝓximos suos. Qui p̄mus ex nobis contra filios ammon ceperit dimicare: erit dux ꝓpli galaad. XI

Fvit itaq; illo in tempore iepthe galaadites vir fortissimus atq; pugnator filius mulieris meretricis: q̄ natus est de galaad. Habuit autē galaad uxorem de qua suscepit filios: qui postq̄ creuerāt eiecerūt iepthe dicētes. Heres in domo p̄ris nostri esse nō poteris: q̄z de adultera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitās habitauit in terra thob. Congregatiq; sūt ad eum viri inopes ⁊ latrocinātes: et quasi p̄ncipem sequebantur. In illis dieb; pugnabant filij āmon cōtra israhel: quib; acriter instātib; perexerūt maiores natu de galaad ut tollerēt in auxiliū sui iepthe de terra thob. Dixerūtq; ad eū. Veni ⁊ esto p̄nceps noster: et pugna contra filios ammon. Quib; ille r̄ndit. Nōne vos estis qui odistis me ⁊ eiecistis de domo p̄ris mei: et nūc venistis ad me necessitate cōpulsi? Dixerūtq; p̄ncipes galaad ad iepthe. Ob hāc igitur causaz nūc ad te venimus ut ꝓficiscaris nobiscū: et pugnes cōtra

filios ammon: sisq; dux omniũ qui habitãt in galaad. Jepthe q; dixit eis. Si vere venistis ad me ut pugnẽ p vobis contra filios ammon. tradideitq; eos dñs in manus meas: ego ero vester princeps? Qui rñderũt ei. Dñs qui hec audit ipe mediator ac testis est: q nostra pmissa faciamus. Abijt itaq; iepthe cũ principibꝫ galaad: fecitq; eũ oĩs populus principez sui. Locutusq; est iepthe omnes sermones suos corã domino in masphа. Et misit nũcios ad regẽ filiorꝫ ãmon: q ex psona sua dicerent. Quid michi et tibi est q venisti contra me ut vastares terram meã? Quibꝫ ille rñdit. Quia tulit israhel terram meã qñ ascendit de egipto: a finibꝫ arnon usq; iaboc atq; iordanen. Nunc ergo cũ pace redde michi eã. Per quos rursum mãdauit iepthe: et imperauit eis ut dicerent regi ammon. Hec dicit iepthe. Non tulit israhel terrã moab nec terrã filiorꝫ ammon: sed quãdo de egipto cõscenderũt ãbulauit p solitudinẽ usq; ad mare rubrũ: et venit in cades. Misitq; nũcios ad regẽ edom dicẽs. Dimitte me ut transeã terrã tuã. Qui noluit acquiescere pcibꝫ eius. Misit q; ad regem moab: q et ipse transitum pbere contempsit. Mansit itaq; in cades: et circuiuit ex latere terrã edom et terrã moab. Venitq; ad orientalẽ plagã terre moab et castrametatus est trãs arnon: nec voluit intrare terminos moab. Arnon quippe confiniũ est terre moab. Misit itaq; israhel nuncios ad seon regem amorreorũ q habitabat i esebon: et dixerũt ei. Dimitte ut trãseã p terrã tuã usq; ad fluuiũ. Qui et ipse israhel verba despiciẽs non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudie ɔgregata egressus est contra eum i iasa: et fortiter resistebat. Tradiditq; eũ dñs in manu israhel cũ omi exercitu suo et pcussit eũ: et possedit omem terrã amorrei habitatoris regionis illius et vniuersos fines eius de arnon usq; iaboc: et de solitudine usq; ad iordanẽ. Dñs ergo deus isrl subuertit amorreũ pugnãte cõtra illuz pplo suo israhel. Et tu nunc vis possidere terram eius? Nõne ea q possedit chamos deus tuꝰ tibi iure debentur? Que autez dñs deus nr victor obtinuit: in nram cedẽt possessionez.

Nisi forte melior es balac filio sephor rege moab. aut docere potes q iurgatus sit ɔtra israhel et pugnauerit contra eum quando habitauit in esebon et viculis eius et in aroer et villis illius: vel in cũctis ciuitatibꝫ iuxta iordanen p trecentos ãnos? Quare tanto tpe nichil sup hac repeticõe temptastis? Igitur nõ ego pecco in te: sz tu ɔtra me male agis. indicens michi bella nõ iusta. Judicet dñs arbiter huius diei inter israhel et inter filios ammon. Noluitq; acquiescere rex filiorum ammõ vbis iepthe q p nũcios mãdauerat. Factus est ergo sup iepthe spũs dñi: et circuiẽs galaad et manasse maspha quoq; galaad: et inde transiens ad filios ammõ votũ vouit domino dicens. Si tradideris filios ãmon in manus meas: quicũq; pmus fuerit egressus de foribꝫ domus mee. michiq; occurrerit reuertẽti cũ pace a filijs ãmon: eum olocaustũ offeram dño. Transiuitq; iepthe ad filios ammon ut pugnaret contra eos: quos tradidit dñs in manus eius: pcussitq; ab aroer usq; dũ venias in mennith viginti ciuitates: et usq; ad abel q est vineis consita plaga magna nimis: humiliatiq; sunt filij ãmon a filijs israhel. Reuertenti autẽ iepthe in maspha domuz suã: occurrit ei vnigenita filia cũ tympanis et choris. Nõ enĩ habebat alios liberos. Qua visa: scidit vestimẽta sua et ait. Heu me filia mi: decepisti me. et ipa decepta es. Apui enĩ os meũ ad dñm: et aliud facere non potero. Cui illa rñdit. Pater mi. si aperuisti os tuũ ad dñm. fac michi quodcũq; pollicitus es: ɔcessa tibi ulcõne atq; victoria de hostibꝫ tuis. Dixitq; ad prẽz. Hoc solũ michi psta quod depcor. Dimitte me ut duobꝫ mensibꝫ circueã montes: et plangaz virginitatẽ meã cũ sodalibꝫ meis. Cui ille respõdit. Vade. Et dimisit eã duobꝫ mẽsibꝫ. Cũq; abissz cũ socijs et sodalibꝫ suis: flebat virginitatẽ suã in montibꝫ. Expletisq; duobus mensibꝫ reuersa est ad patrem suuz: et fecit ei sicut vouerat. Que ignorabat virũ. Exinde mos increuit in israhel et consuetudo seruata est: ut post ãni circulũ conueniãt in vnum filie israhel et plangant filiam iepthe galaadite diebus quatuor.

XII

Ecce autẽ in ephraim orta est seditio

Nam transeūtes contra aquilonē. dixerunt
ad iepthe. Quare vadens ad pugnā otra
filios āmon vocare nos noluisti: ut pgere=
mus tecū? Igit' incēdemus domū tuā. Quibꝰ
ille rn̄dit. Disceptacō erat michi ⁊ populo
meo otra filios ammon vehemēs: vosqꝫ vo=
caui ut p̄beretis michi auxiliū: et facere no=
luistis. Qđ cernēs posui animā meā in ma=
nibus meis: transiuiqꝫ ad filios ammon: et
tradidit eos dn̄s in manus meas. Quid
cōmerui: ut aduersū me osurgatis in p̄liū?
Vocatis itaqꝫ ad se cunctis viris de gala=
ad pugnabat cōtra ephraim. Percusserūt=
qꝫ viri galaad ephraim: qꝛ dixerat fugiti=
uus est galaad de ephraim ⁊ habitat ī me
dio ephraim ⁊ manasse. Occupauerūtqꝫ ga=
laadite vada iordanis p q̄ ephraim reūsu=
rus erat. Cūqꝫ venissꝫ ad ea de ephraim nu=
mero fugiēs. atqꝫ dixissꝫ obsecro ut me trās=
ire pmittas: dicebāt ei galaadite. Nūquid
ephrateus es? Quo dicēte non sū: interro=
gabāt eū. Dic ergo sebboleth: qđ interp̄ta
tur spica. Qui rn̄debat thebboleth: eadem
lr̄a spicā exp̄mere nō valēs: statimqꝫ appre=
hensū iugulabāt in ip̄o iordanis trāsitu. Et
ceciderūt in illo tempore de ephraim q̄dra=
ginta duo milia. Iudicauit itaqꝫ iepthe ga
laadites israhel sex annis: et mortuus est ac
sepultus in ciuitate sua galaad. Post hūc
iudicauit israhel abessan de bethleem: q̄ ha=
buit triginta filios ⁊ totidem filias. Quas
emittēs foras maritis dedit: ⁊ eiusdē nume
ri filiis suis accepit uxores: introducens in
domū suā. Qui septē ānis iudicauit israhel:
mortuusqꝫ est ac sepultus in bethleem. Cui
successit ahialon zabulonites: et iudicauit
israhel decē annis: mortuusqꝫ ē ac sepultus
in zabulō. Post hūc iudicauit israhel abdō
filius hellel pharatonites qui habuit q̄dra=
ginta filios ⁊ triginta ex eis nepotes ascē=
dentes sup septuaginta pullos asinarū: et
iudicauit isrl' octo ānis: mortuusqꝫ ē ac sepul
tus ī pharatō t're effraim in mōte amalech.

XIII

Rursūqꝫ filii isrl' fecerūt malū
in ospectu domini: qui tradidit eos in
manus philistinoꝝ quadragita ānis. Erat
autē quidā vir de saraa ⁊ de stirpe dan noīe
manue habens uxorē sterilē: cui apparuit
angelus domini: et dixit ad eā. Sterilis es
et absqꝫ liberis: sꝫ concipies ⁊ paries filium.
Caue ergo ne bibas vinū ac siceram nec im=
mundū quicq̄ comedas: qꝛ concipies ⁊ pa
ries filiū: cuius nō tanget caput nouacula.
Erit enim nazareus dei ab infantia sua et ex
matris utero: et ipse incipiet liberare israhel
de manu philistinoꝝ. Que cū venissꝫ ad ma
ritū suū: dixit ei. Vir dei venit ad me habens
vultū angelicū: terribilis nimis. Quē cum
interrogassē quis esset ⁊ vnde venissꝫ ⁊ quo
nomine vocaretur noluit michi dicē: sꝫ hoc
rn̄dit. Ecce concipies ⁊ paries filium. Caue
ne vinū bibas nec siceram: et ne aliquo vesca=
ris immūdo. Erit enī puer nazareus ab in=
fantia sua ⁊ ex utero m̄ris sue: usqꝫ ad diem
mortis sue. Orauit itaqꝫ manue dn̄m et ait.
Obsecro dn̄e ut vir dei quem misisti veniat
iterū: et doceat nos quid nos debeamus fa=
cere de puero q̄ nasciturus ē. Exaudiuitqꝫ
dn̄s dep̄cantem manue: et apparuit rursum
angelus dn̄i uxori eius sedēti in agro. Ma=
nue autē maritus eius non erat cū ea. Que
cū vidissꝫ angelū festinauit ⁊ cucurrit ad vi=
rū suū: nūciauitqꝫ ei dicens. Ecce apparuit
michi vir quē ante videram. Qui surrexit et
secutus ē uxorē suā: veniensqꝫ ad virū dixit
ei. Tu es q̄ locutus es mulieri? Et ille rn̄dit.
Ego sū. Cui manue. Quādo inquit s'mo tu=
us fuerit expletus: quid vis ut faciat puer
aut a quo se obseruare debebit? Dixitqꝫ ange
lus dn̄i ad manue. Ab omnibꝰ q̄ locutus sū
uxori tui abstineat se: et quicquid ex vinea
nascitur nō omedat: vinū ⁊ siceram nō bibat:
nullo vescat' immūdo. et qđ ei p̄cepi impleat
atqꝫ custodiat. Dixit itaqꝫ manue ad āgelū
domini. Obsecro te ut acq̄escas p̄cibꝰ meis:
et faciamus tibi hedū de capris. Cui rn̄dit
angelus. Si me cogis non comedā panes
tuos: si autē vis olocaustū facē offer illud
dn̄o. Et nesciebat manue qꝛ āgelus domini
essꝫ. Dixitqꝫ ad eū. Quod est tibi nomē: ut si
s'mo tuus fuerit expletus honorem ꝯtē? Cui
ille rn̄dit. Cur queris nomē meū quod ē mi=
rabile? Tulit itaqꝫ manue hedū de capris ⁊
libamēta: et posuit sup petrā offerēs dn̄o q̄
facit mirabilia. Ipse autē ⁊ vxor eius intue=
bātur. Cūqꝫ ascēderet flāma altaris in celū:

angelus domini pariter in flāma ascendit. Quod cū vidisset manue ⁊ uxor eius: proni ceciderūt in terrā: et ultra eis non apparuit angelus dn̄i. Statimqꝫ intellexit manue angelū domini esse: et dixit ad uxorem suā. Morte moriemur: q̄ vidimus dn̄m. Cui respondit mulier. Si dn̄s nos vellet occidere. de manib; nostris olocaustū ⁊ libamēta non suscepisset: nec ostēdisset nobis hec oīa: neqꝫ ea que sūt ventura dixisset. Peperit itaqꝫ filiū: et vocauit nomē eius samson. Creuitqꝫ puer ⁊ bn̄dixit ei dn̄s: cepitqꝫ spiritus dn̄i esse cum eo in castris dan: inter saraa ⁊ estahol.

XIIII

Descendit ergo samson in thamnatha: vidensqꝫ ibi mulierē de filiab; philistijm ascendit et nunciauit prī suo ⁊ matri sue dicēs. Vidi mulierē in thamnatha de filiab; philistinoꝝ: quā queso ut michi accipiatis uxorē. Cui dixerūt pater et mater sua. Nunquid non est mulier in filiab; fratrū tuoꝝ ⁊ in omi populo tuo: quia vis accipere uxorē de philistijm q̄ incircūcisi sūt? Dixitqꝫ samson ad patrē suū. Hanc michi accipe: q̄ placuit oculis meis. Parētes aūt eius nesciebāt q̄ res a domino fieret: et quereret occasionē contra philistijm. Eo enim tempore dn̄abātur philistijm israheli. Descendit itaqꝫ samson cū prē suo ⁊ matre in thamnatha. Cumqꝫ venissent ad vineas oppidi apparuit catulus leonis seuus ⁊ rugiens: et occurrit ei. Irruit autē spūs domini in samson: et dilacerauit leonē quasi hedum in frusta decerperet nichil omnino habens in manu: et hoc patri ⁊ matri noluit indicare. Descenditqꝫ et locutus est mulieri q̄ placuerat oculis eius. Et post aliquot dies reuertens ut acciperet eam: declinauit ut videret cadauer leonis. Et ecce examen apū in ore leonis erat: ac fauus mellis. Quē cū sumpsisset in manib; comedebat in via: veniensqꝫ ad patrē suū ⁊ matrē dedit eis partē q̄ et ipsi comederūt: nec tamē eis voluit indicare q̄ mel de corpore leonis assumpserat. Descendit itaqꝫ pater eius ad mulierē: et fecit filio suo samson conuiuiū. Sic enī iuuenes facere consueuerant. Cū ergo ciues loci illius vidissent eū: dederūt ei sodales triginta qui essent cum eo. Quibus locutus est samson. Proponam vobis questionis ꝓblema: qđ si solueritis michi intra septē dies conuiuij dabo vobis triginta syndones ⁊ totidē tunicas. Si autē nō potueritis soluere: vos dabitis michi triginta syndones et eiusdē numeri tunicas. Qui responderūt ei. Propone ꝓblema ut audiamus. Dixitqꝫ eis. De comedente exiuit cibus: et de forti egressa ē dulcedo. Nec potuerunt ꝑ tres dies ꝓpositionem soluere. Cūqꝫ adesset dies septimus: dixerūt ad uxorē samson. Blādire viro tuo: et suade ei ut indicet tibi q̄d significet ꝓblema. Qđ si facere nolueris: incendemus te ⁊ domum prīs tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias ut spoliaretis? Que fundebat apud samson lacrimas: et querebatur dicēs. Odisti me ⁊ non diligis: idcirco ꝓblema qđ ꝓposuisti filijs populi mei nō vis michi exponere. At ille rn̄dit. Patri meo ⁊ matri nolui dicere: et tibi indicare potero? Septē igitur dieb; conuiuij flebat ante eū: tandēqꝫ die septimo cū ei esset molesta exposuit. Que statim indicauit ciuib; suis. Et ille dixerūt ei die septimo āte solis occubitū. Quid dulcius melle: et quid fortius leone? Qui ait ad eos. Si nō arassetis in vitula mea: nō inuenissetis ꝓpositiōem meā. Irruit itaqꝫ in eū spūs dn̄i: descenditqꝫ ascalonē et ꝑcussit ibi triginta viros: quoꝝ ablatas vestes dedit hijs q̄ problema soluerant. Iratusqꝫ nimis ascēdit in domū patris sui: uxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius ⁊ ꝓnubis.

XV

Post aliquantū aūt tēporis cū dies triticee messis instarent venit samson invisere volēs uxorē suā: et attulit ei hedū de capris. Cūqꝫ cubiculū eius solito vellet intrare: prohibuit illū prī illius dicēs. Putaui q̄ odisses eā: et ideo tradidi illā amico tuo. Sed habꝫ sororē q̄ iunior ⁊ pulcrior illa ē: sit tibi ꝓ ea uxor. Cui samson rn̄dit. Ab hac die nō erit culpa in me contra philisteos. Faciā enim vobis mala. Perrexitqꝫ ⁊ cepit trecentas vulpes: caudasqꝫ earū iunxit ad caudas et faces ligauit ī medio: quas igne succēdēs dimisit ut huc illucqꝫ discurrerēt. Que statī prexerūt in segetes philistinoꝝ. Quibus succensis ⁊ cōportate iam fruges et adhuc stantes in stipula concremate sunt: in tantū

ut vineas q3 et olиueta flamma consumeret.
Dixerũtq3 philistijm. Quis fecit hãc rem?
Quibus dictuz est. Samson gener thãna-
thei: q2 tulit uxorẽ eius 7 alteri tradidit: hec
operatus est. Ascenderunt q3 philistijm: et
combusserũt tã mulierẽ q2 prem eius. Quibus
ait samson. Licet hec feceritis tamẽ adhuc
ex vobis expetã ultionẽ: et tũc quiescaz. Per
cussitq3 eos ingenti plaga: ita ut stupentes
surã femori imponerent. Et descendẽs habi
tauit in spelũca petre etham. Igitur ascẽdẽ-
tes philistijm ĩ terrã iuda castrametati sũt
in loco qui postea vocatus est lechi id ẽ ma-
xilla: ubi eo2 fusus est exercitus. Dixerũtq3
ad eos de tribu iuda. Cur ascendistis adu-
sum nos? Qui responderunt. Ut ligemus
samson venimus: et reddamus ei q̃ in nos
operatus est. Descenderũt ergo tria milia
viro2 de iuda ad specũ silicis etham. Dixe-
rũtq3 ad samson. Nescis q2 philistijm im-
perent nobis? Quare hoc facere voluisti?
Quibus ille ait. Sicut fecerunt michi: sic feci
eis. Ligare inquiũt te venimus: et tradere in
manus philistino2. Quibus samson iurate
ait 7 spondete michi: q2 non occidatis me.
Dixerũt. Non te occidemus: sed vinctũ tra-
demus. Ligauerũtq3 eũ duobus nouis funi-
bus: et tulerunt eũ de petra etham. Qui cum
venisset ad locũ maxille 7 philistijm vocife
rantes occurrissent ei. irruit spũs dñi in eũ:
et sicut solent ad odorẽ ignis ligna consu-
mi: ita vincula quibus ligatus erat dissipata
sunt 7 soluta. Inuentãq3 maxillã id est mã-
dibulam asini q̃ iacebat arripiẽs: interfecit
in ea mille viros 7 ait. In maxilla asini in mã
dibula pulli asinarum deleui eos: et percus-
si mille viros. Cũq3 hec verba canẽs cõplesset:
proiecit mãdibulã de manu: et vocauit nomẽ
loci illius ramathlechi: qđ interp̃tatur ele-
uatio maxille. Sitiensq3 valde: clamauit ad
dominũ 7 ait. Tu dedisti in manu serui tui sa-
lutem hãc maximã atq3 victoriaz: et en siti
morior: incidãq3 in manus incircũcisorum.
Aperuit itaq3 dñs molarẽ dentem in maxil-
la asini: et egresse sũt ex eo aque. Quibus
haustis refocillauit spũm: et vires recepit.
Idcirco appellatũ est nomẽ loci illius fons
inuocantis de maxilla: usq3 in p̃sentẽ diem.

Iudicauitq3 isrl' in diebus philistijm viginti
annis. XVI

Abijt q3 in gazam et vidit ibi mulierẽ meretricẽ: ingressus
q3 est ad eã. Quod cũ audissent philistijm
et percrebruisset apud eos. intrasse urbem sam
son: circũdederũt eũ positis in porta ciuitatis
custodibus: et ibi tota nocte cũ silentio p̃sto-
lãtes ut facto mane exeuntem occiderent.
Dormiuit autem samson usq3 ad mediũ no-
ctis: et inde consurgẽs app̃hendit ambas
porte fores cũ postibus suis 7 sera: impositas-
q3 humeris suis portauit ad verticẽ montis
q̃ respicit hebron. Post hec amauit mulierẽ
que habitauit in valle soreth: et vocabatur
dalila. Veneruntq3 ad eã principes philisti-
norũ atq3 dixerũt. Decipe eũ 7 disce ab illo in
quo habeat tantã fortitudinẽ: et quomodo
eũ superare valeamus et vinctũ affligẽ. Quod si
feceris: dabimus tibi singuli mille argẽteos.
Locuta ẽ ergo dalila ad samson. Dic michi
obsecro in quo sit tua maxima fortitudo: et
qđ sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui
rñdit samson. Si septem neruiceis funibus
necduz siccis 7 adhuc humẽtibus ligatus fu-
ero: infirmus ero ut ceteri homines. Attule
rũtq3 ad eã satrape philistinorũ septẽ funes
ut dixerat: quibus vinxit eũ latentibus apud
se insidijs: et ĩ cubiculo finẽ rei exspectãtibus.
Clamauitq3 ad eũ. Philistijm sup te sam-
son. Qui rupit vincula quõ si rumpat quis
filũ de stuppa tortũ sputamine cum odorem
ignis acceperit: et nõ est cognitũ in quo esset
fortitudo eius. Dixitq3 ad eũ dalila. Ecce illu
sisti michi: et falsũ locutus es. Saltez nunc
indica michi quo ligari debeas. Cui ille rñ-
dit. Si ligatus fuero nouis funibus q̃ nunq̃
fuerũt ĩ ope: infirmus ero 7 alio2 hoim simi
lis. Quibus rursũ dalila vinxit eũ: et clamauit
philistijm sup te samson: in cubiculo insidi-
is p̃paratis. Qui ita rupit vincula: quasi fila
telarũ. Dixitq3 dalila rursũ ad eũ. Usq3 quo
decipis me 7 falsum loqueris? Ostende de
quo vinciri debeas. Cui rñdit samson. Si
inquit septẽ crines capitis mei cũ liceo ple-
xueris 7 clauũ hijs circũligatũ terre fixeris:
infirmus ero. Quod cũ fecisset dalila: dixit
ad eũ. Philistijm sup te samson. Qui cõsur-
gens de somno extraxit clauuz cũ crinibus et

licio. Dixitq; ad eū dalila. Quomō dicis q̄ amas me cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es michi: et noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumq; molesta ei esset: et per multos dies iugiter adhereret: spaciū ad quietē nō tribuēs: defecit anima eius: et ad mortē usq; lassata est. Tūc aperiēs veritatē rei dixit ad eam. Ferrū nūq̄ ascēdit sup caput meū: q2 nazareus id est consecratus dn̄o sū de utero matris mee. Si rasuz fuerit caput meū recedet a me fortitudo mea: et deficiam: eroq; sicut ceteri homines. Videnſq; illa q̄ confessus ei esset omnē animū suū: misit ad pn̄cipes philistinorū ac mādauit. Ascendite adhuc semel: q2 nūc michi aperuit cor suū. Qui ascēderūt: assumpta pecunia quā pmiserant. At illa dormire eū fecit sup genua sua: et in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tonsorē: et rasit septē crines eius: et cepit abigere eū et a se repellere. Statim enim de eo fortitudo discessit. Dixitq;. Philistijm sup te samson. Qui de somno ɔsurgēs dixit in animo suo. Egrediar sicut ante feci et me excutiā: nesciens q̄ recessisset ab eo dn̄s. Quē cū apprehendissent philistijm statī eruerūt oculos eius: et duxerūt gazaz vinctū cathenis: et clausū in carcē molere fecerūt. Iamq; capilli eius renasci ceperāt: et pn̄cipes philistinorū cōuenerūt in vnū ut immolarēt hostias magnificas dagon deo suo et epularētur dicētes: tradidit deus noster inimicū nr̄m samson in manus nr̄as. Quod etiā populus videns laudabat deū suū: eadēq; dicebat. Tradidit deus noster aduersariū nr̄m in manus nr̄as: q̄ deleuit terrā nr̄am: et occidit plurimos. Letīq; p cōuiuia sūptis iam epulis pceperūt ut vocaretur samson: et ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos: feceruntq; eū stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos. Dimitte me ut tangam colūnas quib; omnis imminet domus: et reclinēr sup eas et paululū requiescam. Domus aūt erat plena virorū ac mulierū: et erāt ibi oēs pn̄cipes philistinorū: ac de tecto et solario circiter tria milia vtriusq; sexus spectabāt ludentē samson. At ille inuocato dn̄o ait. Dn̄e deus meus memento mei: et redde michi nūc fortitudinē pristinā deus meus ut vlciscar me de hostib; meis: et pro amissione duorū luminū vnā ultionem recipiam. Et apprehendēs ambas colūnas quib; innitebatur domus: alterāq; earū dexterā et alterā leua tenēs ait. Moriatur anima mea cū philistijm. Concussisq; fortiter colūnis cecidit domus sup oēs pn̄cipes et ceterā multitudinē que ibi erat. Multoq; plures interfecit moriens: q̄ ante viuus occiderat. Descendentes aūt fratres eius et vniuersa cognacō tulerūt corpus eius: et sepelierūt inter saraa et esthaol in sepulcro pr̄is sui manue: iudicauitq; isrl' viginti ānis.

XVII

Fuit eo tēpore vir quidaz de monte ephraim nomine michas: q̄ dixit matri sue. Mille centū argēteos quos separaueras et sup quib; me audiēte iuraueras ecce ego habeo: et apud me sūt. Cui illa respōdit. Bn̄dictus filius meus dn̄o. Reddidit ergo eos matri sue: que dixerat ei. Consecraui et voui hoc argētū dn̄o. ut de manū mea suscipiat filius meus et faciat sculptile atq; conflatile: et nūc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri sue. Que tulit ducētos argenteos et dedit eos argentario: ut faceret ex eis sculptile atq; conflatile qd̄ fuit in domo miche. Qui ediculā q̄q; in ea deo separauit: et fecit ephod et theraphim: id est vestē sacerdotalē et ydola. Impleuitq; vnius filiorū suorū manū: et factus ē ei sacerdos. In dieb; illis nō erat rex i israhel: ſʒ vnusquisq; qd̄ sibi rectuz videbatur hoc faciebat. Fuit q̄q; in tempore illo alter adolescens de bethleem iuda ex cognacōne eius: eratq; ipse leuites et habitabat ibi. Egressusq; de ciuitate bethleez: peregrinari voluit ubicūq; sibi cōmodū repperisset. Cumq; venisset in montē ephraim iter faciēs et declinasset paruper in domo miche: interrogatus est ab eo vnde venisset. Qui respondit. Leuita sū de bethleez iuda: et vado ut habitē ubi potuero et utile michi eē pspexero. Mane apud me inquit et esto michi parens ac sacerdos: daboq; tibi per annos singulos decē argenteos ac vestē duplicē: et q̄ ad victū sunt necessaria. Acquieuit et mansit apud hominem: fuitq; illi quasi vnus de filijs. Impleuitq; micha

manū eius: et habuit puerū sacerdotē ápd se: nūc scio dicēs ꝙ bene faciet michi deus. hñti leuitici generis sacerdotē.

XVIII

In diebꝫ illis non erat rex in isrl': et tribus dan querebat possessionē sibi ut habitaret in ea. Usqꝫ ad illū eni diē inter ceteras tribus sortē nō acceperat. Miserunt ergo filij dan stirpis et familie sue quīqꝫ viros fortissimos de saraa et esthaol: ut explorarēt terrā et diligēter inspicerent. Dixeruntqꝫ eis. Ite et ꝯsiderate terrā. Qui cū pergētes venissent in montē ephraim et intrassent domū miche: requieuerūt ibi. Et agnoscentes vocē adolescentis leuite · vtentesqꝫ illius diuersorio: dixerūt ad eū · Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quā ob causam huc venire voluisti? Qui rñdit eis. Hec et hec ṗstitit michi michas: et me mercede conduxit ut sim ei sacerdos. Rogauerūtqꝫ eū ut ꝯsuleret dñm: et scire possent an ꝓspero itinere ꝑgerēt · et res haberet effectuꝫ. Qui rñdit eis. Ite cum pace. Dñs respicit viā vr̄am: et iter quo pergitis. Eūtes igitur quīqꝫ viri venerūt lais: viderūtqꝫ ṗplm habitantē in ea absqꝫ ullo timore iuxta ꝯsuetudinē sydoniorū: securum et quietū nullo eis penitus resistēte magnarūqꝫ opū: et procul a sydone atqꝫ a cunctis hominibꝫ separatuꝫ. Reuersiqꝫ ad frēs suos in saraa et esthaol: et quid egissent sciscitantibꝫ rñderunt. Surgite et ascendamus ad eos. Vidimus eni terrā valde opulentā et vberem. Nolite negligere: nolite cessare. Eamus et possideamus eā: nullus erit labor. Intrabimꝰ ad securos ī regionē latissimā: tradetqꝫ nobis dñs locū in quo nullius rei ē penuria eoꝝ que gignūtur in terra. Profecti igitur sūt de cognacōne dan de saraa et esthaol sexcēti viri accincti armis bellicis: ascendentesqꝫ manserunt in cariathiarim iude: qui locus ex eo tempore castrorū dan nomen accepit · et est post tergū cariathiarim · Inde trāsierūt in montē ephraim. Cūqꝫ venissent ad domū miche: dixerūt quīqꝫ viri qui prius missi fuerāt ad ꝯsiderandā terrā lais ceteris fratribꝫ suis. Nostis ꝙ in domibus istis sit ephod et theraphim et sculptile atqꝫ conflatile? Videte quid vobis placeat. Et cū paululū declinassent ingressi sunt domū adolescētis leuite q̄ erat in domo miche: salutaueruntqꝫ eū verbis pacificis: sexcēti aūt viri ita ut erāt armati stabāt āte ostiuꝫ. At illi q̄ ingressi fuerāt domū iuuenis sculptile et ephod et theraphim atqꝫ cōflatile tollere nitebātur: et sacerdos stabat ante ostiū: sexcentis viris fortissimis haud ꝓcul exspectātibꝫ. Tulerūt igitur q̄ intrauerāt sculptile ephod et ydola atqꝫ conflatile. Quibus dixit sacerdos. Quid facitis? Cui responderūt. Tace et pone digitū super os tuū: veniqꝫ nobiscū: ut habeamus te pr̄em ac sac̄dotē. Quid tibi melius ē ut sis sacerdos in domo vnius viri: an in vna tribu et familia in isrl'? Quod cū audisset acquieuit ſmonibꝫ eoꝝ: et tulit ephod et ydola ac sculptile et ꝓfectus est cū eis. Qui cū pergerēt et ante se ire fecissent puulos ac iumēta et oīne qđ erat ṗciosū iamqꝫ a domo miche essent ꝓcul: viri q̄ habitant in edibꝫ miche ꝯclamantes secuti sūt: et post tergū clamare ceperūt. Qui cum respexissent dixerīt ad michā. Quid tibi vis? Cur clamas? Qui rñdit. Deos meos quos michi feci tulistis et sacerdotē et oīa q̄ habeo: et dicitis quid tibi est? Dixerūtqꝫ ei filij dan. Caue ne ultra loquaris ad nos: et veniant ad te viri animo concitati: et ipe cū omni domo tua pereas. Et sic cepto itiñe ṗrexerīt. Videns aūt micha ꝙ fortiores se essent: reuersus ē in domū suaꝫ. Sexcēti aūt viri tulerūt sacerdotē et q̄ sup̄ diximus: veneruntqꝫ in lais ad ṗplm quiescentē atqꝫ securū et percusserūt eos in ore gladij · urbemqꝫ incēdio tradiderūt nullo penitus ferente ṗsidiū: eo ꝙ ꝓcul habitarēt a sydone et cū nullo hoim haberēt quicꝙ̄ societatis ac negocij. Erat aūt ciuitas sita in regione roob quā rursum extruētes habitauerūt in ea vocato noīe ciuitatis dan iuxta vocabulū pr̄is sui quē genuerat isrl' que ṗus lais dicebat᷑. Posuerūtqꝫ sibi sculptile: et ionathan filiū gersan filij moysi ac filios eius sac̄dotes in tribu dan: usqꝫ ad dieꝫ captiuitatis sue. Mānsitqꝫ apud eos ydolū miche oī tpe quo fuit domus dei in sylo. In diebꝫ illis non erat rex in israhel.

XIX

Fuit quidā vir leuites habitans in latere mōtis ephraim: q̄ accepit uxorem de bethleem iuda. Que reliquit

eū ⁊ reuersa ē in domū pris sui bethleez: mā-
sitq; apud eū q̄tuor mēsibꝫ. Secutusq; ē eā
vir suus volensq; recōciliari ei atq; blandi
ri ⁊ secū reducē: habēs in comitatu puerū et
duos asinos. Que suscepit eū: et introduxit
in domū pris sui. Qd̄ cū audisset socer eius
eūq; vidiss; occurrit ei letus: et āplexatus ē
hoīem. Mā̄sitq; gener in domo soceri tribꝫ
diebꝫ comedēs cū eo ⁊ bibēs familiariter: die
autē quarto de nocte ɔsurgens ꝓficisci vo-
luit. Quē tenuit socer: et ait ad eū. Gusta
prius pusillū panis ⁊ conforta stomachuz:
et sic ꝓficisceris. Sederūtq; simul: ac comē-
derūt ⁊ biberūt. Dixitq; pater puelle ad ge
nerū suū. Queso te: ut hodie hic maneas
pariterq; letemur. At ille cōsurgens cepit
velle ꝓficisci. Et nichilominus obnixe eum
socer tenuit: et apud se fecit manere. Mane
autem facto parabat leuites iter. Cui so-
cer rursū. Obsecro inquit ut paululū cibi ca
pias: et assumptis viribꝫ donec increscat di-
es. postea ꝓficiscaris. Comederūt ergo si-
mul: surrexitq; adolescens ut pergeret cū
uxore sua ⁊ puero. Cui rursū locutus est so-
cer. Considera ꝙ dies ad occasuz declinior
sit: et ꝓpinquat ad vesperuz. Mane apud me
etiā hodie et duc letū diem: et cras ꝓficisce-
ris ut vadas in domū tuaz. Noluit gener
acquiescere sermonibꝫ eius: sed statiz pre-
xit et venit contra iebus que altero nomine
vocatur ihrl'm: ducens secum duos asinos
onustos et ɔcubinam. Jamq; aderāt iuxta
iebus: et dies mutabatur in noctez. Dixitq;
puer ad dn̄m suū. Veni obsecro declinem9
ad urbem iebuseorum: et maneamus in ea.
Cui respondit dn̄s. Nō ingrediar oppiduz
gentis aliene que nō est de filijs israhel: sed
transibo usq; gabaa et cū illuc puenero ma-
nebimus in ea: aut certe in urbe rama. Trāsi
ierūt ergo iebus ⁊ ceptū carpebant iter: oc-
cubuitq; eis sol iuxta gabaa q̄ est in tribu
beniamin: diuerterūtq; ad eam ut manerēt
ibi. Quo cum intrassent sedebant in platea
ciuitatis: et nullus eos recipe voluit hospi-
cio. Et ecce apparuit homo senex reuertens
de agro ⁊ de opere suo vesperi: qui ⁊ ipse de
monte erat ephraim: et peregrinus habi-
tabat in gabaa. Hoīes aūt regionis illi9
erant filij iemini. Eleuatisq; oculis vidit se-
nex sedentem hominem cū sarcinulis suis
in platea ciuitatis: et dixit ad eū. Vnde venis:
et quo vadis? Qui respondit ei. Profecti
sumus de bethleez iuda: et ꝑgimus ad locū
nostrū q̄ est in latere montis ephraim vnde
ieramus bethleem. Et nū c vadimus ad do-
mū dei: nullusq; sub tectū suū nos vult reci-
pere. habentes paleas et fenū in asinoꝝ pa-
bulū: et panez ac vinū in meos ⁊ ancille tue
usus ⁊ pueri qui mecū est. Nulla re indige-
mus nisi hospicio. Cui respondit senex. Pax
tecū sit. Ego p̄bebo oīa que necessaria sūt:
tantū queso ne in platea maneas. Jntrodu
xitq; eū in domū suā: et pabulū asinis p̄buit:
ac postq̄ lauerunt pedes suos recepit eos
in cōuiuiū. Jllis epulantibꝫ et post laborem
itineris cibo ⁊ potu reficiētibꝫ corpa: venerūt
viri ciuitatis illius filij belial id est absq; iu-
go: et circūdātes domū senis fores pulsare
ceperūt clamātes ad dn̄m domus atq; dicē
tes. Educ virū qui ingressus ē domū tuā: ut
abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex
et ait. Nolite fratres nolite facere malum
hoc: quia ingressus ē homo hospiciū meū: et
cessate ab hac stulticia. Habeo filiā virgi-
nē. et hic hō habet cōcubinā: educā eas ad
vos ut humilietis eas ⁊ vr̄am libidinez cō-
pleatis: tantū obsecro ne scelus hoc contra
naturā operemini in virū. Nolebant acqui-
escere ſmonibꝫ illius. Quod cernēs homo
adduxit ad eos ɔcubinā suā: et eis tradidit
illudendā. Qua cū tota nocte abusi essent:
dimiserunt eam mane. At mulier receden-
tibus tenebris venit ad ostium domus ubi
manebat dn̄s suus: et ibi corruit. Mane fa-
cto surrexit homo et aperuit ostiū ut ceptā
expleret viam: et ecce ɔcubina eius iacebat
ante ostiū sparsis in limine manibꝫ. Cui ille
putās eā quiescere loquebatur. Surge ut
ambulemus. Qua nichil respondente intel-
ligens ꝙ erat mortua. tulit eam et imposuit
asino: reuersusq; est in domū suā. Quam cū
esset ingressus arripuit gladiū: et cadauer
uxoris cū ossibꝫ suis in duodecim partes ac
frusta cōscidēs misit in oēs terminos isrl'.
Quod cum vidissent singuli conclamabāt.
Nunq̄ res talis facta ē in israhel ex eo die

quo aſcēderūt patres nostri de egipto uſq;
in pſens tēpus. Ferte sententiam: et in cōmune
decernite quid facto opus sit. XX

Egreſſi itaq; ſunt omnes filij iſrahel et
pariter congregati quaſi vir vnus de
dan uſq; berſabee et terra galaad ad dn̄m
in maſpha: om̄es q; anguli populorum et cū-
cte tribꝰ iſrahel in eccleſiā ꝑpli dei cōuenerūt
q̃drīgenta milia peditū pugnatorum. Nec
latuit filios beniamin: quod aſcēdiſſent filij iſ-
rahel in maſpha. Interrogatuſq; leuita ma-
ritus mulieris interfecte. quomodo tantū
ſcelus ꝑpetratū eſſet r̄ndit. Veni in gabaa
beniamin cū uxore mea: illucq; diuerti. Et ec-
ce homines ciuitatis illius circumdederunt
nocte domū in qua manebā volētes me oc-
cidere: et uxorē meā incredibili furore libi-
dinis vexantes: demū mortua eſt. Quā ar-
reptā in fruſta cōcidi: miſiq; partes in om̄es
terminos poſſeſſionis vr̄e: quod nūq̃ tantū ne
fas et tā grāde piaculū factū eſt in iſrahel.
Adeſtis om̄es filij iſrl̄: decernite q̃d facere de-
beatis. Stanſq; omnis ꝑplus et quaſi vnius
hoīs ſermone r̄ndit. Nō recedemus in taber-
nacula noſtra: nec ſuam quiſq̃ intrabit do-
mū: ſed hoc cōtra gabaa in comune facie-
mus. Decem viri eligātur e centū ex om̄ibꝰ
tribubꝰ iſrahel et centū de mille et mille de de-
cem milibꝰ ut cōportent exercitui cibaria: et
poſſimus pugnare cōtra gabaa beniamin:
et reddere ei ꝓ ſcelere quod meretur. Con-
uenitq; vniuerſus iſrahel ad ciuitatē quaſi
homo vnus eadem mente vnoq; conſilio: et
miſerūt nūcios ad om̄em tribū beniamin q̃
dicerent. Cur tantū nefas in vobis repertū
eſt? Tradite hom̄es de gabaa qui hoc fla-
giciū ꝑpetrarūt ut moriātur: et auferatur ma
lū de iſrahel. Qui noluerūt fratrū ſuorum fili-
orū iſrahel audire mandatū: ſed ex cunctis
urbibꝰ que ſortis ſue erant conuenerunt in
gabaa ut illis ferrēt auxiliū: et contra vniu-
ſum populū iſrahel dimicarēt. Inuentiq; ſūt
viginti quīq; milia de beniamin educentiū
gladiū preter habitatores gabaa q̃ ſeptī-
genti erāt viri fortiſſimi ita ſiniſtra ut dextra
ꝓliantes: et ſic fundis lapides ad certū ia-
ciētes: ut capillum q; poſſent ꝑcutere: et ne-
quaq̃ in alterā ꝑtē ictus lapidis deferret.

Virorum q; iſrahel abſq; filijs beniamin inuē-
ta ſūt quadringēta milia educētiū gladios
et paratorum ad pugnā: q̃ ſurgētes venerūt
in domū dei hoc eſt in ſylo: conſulueruntq;
dominū atq; dixerūt. Quis erit in exercitu
noſtro princeps certaminis cōtra filios bē-
iamin? Quibus r̄ndit dn̄s. Iudas ſit dux
veſter. Statimq; filij iſrahel ſurgētes mane
caſtrametati ſūt iuxta gabaa: et inde ꝓce-
dētes ad pugnā cōtra beniamin. urbē oppu-
gnare ceperūt. Egreſſiq; filij beniamin de ga
baa occiderūt de filijs iſrahel die illo viginti
duo milia virorum. Rurſū filij iſrl̄ et fortitudīe
et numero cōfidētes in eodem loco in quo
prius certauerūt aciem direxerūt: ita tm̄ ut
prius aſcēderēt et flerēt coram dn̄o uſq; ad
noctē: conſulerentq; eū et dicerēt. Debeo ul-
tra ꝓcedere ad dimicandū cōtra filios ben-
iamin fr̄es meos an non? Quibꝰ ille r̄ndit.
Aſcendite ad eos: et inite certamen. Cūq;
filij iſrahel altera die contra filios beniamin
ad preliū ꝓceſſiſſent. eruperūt filij bēiamin
de portis gabaa: et occurrētes eis tanta in
illos cede bachati ſūt. ut decē et octo milia
virorum educētium gladiū ꝓſternerēt. Quā-
obrem om̄es filij iſrahel venerūt ī domū dei:
et ſedentes flebant coram domino. Ieiuna-
uerūtq; die illo uſq; ad veſperā: et obtulerūt
ei olocauſta atq; pacificas victimas: et ſup
ſtatu ſuo interrogauerunt. Eo tp̄e ibi erat
archa federis domini: et phinees filius elea
zari filij aaron ꝑpoſitus domus. Cōſuluerūt
igitur dn̄m atq; dixerūt. Exire ultra debemꝰ
ad pugnam contra filios beniamin fratres
noſtros, an quieſcere? Quibꝰ ait dn̄s. Aſcē
dite. Cras enī tradam eos in manus vr̄as.
Poſuerūtq; filij iſrahel inſidias ꝑ circuitum
urbis gabaa: et tercia vice ſicut ſemel et bis
contra beniamin exercitū ꝓduxerūt. Sed et
filij beniamin audacter eruperūt de ciuitate:
et fugiētes aduſarios longius pſecuti ſunt:
ita ut vulnerarēt ex eis ſicut ꝑmo die et ſcdo:
et cederēt per duas ſemitas vertētes terga
quarū vna ferebatur in bethel et altera ī ga-
baa: atq; ꝓſternerēt triginta circiter viros.
Putauerūt enī ſolito eos more cedē. Qui fu
gā arte ſimulantes inierūt cōſiliū ut abſtraherēt
eos de ciuitate: et q̃ſi fugiētes ad ſupdictas

semitas pduceret. Oēs itaq filij isrl' surgentes de sedibꝫ suis tetēderūt aciē in loco qui vocatur baalthamar: insidie quoq que circa urbem erant paulatim se apire ceperūt et ab occidentali urbis parte procedere. Sz ⁊ alia decē milia viroꝝ de vniūso israhel. habitatores urbis ad certamia puocabāt: ingrauatūq est bellum contra filios beniamin: et non intellexerūt q ex omni parte illis instaret interitus. Percussitq eos dñs in conspectu filioꝝ israhel: et interfecerunt ex illis in illo die viginti quinq milia ⁊ centū viros oēs bellatores et educētes gladium. Filij aūt beniamin cū se inferiores esse vidissent ceperūt fugere. Quod cernentes filij israhel dederūt eis ad fugiendū locū: ut ad preparatas insidias deuenirent quas iuxta urbem posuerant. Qui cū repente de latibulis surrexissent ⁊ beniamin terga cedentibꝫ daret: ingressi sūt ciuitatē ⁊ pcusserūt eam i ore gladij. Signū aūt dederat filij israhel hijs quos in insidijs collocauerāt: ut postq̄ urbem cepissent ignē accenderent: ut ascendēte in altū fumo captā urbem demōstraret. Quod cum cernerent filij israhel in ipso certamine positi. putauerūt enim filij beniamin eos fugere ⁊ instantius psequebantur. cesis de exercitu eoꝝ triginta viris: ut viderunt quasi colūnā fumi de ciuitate conscendere. beniamin quoq respiciens retro captam cerneret ciuitatē ⁊ flāmas in sublime ferri: qui prius simulauerant fugam. versa facie fortius resistebant. Quod cū vidissent filij beniamin in fugam versi sūt: et ad viā deserti ire cepert: illuc quoq eos aduersarijs psequētibꝫ. Sed ⁊ hij qui urbem succenderant occurrerunt eis: atq ita factum est ut ex utraq pte ab hostibus cederētur: nec erat ulla requies morientiū. Ceciderūt atq prostrati sūt ad orientalē plagā urbis gabaa. Fuerūt aūt qui in eodē loco interfecti sunt decem ⁊ octo milia viroꝝ: oēs robustissimi pugnatores. Quod cum vidissent qui remanserāt de beniamin fugerūt in solitudinem: et pgebant ad petram cuius vocabulū est remmon. In illa q̄q fuga palantes et in diuersa tendentes occiderūt quīq milia viros. Et cū ultra tenderēt psecuti sūt eos: et interfecerūt etiā alia duo milia. Et sic factum est ut oēs qui ceciderāt de beniamin in diuersis locis essent viginti quinq milia pugnatores ad bella pmptissimi. Remanserūt itaq de oī numero beniamin q̄ euadē potuerūt ⁊ fugere in solitudinē sexcenti viri: sederūtq i petra remmon mensibꝫ quatuor. Regressi autem filij israhel omnes reliquias ciuitatis a viris usq ad iumēta gladio percusserunt: cunctasq urbes ⁊ viculos beniamin vorax flamma consumpsit.

XXI

Iurauerant quoq filij israhel in masphat: et dixerunt. Nullus nrm dabit filijs beniamin de filiabus suis uxorem. Veneruntq omnes ad domū dei in sylo: et in ɔspectu eius sedentes usq ad vesperā leuauerūt vocem: et magno vlulatu ceperūt flere dicentes. Quare dñe deus israhel factū est hoc malum populo tuo: ut hodie vna tribꝫ auferretur ex nobis? Altera aūt die diluculo consurgentes extruxerūt altare: obtulerūtq ibi olocausta et pacificas victimas: et dixerūt. Quis nō ascendit in exercitū dñi de vniuersis tribubus israhel? Grandi enim iuramēto se cōstrinxerāt cū essent in masphat. interfici eos qui defuissent: ductiq penitentia filij israhel super fratre suo beniamin ceperūt dicere. Ablata est tribꝫ vna de israhel. Unde uxores accipient? Oēs enī in cōmune iurauimus non daturos nos hijs filias nr̄as. Idcirco dixerūt. Quis est de vniuersis tribubꝫ israhel. q̄ nō ascendit ad dñm in masphat? Et ecce inuenti sunt habitatores iabis galaad in illo exercitu non fuisse. Eo q̄q tempore cū essent in sylo nullus ex eis ibi repertus ē. Miserūt itaq decē milia viros robustissimos: et pceperunt eis. Ite ⁊ pcutite habitatores iabis galaad in ore gladij. tam uxores q̄ puulos eoꝝ: et hoc erit quod obseruare debebitis. Oēe generis masculini ⁊ mulieres que cognouerūt viros interficite: virgines reseruate. Inuente sūt de iabis galaad quadringente virgines que nesciuerūt viri thorū: et adduxerūt eas ad castra in sylo in terrā chanaan. Miserūtq nūcios ad filios beniamin qui erant in petra remmon: et pceperunt eis ut eos susciperent in pace. Veneruntq filij beniamin i illo tēpore: et date sūt eis uxores

de filiabꝰ iabis galaad: alias autē nō rep=
pererūt quas simili modo traderēt. Vniu=
susq; israhel valde doluit. et egit penitētiam
sup interfectōe vnius tribꝰ ex isrl'. dixeruntq;
maiores natu. Quid faciemus reliquis qui
non acceperūt uxores? Omnes in beniamin
femie cōciderūt: et magna nobis cura ingē=
tiq; studio puidendū est: ne vna tribꝰ dele
atur ex israhel. Filias enī nr̄as eis dare non
possumus constricti iuramento ⁊ maledicti
one qua diximus: maledictus qui dederit
de filiabꝰ suis uxorem beniamin. Ceperunt=
q; consiliū: atq; dixerūt. Ecce solēnitas dn̄i
est in sylo anniuersaria. q̄ sita est ad septē=
trionē urbis bethel: ad orientalē plagā vie
q̄ de bethel tēdit ad sychimā: ⁊ ad meridiem
oppidi lebona. Preceperūtq; filijs beniamin
atq; dixerūt. Ite: et latitate in vineis. Cunq;
videritis filias sylo ad ducendos choros
ex more pcedere: exite repente de vineis et
rapite ex eis singuli uxores singulas: et p=
gite in terrā beniamin. Cunq; venerint pr̄es
earū ac fratres ⁊ aduersū vos queri ceperit
atq; iurgari: dicemꝰ eis. Miseremini eorū.
Non enim rapuerūt eas iure bellantiū: atq;
victorū: sed rogantibus ut acciperent nō
dedistis: et a vr̄a parte peccatū est. Feceruntq;
filij beniamin ut sibi fuerat imperatū: et iuxta
numerū suū rapuerūt sibi de hijs q̄ ducebāt
choros uxores singulas: abieruntq; i posses=
sionem suā edificantes urbes ⁊ habitantes
in eis. Filij q̄s israhel reuersi sunt p tribꝰ ⁊ fa
milias in tabernacula suā. In diebꝰ illis non
erat rex in israhel: sed vnusquisq; quod sibi
rectum videbatur hoc faciebat.

Explic̄ liber iudicū Incipit liber ruth.

In diebus vnius iudicis quando iudices
preerant facta est fames in terra. Abijt ergo
homo de bethleem iuda. ut peregrinaretur in
regione moabitide: cū uxore sua ac duobus
liberis. Ipse vocabatur elimelech ⁊ uxor eius
noemi: et duo filij alter maalon ⁊ alter cheli
on. effratei de bethleem iuda. Ingressiq; re=
gionē moabitidē morabātur ibi. Et mortuꝰ
est elimelech maritus noemi: remāsitq; ipa
cū filijs. Qui acceperūt uxores moabitidas:
quarū vna vocabat̄ orpha: alteraq; ruth.
Manseruntq; ibi decē ānis: et ambo mortui sūt
maalon videlicet ⁊ chelion: remāsitq; mlier
orbata duobꝰ liberis ac marito. Et surrexit
ut in patriā pgeret cū utraq; nuru sua de re
gione moabitide. Audierat enī q̄ respexiss
dn̄s populū suū: et dedissꝫ eis escas. Egressa
ē itaq; de loco peregrinacōis sue cū utraq;
nuru: et iam in via reuertēdi posita in terram
iuda: dixit ad eas. Ite in domū mr̄is vr̄e. Fa
ciat vobiscū dn̄s misericordiā: sicut fecistis
cū mortuis ⁊ mecū. Det vobꝫ inuenire requiē
in domibꝰ virorū quos sortituri estis. Et o=
sculata est eas. Que eleuata voce flere ce=
perunt ⁊ dicere. Tecū pgemus ad ppl'm tuū.
Quibꝰ illa rn̄dit. Reuertimini filie mi. Cur ve=
nitis mecū? Num ultra habebo filios in vte=
ro meo: ut viros ex me sperare possitis? Reu
timini filie mi ⁊ abite. Iam enī senectute cō=
fecta sū: nec apta vinculo cōiugali. Etiam si
possem hac nocte cōcipere ⁊ parere filios: si
eos exspectare velitis donec crescant ⁊ ānos
pubertatis impleāt: ante eritis vetule q̄ nu=
batis. Nolite queso filie mi: q2 vestra angu=
stia magis me pmit: et egressa ē manus dn̄i
cōtra me. Eleuata igitur voce rursū flere ce
perūt. Orpha osculata est socrū ac reuersa:
ruth adhesit socrui sue. Cui dixit noemi. En
reuersa est cognata tua ad populū suū ⁊ ad
deos suos: vade cū ea. Que rn̄dit. Ne ad=
uerseris michi: ut relinquā te ⁊ abeā. Quo=
cūq; perrexeris pergā: et ubi morata fueris et
ego pariter morabor. Populus tuus pp'ls
meus: et deus tuus deus meus. Que te terra
susceperit morientē in ea moriar: ibiq; locū
accipiā sepulture. Hec michi faciat deus et
hec addat: si nō sola mors me ⁊ te separauit.
Videns ergo noemi q̄ obstinato ruth aio
decreuisset secū pgere. aduersari noluit: nec
ad suos ultra reditū psuadere. Profecteq;
sūt simul: et venerūt in bethleē. Quibꝰ urbem
ingressis velox apud cūctos fama percrebru
it: dicebātq; mulieres. Hec est illa noemi.
Quibꝰ ait. Ne vocetis me noemi id est pul=
posse euadere a facie saul. Itaque saul et viri eius in modum corone cingebant david et viros eius: ut caperent eos. Et nuncius venit ad saul dicens. Festina et veni: quoniam infuderunt se philistiim super terram. Reuersus est ergo saul desistens persequi david: et prexit in occursum philistinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem. XXIIII

Ascendit ergo david inde: et habitauit in locis tutissimis engaddi. Cumque reuersus esset saul postquam persecutus est philisteos: nunciauerunt ei dicentes. Ecce david in deserto est engaddi. Assumens ergo saul tria milia electorum virorum ex omni israel: perrexit ad inuestigandum david et viros eius: etiam super abruptissimas petras que solis ibicibus peruie sunt. Et venit ad caulas ouium que se offerebant vianti: eratque ibi spelunca: quam ingressus est saul ut purgaret ventrem. Porro david et viri eius in interiore parte spelunce latebant. Et dixerunt serui david ad eum. Ecce dies de qua locutus est dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuum ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo david: et precidit oram clamidis saul silenter. Post hec percussit cor suum david: eo quod abscidisset oram clamidis saul. Dixitque ad viros suos. Propicius sit michi dominus ne faciam hanc rem domino meo cristo domini ut mittam manum meam in eum: quia cristus domini est. Viuit dominus: quia nisi dominus percusserit eum. aut dies eius venerit ut moriatur. aut descendens in prelium perierit: propicius michi sit dominus ut non mittam manum meam in cristum domini. Et confregit david viros suos sermonibus istis: et non permisit eos ut surgerent in saul. Porro saul exsurgens de spelunca: pergebat cepto itinere. Surrexit autem david post eum: et egressus de spelunca clamauit post tergum saul dicens. Domine mi rex. Et respexit saul post se: et inclinans se david pronus in terram adorauit. Dixitque ad saul. Quare audis verba hominum loquentium: david querit malum aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui. quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca: et cogitaui ut occiderem te: sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non extendam manum meam in dominum meum: quia cristus domini est. Quin potius pater mi vide et cognosce oram clamidis tue in manu mea: quod cum preciderem summitatem clamidis tue nolui extendere manum meam in te. Animaduerte et vide: quoniam non est in manu mea malum neque iniquitas: neque peccaui in te. Tu autem insidiaris anime mee: ut auferas eam. Iudicet dominus inter me et te: et ulciscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te sicut dicitur in prouerbio antiquo. Ab impiis egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris: et pulicem vnum. Sit dominus iudex et iudicet inter me et te: et videat et iudicet causam meam: et eruat me de manu tua. Cum autem complesset david loquens sermones huiuscemodi ad saul: dixit saul. Numquid vox hec tua est fili mi david? Et leuauit saul vocem suam et fleuit: dixitque ad david. Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti michi bona: ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti michi hodie que feceris michi bona: quomodo tradiderit me dominus in manu tua: et non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc: pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis et habiturus in manu tua regnum israel: iura michi in domino ne deleas semen meum post me: neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit david sauli. Abiit ergo saul in domum suam: et david et viri eius ascenderunt ad tutiora loca. XXV

Mortuus est autem samuel: et congregatus est vniuersus israel et planxerunt eum: et sepelierunt eum in domo sua in ramatha. Consurgensque david: descendit in desertum pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine maon: et possessio eius in carmelo: et homo ille magnus nimis: erantque ei oues tria milia et mille capre. Et accidit ut tonderetur grex eius in carmelo. Nomen autem viri illius erat nabal: et nomen uxoris eius abigail. Eratque mulier illa prudentissima et speciosa. Porro vir eius durus et pessimus: et maliciosus. Erat autem de genere caleph. Cum autem audisset david in deserto quod tonderet nabal gregem suum: misit decem iuuenes et dixit eis. Ascendite in carmelum: et venietis ad nabal et salutabitis

eū·ex noīe meo pacifice: et sic dicetis. Sit
fratrib; meis et tibi pax·et domui tue pax:
et omnib; quecunq; habes sit pax. Audiui
ꝙ tonderent pastores tui greges tuos qui
erant nobiscū in deserto. Nunꝙ̄ eis molesti
fuimus: nec aliquando defuit eis quicꝙ̄ de
grege omī tēpore quo fuerūt nobiscū ī car-
melo. Interroga pueros tuos: et indicabūt
tibi. Nunc ergo inueniāt pueri tui grām in
oculis tuis. In die enī bona venimus ad te.
Quodcūq; inuenerit manus tua da seruis
tuis: et filio tuo dauid. Cunq; venissent pu-
eri dauid·locuti sūt ad nabal omnia verba
hec ex noīe dauid: et siluerūt. Respondens
aūt nabal pueris dauid·ait. Quis ē dauid
et quis est filius ysai? Hodie increuerunt
serui: qui fugiūt dn̄os suos. Tollam ergo
panes meos ⁊ aquas meas ⁊ carnes peco-
rum que occidi tonsorib; meis: et dabo vi-
ris quos nescio vnde sint? Regressi sūt au-
tem pueri dauid ꝑ viam suam: et reuersi ve-
nerūt·et annūciauerunt ei omnia verba que
dixerat nabal. Tunc ait dauid pueris suis.
Accingatur vnusquisq; gladio suo. Et ac-
cincti sūt singuli gladijs suis. Accinctusq;
est ⁊ dauid ense suo: et secuti sunt dauid q̄si
quadringēti viri. Porro ducēti remanserūt
ad sarcinas. Abigail aūt uxori nabal·nun-
ciauit vnus de pueris suis dicens. Ecce da-
uid misit nūcios de desr̄to ut bn̄diceret dn̄o
nr̄o: et auersatus est eos. Homies isti boni
satis fuerūt nobis ⁊ non molesti: nec quic-
ꝙ̄ aliquādo perijt omī tp̄e quo fuimus cō-
uersati cū eis in deserto. Pro muro erāt nob̄
tam in nocte ꝙ̄ in die: omīb; dieb; quibus
pauimus apud eos greges. Quamobrem
ꝯsidera ⁊ recogita quid facias: qm̄ ꝯpleta
est malicia aduersū virū tuū ⁊ aduersuz do-
mū tuaz: et ipse est filius belial·ita ut nemo
possit ei loqui. Festinauit igitur abigail·et
tulit ducentos panes·et duos utres vini et
quīq; arietes coctos ⁊ quīq; sata polente:
et centum ligaturas vue passe·et ducentas
massas caricarū·et posuit super asinos: dixit
q; pueris suis. Precedite me: et ecce ego p⁹
tergū sequar vos. Viro autē suo nabal nō
indicauit. Cum ergo ascendisset asinū et de-
scenderet ad radicem mōtis: dauid ⁊ viri
eius descendebant in occursū eius. Quib;
et illa occurrit. Et ait dauid. Vere frustra
fuaui omia que huius erāt in deserto: et nō
perijt quicꝙ̄ de cūctis que ad eū ꝑtinebāt:
et reddidit michi malū ꝓ bono. Hec faciat
dn̄s inimicis dauid ⁊ hec addat: si relique-
ro de omīb; que ad ip̄m ꝑtinent usq; mane
mingentē ad parietē. Cum aūt vidiss; abi-
gail dauid festinauit ⁊ descendit de asino: et
ꝓcidit coram dauid super faciē suā ⁊ ado-
rauit sup terram: et cecidit ad pedes eius·et
dixit. In me sit dn̄e mi hec iniquitas. Loqua
tur obsecro ancilla tua ī aurib; tuis: et audi
verba famule tue. Ne ponat oro dn̄s meus
rex cor suū super virū istū iniquū nabal· qm̄
sc̄dm nomē suum stultus est: et est stulticia
cū eo. Ego aūt ancilla tua non vidi pueros
tuos dn̄e mi·quos misisti. Nunc ergo dn̄e
mi viuit dn̄s ⁊ viuit anima tua qui ꝓhibuit
te ne venires in sanguīnem: et saluauit manū
tuā tibi. Et nunc fiant sicut nabal inimici tui:
et qui querūt domīo meo·malū. Quapro-
pter suscipe benedictōem hanc quā attulit
ancilla tua tibi dn̄o meo: et da pueris qui se-
cuntur te dominū meū. Aufer iniquitatē fa-
mule tue. Faciens enim faciet dn̄s tibi dn̄o
meo domū fidelem: qr̄ p̄lia dn̄i domine mi tu
preliaris. Malicia ergo nō inueniatur in te:
oīb; dieb; vite tue. Si enī surrexerit aliqn̄
homo ꝑsequēs te vel querens aīam tuam:
erit anima dn̄i mei custodita quasi in fasci-
culo viuentiū apud dn̄m deuz tuum. Porro
inimicoꝝ tuoꝝ aīa rotabitur: quasi in impe
tu et circulo funde. Cū ergo fecerit tibi dn̄s
dn̄o meo omia hec que locutus ē bona de te·
et cōstituerit te ducē super israhel: nō erit ti-
bi hoc in singultū ⁊ in scrupuluz cordis dn̄o
meo ꝙ effuderis sanguinē innoxiū: aut ipe
te ultus fueris. Et cū bn̄fecerit dn̄s dn̄o meo·
recordaberis ācille tue: et tu bn̄facies ei. Et
ait dauid ad abigail. Bn̄dictus dn̄s deus
israhel qui misit te hodie in occursū meum:
et bn̄dictū eloquium tuū: et bn̄dicta tu que
ꝓhibuisti me hodie ne irem ad sanguinem
ut ulciscerer me manu mea. Alioquin viuit
dn̄s deus israhel·qui ꝓhibuit me ne malum
facerē tibi: nisi cito venisses ī occursū michi·
nō remansiss; nabal usq; ad lucē matutinam

mingēs ad parietē. Suscepit ergo david de manu eius· omnia que attulerat ei: dixitqȝ ei. Vade pacifice in domū tuā. Ecce audivi vocē tuā: et honoravi faciē tuā. Venit aūt abigail ad nabal. Et ecce erat ei cōvivium in domo eius quasi convivium regis: et cor nabal iocundum. Erat enī ebrius nimis: et non indicavit ei verbuȝ pusillū aut grande. usqȝ mane. Diluculo autē cum digessisset vinū nabal: indicavit ei uxor sua verba hec· Et emortuū est cor eius intrinsecus: et factus est quasi lapis. Cūqȝ ptransissent decē dies: pcussit dn̄s nabal ⁊ mortuus est. Quod cū audissȝ david mortuū esse nabal· ait. Bn̄dictus dominus q̄ iudicavit causam opprobrij mei de manu nabal: et servū suū custodivit a malo: et maliciā nabal reddidit dn̄s in caput eius. Misit ergo david ⁊ locutus est ad abigail: ut sumeret eā sibi in uxorem. Et venerūt pueri david ad abigail in carmelum: et locuti sūt ad eā dicentes. David misit nos ad te: ut accipiat te sibi in uxorem. Que ɔsurgēs adoravit p̄na in terrā: et ait. Ecce famula tua sit in ancillā: ut lavet pedes servoꝝ dn̄i mei. Et festinavit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascendit sup asinū: et quīqȝ puelle ierunt cū ea pedissequε eius. Et secuta est nūcios david: et facta est illi uxor. Sȝ ⁊ achinoem accepit david de iesrahel: et fuit utraqȝ uxor eius. Saul autem dedit michol filiam suam uxoreȝ david· falthi filio lais: qui erat de gallim.

XXVI

Et venerunt ziphei ad saul in gabaa· dicētes. Ecce david absconditus est i colle achille: que ē ex adverso solitudinis. Et surrexit saul ⁊ descendit in desertū ziph· et cū eo tria milia viroꝝ de electis isrl̄: ut q̄reret david in deserto ziph. Et castrametatus est saul in gabaa achille: que erat ex advso solitudinis in via. David autē habitabat in deserto. Videns aūt q͛ venisset saul post se in desertū: misit exploratores et didicit q͛ illuc venisset certissime. Et surrexit david clam: et venit ad locum ubi erat saul. Cumqȝ vidissȝ locuȝ in quo dormiebat saul ⁊ abner filius ner princeps milicie eius: et saulem dormientem in tentorio ⁊ reliquum vulgus per circuitū eius: ait david ad achimelech etheuȝ ⁊ abisai filiū sarvie frēm ioab dicens. Quis descendet mecū ad saul in castra? Dixitqȝ abisai. Ego descendaȝ tecū. Venerūt ergo david ⁊ abisai ad populū nocte: et invenerūt saul iacentē ⁊ dormientem in tentorio· et hastam fixaȝ in terra ad caput eius: abner aūt ⁊ pp̄lm dormiētes in circuitu eius. Dixitqȝ abisai ad david. Cōclusit deus inimicū tuū hodie in manus tuas. Nunc ergo pfodiam eū lancea in terra semel: et secūdo opus nō erit. Et dixit david ad abisai. Ne interficias eū. Quis enim extendet manum suaȝ in cristum dn̄i: et innocēs erit? Et dixit david. Vivit dn̄s: q͛ nisi dn̄s pcusserit eū aut dies eius venerit aut moriatur· aut in p̄liū descendens pierit: ppicius michi sit dn̄s ne extendā manū meā in cristum dn̄i. Nunc igitur tolle hastam q̄ est ad caput eius et ciphum aque: et abeamus. Tulit igitur david hastam: et ciphuȝ aque qui erat ad caput eius: et abierūt. Et non erat quisq̄ qui videret et intelligeret ⁊ evigilaret: sȝ om̄es dormiebant: q͛ sopor dn̄i irruerat super eos. Cūqȝ transissȝ david ex adverso· et stetisset in vertice mōtis delonge ⁊ essȝ grāde intervallū inter eos: clamavit david ad pp̄lm et ad abner filiū ner dicēs. Nōne rn̄debis abner? Et rn̄dens abner ait. Quis es tu qui clamas: et inquietas regem? Et ait david ad abner. Nunquid non vir tu es? Et quis alius similis tui in israhel? Quare ergo non custodisti dn̄m tuū regem? Ingressus ē enī unus de turba: ut interficeret regeȝ dominū tuū. Non est bonum hoc quod fecisti. Vivit dn̄s quoniā filij mortis estis vos: q͛ nō custodistis dn̄m vestruȝ cristū dn̄i. Nūc ergo vide ubi sit hasta regis: et ubi sit ciphus aque q̄ erat ad caput eius. Cognovit autē saul vocē david: et dixit. Nunquid vox hec· tua fili mi david? Et ait david. Vox mea dn̄e mi rex. Et ait. Quā obcausam dn̄s meus psequitur servū suū? Quid feci: aut qd̄ est malū in manu mea? Nunc ergo audi oro dn̄e mi rex· verba servi tui. Si dn̄s incitat te adversū me: odoretur sacrificium. Si autē filij hominuȝ: maledicti sūt in conspectu domini qui eiecerūt me hodie ut non habitē in hereditate dn̄i· dicētes: vade servi dijs alienis.

Et nūc nō effundatur sanguis meus in ter=
ra corā dn̄o: quia egressus ē rex israhel ut
quereret pulicem vnū sicut p̄sequitur p̄dix
in montibȝ. Et ait saul. Peccaui. Reuertere fi=
li mi dauid. Nequaq̄ enim ultra tibi male=
faciā: eo q̄ preciosa fuerit aīa mea in oculis
tuis hodie. Apparet enī q̄ stulte egerim: et
ignorauerim multa nimis. Et respōdēs da=
uid ait. Ecce hasta regis: transeat vnus de
pueris regis et tollat eā. Dn̄s aūt retribuet
vnicuiqȝ scd̄m iusticiam suā et fidē. Tradi=
dit enī te dn̄s hodie in manū meā: et nolui
extendē manū meam in cristū dn̄i. Et sicut
magnificata ē aīa tua hodie in oclis meis: sic
magnificet aīa mea in oculis dn̄i: et liberet
me de oī angustia. Ait ergo saul ad dauid.
Benedictus tu fili mi dauid. Et quidem fa=
ciens facies: et potens poteris. XXVII

Abijt autē dauid in viā suā: et saul re=
uersus est in locū suum. Et ait dauid
in corde suo. Aliqn̄ incidam vna die in ma
nus saul. Nonne melius est ut fugiam et
saluer in terra philistijm: ut desperet saul.
cessetqȝ me querere in cūctis finibȝ israhel?
Fugiā ergo manus eius. Et surrexit dauid:
et abijt ipse et sexcenti viri cum eo ad achis
filiū maoch regem geth. Et habitauit da=
uid cū achis in geth: ipse et viri eius: et do=
mus eius et due uxores eius: achinoem
iesrahelites. et abigail uxor nabal carmeli.
Et nūciatū est saul q̄ fugisset dauid in geth:
et non addidit ultra querere eū. Dixit autē
dauid ad achis. Si inueni grām in oculis
tuis: detur michi locus in vna urbiū regio=
nis huius ut habitem ibi. Cur enim manet
seruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit
itaqȝ ei achis in die illa sicelech. Propter
quā causam facta est sicelech regum iuda:
usqȝ in diē hanc. Fuit autē numerus dierū
quibus habitauit dauid in regione phili=
stijm quatuor mensiū. Et ascēdit dauid et
viri eius: et agebant p̄das de gessuri. et de
gedri. et de amalechitis. Hij enim pagi ha=
bitabātur in terra āntiquitus: eūtibȝ sur usqȝ
ad terrā egipti. Et p̄cutiebat dauid om̄em
terrā illorum: nec relinquebat viuentem viru
et mulierē: tollensqȝ oues et boues et asinos
et camelos et vestes reuertebatur: et veniebat
ad achis. Dicebat autem ei achis. In quem
irruisti hodie? Respondebat dauid. Cōtra
meridiem iude et contra meridiē hieramel:
et contra meridiem ceni. Virū et mulierem
non viuificabat dauid: nec adducebat in
geth dicēs: ne forte loquātur aduersū nos.
Hec fecit dauid. Et hoc erat decretū illi oī=
bus diebȝ: quibȝ habitauit in regione phi=
listijm. Credidit ergo achis dauid dicēs.
Multa mala operatus est contra p̄plm̄ suū isrl̄.
Erit igitur michi famulus sempiternus. XXVIII

Factū est aūt in diebȝ illis: congrega
uerūt philistijm agmina sua ut p̄pa=
rarētur ad bellū cōtra israhel. Dixitqȝ achis
ad dauid. Sciēs nūc scito: qm̄ mecum egre
dieris in castris tu et viri tui. Dixitqȝ dauid
ad achis. Nunc scies que facturus ē famulus
tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego custo=
dem capitis mei ponam te cunctis diebus.
Samuel autē mortuus est planxitqȝ eū oīs
israhel: et sepelierūt eū in ramatha urbe sua.
Et saul abstulit magos et ariolos de terra:
et interfecit eos qui phitones habebant in
ventre. Congregatiqȝ sūt philistijm: et ve=
nerūt et castrametati sūt in sunā. Cōgrega=
uit autē et saul vniuersū israhel: et venit in gel=
boe. Et vidit saul castra philistijm et timuit:
et expauit cor eius nimis. Cōsuluitqȝ dn̄m:
et non rn̄dit ei neqȝ p̄ somnia neqȝ p̄ sacerdo=
tes neqȝ p̄ p̄phetas. Dixitqȝ saul seruis suis.
Querite michi mulierē habentē phitonē:
et vadam ad eam et sciscitabor p̄ illam. Et di
xerūt serui eius ad eū. Est mulier phitonē
habēs in endor. Mutauit ergo habitū suū.
vestitusqȝ est alijs vestimentis: et abijt ipse
et duo viri cū eo: venerūtqȝ ad mulierem no
cte. et ait illi. Diuina michi in phitone: et sus=
cita michi quē dixero tibi. Et ait mulier ad
eū. Ecce tu nosti quanta fecerit saul: et quō
eraserit magos et ariolos de terra. Quare
ergo insidiaris anime mee ut occidar? Et
iurauit ei saul in dn̄o dicens. Viuit dn̄s: quia
non eueniet tibi quicq̄ mali p̄pter hāc rem.
Dixitqȝ ei mulier. Quem suscitabo tibi? Qui
ait. Samuelē michi suscita. Cū autē vidisset
mulier samuelem. exclamauit voce magna:
et dixit ad saul. Quare imposuisti michi? Tu
es enī saul. Dixitqȝ ei rex. Noli timere. Quid

vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos vidi
ascendentes de terra. Dixitqꝫ ei. Qualis est
forma eius? Que ait. Vir senex ascendit:
et ipse amictus est pallio. Et intellexit saul
ꝙ samuel esset: et inclinauit se sup faciē suā
in terra: et adorauit. Dixit autem samuel ad
saul. Quare inq̄etasti me ut suscitarer? Et
ait saul. Coartor nimis. Siquidē philisti-
im pugnant aduersum me. et deus recessit a
me: et exaudire me noluit neqꝫ ī manū ꝓphe-
tarum neqꝫ ꝑ somnia. Vocaui ergo te: ut
ostenderes michi quid faciā. Et ait samu-
el. Quid interrogas me cū dn̄s recesserit a
te. et trāsierit ad emulū tuū? Faciet enim ti-
bi dn̄s. sicut locutus ē in manu mea: et scin-
det regnū tuū de manu tua. et dabit illud ꝓ-
ximo tuo dauid: quia nō obedisti voci dn̄i.
neqꝫ fecisti irā furoris eius in amalech. Id-
circo quod pateris fecit tibi dn̄s hodie: et
dabit dn̄s etiam israhel tecū in manu phili-
stijm. Cras autē tu ⁊ filij tui mecū eritis: ſꝫ
et castra israhel tradet dn̄s in manus phili-
stijm. Statimqꝫ saul cecidit porrectus in
terrā. Extimuerat enim verba samuelis ⁊ ro-
bur nō erat in eo: q2 non comederat panem
tota die illa. Ingressa est itaqꝫ mulier illa
ad saul. Cōturbatus eni erat valde. Dixit-
qꝫ ad eū. Ecce obediuit ancilla tua voci tue:
et posui animā meā in manu mea: et audiui
sermōes tuos quos locutus es ad me. Nūc
igitur audi et tu vocē ancille tue: et ponam
coram te bucellam panis ut comedēs con-
ualescas: et possis iter agere. Qui renuit ⁊ ait.
Non comedam. Coegerūt aūt eū serui sui et
mulier: et tandē audita voce eorū surrexit
de terra: et sedit sup lectū. Mulier autē illa
habebat vitulū pascualem in domo: et festi-
nauit et occidit eū. Tollensqꝫ farinā miscu-
it eam ⁊ coxit azima: et posuit ante saul ⁊ an-
te seruos eius. Qui cū comedissent surrexerūt:
et ambulauerūt per totā noctē illā. XXIX

Ongregata sūt ergo philistijm vni-
uersa agmina in aphec. Sed ⁊ isra-
hel castrametatus est sup fontē qui erat in
iesrahel. Et satrape quidē philistijm incede-
bant in centurijs ⁊ milibꝫ: dauid aūt ⁊ viri
eius erant in nouissimo agmine cū achis.
Dixeruntqꝫ principes philistijm ad achis.
Quid sibi volunt hebrei isti? Et ait achis
ad principes philistijm. Nūquid ignoratis
dauid qui fuit seruus saul regis israhel. et ē
apud me multis diebꝫ vel annis? Et nō in-
ueni in eo quicq̄ ex die qua transfugit ad
me: usqꝫ ad diē hanc. Irati sūt autē aduer-
sus eū principes philistijm: et dixerunt ei.
Reuertatur vir et sedeat in loco suo in quo
constituisti eū: et nō descendat nobiscum in
p̄liū: ne fiat nobis adūsarius cū p̄liari cepe-
rimus. Quō eni aliter poterit placare do-
minū suū: nisi in capitibꝫ nr̄is? Nōne iste est
dauid cui cantabant in choris dicentes ꝑ-
cussit saul in milibus suis: et dauid in decem
milibus suis? Vocauit ergo achis dauid:
et ait ei. Viuit dn̄s q2 rectus es ⁊ bonus in
conspectu meo: et exitus tuus ⁊ introitus tu-
us mecū ē in castris. Et nō inueni ī te quicq̄
mali. ex die qua venisti ad me usqꝫ in diem
hanc: ſꝫ satrapis non places. Reūtere ergo
et vade in pace: et non offendas oculos sa-
traparū philistijm. Dixitqꝫ dauid ad achis.
Quid eni feci: et quid inuenisti in me seruo
tuo a die qua fui in cōspectu tuo usqꝫ in diem
hanc. ut nō veniā ⁊ pugnē contra inimicos
dn̄i mei regis? Rn̄dens aūt achis. locutus ē
ad dauid. Scio quia bonus es tu in oculis
meis sicut angelus dei: sed principes phili-
stinorū dixerūt. Nō ascendet nobiscum in
p̄liū. Igitur cōsurge mane tu ⁊ serui dn̄i tui q̄
venerūt tecū: et cū de nocte surrexeritis ⁊ ce-
perit dilucescere pergite. Surrexit itaqꝫ de
nocte dauid ipē ⁊ viri eius: ut ꝓficiscerētur
mane ⁊ reuerterentur ad terrā philistijm.
Philistijm aūt ascenderūt in iesrahel. XXX

Umqꝫ venissent dauid ⁊ viri eius in
sicelech die tercia: amalechite impetū
fecerāt ex parte australi ī sicelech: et ꝑcusse-
rant sicelech ⁊ incenderāt eam igni. Et cap-
tiuas duxerāt mulieres ex ea a minimo usqꝫ
ad magnū: et non interfecerūt quenq̄: sed
secū duxerūt ⁊ pgebāt itinere suo. Cū ergo
venisset dauid ⁊ viri eius ad ciuitatē ⁊ inue-
nissent eam succensam igni ⁊ uxores suas et
filios suos ⁊ filias ductas esse captiuas: le-
uauerūt dauid ⁊ populus qui erat cū eo vo-
ces suas: et planxerunt donec deficerent in
eis lacrime. Siquidē ⁊ due uxores dauid

captiue ducte fuerãt: achinoē iesrahelites. et
abigail uxor nabal carmeli. Et cōtristatus
est david valde. Volebat enim eum ꝑplus
lapidare: quia amara erat aīa uniuscuiusqȝ
viri super filijs suis ⁊ filiabus. Confortatus
est autē david in domino deo suo: et ait ad
abiathar sacerdotē filiū achimelech. Appli
ca ad me ephot. Et applicauit abiathar e-
phot ad david: ⁊ ꝯsuluit david dn̄m dicēs.
Persequar latrunculos hos et ꝯphendam
eos an nō? Dixitqȝ ei dn̄s. Persequere: absqȝ
dubio enim ꝯphendes eos: et excuties pre-
dam. Abijt ergo david. ipse ⁊ sexcenti viri
qui erant cū eo ⁊ venerūt usqȝ ad torrentem
besor: et lassi quidaȝ substiterūt. Persecutus
est autē david: ipse ⁊ quadringenti viri cū
eo: substiterāt enī ducenti: qui lassi transire
non poterant torrenteȝ besor. Et invenerunt
virum egiptiū in agro: et adduxerunt eum
ad david. Dederūtqȝ ei panem ut ꝯmede-
ret ⁊ biberet aquā: sed ⁊ fragmen masse ca-
ricaruȝ ⁊ duas ligaturas uvepasse. Qui cū
comedissȝ reuersus est spūs eius: et refocil-
latus est. Nō enim ꝯmederat panē neqȝ bi-
berat aquam: trib9 dieb9 ⁊ trib9 noctibus.
Dixit itaqȝ ei david. Cuius es tu vel unde:
et quo pgis? Qui ait. Puer egiptius ego
sū: servus viri amalechite. Dereliquit aūt me
dn̄s meus: qꝛ egrotare cepi nudiustercius.
Siquidem nos erupimus ad australem
plagā cerethi. et ꝯtra iudam ⁊ ad meridiē
caleph: et sicelech succendimus igni. Dixit-
qȝ ei david. Potes me ducere ad istum cu-
neū? Qui ait. Iura michi p deū. qꝛ nō occidas
me. et non tradas me in manus dn̄i mei: et
ego ducam te ad cuneum istū. Et iurauit ei
david. Qui cū duxissȝ eū: ecce illi discumbe-
bant sup facieȝ universe terre. comedentes
et bibentes ⁊ quasi festuȝ celebrantes diem.
p cuncta p̄da ⁊ spolijs. q̄ ceperant de terra
philistijm: et de terra iuda. Et percussit eos
david a vespera usqȝ ad vesperam alterius
diei: et non euasit ex eis quisq̄ nisi tantū q̄-
dringenti viri adolescentes qui ascenderāt
camelos ⁊ fugerāt. Eruit ergo david oīa
q̄ tulerāt amalechite: et duas uxores suas
eruit. Nec defuit quisq̄ a paruo usqȝ ad
magnuȝ tā de filijs q̄ de filiab9 ⁊ de spolijs:
et quecunqȝ rapuerāt omnia reduxit david:
et tulit universos greges ⁊ armenta ⁊ mi-
nauit ante faciem suā. Dixeruntqȝ. Hec est
p̄da david. Venit aūt david ad ducentos
viros q̄ lassi substiterāt nec sequi poterant
david: et residere eos iusserat in torrente be-
sor. Qui egressi sunt obviā david: et popu-
lo qui erat cū eo. Accedens autē david ad
ꝑplm: salutauit eos pacifice. Rn̄densqȝ oīs
vir pessimus ⁊ iniquus de viris q̄ erant cum
david dixit. Quia non venerunt nobiscū nō
dabimus eis quicq̄ de p̄da quā eruimus:
sed sufficiat uni cuiqȝ uxor sua ⁊ filij: quos
cū acceperint. recedāt. Dixit aūt david. Nō
sic facietis fratres mei de hijs q̄ tradidit
nobis dn̄s ⁊ custodiuit nos: et dedit latrū-
culos qui eruperāt aduersuȝ nos in manus
n̄ras: nec audiet vos quisq̄ sup ſmone hoc.
Equa enī pars erit descēdentis ad prelium
et remanētis ad sarcinas: et similiter divident.
Et factū est hoc ex die illa ⁊ deinceps ꝯsti-
tutum et p̄finitum et quasi lex in israhel: usqȝ
in diem hāc. Venit ergo david in sicelech:
et misit dona de p̄da senioribus iuda pximis
suis dicēs. Accipite bn̄dictōem de p̄da ho-
stium dn̄i. Hijs q̄ erant in bethel. et qui in ra-
moth ad meridiem: et qui in gether. et qui
in aroer ⁊ qui in sephamoth. et qui in estha
ma ⁊ qui in rachal ⁊ q̄ in urbibus iherameli.
et qui in urbib9 ceni. et q̄ in rama. et qui in la-
cu asan. et qui in athach. et qui in ebron: et
reliquis qui erant in hijs locis in quibus
ꝯmoratus fuerat david ⁊ viri eius. XXXI

Philistijm aūt pugnabant aduersum
israhel. Et fugerūt viri israhel ante fa-
ciem philistijm: et ceciderūt interfecti in mō
te gelboe. Irrueruntqȝ philistijm in saul et
in filios eius: et pcusserūt ionathan. et ami-
nadab. et melchisue filios saul: totūqȝ pon-
dus p̄lij versū est in saul. Et ꝯsecuti sunt eum
viri sagittarij: et vulneratus ē vehementer
a sagittarijs. Dixitqȝ saul ad armigerū suū.
Evagina gladiuȝ tuū ⁊ interfice me: ne for-
te veniant incircūcisi isti ⁊ interficiant me il-
ludētes michi. Et noluit armiger eius: fue-
rat enī nimio terrore pterritus. Arripuit ita-
qȝ saul gladiū suū: et irruit sup eum. Quod
cū vidissȝ armiger eius videlicȝ qꝛ mortuus

esset saul: irruit etiam ipe sup gladium suū
et mortuus ē cū eo. Mortuus est ergo saul
et tres filij eius ⁊ armiger illius: et vniuersi
viri eius in die illa pariter. Videntes autē
filij israhel qui erant trans vallem ⁊ trās ior=
danen ꝙ fugissent viri isrlite. et ꝙ mortuus
esset saul ⁊ tres filij eius: reliquerūt ciuitates
suas ⁊ fugerūt. Veneruntqꝫ philistijm: et
habitauerunt ibi. Facta autem die altera
venerunt philistijm ut expoliarent inter=
fectos: et inuenerunt saul ⁊ tres filios eius
iacentes in monte gelboe. Et p̄ciderunt ca=
put saul ⁊ exspoliauerūt eum armis: et mi=
serunt in terrā philistinorum ꝑ circuitum: ut
annūciaretur in tēplo ydoloꝝ ⁊ in ꝓplis. Et
posuerunt arma eius in templo astaroth:
corp9 vero eius suspēderūt ī muro bethsan.
Quod cū vidissent habitatores iabes ga=
laad quecunqꝫ fecerāt philistijm saul: sur=
rexerūt om̄es viri fortissimi ⁊ ambulauerūt
tota nocte ⁊ tulerūt cadauera saul et cada=
uera filioꝝ eius de muro bethsan. Venerūt=
qꝫ viri iabes galaad: et cōbusserūt ea igni
et tulerunt ossa eoꝝ ⁊ sepelierunt in nemo=
re iabes: et ieiunauerunt septem diebus.

Expl' liber regū p̄mus Incipit secūdus

FActū est autem post ꝙ̄
mortuus est saul ut da=
uid reuerteretur a cede
amalech: et maneret
in sicelech duos dies.
In die aūt tercio appa=
ruit homo veniens de
castris saul veste ꝯscissa: et puluere consper=
sus caput. Et ut venit ad dauid cecidit su=
per faciem suā: et adorauit. Dixitqꝫ ad eum
dauid. Vnde venis? Qui ait ad eū. De ca=
stris israhel fugi. Et dixit ad eū dauid. Quod
est v̄bū quod factū est? Indica michi. Qui
ait. Fugit ꝓplus ex p̄lio: et multi corruētes
e ꝓplo mortui sūt: ſꝫ ⁊ saul ⁊ ionathas filius
eius interierūt. Dixitqꝫ dauid ad adolescē=
tem qui nūciabat ei. Vnde scis ꝙ mortuus
est saul ⁊ ionathas filius eius? Ait adole=
scens qui nūciabat ei. Casu veni in montē
gelboe et saul incūbebat sup hastam suam:
porro currus et equites appropinquabant
ei: et conuersus post tergū suū. vidensqꝫ me

vocauit. Cui cū r̄ndissem assum: dixit michi.
Quis nā es tu? Et aio ad eū. Amalechites
ego sū. Et locutus est michi. Sta super me.
et interfice me quoniam tenēt me angustie:
et adhuc tota anima mea ī me est. Stansqꝫ
sup eū. occidi illum. Sciebam enī ꝙ viuere
nō poterat post ruinam. Et tuli diadema qḋ
erat ī capite eius: et armillā de brachio illius:
et attuli ad te dn̄m meū huc. Apprehendens
autem dauid vestimenta sua scidit. omnesqꝫ
viri qui erant cū eo: et planxerūt ⁊ fleuerūt
et ieiunauerūt usqꝫ ad vesperam super saul et
sup ionathan filiū eius ⁊ sup populū dn̄i. et
sup domū israhel: eo ꝙ corruissent gladio.
Dixitqꝫ dauid ad iuuenē qui nūciauerat ei.
Vnde es tu? Qui r̄ndit. Filius hominis ad=
uene amalechite ego sum. Et ait ad eū da=
uid. Quare non timuisti mittere manū tuā
ut occideres cristum dn̄i? Vocansqꝫ dauid
vnum de pueris suis ait. Accedens irrue in
eū. Qui ꝑcussit illū: et mortuus est. Et ait ad
eū dauid. Sanguis tuus sup caput tuum.
Os enī tuū locutū est aduersum te dicens:
ego interfeci cristū dn̄i. Planxit aūt dauid
planctū huiuscemōi sup saul ⁊ sup ionathā
filiū eius: et p̄cepit ut docerent filios iuda
planctū sicut scriptū est in libro iustoꝝ. Et
ait. Cōsidera israhel ꝓ hijs qui mortui sunt:
sup excelsa tua vulnerati. Incliti israhel super
montes tuos interfecti sūt. Quō ceciderunt
fortes? Nolite annūciare ī geth. neqꝫ annū
cietis in cōpitis ascalonis: ne forte letentur
filie philistijm: ne exultēt filie incircūcisoꝝ.
Montes gelboe nec ros nec pluuia. veniāt
super vos. Neqꝫ sint agri primiciarū: ꝙ
ibi abiectus est clipeus fortiū: clipeus saul
quasi nō esset vnctus oleo a sanḡne inter=
fectorum ab adipe fortiū. Sagitta ionathe
nunꝙ̄ rediit retrorsū: et gladius saul non ē
reuersus inanis. Saul ⁊ ionathas amabi=
les ⁊ decori valde in vita sua: in morte qꝫ̄ nō
sunt diuisi. Aquilis velociores: leonibus for
tiores. Filij israhel super saul flete qui vestie=
bat vos coccino in delicijs: qui p̄bebat orna
menta aurea cultui vestro. Quomodo ceci=
derūt fortes in prelio. Ionathas in excelsis
tuis occisus ē. Doleo sup te frater mi iona=
tha decore nimis: et amabilis sup amorem

mulierū. Sicut mater vnicū amat filiū suū: ita ego te diligebā. Quomodo ceciderunt robusti: et perierūt arma bellica?

II

Igitur post hec cōsuluit dauid dn̄m dicens. Num ascendā in vnā de ciuitatibus iuda? Et ait dn̄s ad eū. Ascende. Dixitqꝫ dauid. Quo ascendā? Et respōdit ei. In hebrō. Ascēdit ergo dauid ⁊ due uxores eius achinoem iesrelites et abigail uxor nabal carmeli: sed ⁊ viros q̄ erāt cū eo duxit dauid singulos cū domo sua: et manserūt in opidis hebron. Venerūtqꝫ viri iuda ⁊ unxerūt ibi dauid: ut regnaret super domū iuda. Et nūciatum est dauid: ꝙ viri iabes galaad sepilissent saul. Misit ergo dauid nuncios ad viros iabes galaad: dixitqꝫ ad eos. Benedicti vos a domino qui fecistis misericordiam hāc cū dn̄o vestro saul: et sepelistis eū. Et nūc retribuet quidem vobis dn̄s misericordiam ⁊ veritatem: et ego reddā grām eo ꝙ fecistis verbū istud. Confortentur manus vr̄e: et estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dn̄s vr̄ saul: tamē me vnxit domus iuda ī regē sibi. Abner aut filius ner princeps exercitus saul tulit hisboseth filiū saul. et circūduxit eū p castra: regēqꝫ cōstituit sup galaad et sup iessuri ⁊ super iesrahel et super effraim. et sup beniamin ⁊ sup isrl̄ vniusū. Quadraginta ānorū erat hisboset filius saul cū regnare cepisset sup israhel: et duobꝫ ānis regnauit. Sola aūt domus iuda seq̄batur dauid. Et fuit numerus dierū quos cōmoratus est dauid imperans in hebron sup domū iuda: septē annorū ⁊ sex mensiū. Egressusqꝫ est abner filius ner ⁊ pueri hisboseth filij saul de castris in gabaon: porro ioab filius saruie et pueri dauid egressi sunt. et occurrerunt eis iuxta piscinā gabaon. Et cū in vnū cōuenissent: e regione sederunt hij in vna parte piscine: et illi ex altera. Dixitqꝫ abner ad ioab. Surgant pueri: et ludant corā nobis. Et rn̄dit ioab. Surgāt. Surrexerūt ergo et transierūt numero duodecim de beniamin ex parte hisboseth filij saul: et duodecim de pueris dauid. Apprehensoqꝫ vnusquisqꝫ capite cōparis sui defixit gladiū in latus cōtrarij: et ceciderūt simul. Vocatumqꝫ ē nomen loci illius. ager robustorū in gabaon. Et ortū est bellū durū satis in die illa: fugatusqꝫ est abner ⁊ viri isrl̄ a pueris dauid. Erant autē ibi tres filij saruie: ioab ⁊ abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit: quasi vnus ex capreis que morātur in siluis. Persequebatur aūt asahel abner: et nō declinauit ad dexterā siue ad sinistrā. omittens persequi abner. Respexit itaqꝫ abner post tergū suū. ⁊ ait. Tu ne es asahel? Qui rn̄dit. Ego sū. Dixitqꝫ ei abner. Vade ad dexterā siue ad sinistrā ⁊ apprehende vnū de adolescentibꝫ: et tolle tibi spolia eius. Noluit autē asahel omittere: quin urgeret eū. Rursumqꝫ locutus est abner ad asahel. Recede et noli me sequi: ne forte cōpellar confodere te in terrā: et leuare non potero faciem meā ad ioab fratrē tuū. Qui audire contempsit: et noluit declinare. Percussit ergo eū abner auersa hasta in inguine ⁊ transfodit: et mortuus est in eodem loco. Omnesqꝫ qui transibant p locū illū in quo ceciderat asahel: et mortuus erat subsistebant. Persequentibus autē ioab ⁊ abisai fugientē abner: sol occubuit. Et venerunt vsqꝫ ad collem aque ductus: qui ē ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti in gabaon. Cōgregatiqꝫ sūt filij beniamin ad abner: et cōglobati in vnū cuneū. steterūt in summitate tumuli vnius. Et exclamauit abner ad ioab: et ait. Num usqꝫ ad internecionē tuus mucro deseuiet? An ignoras ꝙ periculosa sit desperacō? Vsquequo nō dicis ppl̄o ut omittat psequi fratres suos? Et ait ioab. Viuit dn̄s: si locutus fuisses mane recessisset pplus psequēs fratrē suū. Insonuit ergo ioab bucina ⁊ stetit oīs exercitus: nec psecuti sūt ultra israhel: neqꝫ inire certamē. Abner aūt ⁊ viri eius abierūt p campestria moab tota nocte illa et trāsierūt iordanen: et lustrata omi bethoron venerūt ad castra. Porro ioab reuersus omisso abner cōgregauit oēm ppl̄m: et defuerūt de pueris dauid. decē ⁊ nouē viri excepto asahele. Serui autē dauid percusserunt de beniamin ⁊ de viris qui erāt cū abner. trecentos sexaginta: q̄ ⁊ mortui sūt. Tuleruntqꝫ asahel: et sepilierūt eum in sepulcro pr̄is sui in bethleem. Et ambulauernnt tota nocte ioab ⁊ viri qui erant cum eo: et in ipo crepusculo puenerūt in hebron.

Facta est ergo longa cõcertacõ: inter
domũ dauid ⁊ inter domuʒ saulis: da-
uid pficiens ⁊ semp seipõ robustior: domus
autẽ saul decrescens quotidie. Natiqʒ sunt
filij dauid in hebron. Fuitqʒ primogenitus
eius amon de achinoem iesrlite: et post eum
cheleab de abigail uxore nabal carmeli.
Porro tercius absolon: filius maacha filie
tholomai regis gessur. Quartus aũt ado-
nias filius aggith: et qntus saphacias fili9
abithal. Sextus qʒ ibetraam: de egla uxo-
re dauid. Hij nati sũt dauid in hebron. Cũ
ergo essꝫ preliũ inter domũ saul ⁊ domũ da-
uid: abner filius ner regebat domũ saul.
Fuerat aũt sauli cõcubina noĩe respha filia
achia: ingressusqʒ est ad eam abner. Dixitqʒ
hisboseth ad abner. Quare ingressus es
ad cõcubinã patris mei? Qui iratus nimis
pter verba hisboseth: ait. Nunquid caput
canis ego sum aduersum iudam hodie: qui
fecerim misericordiam sup domũ saul patris tui.
et super frẽs ⁊ pximos eius: et non tradidi
te in manu dauid. et tu requisisti in me qꝫ ar-
gueres p muliere hodie? Hec faciat deus
abner. et hec addat ei: nisi quõ iurauit dñs
dauid sic faciaʒ cũ eo ut transferatur regnũ
de domo saul: et eleuetᷣ thronus dauid sup
israhel ⁊ super iudam a dan usqʒ bersabee. Et
non potuit rñdere ei quicqꝫ: qꝛ metuebat il-
lum. Misit ergo abner nũcios ad dauid in
hebron p se dicentes. Cuius est terra? Et ut
loquerẽtur. Fac mecũ amicicias ⁊ erit manus
mea tecũ: et reducam ad te vniuersũ israhel.
Qui ait. Optime. Ego faciã tecũ amicicias:
sed vnam rem peto a te dicens. Non vide-
bis faciem meam. anteqꝫ adduxeris michi
michol filiam saul: et sic venies ⁊ videbis
me. Misit aũt dauid nũcios ad hisboseth
filiũ saul dicens. Redde uxorẽ meã michol:
quam despondi michi centum pputijs philis-
tijm. Misit ergo hisboseth: et tulit eã a vi-
ro suo faltihel filio lais. Sequebaturqʒ eam
vir suus plorans usqʒ baurim: et dixit ad
eũ abner. Vade ⁊ reuertere. Qui reuersus
est. Sermonẽ qʒ intulit abner ad seniores
israhel dicens. Tam heri qꝫ nudiustercius
qrebatis dauid ut regnaret sup vos. Nunc
ergo facite: quoniam dñs locutus est ad
dauid dicẽs. In manu serui mei dauid sal-
uabo pplm meũ israhel: de manu philistijm
et omniũ inimicorũ eius. Locutus est autem
abner etiã ad beniamin. Et abijt ut loque-
retur ad dauid in hebron oĩa que placuerãt
israheli ⁊ vniuerso beniamin: venitqʒ ad da-
uid ĩ hebron cũ viginti viris. Et fecit dauid
abneri ⁊ viris eius qui venerant cũ eo cõui-
uiũ. Et dixit abner ad dauid. Surgam ut
cgregem ad te dñm meũ regẽ oẽm israhel
et ineam tecũ fedus: et imperes omib9 sicut
desiderat aĩa tua. Cũ ergo deduxissꝫ dauid
abner. et ille isset in pace: stati pueri dauid
et ioab venerũt cesis latronib9 cũ pda ma-
gna nimis. Abner autẽ non erat cũ dauid
in hebron: qꝛ iam dimiserat eum et pfectus
fuerat in pace: et ioab ⁊ omnis exercitus q̃
erant cũ eo: postea venerant. Nunciatum est
itaqʒ ioab a narrantib9. Venit abner fili9
ner ad regem: et dimisit eũ ⁊ abijt in pace.
Et ingressus est ioab ad regem ⁊ ait. Quid
fecisti? Ecce venit abner ad te. Quare dimi-
sisti eũ ⁊ abijt ⁊ recessit? Ignoras abner fi-
lium ner qm̃ ad hoc venit ad te ut deciperet te.
et sciret exitum tuũ et introitum tuũ: et nosset
oĩa q̃ agis? Egressus itaqʒ ioab a dauid
misit nũcios post abner: et reduxit eum a ci-
sterna syra ignorante dauid. Cumqʒ redissꝫ
abner in hebron seorsũ abduxit eũ ioab ad
mediũ porte ut loqueretur ei ĩ dolo: et pcussit
illũ ibi in inguine ⁊ mortuus est: in ultionem
sanguinis asahel fratris eius. Quod cũ au-
disset dauid rem iam gestam. ait. Mundus
ego sũ ⁊ regnuʒ meũ apud deũ usqʒ in sem-
piternũ a sanguine abner filij ner: et veniat
sup caput ioab. et sup oẽm domũ pris eius:
nec deficiat de domo ioab fluxuʒ seminis su-
stinens ⁊ leprosus. et tenens fusũ: et cadẽs
gladio ⁊ indigens pane. Igitur ioab ⁊ abi-
sai frater eius interfecerũt abner: eo qꝫ occi-
dissꝫ asahel frẽm eorꝫ in gabaon in prelio.
Dixit aũt dauid ad ioab: et ad omẽm pplm
qui erat cũ eo. Scindite vestimenta vestra
et accingimini saccis: et plangite ante exe-
quias abner. Porro rex dauid sequebatur
feretrũ. Cũqʒ sepelissent abner in hebron le-
uauit rex dauid vocem suã: et fleuit sup tu-
mulũ abner. Fleuit autẽ et omnis populus.

Plangensq3 rex & lugens abner. ait. Neq̄-
q̄ ut mori solēt ignaui: mortuus est abner.
Manus tue ligatē non sunt & pedes tui non
sunt cōpedibꝰ aggrauati: sȝ sicut solent cadē
coram filijs iniquitatis sic corruisti. Cōge-
minansq3 omīs populus: fleuit sup eū. Cū-
q3 venissȝ vniuersa multitudo cibum capere
cum dauid clara adhuc die: iurauit dauid
dicēs. Hec faciat michi deus & hec addat:
si ante occasum solis gustauero panem vel
aliud quicq̄. Omīsq3 ppl's audiuit: et pla-
cuerunt eis cuncta que fecit rex in cōspectu
omnis populi. Et cognouit omē vulgus et
vniuersus isrl' in die illa: qm̄ nō actū fuisset
a rege ut occideretur abner filius ner. Di-
xit q3 rex ad suos suos. Nū ignoratis qm̄
princeps & maximus cecidit hodie in isrl'.
Ego autem adhuc delicatus et vnctus rex.
Porro viri isti filij saruie duri michi sūt. Re-
tribuat dn̄s facienti malū iuxta maliciaȝ suā.

IIII

Audiuit aūt hisboseth filius
saul q̄ cecidisset abner ī hebron & dis-
solute sūt manus eius: omīsq3 israhel ptur-
batus ē. Duo aūt viri pn̄cipes latronū erāt
filio saul: nomē vni banaa & nomē alteri re-
chab filij rēmon berothite de filijs bēiamin.
Siquidēȝ & beroth reputata ē in beniamin.
Et fugerūt berothite in gethaim: fueruntq3
ibi aduene usq3 ad tempus illud. Erat autē
ionathe filio saul filius debilis pedibꝰ. Quī-
quennis enim fuit quando venit nuncius
de saul & ionatha ex iesrahel. Tollens itaq3
eū nutrix sua fugit. Cūq3 festinaret ut fuge-
ret cecidit: et claudus effectus ē: habuitq3
vocabuluȝ miphiboseth. Venientes igitur
filij remmon berothite rechab & banaa: in-
gressē sūt feruēte die domū hisboseth. Qui
dormiebāt sup stratuȝ suū meridie: et ostia-
ria domus purgās triticū obdormiuit. In-
gressi sunt autē domū latenter assumentes
spicas tritici: et pcusserunt eū in inguine re-
chab & banaa frater eius: et fugerūt. Cum
auteȝ ingressi fuissent domū ille dormiebat
sup lectū suū in cōclaui: et pcutientes inter-
fecerūt eū. Sublatoq3 capite eius abierunt
p viam deserti tota nocte: et attulerūt caput
hisboseth ad dauid in hebron. Dixeruntq3
ad regem. Ecce caput hisboseth filij saul
inimici tui qui querebat animā tuaȝ: et dedit
dn̄s domino nostro regi ultioneȝ hodie: de
saul et de semine eius. Rn̄dens auteȝ dauid
rechab & banaa fratri eius filijs remmon
berothite: dixit ad eos. Viuit dn̄s q̄ eruit
aīam meā de omni angustia: qm̄ eū qui an-
nūciauerat michi & dixerat mortuus est saul
qui putabat se p̄spera nunciare tenui & occi-
di eū in siceleth: cui oportebat me mercedeȝ
dare p̄ nuncio. Quātomagis nūc cū hoīes
impij interfecerūt virū innoxiuȝ in domo sua
sup lectū suū non queram sanguineȝ eius de
manu vr̄a: et auferā vos de terra? Precepit
itaq3 dauid pueris suis: et interfecerūt eos:
p̄cidentesq3 manus & pedes eoꝝ. suspende-
rūt eos sup piscinā in hebron. Caput auteȝ
hisboseth tulerunt: et sepelierūt in sepulcro

ET venerūt V abner ī hebron.
vniuerse tribus israhel ad dauid in he-
bron dicentes. Ecce nos os tuū & caro tua
sumus. Sed & heri et nudiustercius cū esset
saul rex sup nos: tu eras educēs & reducens
israhel. Dixit autē dominus ad te. Tu pasces
ppl'm meū israhel. et tu eris dux sup isrl'. Ve-
nerunt q3 & seniores israhel ad regem in he-
bron: et pcussit cū eis rex dauid fedus ī he-
bron coram dn̄o: vnxerūtq3 dauid in regeȝ
sup israhel. Filius triginta annoꝝ erat da-
uid cū regnare cepissȝ: et quadraginta āmis
regnauit. In hebron regnauit sup iudam
septē annis: et sex mensibꝰ: in ierusalē autē
regnauit triginta tribus annis super omnē
israhel & iudam. Et abijt rex et omnes viri q̄
erant cū eo in ierusalē ad iebuseū habita-
torem terre. Dictūq3 est dauid ab eis. Non
ingredieris huc nisi abstuleris cecos & clau
dos dicentes. Non ingredietur dauid huc.
Cepit aūt dauid arcem syon: hec est ciuitas
dauid. Proposuerat enim dauid in die illa
p̄miū: q̄ pcussissȝ iebuseū. et tetigissȝ domatuȝ
fistulas: et abstulissȝ cecos & claudos odiē-
tes aīam dauid. Idcirco dicitur in p̄uerbio.
Cecus & claudus non intrabūt in templum.
Habitauit aūt dauid in arce syon & vocauit
eam ciuitatē dauid: et edificauit p̄ girum a
mello & intrinsecus. Et egrediebat' p̄ficiēs
atq3 succrescens: et dn̄s deus exercituū erat
cū eo. Misit q3 hirā rex tiri nūcios ad dauid

et ligna cedrina·et artifices lignorum·artificesq; lapidum ad parietes:et edificauerunt domū dauid. Et cognouit dauid qm̄ cōfirmasset eū dñs regē sup isrl'el:et qm̄ exaltasset regnū eius sup p̄plm̄ suū isrl'el. Accepit ergo dauid adhuc concubinas et uxores de ierl'm:postq̄ venerat de hebron. Nati q; sūt dauid et alij filij et filie:et hec nomia eorum q̄ nati sūt ei in ierusalē. Samua et sobab. et nathan·et salomon·et ibaar·et helisua·et nepheg·et iaphia·et helisama·et helida·et helifeleth. Audierunt ergo philistijm q' vnxissent dauid in regē sup isrl'el:et ascenderūt vniuersi ut quererēt dauid. Quod cum audisset dauid:descendit in p̄sidium. Philistijm autem venientes diffusi sunt in valle raphaim. Et cōsuluit dauid dñm dicens. Si ascendam ad philistijm·et si dabis eos in manu meā? Et dixit dñs ad dauid. Ascende:quia tradēs dabo philistijm in manu tua. Venit ergo dauid ad baalpharasim:et percussit eos ibi et dixit. Diuisit dñs inimicos meos coram me:sicut diuidūtur aque. Propterea vocatum est nomen loci illius baalpharasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua: que tulit dauid et viri eius. Et addiderunt adhuc philistijm ut ascenderent:et diffusi sūt in valle raphaim. Consuluit autē dauid dñm. Si ascendā ɔtra philisteos:et tradas eos in manus meas? Qui rn̄dit. Nō ascendas cōtra eos ſ; gira post tergū eorum:et venies ad eos ex aduerso pirorum. Et cū audieris sonitū gradientis in cacumie pirorum tūc inibis prelium:quia tūc egredietur dñs ante faciem tuā:ut percutiat castra philistijm. Fecit itaq; dauid sicut p̄cepat ei dñs: et percussit philistijm de gabaa usq; dū venias gezer.

VI

Congregauit aūt rursū dauid omnes electos ex isrl' triginta milia. Surrexitq; dauid et abijt et vniuersus p̄plus q̄ erat cum eo de viris iuda ut adducerent archā dei: super quā inuocatū est nomen dñi exercituum sedentis in cherubin sup eam. Et imposuerūt archā dei sup plaustrū nouū. Tuleruntq; eā de domo aminadab: qui erat in gabaa. Osa aūt et haio filij aminadab minabāt plaustrū nouū. Cumq; tulissent eam de domo aminadab qui erat in gabaa·custodiens archā dei·haio p̄cedebat archā dei:dauid aūt et oñis isrl'el ludebant corā dño:in omnibus lignis fabrefactis et citharis et liris·et timpanis·et sistris. et cimbalis. Postq̄ aūt venerunt ad aream nachor:extendit osa manū ad archam dei et tenuit eam:qm̄ calcitrabāt boues et declinauerunt eam. Iratusq; est indignacōne dñs cōtra osam:et percussit eū sup temeritate: qui mortuus est ibi iuxta archā dei. Cōtristatus est autē dauid eo q' percussisset dñs osam: et vocatū est nomē loci illius percussio osa usq; in diem hanc. Et extimuit dauid dñm in die illa dicēs. Quō ingredietur ad me archa dñi? Et noluit diuertere ad se archā dñi in ciuitatem dauid:ſ; diuertit eam in domū obededom gethei. Et habitauit archa dñi in domo obededom gethei tribus mensibus:et benedixit dñs obededom·et omnem domum eius. Nunciatūq; est regi dauid:q' benedixisset dñs obededom et oñia eius propter archam dei. Dixitq; dauid. Ibo:et reducam archam cū bn̄dictōne in domum meam. Abijt ergo dauid: et adduxit archam dei de domo obededom in ciuitatem dauid cū gaudio: et erāt cū dauid septem chori:et victima vituli. Cūq; transcendissent qui portabāt archā dñi sex passus immolabant bouē et ouē et arietem:et dauid percutiebat in organis: et saltabat totis viribus ante dominum. Porro dauid erat accinctus ephot lineo:et dauid et omnis domus isrl'el ducebant archam testamenti dñi in iubilo et in clangore bucine. Cumq; intrasset archa dñi in ciuitatē dauid: michol filia saul p̄spiciēs p fenestram:vidit regē dauid subsilientem atq; saltantē coram dño:et despexit eū in corde suo. Et introduxerūt archā dñi:et imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi qd' tetenderat ei dauid:et obtulit dauid olocausta coram dño et pacifica. Cūq; ɔplesset offerens olocausta et pacifica:bn̄dixit populo in nomine dñi exercituū:et partitus ē multitudini vniuerse isrl'el tā viro q̄ mulieri singulis collíridam panis vnā:et assaturā bubale carnis vnam:et similā frixam oleo. Et abijt omnis p̄plus:vnusquisq; in domum suā. Reuersusq; ē dauid ut bn̄diceret domui sue: et egressa

michol filia saul in occursū david· ait. Quā
glo'sus fuit hodie rex israhel discooperiens
se ante ancillas seruoꝝ suorū: et nudatus
est quasi si nudetur vnus de scurris. Dixit=
q; david ad michol. Viuit dn̄s : quia ludā
ante dn̄m qui elegit me potius ꝙ patrem
tuū ꝛ ꝙ omnē domū eius: et precepit michi
ut essem dux sup ꝓplm dn̄i in israhel. Et ludā
et vilioꝛ fiam ꝙ factus sum· et ero humilis
in oculis meis: et cū ancillis de quib; locutā
es glo'sioꝛ apparebo. Igitur michol filie saul
nō est natus filius: usq; in diem mortis sue.

VII

Factū est autē cū sedisset rex
in domo sua: et dn̄s dedisset ei requiem
vndiq; ab vniuersis inimicis suis: dixit ad
nathan ꝓphetam. Videsne ꝙ ego habitem
in domo cedrina: et archa dei posita sit in
medio pellium? Dixitq; nathan ad regem.
Omne quod est in corde tuo vade fac: q2
dn̄s tecū est. Factū est autē in illa nocte: et
ecce sermo dn̄i ad nathan dicēs. Vade ꝛ lo
quere ad seruū meū david. Hec dicit dn̄s.
Nūquid tu edificabis michi domum ad ha=
bitandū? Neq; enim habitaui in domo ex
die illa q̄ eduxi israhel de terra egipti usq;
in diem hanc: ſ; ambulabā in tabernaculo ꝛ
in tentorio p̄ cuncta loca que transiui cū oi=
bus filijs isrl'. Nūq̄d loquēs locutus sū ad
vnā de tribub; isrl'· cui p̄cepi ut pascēt ꝓplm
meū israhel· dicēs: quare nō edificasti michi
domū cedrinā? Et nūc hec dices seruo meo
david. Hec dicit dn̄s exercituum. Ego tuli
te de pascuis sequentē greges ut esses dux
sup ꝓplm meū israhel: et fui tecū in omnibus
vbicunq; ambulasti: et interfeci vniuersos
inimicos tuos a facie tua: feciq; tibi nomen
grande iuxta nomen magnoꝝ qui sunt in
terra. Et ponam locum populo meo israhel
et plantabo eū ꝛ habitabo cū eo· et non tur=
babitur amplius: nec addent filij iniq̄tatis
ut affligant eū sicut prius· ex die qua ꝯsti=
tui iudices sup populū meum israhel. Et re=
quiē dabo tibi ab oīb; inimicis tuis: p̄di=
citq; tibi dn̄s: ꝙ faciat tibi dn̄s domū. Cūq;
ꝯpleti fuerint dies tui ꝛ dormieris cū prib;
tuis: suscitabo semen tuū post te· ꝙ egredi=
etur de vtero tuo: et firmabo regnum eius.
Ipse edificabit domū nomī meo: et stabiliā
thronū regni eius usq; i sempiternū. Ego
ero ei in patrem: et ipse erit michi in filium.
Qui si inique aliquid gesserit: arguam eū
in virga viroꝝ: et i plagis filioꝝ hominū.
Misericordiā autē meā non auferā ab eo:
sicut abstuli a saul· quē amoui a facie mea.
Et fidelis erit domus tua: et regnū tuū usq;
in eternū ante faciem meā: et thronus tuus
erit firmus iugiter. Scd̄m oīa verba hec·
et iuxta vniuersam visionē istā: sic locutus
est nathan ad david. Ingressus est autem
rex david ꝛ sedit coram dn̄o: et dixit. Quis
ego sū domine deus ꝛ que domus mea: quia
adduxisti me hucusq;? Sed ꝛ hoc parum
visū est in ꝯspectu tuo dn̄e deus: nisi loquē=
ris etiā de domo serui tui in longinquū. Ista
est enī lex adam dn̄e deus. Quid ergo ad=
dere poterit adhuc david ut loquat' ad te?
Tu enī scis ſuū tuū dn̄e deus. Propter ver=
bum tuū ꝛ scd̄m coꝛ tuū fecisti oīa magnalia
hec: ita ut notū faceres seruo tuo. Idcirco
magnificatus es dn̄e deus: q2 non est similis
tui: neq; est deus extra te in omnib; que au=
diuimus aurib; nr̄is. Que est aūt ut ꝓplus
tuus israhel gens in terra ꝓpter quā iuit deus
ut redimeret eam sibi in populum ꝛ poneret
sibi nomen: faceretq; eis magnalia ꝛ horri=
bilia sup terrā· a facie ꝓpli tui quē redemisti
tibi ex egipto· gentem ꝛ deū eius? Firmasti
enim tibi populū tuū israhel in populū sem=
piternū: et tu dn̄e deus factus es eis in deū.
Nunc ergo dn̄e deus verbū quod locutus
es super seruū tuū ꝛ super domū eius suscita
in sempiternū: et fac sicut locutus es ut ma
gnificetur nomē tuū usq; i sempiternū· atq;
dicatur. Dn̄s deus exercituū deus sup israhel.
Et domus serui tui david erit stabilita corā
dn̄o: q2 tu dn̄e exercituū deus israhel reuela=
sti aurē serui tui dicens· domū edificabo tibi:
dn̄i dei isrl̄: et ait dn̄s ad dauid p̄rem meū.
Qđ cogitasti in corde tuo edificare domū
nomī meo: bn̄fecisti hoc ipm mēte tractās.
Verūtamen tu nō edificabis michi domū:
ſꝫ filius tuus qui egrediet̃ de renib; tuis: ipe
edificabit domū nomini meo. Confirmauit
dn̄s s̄monē suum quē locutus est: stetiqꝫ ꝓ
dauid patre meo. ⁊ sedi sup thronū israhel
sicut locutus est dn̄s: et edificaui domū no-
mini dn̄i dei isrl̄. et cōstitui ibi locū arche ī q̄
fedus dn̄i est. quod pcussit cū patrib; nr̄is.
quādo egressi sunt de terra egipti. Stetit

autē salomon ante altare dn̄i in conspectu
ecclesie israhel: et expandit manus suas in
celū et ait. Dn̄e deus israhel nō est similis tui
deus in celo desup. et sup terrā deorsum: qui
custodis pactū ⁊ misericordiam suis tuis qui
ambulāt corā te in toto corde suo: q̄ custo-
disti suo tuo dauid patri meo que locutus
es ei. Ore locutus es et manibꝫ ꝑfecisti: ut
hec dies ꝓbat. Nūc igitur dn̄e deus israhel.
conserua famulo tuo dauid patri meo q̄ locu
tus es ei dicens. Nō auferet̄ de te vir coraȝ
me. qui sedeat sup thronū isrl': ita tamen si
custodierint filij tui viā suā. ut ābulēt corā
me. sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et
nūc dn̄e deus isrl' firmentur verba tua: que
locutus es seruo tuo dauid pr̄i meo. Ergo
ne putandū est qḋ vere deus habitet super
terrā? Si enim celū et celi celoꝝ te capere
nō possunt: quātomagis domus hec quam
edificaui. Sed respice ad oracōȝ sui tui: et
ad ꝑces eius dn̄e deus meus. Audi ymnū
et oracōnē quā suus tuus orat corā te ho-
die: ut sint oculi tui apti sup domū hanc no
cte ac die: sup domū de qua dixisti erit no-
mē meū ibi: ut exaudias oracōnē quā orat
in loco isto ad te seruus tuus: ut exaudias
deꝑcacōnē sui tui ⁊ ꝑpli tui israhel. qḋcunqȝ
orauerit in loco isto: et exaudies ī loco ha-
bitaculi tui in celo: et cū exaudieris ꝓpicius
eris. Si ꝑccauerit hō in ꝓximū suū ⁊ habu
erit aliqḋ iuramentū quo teneat̄ astrictus.
et venerit ꝓpter iuramentū corā altari tuo in
domū tuam: tu exaudies in celo et facies. et
iudicabis seruos tuos. cōdemnans impiū.
et reddens viam suā sup caput eius: iusti-
ficansqȝ iustū. et retribuēs ei scd̄m iusticiaȝ
suā. Si fugerit ꝑplus tuus israhel inimicos
suos qꝛ peccaturus est tibi: et agētes peni-
tentiā ⁊ confitentes nomini tuo. venerint et
adorauerint ⁊ deꝑcati te fuerint ī domo hac
exaudi in celo. et dimitte peccatuȝ ꝑpli tui is-
rahel: et reduces eos in terrā quam dedisti
pr̄ibꝫ eoꝝ. Si clausū fuerit celū ⁊ nō plue
rit ꝓpt̄ pccā eoꝝ. et orātes ī loco isto peni-
tentiā egerint nomini tuo ⁊ a pccātis suis
ꝯuersi fuerint ꝓpter afflictōnē suā: exaudi
eos ī celo ⁊ dimitte pccā suoꝝ tuoꝝ ⁊ ꝑpli
tui isrl'. et ostēde eis viā bonā ꝑ quā ambu-
lent: et da pluuiā sup terrā quā dedisti po-
pulo tuo ī possessionē. Fames si oborta fuit
in t̄ra ā pestilētia ā corruptus aer ā erugo ā
locusta vel rubigo. et afflixerit eū inimicus
eius portas obsidēs: omis plaga vniūsa
infirmitas. cūcta deuotacō ⁊ impcacō q̄ acci
derit omi homī de ꝑplo tuo isrl': si quis ꝯgno
uerit plagā cordis sui. et expāderit manus
suas ī domo hac. tu exaudies in celo ī loco
habitacōis tue. et repropiciaberis: et facies
ut des vnicuiqȝ scd̄m omes vias suas. sicut
videris cor eius. qꝛ tu nosti solus cor oim fi-
lioꝝ hoīm: ut timeāt te cūctis diebꝫ quibus
viuūt sup faciē terre. quā dedisti pr̄ibꝫ nr̄is.
Insup et alienigena qui non est de ꝑplo tuo
isrl' cum venerit de terra longinqua ꝓpter
nomē tuū: audiet̄ enī nomen tuū magnū et
manus tua fortis. et brachiū tuum extentuȝ
vbiqȝ: cū venerit ergo ⁊ orauerit in hoc lo-
co. tu exaudies in celo ī firmamēto habita
culi tui: et facies omia pro quibꝫ inuocaue-
rit te alienigena ut discant vniūsi ꝑpli terra
rū nomē tuū timē sicut ꝑplus tuus israhel: et
ꝓbent qꝛ nomē tuū inuocatū est sup domuȝ
hāc quā edificaui. Si egressus fuerit ꝑplus
tuus ad bellū contra inimicos suos ꝑ viam
quocūqȝ miseris eos: orabūt te ꝯtra viā ci-
uitatis. quā elegisti. et ꝯtra domū quā edi-
ficaui nomī tuo: et exaudies ī celo oracōnes
eoꝝ ⁊ ꝑces eoꝝ. et facies iudiciū eoꝝ. Qḋ
si peccauerint tibi: nō ē enī hō qui nō peccet:
et iratus tradideris eos inimicis suis. et ca-
ptiui ducti fuerint in terrā inimicoꝝ longe
vel ꝓpe: et egerint penitentiam in corde suo
in loco captiuitatis. et ꝯūsi deꝑcati te fuerint
in captiuitate sua dicētes. peccauimus. iniq̄
egimus. impie gessimus: et reūsi fuerint ad
te in vniūso corde suo. et tota aīa sua in ter
ra inimicorū suoꝝ ad quā captiui ducti fue
rint: et orauerint te cōtra viā terre sue quā
dedisti pr̄ibꝫ eoꝝ. et ciuitatis quā elegisti.
et templi qḋ edificaui nomini tuo: exaudi-
es ī celo in firmamēto solij tui. oracōes eo-
rū et ꝑces eoꝝ: et facies iudiciū eoꝝ ⁊ ꝓpi
ciaberis ꝑplo tuo q̄ peccauit tibi ⁊ omibꝫ iniq̄
tatibꝫ eoꝝ quibꝫ ꝑuaricati sūt in te: et dabis
misericordiā corā eis. q̄ eos captiuos habuerit
ut misereantur eis. Populus enī tuus ē. et

hereditas tua quos eduxisti de terra egi-
pti. de medio fornacis ferree: ut sint oculi
tui apti ad deꝑcacōnē ſui tui ⁊ ꝑpli tui isrl: et
exaudies eos in vniuersis ꝑ quibꝫ inuoca-
uerint te. Tu eni sepasti eos tibi in heredi
tatē. de vniūsis ꝑplis terre: sic locutus es ꝑ
moysen ſuū tuū: quādo eduxisti pr̄es nr̄os
de egipto dn̄e deus. Factū ē aūt cū ꝯplesset
salomon orās dn̄m om̄ez oracōnē ⁊ deꝑcati-
onē hāc: surrexit de conspectu altaris dn̄i.
Vtrūqꝫ eni genu in terrā fixerat: et manus
expāderat ad celū. Stetit ergo ⁊ bn̄dixit
om̄i ecclie isrl: voce magna dicens. Bn̄di-
ctus dn̄s q̄ dedit requiē ꝑplo suo isrl: iuxta
om̄ia q̄ locutus ē. Nō cecidit ne vnus qui-
dē ſmo. ex om̄ibꝫ bonis q̄ locutus ē ꝑ moy-
sen ſuū suū. Sit dn̄s deus noster nobiscū si
cut fuit cū pr̄ibꝫ nostris. nō derelinquēs nos
neqꝫ ꝓiciēs: sed inclinet corda nr̄a ad se. ut
ambulemus in vniūsis viis eius. et custodi
amus mādata eius. et cerimonias ⁊ iudicia
quecūqꝫ mādauit patribꝫ nr̄is: et sint ſmo
nes mei isti quibꝫ deꝑcatus sum coram dn̄o
appropinquātes corā domino deo nr̄o. die
ac nocte: ut faciat iudiciū seruo suo ⁊ ꝑplo
suo israhel. ꝑ singulos dies et sciāt om̄es po
puli terre qꝛ dominus ipe est deus. et nō est
vltra absqꝫ eo sit: q̄ꝫ cor nr̄m ꝑfectū cū dn̄o
deo nostro: ut ābulemus in decretis eius et
custodiamus mādata eius. sicut et hodie.
Igitur rex ⁊ om̄is isrl cū eo immolabāt vi-
ctimas corā dn̄o. Mactauitqꝫ salomō ho-
stias pacificas q̄s immolauit domīo: boum
viginti duo milia ⁊ ouiū centūuiginti milia.
Et dedicauerūt templū domini rex et filii is-
rahel. In die illa sanctificauit rex medium
atrii. qd̄ erāt āte domū dn̄i. Fecit quippe olo
caustū ibi ⁊ sacrificiū ⁊ adipē pacificoꝝ: qm̄
altare ereū qd̄ erat corā dn̄o minus erat: et
cape nō poterat olocaustū. ⁊ sacrificiū ⁊ ad-
ipē pacificoꝝ. Fecit ergo salomō i tꝑe illo
festiuitatē celebrē. et om̄is israhel cū eo mul
titudo magna ab introitu emath usqꝫ ad ri
uū egipti corā dn̄o deo nr̄o septē diebus et
septē diebꝫ. id est q̄tuordecī diebꝫ: et in die
octauo dimisit ꝑplos. Qui bn̄dicētes regi
profecti sūt in tabnacula sua: letātes ⁊ ala
cri corde sup om̄ibꝫ bonis que fecerat dn̄s
dauid seruo suo ⁊ israhel ꝑplo suo. IX

FActū est aūt cū ꝑfecisset salomō edi-
ficiū domus dn̄i et edificium regis. et
om̄e qd̄ optauerat ⁊ voluerat facere: appa
ruit ei dn̄s secūdo sicut apparuerat ei in ga
baon. Dixitqꝫ dn̄s ad eū. Exaudiui oracōnē
tuā ⁊ deꝑcacōnē tuā: quā deꝑcatus es corā
me. Sāctificaui domū hanc quā edificasti.
ut ponerē nomē meū ibi in sempiternum: et
erūt oculi mei ⁊ cor meū ibi cūctis diebꝫ. Tu
q̄ꝫ si ambulaueris corā me sicut ambulauit
pater tuus in simplicitate cordis. et in eq̄-
tate ⁊ feceris om̄ia que p̄cepi tibi ⁊ iudicia
mea seruaueris ⁊ legitima mea: ponā thro-
nū regni tui sup israhel in sempiternuꝫ sicut
locutus sum dauid patri tuo dicēs: nō au-
feretur vir de genere tuo de solio israhel. Si
aūt auersione auersi fueritis vos ⁊ filii vr̄i nō
sequētes me. nec custodiētes mādata mea
et cerimonias q̄s ꝓposui vobis: sed abieritis
et colueritis deos alienos ⁊ adoraueritis eos.
auferaꝫ isrl de supficie terre quā dedi eis: et
tēplū qd̄ sanctificaui nomini meo ꝓiciā a cō
spectu meo: eritqꝫ israhel in ꝓuerbiū ⁊ in fa
bulam cūctis ꝑplis: et domus hec erit i ex-
emplū. Om̄is qui trāsierit ꝑ eā stupebit: ⁊ si
bilabit et dicet. Quare fecit dn̄s sic terre
huic et domui huic? Et rn̄debūt. Quia dere
liquerunt dn̄m deū suū q̄ eduxit pr̄es eoꝝ
de terra egipti. et secuti sūt deos alienos et
coluerūt eos ⁊ adorauerūt eos: idcirco in-
duxit dn̄s sup eos om̄e malū hoc. Expletis
autē annis viginti postq̄ edificauerat salo
mon duas domos id ē domū dn̄i ⁊ domū re-
gis. hiram regi tyri p̄bente salomoni ligna
cedrina et abiegna ⁊ auruꝫ iuxta omne qd̄
opus habuerat: tunc dedit salomon hiram
viginti opida in terra galilee. Et egressus
est hiram de tyro. ut videret opida que de-
derat ei salomō: et nō placuerunt ei. Et ait.
Heccine sunt ciuitates quas dedisti michi
frater? Et appellauit eos terrā chabul usqꝫ
in diem hanc. Misit ergo hiram ad regem
salomonē centūuiginti talēta auri. Hec ē
sūma expensaꝝ quā obtulit salomō rex ad
edificandū domū dn̄i et domū suā ⁊ mello. et
murum ihrlm: et heser ⁊ mageddo ⁊ gazer.
Pharao rex egipti ascendit. et cepit gazer

succenditqꝫ eā igni: et chananeū qui habitabat in ciuitate interfecit: et dedit eā in dotem filie sue uxori salomonis. Edificauit ergo salomon gazer. et betheron inferiorē. et baalath. et palmiram in terra solitudinis: et omnes vicos qui ad se ptinebāt et erāt absqꝫ muro muniuit: et ciuitates curruū. et ciuitates equitū. et quodcūqꝫ ei placuit ut edificaret in ihrlm ⁊ in libano. et in omni terra potestatis sue. Vniuersū ꝑplm qui remanserat. de amorreis ⁊ de etheis ⁊ pherezeis. et eueis ⁊ iebuzeis. qui nō sunt de filijs israhel: horū filios q̄ remanserāt ī terra quos scilicet non potuerāt filij israhel extermiare fecit salomō tributarios. usqꝫ in diē hāc. De filijs aūt isrl' non ↄstituit salomon fuire quenq̄: sed erāt viri bellatores ⁊ ministri eius ⁊ pn̄cipes ⁊ duces ⁊ p̄fecti curruū ⁊ equorū. Erāt autē principes sup om̄ia opera salomonis ꝑpositi quingēti quīquaginta: qui habebāt sbiectū ꝑplm: et statutis opib; imperabant. Filia aūt pharaonis ascēdit de ciuitate dauid ī domū suā: quā edificauerat ei salomō. Tunc edificauit mello. Offerebat qꝫ salomon trib; vicib; p annos singulos olocausta ⁊ pacificas victimas sup altare qđ edificauerat dn̄o: et adolebat thimiama corā dn̄o. Perfectūqꝫ est templū. Classem qꝫ fecit rex salomon in asion iaber que est iuxta aylam ī litore maris rubri: ī terra ydumee. Misitqꝫ hirā in classe illa fuos suos viros nauticos ⁊ gnaros maris. cū fuis salomonis: qui cū venissent in ophir: sumptū inde aurū quadringentorūuiginti talentorū detulerūt ad regem salomonem.

X

Sed ⁊ regina saba audita fama salomonis in nomine dn̄i: venit temptare eū in enigmatib;. Et ingressa ihrlm multo cū comitatu ⁊ diuicijs. camelis portantibus aromata ⁊ aurū infinitū nimis ⁊ gēmas p̄ciosas. venit ad regē salomonē: et locuta ē ei vniuersa que habebat in corde suo. Et docuit eā salomon omnia verba que ꝓposuit. Nō fuit sermo qui regē possꝫ latere: et non rn̄deret ei. Videns aūt regina saba omnē sapiam salomonis ⁊ domū quā edificauerat et cibos mense eius. et habitacula seruorū ⁊ ordies ministrātiū vestesqꝫ eorū ⁊ pincernas et olocausta que offerebāt in domo domini nō habebat ultra spiritū: dixitqꝫ ad regem. Verus est sermo quē audiui in terra mea sup sermonibus tuis ⁊ sup sapiā tua: et non credebā narrantib; michi. donec ipsa veni et vidi oculis meis: et ꝓbaui q̄ media pars michi nūciata nō fuerit. Maior est sapia et opera tua: q̄ rumor quē audiui. Beati viri tui ⁊ beāti serui tui hij q̄ stāt corā te semp: et audiūt sapiam tuā. Sit dn̄s deus tuus bn̄dictus cui ↄplacuisti: et posuit te sup thronū isrl' eo q̄ dilexerit dn̄s isrl' in sempitnū: ⁊ ↄstituit te regē ut faceres iudiciū ⁊ iusticiā. Dedit ergo regi cētūuiginti talēta auri: et aromata multa nimis: et gēmas p̄ciosas. Nō sunt allata ultra aromata tam multa: q̄ ea que dedit regina saba regi salomoni. Sed et classis hiram que portabat aurum de ophir. atulit ex ophir ligna thijna multa nimis: et gēmas p̄ciosas. Fecitqꝫ rex de lignis thijnis fulcra domus dn̄i et domus regie: et citharas lirasqꝫ cantorib;. Nō sunt allata huiuscemodi ligna thijna: neqꝫ visa usqꝫ in presentē diē. Rex aūt salomō dedit regine saba omnia que voluit ⁊ petiuit ab eo: exceptis hijs que ultro obtulerat ei munere regio. Que reuersa est: et abijt in terrā suam cū seruis suis. Erat aūt pondus auri quod offerebatur salomōi p ānos singlos. sexcētorū sexaginta sex talētorū auri: excepto eo qđ offerebāt viri qui super vectigalia erant et negociatores. vniuersiqꝫ scuta vendētes: et omnes reges arabie ducesqꝫ terre. Fecit qꝫ rex salomon ducēta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit laminas scuti vnius: et trecētas peltas ex auro probato. Trecenteqꝫ mine auri: vnā peltā vestiebant. Posuitqꝫ eas rex in domo saltus libani. Fecit etiā rex salomō thronū de ebore grandem: et vestiuit eū auro fuluo nimis: qui habebat sex gradus. Et sūmitas throni rotūda erat in parte posteriori. et due manus hinc atqꝫ inde tenētes sedile: et duo leones stabāt iuxta manus singulas: et duodecī leunculi stantes sup sex gradus hinc atqꝫ inde. Non est factū tale opus in vniuersis regnis. Sed ⁊ omnia vasa de quib; potabat rex salomon erāt aurea: et vniūsa suppellex

domus saltus libani de auro purissimo. Nō erat argentū nec alicuius p̄cij putabat᷑ in diebꝫ salomōis: quia classis regis ꝑ mare cū classe hiram semel per tres ānos ibat in tharsis: deferēs inde aurū ⁊ argentū. et dentes elephātoꝝ ⁊ simias et pauos. Magnificatus est ergo rex salomon sup omes reges terre diuicijs ⁊ sapientia: et vniuersa terra desiderabat vultū salomōis. ut audiēt sapiām eius quā dederat deus ī corde eius: et singuli deferebāt ei munera. vasa argentea ⁊ aurea. vestes ⁊ arma bellica. aromata q̃ȝ ⁊ equos ⁊ mulos ꝑ ānos singulos. Congregauitq̃ȝ salomon currus ⁊ equites ⁊ facti sūt ei mille quadringenti currus ⁊ duodecīmilia equitū: et disposuit eos ꝑ ciuitates munitas: et cū rege in ihrlm. Fecitq̃ȝ ut tanta esset abundantia argēti in ihrlm quāta ⁊ lapidū: et cedrorū p̄buit multitudinē: q̄si sicomoros que nascūtur in campestribus. Et educebātur equi salomōi de egipto ⁊ de choa. Negociatores enim regis emebant de choa: et statuto p̄cio perducebāt. Egrediebatur aūt quadriga ex egipto sexcentis siclis argēti: et equus cētumquinquaginta. Atq̃ȝ in hūc modū cuncti reges etheorū et sirie equos venūdabant.

XI

Rex aūt salomō amauit mlieres alienigenas mltas: filiā q̃ȝ pharaōis: et moabitidas ⁊ āmonitidas. ydumeas ⁊ sydonias. et etheas: de gentibꝫ sup quibꝫ dixit dn̄s filijs israhel. Nō ingrediemini ad eas: neq̃ȝ de illis ingredientur ad vr̄as. Certissime eni auertēt corda vr̄a: ut sequamini deos eaꝝ. Hijs itaq̃ȝ copulatus est salomon ardentissimo amore. Fuerūtq̃ȝ ei uxores q̄si regine septingente: et concubine trecente. Et auerterūt mulieres cor eius. Cumq̃ȝ iam essꝫ senex deprauatū est cor eius ꝑ mulieres ut sequēat᷑ deos alienos: nec erat cor eius perfectū cū dn̄o deo suo sicut cor dauid pr̄is eius: sed colebat salomon astharten deam sydonioꝝ. et chamos deū moabitarū ⁊ moloch ydolū āmonitarū. Fecitq̃ȝ salomō qđ nō placuerat corā dn̄o: ⁊ nō adimpleuit ut sequētur dn̄m sicut dauid pater eius. Tunc edificauit salomō fanū chamos ydolo moab in mōte qui est ꝯtra ihrusalē: et moloch ydolo filiorū ammon. Atq̃ȝ in hūc modum fecit vniuersis uxoribꝫ suis alienigenis: que adolebāt thura ⁊ immolabāt dijs suis. Igitur iratus ē dn̄s salomoni. ꝙ auersa essꝫ mēs eius a dn̄o deo israhel q̃ apparuerat ei scđo: et p̄ceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: et non custodiuit que mādauit ei dn̄s. Dixit itaq̃ȝ dn̄s salomoni. Quia habuisti hoc apud te ⁊ nō custodisti pactuȝ meum ⁊ p̄cepta mea que mādaui tibi: dirūpēs scindam regnuȝ tuū. et dabo illud seruo tuo: verūtamē in diebꝫ tuis non faciaȝ ꝓpter dauid p̄rem tuū. De manu filij tui scindā illud: nec totū regnū auferā sed tribū vnaȝ dabo filio tuo: ꝓpter dauid seruū meū ⁊ ihrusalē quā elegi. Suscitauit aūt dn̄s aduersariuȝ salomoni adad ydumeū de semine regio: q̃ erat in edom. Cū eni essꝫ dauid in ydumea et ascendissꝫ ioab princeps milicie ad sepeliendu3 eos qui fuerāt interfecti. et occidissꝫ oīne masculinū in ydumea: sex enim mensibus ibi moratus ē ioab. et omnis isrl̄ donec interimeret omne masculinū in ydumea: fugit adad ipse ⁊ viri ydumei de seruis pr̄is eius cū eo. ut ingredētur egiptū. Erat autē adad puer paruulus. Cūq̃ȝ surrexissent de madian: venerūt in pharan. Tuleruntq̃ȝ secum viros de pharan: et introierūt egiptuȝ. ad pharaonē regē egipti. Qui dedit ei domū: et cibos cōstituit: et terraȝ delegauit. Et inuenit adad gratiā corā pharaone valde: intātum ut daret ei uxorē sororeȝ uxoris sue germanā tafnes regine. Genuitq̃ȝ ei soror tafnes genebath filiū: et nutriuit eū tafnes in domo pharaonis. Eratq̃ȝ genebath habitans apud pharaonē cū filijs eius. Cūq̃ȝ audissꝫ adad in egipto dormisse dauid cum patribꝫ suis: et mortuū esse ioab principem milicie: dixit pharaoni. Dimitte me: ut vadam in terrā meā. Dixitq̃ȝ ei pharao. Qua enim re apud me indiges: ut queras ire ad terram tuam? At ille r̄ndit. Nulla. Sed obsecro te: ut dimittas me. Suscitauit q̃ȝ ei deus aduersariū razon filiuȝ eliadan qui fugerat adadezer regem soba dn̄m suum: et ꝯgregauit cōtra eū viros ⁊ factus est princeps latronū cū interficeret eos dauid: abieruntq̃ȝ damascum ⁊ habitauerunt ibi: et

cōstituerūt eū regē in damasco: eratq; adversarius israhel cunctis dieb; salomonis. Et hoc ē malū adad ⁊ odiū ɔtra israhel: regnavitq; in siria. Jheroboā quoq; filius nabath euphrateus de sareda. servus salomonis cuius mater erat nomine sua mulier vidua: levavit manū cōtra regē. Et hec causa rebellionis adversus eū: q salomō edificavit mello: et coequavit voraginē civitatis david pris sui. Erat aūt iheroboam vir fortis ⁊ potens. Vidensq; salomon adolescentem bone indolis ⁊ industriū: cōstituerat eū pfectū sup tributa vniuse domus ioseph. Factū ē igitur in tpe illo ut iheroboā egrederetur de iherusalem: et inveniret eū abias silonites pphta in via optus pallio novo. Erāt autē duo tantū in agro. Apphendensq; abias pallium suū novū quo coopertus erat: scidit in duodecim ptes: et ait ad iheroboā. Tolle tibi decem scissuras. Hec enim dicit dñs deus israhel. Ego scindam regnum de manu salomonis: et dabo tibi decem trib;. Porro vna trib; remanebit ei pter servū meū david. et ihrlm civitatem. quā elegi ex omib; tribub; israhel: eo q dereliquerit me. et adoraverit astharthen deam sydoniorum et chamos deū moab. et moloch deū filiorū ammon: et nō ābulaverit in viis meis ut faceret iusticiā corā me. et pcepta mea ⁊ iudicia sicut david pr eius. Nec auferā omne regnū de manu eius: s; ducē ponā eum cūctis dieb; vite sue pter david servū meū quē elegi: q custodivit mādata mea ⁊ pcepta mea. Auferā autē regnū de manu filii eius et dabo tibi decem tribus: filio aūt eius dabo tribum vnā: ut remaneat lucerna david servo meo cūctis dieb; coram me in ihrlm civitate quam elegi. ut esset nomē meū ibi. Te autem assumā: et regnabis sup oīa q desiderat aīa tua: erisq; rex sup israhel. Si igitur audieris oīa que pcepero tibi ⁊ ābulaveris ī viis meis. et feceris qđ rectū est corā me custodiens mandata mea ⁊ pcepta mea. sicut fecit david servus meus ero tecum: et edificabo tibi domū fidelē. quō edificavi david domū et tradam tibi israhel. et affligā semē david sup hoc: verūtamē nō cūctis dieb;. Voluit ergo salomō interficere iheroboā. Qui surrexit ⁊ aufugit in egiptū ad sesac regem egipti: et fuit in egipto usq; ad mortē salomonis. Reliquū aūt verborū salomonis ⁊ oīa q fecit ⁊ sapiā eius: ecce vniversa scripta sūt in libro verborū dierū salomonis. Dies autē quos regnavit salamō ī ihrlm sup oēs isrl: qdraginta anni sūt. Dormivitq; salomō cū prib; suis: et sepultus est in civitate david pris sui: regnavitq; roboā filius eius p eo.

Venit aūt roboam ī sichem. Illuc enim ɔgregatus erat oīs pplus israhel ad cōstituendū eū regē. At vero iheroboam filius nabath cū adhuc esset in egipto pfugus a facie salomonis regis: audita morte eius reversus ē de egipto. Miserūtq; et vocaverūt eū. Venit ergo iheroboam et omnis multitudo israhel: et locuti sūt ad roboam dicētes. Pater tuus durissimū iugū imposuit nob: tu itaq; nūc imminue paululum de imperio pris tui durissimo ⁊ de iugo gravissimo qđ imposuit nob: et serviemus tibi. Qui ait eis. Ite usq; ad terciū diē: et revertimini ad me. Cūq; abisset pplus: iniit ɔsiliū rex roboam cū seniorib;. q assistebāt corā salomone pre eius cū adhuc viveret: et ait. Qđ datis consiliū ut respondeā pplo? Qui dixerunt ei. Si hodie obedieris pplo huic. et servieris ⁊ peticōni eorū cesseris: locutusq; fueris ad eos verba lenia: erūt tibi servi cūctis dieb;. Qui dereliquit ɔsiliū senū qđ dederāt ei: et adhibuit adolescētes q nutriti fuerāt cū eo ⁊ assistebāt illi: dixitq; ad eos. Qđ michi datis cōsilium ut rñdeam pplo huic: q dixerūt michi. levius fac iugū qđ imposuit pr tuus super nos? Et dixerunt ei iuvenes q nutriti fuerant cū eo. Sic loqre pplo huic: q locuti sūt ad te dicētes. Pr tuus aggravavit iugū nostrū: tu releva nos. Sic loqris ad eos. Minimus digitus meus grossior est dorso pris mei. Et nūc pr meus posuit sup vos iugum grave: ego aūt addam sup iugū vrm. Pater me9 cecidit vos flagellis: ego autē cedam vos scorpionib;. Venit ergo iheroboam. et oīs pplus ad roboam. die tercia: sicut locutus fuerat rex dicēs. revertimini ad me die tercia. Respōditq; rex pplo dura. derelicto ɔsilio seniorū qđ ei dederāt: et locutus ē eis scđm ɔsiliū iuvenū dicēs. Pr meus aggravavit iugum

vestruȝ: ego autē addam iugo vr̄o. Pater meus cecidit vos flagellis: ego autē cedā vos scorpionibꝫ. Et nō acquieuit rex ꝑplo quō auersatus fuerat eum dn̄s: ut suscitaret verbuȝ suū qđ locutus fuerat in manu ahie sylonite ad iheroboam filiū nabath. Vidēs itaqꝫ ꝑplus ꝙ noluissꝫ eos audire rex: rn̄dit ei dicēs. Que nobis pars in dauid. vel que hereditas in filio ysai? Vade in tabernacl̄a tua israhel. Nunc vide domuȝ tuā dauid. Et abijt israhel in tabernacula sua. Sup filios autē israhel. quicūqꝫ habitabant in ciuitatibus iuda. regnauit roboam. Misit ergo rex roboam aduram qui erat sup tributa: ⁊ lapidauit eū om̄is isrl̄: et mortuus ē. Porro rex roboam festinus ascendit currū et fugit in ihrl̄m: recessitqꝫ israhel a domo dauid usqꝫ in p̄sentem diem. Factū est autē cū audisset om̄is israhel ꝙ reuersus essꝫ iheroboam: miserūt ⁊ vocauerūt eū ꝯgregato cetu: et constituerūt eum regem sup om̄em isrl̄: nec secutus est quisquā domū dauid p̄ter tribuȝ iuda solam. Venit aūt roboam ihrl̄m ⁊ cōgregauit vniuersam domuȝ iuda ⁊ tribum beniamin centūoctoginta milia electorū virorꝫ ⁊ bellatorꝫ: ut pugnarēt contra domuȝ isrl̄: et reducerēt regnū roboaȝ filio salomonis. Factus est autē sermo dn̄i ad semeiam virū dei dicēs. Loquere ad roboam filium salomonis regē iuda. et ad omnē domū iuda ⁊ beniamin et reliquos de ꝑplo dicens. Hec dicit dn̄s. Nō ascendetis: nec bellabitis ꝯtra fr̄es vr̄os filios isrl̄. Reuertatur vir in domū suā. A me enim factū est verbum hoc. Audierunt sermonem dn̄i: et reuersi sunt de itinere sicut eis p̄cepat dn̄s. Edificauit autem iheroboam sychem in monte effraim: et habitauit ibi. Et egressus inde edificauit phanuel. Dixitqꝫ iheroboam in corde suo. Nūc reuertetur regnum ad domum dauid. si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo dn̄i in ihrl̄m: et conuertetur cor populi huius ad dn̄m suū roboam regem iuda: interficientqꝫ me ⁊ reuertentur ad eū. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos: et dixit eis. Nolite ultra ascendere iherusaleȝ. Ecce dij tui israhel: qui te eduxerūt de terra egipti. Posuitqꝫ vnū in bethel. et alterū in dan: et factū est verbū hoc in peccatū. Ibat enim ꝑplus ad adorandū vitulum usqꝫ in dan. Et fecit phana in excelsis: et sacerdotes de extremis ꝑpli q̄ nō erāt de filijs leui. Cōstituitqꝫ diē solemnē in mense octauo. q̄ntadecima die mensis: i silitudinē solēnitatis q̄ celebratur in iuda. Et ascēdēs altare similiter fecit in bethel: ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Cōstituitqꝫ in bethel sacerdotes excelsorꝫ q̄ fecerat: et ascēdit sup altare qđ extruxerat in bethel: q̄ntadecima die mensis octaui quē finxerat de corde suo. Et fecit solēnitatē filijs israhel: et ascendit sup altare ut adoleret incensū.

XIII

Et ecce vir dei venit de iuda in s̄mone dn̄i in bethel iheroboā stāte sup altaē: et thus iaciente. Et exclamauit cōtra altare in s̄mone dn̄i. et ait. Altare altare: hec dicit dn̄s. Ecce filius nascetur domui dauid iosias noīe: et immolabit sup te sacerdotes excelsorꝫ q̄ nūc in te thura succēdūt: et ossa hoim sup te incendet. Deditqꝫ in illa die signū dicēs. Hoc erit signū quod locutus est dn̄s. Ecce altare scindetur: et effundetur cinis qui in eo est. Cunqꝫ audisset rex sermonem hominis dei quē inclamauerat contra altare in bethel: extendit manū suam de altari dicēs. Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. Altare quoqꝫ scissuȝ est: et effusus est cinis de altari: iuxta signū qđ p̄dixerat vir dei in sermōe dn̄i. Et ait rex ad virū dei. Dep̄care faciē dn̄i dei tui ⁊ orā ꝑ me: ut restituat᷑ manus mea michi. Orauit vir dei facieȝ dn̄i: et reuisa ē manus regis ad eū: et facta est sicut prius fuerat. Locutus ē aūt rex ad virū dei. Veni mecū domū ut prādeas: et dabo tibi munera. Rn̄ditqꝫ vir dei ad regē. Si dederis michi mediā ptē domus tue nō veniā tecū: nec ꝯmedā panē neqꝫ bibā aquā in loco isto. Sic enim mandatuȝ ē michi in s̄mōe dn̄i p̄cipiētis. Nō ꝯmedes panē neqꝫ bibes aquaȝ: nec reuerteris ꝑ viā q̄ venisti. Abijt ergo ꝑ aliam viam: et nō est reuersus ꝑ iter quo venerat in bethel. Prophetes aūt quidaȝ senex habitabat in bethel: ad quem venerunt filij sui. et narrauerunt ei omnia opera que fecerat vir dei illa die in bethel.

Et verba q̄ locutus fuerat ad regē narrauerūt patri suo. Et dixit eis pr̄ eoꝝ. Per quā
viā abijt? Ostenderūt ei filij sui viā p̄ quā
abierat vir dei q̄ venerat de iuda. Et ait filijs
suis. Sternite michi asinū. Qui cū strauissent: ascendit ⁊ abijt post virū dei: et inuenit
eū sedētē subtus therebintū. Et ait illi. Tu ne
es vir dei q̄ venisti de iuda? Rn̄dit ille. Ego
sū. Dixitq; ad eū. Veni mecū domū: ut comedas panē. Qui ait. Nō possum reuerti neq;
venire tecū: nec comedā panē nec bibā aquā
in loco isto: q2 locutus est dn̄s ad me i s̄mone dn̄i dicēs. Nō comedes panē ⁊ non bibes
aquā ibi: nec reuerteris p̄ viā qua ieris. Qui
ait illi. Et ego ꝓpheta sū similis tui: et angelus locutus ē michi in s̄mone dn̄i dicēs. Reduc eū tecū in domū tuā: ut comedat panē
et bibat aquā. Fefellit eū: et reduxit secum.
Comedit ergo panē in domo eius: et bibit
aquā. Cumq; sederēt ad mensam: f̄cus ē sermo dn̄i ad ꝓphetā q̄ reduxerat eum. Et exclamauit ad virum dei q̄ venerat de iuda dicēs. Hec dicit dn̄s. Quia nō obediēs fuisti
ori dn̄i· et nō custodisti mandatū q̄d p̄cepit
tibi dn̄s deus tuus ⁊ reuersus es et comedisti panē ⁊ bibisti aquā· i loco in quo p̄cepit
tibi· ne comedēs panē neq; bibēs aquā: nō
inferetur cadauer tuū i sepulcrū pr̄m tuoꝝ.
Cūq; comedisset ⁊ bibisset: strauit asinū suum
ꝓpheta quē reduxeāt. Qui cū abisset inuenit
eū leo in via· et occidit: et erat cadauer eius
ꝓiectū in itinē. Asinus aūt stabat iux̄ illū:
et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri trāseuntes viderūt cadauer ꝓiectū in via: et leonē stantē iuxta cadauer. Et venerunt ⁊ diuulgauerūt in ciuitatē: in q̄ ꝓphetes ille senex habitabat. Qd̄ cū audisset ꝓpheta ille q̄
reduxerat eū de via ait. Vir dei est q̄ inobediēs fuit ori dn̄i: et tradidit eū dn̄s leoni· et
confregit eum: et occidit iuxta v̄bū dn̄i q̄d locutus est ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite michi asinū: Qui cū strauissent ⁊ ille abisset: inuenit cadauer eius ꝓiectū in via: et asinū ⁊ leonē stantes iuxta cadauer. Non comedit leo de cadauere: nec lesit asinum. Tulit
ergo ꝓphetes cadauer viri dei ⁊ posuit illud
super asinū: et reuersus intulit in ciuitatem
ꝓphete senis ut plangerent eum: et posuit
cadauer eius in sepulcro suo. Et planxerūt eū:
heu heu mi frater. Cūq; planxissent eū: dixit
ad filios suos. Cum mortuus fuero sepelite
me in sepulcro in quo vir dei sepultus ē: iux̄
ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim veniet s̄mo quē p̄dixit i s̄mōe dn̄i: contra altare
q̄d est in bethel: et contra oīa phana excelsoꝝ
q̄ sunt in urbibꝰ samarie. Post verba hec nō
est reuersus iheroboā de via sua pessima: sed
ecōtrario fecit de nouissimis ꝑplis sacerdotes
excelsoꝝ. Quicunq; volebat implebat manū suā· et fiebat sacerdos excelsoꝝ. Et ꝓpter
hanc causam peccauit domus iheroboam· et
euersa est: et deleta de sup̄ficie terre.

XIIII

In tempore illo egrotauit abia filius ieroboam. Dixitq; iheroboam uxori sue. Surge
et commuta habitum ne cognoscaris q2 sis
uxor iheroboam: et vade in sylo ubi ē abias
ꝓpheta q̄ locutus ē michi q2 regnaturus essem
sup̄ pop̄l'm hūc. Tolle q3 in manu tua decem
panes ⁊ crustulā ⁊ vas mellis: et vade ad
illū. Ipse enim indicabit tibi: quid euenturum sit puero huic. Fecit ut dixerat uxor iheroboam· et cōsurgēs abijt in sylo: et venit in
domū ahie. At ille nō poterat videre: q2 caligauerūt oculi eius p̄ senectute. Dixit aūt
dn̄s ad ahiam. Ecce uxor iheroboā ingreditur ut cōsulat te sup̄ filio suo q2 egrotat.
Hec ⁊ hec loq̄ris ei. Cū ergo illa intraret et
dissimularet se esse q̄ erat: audiuit ahias sonitū pedū eius introeūtis p̄ ostiū: et ait. Ingredere uxor iheroboā. Quare aliā te esse
simulas? Ego autē missus sum ad te durus
nūcius. Vade ⁊ dic iheroboam. Hec dicit
dn̄s deus israhel. Quia exaltaui te de medio
populi et dedi te ducē sup̄ ꝑpl'm meū israhel·
et scidi regnū domus dauid ⁊ dedi illud tibi· et non fuisti sicut seruus meus dauid qui
custodiuit mādata mea· et secutus est me in
toto corde suo faciens quod placitū esset in
conspectu meo: s3 operatus es male sup̄ omnes
qui fuerūt ante te· et fecisti tibi deos alienos
et cōflatiles· ut me ad iracundiā ꝓuocares:
me aūt ꝓiecisti post corpus tuū: idcirco ecce ego inducā mala sup̄ domū iheroboam·
et p̄cutiā de iheroboam· mingentē ad parietem ⁊ clausū et nouissimū in isr̄l: et mūdabo
reliquias domus iheroboam sicut mundari

solet fimus usq; ad putū. Qui mortui fuerit de iheroboā in ciuitate comedēt eos canes: qui autē mortui fuerint in agro vorabunt eos aues celi: q2 dñs locutus est. Tu igitur surge 7 vade in domū tuā: et in ipso introitu pedū tuoꝝ in urbē morietur puer: et plāget eū omnis israhel 7 sepeliet. Iste enī solus inferetur de iheroboam in sepulcrū: quia inuētus est super eo sermo bonus a dño deo isrl' in domo iheroboam. Cōstituet autē sibi dñs regem super isrl': qui pcutiet domū iheroboā in hac die. et in hoc tpe: et pcutiet dñs deus isrl': sicut moueri solet harundo in aqua. Et euellet israhel de terra bona hac quā dedit patribꝫ eoꝝ: et ventilabit eos trans flumen: quia fecerūt sibi lucos ut irritarēt dominū. Et tradet dñs deus israhel ꝓpter pccā iheroboam: q peccauit 7 peccare fecit israhel. Surrexit itaq; uxor iheroboam. et abiit: et venit in thersa. Cūq; illa ingrederetur limē domus. puer mortuus est: et sepelierūt eū 7 planxit eū oīs israhel. iuxta sermonē dñi quē locutus ē in manu serui sui ahie ꝓphete. Reliqua autē verboꝝ iheroboam quomō pugnauerit. et quomō regnauerit. ecce scripta sūt in libro verboꝝ dierū regū israhel. Dies autē quibꝫ regnauit iheroboam: viginti duo anni sūt. Et dormiuit iheroboā cū patribꝫ suis: regnauitq; nadab filius eius ꝓ eo. Porro roboā filius salomonis regnauit ī iuda. Quadraginta 7 vnius anni erat roboam cū regnare cepisset: decem 7 septē annis regnauit in ihrlm ciuitate quā elegit dominus ut poneret nomē suū ibi ex omnibꝫ tribubꝫ israhel. Nomē autē matris eius naama amanites. Et fecit iudas malū coram dño: et irritauerunt eū sup omnibꝫ que fecerant p̄res eoꝝ in peccatis suis que peccauerunt. Edificauerunt enim 7 ipsi sibi aras 7 statuas 7 lucos super omnem collem excelsū 7 subter omnem arborē frōdosam. Sed 7 effeminati fuerūt in terra: fecerūtq; omes abominacōnes gentium: quas attriuit dñs ante faciem filioꝝ israhel. In quinto autē anno regni roboam ascēdit sesac rex egipti in ihrlm: et tulit thesauros domus domini 7 thesauros regios et vniuersa diripuit: scuta q3 aurea que fecerat salomon ꝓ quibꝫ fecit rex roboā scuta erea: et tradidit ea in manū ducum scutariorum. et eorum qui excubabant ante ostium domus regis. Cumq; ingrederetur rex in domum dñi portabant ea qui preeundi habebant officiū: et postea reportabant ad armamētariū scutariorū. Reliqua aūt sermonū roboam 7 omia que fecit: ecce scripta sūt in libro sermonū dierū regū iuda. Fuitq; bellū inter roboam 7 iheroboam. cunctis diebus. Dormiuitq; roboā cū prībꝫ suis: et sepultus est cum eis in ciuitate dauid. Nomen aūt matris eius naama amanites. Et regnauit abiā filius eius pro eo.

XV

Igitur in octauo decimo ano regni iheroboam filij nabath. regnauit abia super iudā. Tribꝫ annis regnauit in iherusalē. Nomen mrīs eius maacha filia abessalon: ambulauitq; in omnibꝫ peccatis prīs sui que fecerat ante eū: nec erat cor eius pfectū cū domino deo suo sicut cor dauid prīs eius. Sed ꝓpter dauid dedit ei dñs deus suus lucernā in ihrlm ut suscitaret filium eius post eum. et statueret ihrlm: eo q fecisset dauid rectum in oculis domini: et nō declinasset ab omibus que preceperat ei cunctis diebus vite sue: excepto sermone vrie ethei. Attamē bellū fuit inter abyam 7 iheroboam omi tpe vite eius. Reliqua aūt sermonū abye. et omia que fecit: nōne hec scripta sūt in libro verboꝝ dierum regū iuda? Fuitq; preliū inter abyam et inter iheroboam. Et dormiuit abya cum prībꝫ suis: et sepelierūt eū in ciuitate dauid: regnauitq; asa filius eius ꝓ eo. In anno ergo vicesimo iheroboā regis israhel. regnauit asa rex iuda: et quadraginta 7 vno anno regnauit in iherusalem. Nomē mrīs eius maacha. filia abessalon. et fecit asa rectū an cspectū dñi sicut dauid pater eius: et abstulit effeminatos de terra: purgauitq; vniuersas sordes ydoloꝝ. que fecerāt p̄res eius. Insuper 7 maacham mrēm suā amouit ne esset pinceps in sacris priapi. et in luco eius quē consecrauerat: subuertitq; specum eius. et cōfregit simulacrū turpissimū: et cōbussit in torrēte cedron. Excelsa autē nō abstulit. Verūtamen cor asa pfectū erat cū domino deo suo cunctis diebꝫ suis: et intulit ea que sanctificauerat pater suus 7 vouerat in domū

dn̄i: argentum ⁊ aurū ⁊ vaſa. Bellum autē
erat inter aſa ⁊ baaſa regem iſrl̄: cūctis di-
ebꝯ eoꝝ. Aſcēdit qꝫ baaſa rex iſrl̄ in iudā.
et edificauit rama: ut non poſſet quiſpiam
egredi vel ingredi de parte aſa regis iude.
Tollens itaqꝫ aſa omne argentū ⁊ aurū qḋ
remanſerat in theſauris domus dn̄i ⁊ in the-
ſauris domus regie. dedit illud ī manus ſ-
uoꝝ ſuorū: et miſit ad benadab filiū tabrē-
mon filij ezion regē ſirie qui habitabat in
damaſco dicens. Fedus eſt inter me ⁊ te et
inter patrē meū et patrē tuū: ideo miſi tibi
munera argentum ⁊ aurū: et peto ut venias.
et irritū facias fedus qḋ habes cum baaſa
rege iſrl̄. et recedat a me. Acquieſcens bena
dab regi aſa miſit pn̄cipes exercitus ſui in
ciuitates iſrahel: et pcuſſerunt ahion et dan
et abel. domū maacha. et vniūſā cēneroth.
omnē ſcilicet terrā neptalim. Quod cū au-
diſſet baaſa intermiſit edificare rama: et re-
uerſus eſt in terſa. Rex aūt aſa nunciū miſit
in omnē iudam dicēs. Nemo ſit excuſatus.
Et tulerūt lapides de rama ⁊ ligna eius q̄-
bus edificauerat baaſa: et extruxit de eis
rex aſa gabaa beniamin. et maſpha. Reliq̄
aūt oīm ſmonū aſa ⁊ vniuerſe fortitudines
eius ⁊ cūcta que fecit et ciuitates q̄s extru-
xit: nonne hec ſcripta ſūt in libro verborum
dierū regum iuda? Verūtamē in tpe ſene-
ctutis ſue doluit pedes: et dormiuit cū prībꝯ
ſuis et ſepultus eſt cū eis in ciuitate dauid
prīs ſui: regnauitqꝫ ioſaphat filius eiꝰ ꝓ
eo. Nadab vero filius ieroboā regnauit
ſup iſrahel ān̄o ſcḋo aſa regis iuda: regna-
uitqꝫ ſup iſrl̄ duobꝯ ān̄is: et fecit quod ma-
lum eſt in ɔſpectu domini: et ābulauit ī vijs
prīs ſui ⁊ in peccatis eius. quibꝯ peccare fe-
cit iſrahel. Inſidiatus eſt aūt ei baaſa filius
ahie de domo yſachar: et pcuſſit eū in geb-
bethon que eſt urbs philiſtinoꝝ. Siquidē
nadab ⁊ oīs iſrahel obſidebāt gebbethon.
Interfecit ergo illū baaſa in ān̄o tercio aſa
regis iuda: et regnauit ꝓ eo. Cūqꝫ regnaſ-
ſet: pcuſſit omnē domū ieroboam. Non di-
miſit nec vnā quidē animā de ſemine eius
donec deleret eū: iuxͣ verbū dn̄i qḋ locutus
fuerat in manu ſerui ſui ahie ſilonitis. ꝓpter
peccata ieroboam que peccauerat ⁊ quibꝰ
peccare fecerat iſrl̄: et ꝓpter delictū quo irri-
tauerat dn̄m deū iſrl̄. Reliqua aūt ſermonū
nadab ⁊ om̄ia que operatus eſt: nonne hec
ſcripta ſūt in libro verboꝝ dierū regū iſrl̄?
Fuitqꝫ bellū inter aſa ⁊ baaſa regem iſrahel:
cunctis diebꝯ eoꝝ. Anno tercio aſa regis
iuda regnauit baaſa filius ahie ſup omnē
iſrl̄ in therſa viginti quatuor ān̄is: et fecit ma
lū corā dn̄o: ambulauitqꝫ in vijs ieroboā.
et in pcc̄is eius quibꝯ peccare fecit iſrl̄. XVI

Factus eſt aūt ſermo dn̄i ad iehu fili-
um anani contra baaſa dicens. Pro
eo ꝙ exaltaui te de puluere. et poſui te ducē
ſuper populū meū iſrahel. tu autē ambula-
ſti in via ieroboam. et peccare feciſti poplm̄
meū iſrahel ut me irritares in pcc̄is eorū: ec
ce ego demetam poſteriora baaſa. et poſte-
riora domus eius: et faciā domū tuā: ſicut do-
mū ieroboā filij nabath. Qui mortuus fue
erit de baaſa in ciuitate comedēt eū canes: et
qui mortuus fuerit ex eo in regiōe: ɔmedēt
eū volucres celi. Reliqua aūt ſermonū baa-
ſa. et quecūqꝫ fecit ⁊ plia eius: nōne hec ſcri-
pta ſūt in libro verboꝝ dierū regū iſrl̄? Dor-
miuit ergo baaſa cū prībꝯ ſuis ſepultuſqꝫ ē
in therſa: ⁊ regnauit hela filius eius pro eo.
Cū aūt in manu iehu filij anani ꝓphe verbū
dn̄i factū eēt ɔtra baaſa. et ɔtra domū eius.
et ɔtra omne malū qḋ fecerat corā dn̄o ad
irritandū eū in opibꝯ manū ſuarū. ut fieret
ſicut domus ieroboam: ob hāc cauſam oc-
cidit eū. hoc eſt iehu filiū anani ꝓphetā. An-
no viceſimo ſexto aſa regis iuda regnauit
hela filius baaſa ſup iſrahel in therſa duobꝯ
annis: et rebellauit ɔtra eū ſeruus ſuus zam-
bri dux medie ptis equitū. Erat autē hela in
therſa bibens ⁊ temulentus: in domo arſa p̄-
fecti therſa. Irruens ergo zambri pcuſſit et
occidit eū ān̄o viceſimo ſeptīo aſa regis iu-
da: et regnauit ꝓ eo. Cūqꝫ regnaſſ ⁊ ſediſſ
ſup ſoliū eius pcuſſit omnē domū baaſa et
nō dereliquit ex ea mingentē ad parietem:
et ꝓpinquos ⁊ amicos eius. Deleuitqꝫ zam-
bri omnē domū baaſa iuxta verbum domini
qḋ locutus fuerat. ad baaſa in manu iehu
ꝓphete ꝓpter vniūſa peccata baaſa. et pecca-
ta hela filij eius: qui peccauerūt. et peccare fe
cerūt iſrahel. ꝓuocantes dn̄m deū iſrahel in

vanitatibꝰ suis. Reliqua aũt sermonũ hela: et omnia que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regũ israhel? Anno vicesimo septĩo asa regis iuda regnauit zambri septẽ diebꝰ in thersa. Porro exercitus obsidebat gebbethon urbem philistinoꝝ. Cũqꝫ audisset rebellasse zambri ⁊ occidisse regeꝫ: fecit sibi regem omnis israhel amri qui erat princeps milicie sup israhel in die illa in castris. Ascendit ergo amri ⁊ omnis israhel cũ eo de gebbethon: et obsidebãt thersa. Videns aũt zambri qꝫ expugnãda esset ciuitas ingressus est pallaciuꝫ et succendit se cum domo regia: et mortuus est in peccatis suis que peccauerat faciens malũ corã domino: et ambulãs in via ieroboaꝫ. et in pcc̃o eius quo fecit peccare israhel. Reliqua aũt sermonũ zambri ⁊ insidiarũ eius ⁊ tyrãnidis: nõne hec scripta sũt ĩ libro verboꝝ dierũ regũ israhel? Tũc diuisus est populus israhel in duas ptes. Media ps ppli seqbatur thebni filiũ gineth ut cõstitueret eũ regeꝫ: et media ps amri. Preualuit auteꝫ populus qui erat cũ amri pplo qui sequebatur thebni filiũ gineth: mortuusqꝫ est thebni ⁊ regnauit amri. Anno tricesimoprimo asa regis iuda regnauit amri sup israhel duodecim ãnis. In thersa regnauit sex ãnis: emitqꝫ monteꝫ samarie a somer duobꝰ talẽtis argẽti ⁊ edificauit eũ: et vocauit nomen ciuitatis quã extruxerat noĩe somer: id ẽ montẽ dñi vel mõtẽ samarie. Fecit aũt amri malũ in cõspectu dñi: et operatus est nequiter sup omnes qui fuerũt ante eum. Ambulauitqꝫ in omni via ieroboam filij nabath ⁊ in peccatis eius. quibus peccare fecerat isrl̃: ut irritaret dñm deũ isrl̃ in vanitatibꝰ suis. Reliq̃ aũt sermonũ amri. et p̃lia eius q̃ gessit: nõne hec scripta sũt ĩ libro verboꝝ dierũ regũ isrl̃? Dormiuit qꝫ amri cũ patribꝰ suis: et sepultus est in samaria: regnauitqꝫ achab filius eius p eo. Achab vero filius amri regnauit super isrl̃. ãno tricesimooctauo asa regis iuda. Et regnauit achab filius amri sup isrl̃ ĩ samaria. viginti ⁊ duobꝰ ãnis. Et fecit achab filius amri malũ in cõspectu dñi: sup oẽs q̃ fuerũt ante eũ. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis ieroboam filij nabath: insuper duxit uxorem iezabel filiã methbaal regis sidoniorum. Et abijt ⁊ seruiuit baal. et adorauit eũ: et posuit aram baal in tẽplo baal. qd̃ edificauerat in samaria: et plantauit lucũ. Et addidit achab ĩ ope suo irritãs dñm deũ isrl̃: sup om̃es reges israhel qui fuerunt ante eũ. In diebꝰ eius: edificauit abiel de bethel iericho. In abiram primitiuo suo fundauit eã: et ĩ segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu iosue filij nun.

XVII

Et dixit helias thesbites de habitatoribꝰ galaad ad achab. Viuit dñs deus isrl̃ in cuius cõspectu sto: si erit ãnis hijs ros ⁊ pluuia nisi iuxta oris mei v̾ba. Et factũ est verbũ dñi ad eum dicẽs. Recede hinc et vade cõtra orientẽ: et abscondere in torrẽte carith qui est cõtra iordanen ⁊ ibi de torrẽte bibes: coruisqꝫ precepi ut pascãt te ibi. Abijt ergo: et fecit iuxta verbũ domini. Cũqꝫ abisset: sedit in torrẽte carith qui ẽ cõtra iordanen. Corui q̊qꝫ deferebant ei panem ⁊ carnes mane: similiter paneꝫ ⁊ carnes vespere: et bibebat de torrente. Post dies aũt aliquãtos siccatus est torrens: non enĩ pluerat super terrã. Factus ẽ ergo sermo dñi ad eũ dicẽs. Surge ⁊ vade in sarepta sidonioꝝ: et manebis ibi. Precepi enĩ ibi mulieri vidue ut pascat te. Surrexit: et abijt in sareptam. Cumqꝫ venisset ad portaꝫ ciuitatis apparuit ei mlier vidua colligẽs ligna: et vocauit eã: dixitqꝫ ei. Da michi paululũ aque in vase ut bibam. Cũqꝫ illa pgeret ut afferret: clamauit post tergũ eius dicẽs. Affer michi obsecro ⁊ bucellã panis in manu tua. Que r̃ndit. Viuit dñs deus tuus: qꝛ non habeo paneꝫ nisi quantum pugillus capere potest farine in ydria: et paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: ut ingrediar ⁊ faciã illud michi ⁊ filio meo: ut comedamus ⁊ moriamur. Ad quã helias ait. Noli timere: sꝫ vade ⁊ fac sicut dixisti. Verũtamẽ michi primũ fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ. et affer ad me: tibi auteꝫ ⁊ filio tuo facies postea. Hec aũt dicit dñs deus isrl̃. Ydria farine nõ deficiet: nec lechitus olei minuetur: usqꝫ in diẽ in qua dñs daturus est pluuiam sup faciẽ terre. Que abijt: et fecit iuxta v̾bũ

helie. Et comedit ipse et illa et domus eius:
et ex illa die ydria farine non defecit et le-
chitus olei non est imminutus. iuxta verbū
domini quod locutus fuerat in manu helie.
Factum est autez post verba hec. egrotauit
filius mulieris matrisfamilias: et erat lan-
guor fortissimus ita ut nō remaneret in eo
alitus. Dixit ergo ad heliam. Quid michi
et tibi vir dei? Ingressus es ad me ut reme-
morarentur iniquitates mee: et interficeres
filiū meū. Et ait ad eam helias. Da michi fi-
lium tuū. Tulitqꝫ eū de sinu eius et portauit
in cenaculū ubi ipse manebat: et posuit sup
lectulū suū: et clamauit ad dominū et dixit.
Domine deus meus. etiam ne viduā apud
quā ego utcūqꝫ sustētor affixisti: ut inter-
ficeres filiū eius? Et expādit se atqꝫ mēsus
est super puerū tribꝫ vicibꝫ: et clamauit ad
dominū et ait. Dn̄e deus meus: reuertatur
obsecro anima pueri huius in viscera eius.
Et exaudiuit dominus vocez helie: et reusa
est anima pueri intra eū: et reuixit. Tulitqꝫ
helias puerū et deposuit eū de cenaculo ī in-
feriorem domū: et tradidit matri sue: et ait
illi. En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad
heliam. Nunc in isto cognoui qm̄ vir dei es
tu: et verbū dn̄i in ore tuo verū est. XVIII

Post dies multos. factum est verbum
domini ad heliā. in āno tercio dicens.
Vade et ostende te achab: ut dem pluuiaz
super faciē terre. Iuit ergo helias ut ostē-
deret se achab. Erat aūt fames vehemēs in
samaria. Vocauitqꝫ achab abdiam dispē-
satorē domus sue. Abdias aūt timebat do
minum deū valde. Nam cū interficeret ieza-
bel ꝓphas domini tulit ille centū ꝓphetas et
abscondit eos quinquagenos et quinqua-
genos ī speluncis: et pauit eos pane et aquā.
Dixit ergo achab ad abdiā. Vade ī terrā
ad vniuersos fontes aquaruz et in cunctas
valles: si forte possimus inuenire herbam et
saluare equos et mulos: et nō penitus iumē-
ta intereāt. Diuiserūtqꝫ sibi regiōes: ut cir-
cuirēt eas. Achab ibat ꝑ viam vnaz: et ab-
dias ꝑ viam alterā seorsū. Cūqꝫ esset abdi-
as in via: helias occurrit ei. Qui cū cogno-
uisset eum: cecidit super faciem suā et ait. Nū
tu es domine mi helias? Cui ille rn̄dit. Ego.
Et dixit. Vade et dic dn̄o tuo. Adest helias.
Et ille: quid peccaui inquit quoniam trades
me seruuz tuū. in manu achab ut interficiat
me? Viuit dn̄s deus tuus: qꝛ nō ē gens aut
regnū. in quo nō miserit dn̄s meus te requi-
rens. Et rn̄dentibꝫ cūctis nō est hic: adiura
uit regna singula et gētes. eo qꝛ minime re-
pereris. Et nūc dicis michi: vade et dic do
mino tuo adest helias? Cūqꝫ recessero a te
spūs domini asportabit te in locū quē ego
ignoro: et ingressus nūciabo achab: et non
inueniēs te interficiet me. Seruus aūt tuus
timet dn̄m ab infantia sua. Nūquid nō indi
catū est tibi dn̄o meo quid fecerim cū inter-
ficeret iezabel ꝓphetas dn̄i: qꝛ absconderim
de ꝓphetis dn̄i centū viros quinqꝫgenos et
qūquagenos ī speluncis et pauerim eos pa-
ne et aqua? Et nunc tu dicis vade et dic dn̄o
tuo adest helias: ut interficiat me? Et dixit
helias. Viuit dominus exercituū ante cuius
vultum sto: qꝛ hodie apparebo ei. Abijt er-
go abdias ī occursū achab: indicauitqꝫ ei.
Venitqꝫ achab in occursū helie: et cū vidisset
eum ait. Tu ne es ille: qui cōturbas isrl̄? Et
ille ait. Nō ego turbaui israhel sꝫ tu et domus
pr̄is tui: qui dereliquistis mandata domini
et secuti estis baalim. Verūtamē nunc mitte
et ꝯgrega ad me vniuersum israhel in mōte
carmeli: et ꝓphas baal quadringētos quin-
quaginta. ꝓphasqꝫ lucoꝝ qdringētos: qui
comedūt de mensa iezabel. Misit achab ad
om̄es filios israhel: et cōgregauit ꝓphas in
monte carmeli. Accedens autem helias ad
om̄ez populū israhel ait. Vsquequo claudi-
catis in duas partes? Si dominus est deus
sequimini eū: si autem baal: sequimini illum.
Et non respondit ei populus verbum. Et ait
rursus helias ad populū. Ego remāsi ꝓphe-
ta domini solus: ꝓphete autē baal quadrin-
genti et quinquaginta: ꝓpheteqꝫ lucoꝝ qua
dringēti viri sūt. Dentur nobis duo boues:
et illi eligāt sibi bouem vnū et in frusta cedē
tes ponāt super ligna: ignem autē non sup-
ponāt. Et ego faciā bouē alterū et imponam
sup ligna: ignē autē nō supponaz. Inuoca-
te nomina deoꝝ vestroꝝ: et ego inuocabo
nomē dei mei: et deus qui exaudierit ꝑ ignē
ipse sit deus. Respondēs om̄is populus. ait.

Optima ꝓpoſicō quā locutus eſt helias. Di-
xit ergo helias ꝓphetis baal. Eligite vobis
bouē vnū et facite pⁿmi q2 vos plures eſtis:
et inuocate nomina deorū vr̄oꝝ: ignemqȝ
nō ſuppōnatis. Qui cū tuliſſent bouē quem
dederat eis fecerūt: et inuocabāt nomē baal
de mane uſqȝ ad meridiez dicētes. Baal ex-
audi nos. Et non erat vox: neqȝ qui rn̄de-
ret. Tranſiliebātqȝ altare qd̄ fecerāt. Cūqȝ
eſſet iam meridies: illudebat illis helias di-
cēs. Clamate voce maiore. Deus enim ē: et
forſitan loquit᷑ · aut in diuerſorio ē · aut ī iti
nere: ā certe dormit: ut excitet᷑. Clamabant
ergo voce magna: et incidebāt ſe iuxta ri-
tum ſuū cultris ⁊ lanceolis · donec pfunderē-
tur ſang̃ne. Poſtq̄ aūt trāſijt meridies · et
illis ꝓphantibꝫ · venerat tempus quo ſacri-
ficiū offerri ſolet: nec audiebatur vox neqȝ
aliquis reſpondebat nec attendebat orān-
tes: dixit helias omni pp̄lo. Venite ad me.
Et accedente ad ſe pp̄lo curauit altare dn̄i
quod deſtructū fuerat: et tulit duodecim la-
pides iuxta numerum tribuū filioꝝ iacob
ad quē factus ē ſermo dn̄i dicēs · iſrahel erit
nomē tuū: et edificauit de lapidibꝫ altare in
in nomine domini. Fecitqȝ aqueductū q̄ſi p
duas aratiūculas in circuitu altaris: et cōpo-
ſuit ligna · diuiſitqȝ p membra bouē ⁊ poſuit
ſup ligna: et ait. Implete quatuor ydrias a-
qua: et fundite ſup olocauſtū et ſup ligna.
Ruſūqȝ dixit. Etiā ſcd̄o hoc facite. Qui cū
feciſſent ſcd̄o · ait. Etiā tercō idipſū facite.
Feceruntqȝ tercō: et currebāt aque circū al-
tare: et foſſa aqueductus repleta eſt. Cūqȝ
iam tempus eſſꝫ ut offerretur olocauſtum:
accedēs helias ꝓpheta ait. Dn̄e deus abra-
ham ⁊ yſaac et iſrahel · oſtēde hodie q2 tu es
deus iſrahel et ego ſeruus tuus: et iuxta pre-
ceptum tuū feci oīa verba hec. Exaudi me
dn̄e exaudi me: ut diſcat populus iſte · q2
tu es dn̄s deus: et tu cōuertiſti cor eoꝝ iterū.
Cecidit autem ignis domini ⁊ vorauit olo-
cauſtū ⁊ ligna ⁊ lapides: puluerē q̄ȝ ⁊ aquā
que erat in aqueductu lambens. Quod cū
vidiſſꝫ omnis pp̄lus: cecidit in faciem ſuā:
et ait. Dominus ipſe ē deus: dn̄s ipe ē deus.
Dixitqȝ helias ad eos. Ap̄phendite ꝓphetas
baal: et ne vnus quidē effugiat ex eis. Quos
cum ap̄phendiſſent: duxit eos helias ad tor-
rentē cyſon: et interfecit eos ibi. Et ait helias
ad achab. Aſcende cōmede ⁊ bibe: q2 ſonus
multe pluuie ē. Aſcendit achab · ut cōmede-
ret ⁊ biberet: helias autē aſcendit in verticē
carmeli et pnus in terrā poſuit faciem ſuam
inter genua ſua: et dixit ad puerū ſuū. Aſcē-
de · et pſpice cōtra mare. Qui cū aſcendiſſet
et cōtemplatus eſſꝫ · ait. Nō ē quicq̄. Et rur-
ſum ait illi. Reuertere ſeptē vicibꝫ. In ſepti-
ma autē vice ecce nubecula parua quaſi ve-
ſtigiū hominis aſcendebat de mari. Qui ait.
Aſcende: et dic achab. Iunge currum tuū et
deſcēde: ne occupet te pluuia. Cūqȝ ſe vteret
huc atqȝ illuc: ecce celi cōtenebrati ſūt · et nu-
bes ⁊ ventus: et facta ē pluuia grandis. A-
ſcendēs itaqȝ achab abijt in ieſrahel: et ma-
nus dn̄i facta ē ſup heliā: accinctiſqȝ lūbis
currebat āte achab donec veniret ī ieſrahel.

Nunciauit autē achab XIX
iheȝabel · oīa q̄ fecerat helias: et quō
occidiſſꝫ vniuſos ꝓphetas baal gladio. Mi-
ſitqȝ iheȝabel nunciū ad heliā dicēs. Hec mi-
chi faciāt dij · ⁊ hec addāt: niſi hac hora craſ
poſuero animā tuā ſicut aīam vnius ex illiſ.
Timuit ergo helias ⁊ ſurgēs abijt quocūqȝ
eum ferebat volūtas: venitqȝ in berſabee iu-
da · et dimiſit ibi puerū ſuū: et perexit in deſer-
tum viam vnius diei. Cūqȝ veniſſꝫ ⁊ ſederet ſub-
ter vnā iuniperū: petiuit anime ſue ut more-
retur. Et ait. Sufficit michi dn̄e: tolle aīam
meā. Neqȝ enim melior ſū q̄ pr̄es mei. Pro-
iecitqȝ ſe: et obdormiuit in umbra iuniperi.
Et ecce angelus domini tetigit eum: et dixit
illi. Surge comede. Reſpexit: et ecce ad ca-
put ſuum ſubcinericius panis ⁊ vas aque.
Comedit ergo ⁊ bibit: et rurſum obdormi-
uit. Reuerſuſqȝ ē angelus dn̄i ſcd̄o ⁊ tetigit
eum: dixitqȝ illi. Surge comede. Grandis
enim tibi reſtat via. Qui cū ſurrexiſſꝫ come-
dit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus ⁊ quadraginta
noctibꝫ uſqȝ ad montez dei oreb. Cumqȝ ve-
niſſet illuc: manſit in ſpelunca. Et ecce ſermo
dn̄i ad eum: dixitqȝ illi. Quid hic agis he-
lia: At ille rn̄dit. Zelo zelatus ſū p dn̄o deo
exercituū: q2 dereliquerūt pactū domini filij
iſrahel. Altaria tua deſtruxerunt · et ꝓphetas

tuos occiderūt gladio: et derelictus sū ego
solus: et querūt aīam meā: ut auferāt eam.
Et ait ei. Egredere: et sta in mōte corā dn̄o.
Et ecce dominus transit: et sp̄us grandis
et fortis · subuertēs mōtes: et cōterēs petras
ante dominū. Nō in sp̄u dominus. Et post spi
ritū cōmotio. Nō in cōmotione dn̄s. Et post
cōmotionē ignis. Non in igne dn̄s. Et post
ignē sibilus aure tenuis. Qđ cum audisset
helias operuit vultū suū pallio: et egressus
stetit in ostio spelūce: et ecce vox ad eum di-
cēs. Quid hic agis helias? Et ille r̄ndit. Ze-
lo zelatus sū ꝑ domino deo exercituū: quia de-
reliquerūt pactū tuū filij israhel. Altaria tua
destruxerūt ⁊ ꝓphas tuos occiderūt gladio:
et derelictus sum ego solus: et querūt aīam
meā ut auferāt eā. Et ait dominus ad eum.
Vade ⁊ reuertere in viam tuā · ꝑ desertū in
damascū. Cūq; perueneris illuc · vnges asa-
hel regē super siriam: et iehu filiū namsi vn-
ges regē sup isr̄l: heliseū autē filiū saphat
qui est de abelmaula unges prophetā ꝓ te.
Et erit quicūq; fugerit gladiū asahel occi-
det eum iehu: et quicūq; fugerit gladiū ie-
hu interficiet eum heliseus. Et derelinquam
michi in israhel septem milia virorū quorū
genua nō sūt incuruata ante baal: et omne
os quod nō adorauerit eū osculans manū.
Profectus ergo inde helias reperit heliseū
filiū saphat arantē in duodecim iugis boū:
et ipse in duodecim iugis boū arantibus vnus
erat. Cūq; venisset helias ad eum: misit pal-
lium suū sup eū. Qui statim relictis bobus
cucurrit post heliam. Et ait. Osculer oro te
p̄rem meū ⁊ matrem meam: et sic sequar te.
Dixitq; ei. Vade ⁊ reuertere. Qđ enim meū
erat feci tibi. Reuersus autē ab eo tulit par
boū ⁊ mactauit illud: et in aratro boū coxit
carnes: et dedit ꝓplo ⁊ comederūt. Cōsurgēs-
q; abijt ⁊ secutus ē heliam: et ministrabat ei.

XX

Porro benadab rex sirie cōgre-
gauit oēm exercitū suū: et triginta du
os reges secū · et equos ⁊ currus · et ascēdēs
pugnabat cōtra samariā: et obsidebat eā.
Mittensq; nūcios ad achab regem israhel
in ciuitatē ait. Hec dicit benadab. Argentū
tuū ⁊ aurū tuū meū ē: et uxores tue ⁊ filij tui
optimi mei sūt. R̄nditq; rex isr̄l. Iuxta verbū
tuū domine mi rex: tuus sū ego ⁊ omnia mea.
Reuertētesq; nuncij dixerūt. Hec dicit bena
dab qui misit nos ad te. Argentū tuū ⁊ au-
rū tuū ⁊ uxores tuas et filios tuos dabis mi-
chi. Cras igitur hac eadē hora mittā seruos
meos ad te: et scrutabuntur domū tuā ⁊ do-
mū seruorū tuorū: et oē quod eis placuerit
ponēt in manibus suis ⁊ auferent. Vocauit
autē rex israhel omes seniores terre · et ait.
Aīaduertite ⁊ videte: qm̄ insidietur nobis.
Misit enim ad me ꝓ uxoribus meis ⁊ filijs et
pro argento ⁊ auro: et nō abnui. Dixerūtq;
omes maiores natu ⁊ uniuersus ꝓpl's ad eū.
Nō audias: neq; acquiescas illi. R̄nditq;
nuncijs benadab. Dicite domino meo regi.
Omnia ꝓpter que misisti ad me seruū tuū in
inicio faciā: hanc autē rem facere non pos-
sū. Reuersiq; nūcij: retulerūt ei. Qui remisit
et ait. Hec faciāt michi dij ⁊ hec addant: si
suffecerit puluis samarie pugillis oīs ꝓpli
q̄ sequitur me. Et r̄ndens rex israhel ait. Di-
cite ei. Ne glorietur accinctus · eque ut discī
ctus. Factū est aūt cū audissz benadab ver-
bum istud bibebat ipse ⁊ reges in umbracu-
lis: et ait seruis suis · Circūdate ciuitatē. Et
circūdederūt eā. Et ecce ꝓpheta vnus acce-
dens ad achab regē israhel ait ei. Hec dicit
dn̄s. Certe vidisti omnē multitudinē hanc
nimiā. Ecce ego tradā eam in manū tuā ho-
die: ut scias quia ego sū dn̄s. Et ait achab.
Per quē? Dixitq; ei. Hec dicit dn̄s. Per pe-
dissequos p̄ncipum ꝓuinciarū. Et ait. Quis
incipiet preliari? Et ille dixit. Tu. Recensuit
ergo pueros principū ꝓuīciarū: et reperit
numerū ducentorū triginta duorū. Et recē-
suit post eos ꝓplum omnes filios israhel se-
ptē milia: et egressi sūt meridie. Benadab
aūt bibebat temulētus in umbraculo suo: et
reges triginta duo cū eo q̄ ad auxiliū eius
venerāt. Egressi sunt autē pueri principum
ꝓuinciarū in prima frōte. Misit itaq; bena-
dab: qui nūciauerūt ei dicētes. Viri egres-
si sunt de samaria. At ille ait. Siue ꝓ pace
veniūt apprehendite eos viuos: siue ut p̄liē
tur viuos eos capite. Egressi sūt ergo pue-
ri principū ꝓuinciarū: ac reliquus exercitus
sequebatur. Et percussit vnusquisq; virū qui
cōtra se veniebat: fugeruntq; syri: ⁊ ꝑsecutus

est eos isrl'. Fugit q3 benadab rex syrie in e-
quo cū equitib⁹ suis. Necnō egressus rex
israhel pcussit equos ⁊ currus: et pcussit syri-
am plaga magna nimis. Accedēs autem
propheta ad regē israhel dixit ei. Vade ⁊ cō-
fortare: et scito. et vide quid facias. Sequē-
ti enim ānno. rex sirie ascendet ɔtra te. Ser-
ui vero regis sirie dixerūt ei. Dij montiū sūt
dij eoꝝ: ideo supauerūt nos. Sed melius ē
ut pugnemus contra eos in campestribus:
et obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc
fac. Amoue reges singlos ab exercitu tuo:
et pone pn̄cipes ꝓ eis: et instaura numerum
militū qui ceciderūt de tuis ⁊ equos scd̄m e-
quos pristinos. et currus scd̄m currus q̄s
ante habuisti: et pugnabimus cōtra eos in
campestrib⁹: et videbis ꝙ obtinebimus eos.
Credidit ɔsilio eoꝝ: et fecit ita. Igitur po-
stq̄ ānnus trāsierat recensuit benadab siros
et ascendit in affec: ut pugnaret contra isra-
hel. Porro filij israhel recensiti sūt ⁊ acceptis
cibarijs ꝓfecti ex aduerso: castraq3 metati
sūt ɔtra eos quasi duo parui greges capra-
rum: siri autē repleuerūt terrā. Et accedēs
vnus vir dei dixit ad regē israhel. Hec dicit
dn̄s. Quia dixerūt siri deus montiū est dn̄s.
et non est deus valliū: dabo om̄em multitu-
dinē hanc grandē in manu tua: et scietis ꝙ
ego sum dn̄s. Dirigebāt q3 septē dieb⁹ ex
aduerso hij atq3 illi acies: septima autē die
ɔmissū ē bellū. Percusserūtq3 filij israhel de
siris centū milia peditū in die vna. Fugerūt
autē siri qui remanserūt in affec in ciuitatē:
et cecidit murus sup viginti septē milia ho-
minū q̄ remanserāt. Porro benadab fugi-
ens ingressus ē ciuitatē in cubiculū quod
erat intra cubiculū: dixerūtq3 ei serui sui. Ecce
audiuimus ꝙ reges domus israhel clemētes
sint. Ponamus itaq3 saccos in lumbis nr̄is
et funiculos in capitib⁹ nr̄is: et egrediamur
ad regem isrl': forsitan saluabit animas no-
stras. Accinxerūt saccis lūbos suos ⁊ posu-
erūt funiculos in capitib⁹ suis: venerūtq3 ad
regē isrl' et dixerūt ei. Seruus tuus bena-
dab dicit. Viuat oro te anima mea. Et ille
ait. Si adhuc viuit: frater meus est. Quod
acceperūt viri ꝓ omine: et festinātes rapuerūt
verbū ex ore eius: atq3 dixerūt. Frater tuus

benadab. Et dixit eis. Ite ⁊ adducite eum
ad me. Egressus est ergo ad eū benadab:
et leuauit eū in currū suū. Qui dixit ei. Ciui-
tates quas tulit pater meus a prē tuo red-
dam: et plateas fac tibi in damasco sicut fe-
cit pater meus in samaria: et ego federatus
recedam a te. Pepigit ergo fedus: et dimi-
sit eum. Tunc vir quidā de filijs ꝓphetaꝝ
dixit ad sociū suū i s̄mone dn̄i. Percute me.
At ille noluit pcutere. Cui ait. Quia nolui-
sti audire vocē dn̄i: ecce recedes a me: et p-
cutiet te leo. Cūq3 paululū recessisset ab eo:
inuenit eū leo atq3 pcussit. Sz ⁊ alterū inue-
niens virū: dixit ad eū. Percute me. Qui p-
cussit eum: et vulnerauit. Abijt ergo ꝓpheta
et occurrit regi in via: et mutauit aspersione
pulueris os. et oculos suos. Cūq3 rex tran-
sisset: clamauit ad regē ⁊ ait. Seruus tuus
egressus ē ad p̄liandū cominus: cūq3 fugisset
vir vnus. adduxit eū quidā ad me: et ait.
Custodi virū istū. Qui si lapsus fuerit erit
anima tua ꝓ aīa eius: aut talentū argēti ap-
pēdes. Dū aūt ego turbatus huc illucq3 me
verterē: subito nō ɔparuit. Et ait rex isrl' ad
eū. Hoc ē iudiciū tuū: quod ipe decreuisti.
At ille statim absterisit puluerē de facie sua:
et ɔgnouit eū rex isrl' ꝙ essz de ꝓphetis. Qui
ait ad eū. Hec dicit dn̄s. Quia dimisisti virū
dignū morte de manu tua. erit anima tua ꝓ
anima eius: et ꝓplus tuus ꝓ ꝓplo eius. Reuer-
sus ē igitur rex isrl' in domū suā. audire ɔtē-
nēs: et furibūdus venit in samariā. XXI

Post verba aūt hec tempore illo vinea
erat naboth iesrahelite q̄ erat in iesra-
hel: iuxta palaciū achab regis samarie. Lo-
cutus ē ergo achab ad naboth dicens. Da
michi vineā tuā ut faciam michi ortū olerū:
ꝙ vicina est ⁊ ꝓpe domū meā. Daboq3 tibi ꝓ
ea vineā meliorē: aut si cōmodius tibi pu-
tas argēti p̄ciū quantū digna ē. Cui rn̄dit
naboth. Propicius michi sit dn̄s: ne dē here-
ditatē prm̄ meoꝝ tibi. Venit ergo achab i
domū suā. indignās ⁊ frendēs sup verbo qd̄
locutus fuerat ad eū naboth iesrahelites di-
cens: non dabo tibi hereditatē prm̄ meoꝝ.
Et ꝓiciēs se in lectulū suū auṫtit faciē suā ad
parietē: et nō ɔmedit panē. Ingressa ē aūt
ad eū iezabel uxor sua: dixitq3 ei. Quid est

ho e vnde anima tua otristata ē· et quare nō
comedis panem? Qui respōdit ei. Locutus
sū naboth iesrahelite et dixi ei. Da michi vine
am tuā accepta pecunia: aut si tibi placz da
bo tibi vineā meliorem p ea. Et ille ait. Non
dabo tibi vineā meā. Dixit ergo ad eum ie-
zabel uxor eius. Grandis auctoritatis es:
et bene regis regnū isrl'. Surge et comede
panē: et equo animo esto. Ego dabo tibi vi
neā naboth iesrahelite. Scripsit itaqz lr̄as
ex nomine achab· et signauit eas anulo e-
ius: et misit ad maiores natu· et optimates
q̄ erāt in ciuitate eius: et habitabant cū na-
both. Litterarū aūt hec erat sentēcia. Predi-
cate ieiuniū et sedere facite naboth inter p̄-
mos pp̄li: et submittite duos viros filios be-
lial otra eum· et falsum testimoniū dicāt be-
nedixit naboth deū et regem: et educite eum
et lapidate· sicqz moriatur. Fecerūt ergo ci-
ues eius maiores natu et optimates q̄ habi-
tabāt cū eo in urbe sicut p̄ceperat eis iezabel:
et sicut scriptū erat in lr̄is quas miserat ad
eos. Predicauerūt ieiuniū: et sedere fecerūt
naboth inter primos pp̄li: et adductis duo
bus viris filijs diaboli fecerūt eos sedere cō-
tra eum. At illi scilicet ut viri diabolici· dixe-
rūt cōtra eum testimoniū corā multitudine.
Benedixit naboth deū et regē. Quamobrē
eduxerūt eū extra ciuitatē: et lapidibꝰ inter-
fecerūt. Miserūtqz ad iezabel dicētes. Lapi
datus est naboth: et mortuus est. Factū est
autē cū audisset iezabel lapidatum naboth
et mortuū: locuta ē ad achab. Surge possi-
de vineam naboth iesrahelite: qui noluit tibi
acquiescere et dare eā accepta pecunia. Nō
enim viuit naboth: sz mortuus ē. Quod cum
audisset achab mortuū videlicz naboth: sur-
rexit et descendebat in vineā naboth iesrahe-
lite ut possideret eam. Factus ē igitur ser-
mo domini ad heliam thesbiten dicēs. Sur-
ge: descende in occursū achab regis israhel:
qui ē in samaria. Ecce ad vineā naboth de-
scendit: ut possideat eā. Et loqueris ad eū
dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti:
insup et possedisti. Et post hec addes. Hec
dicit dominus. In loco hoc in quo linxerunt
canes sanguinē naboth: lambent qz sangui
nem tuū. Et ait achab ad heliā. Nū inueni-
sti me inimicū tibi? Qui dixit. Inueni: eo q
venūdatus sis ut faceres maluz in cōspectu
domini. Hec dicit dominus. Ecce ego indu-
cā super te malū· et demetam posteriora tua:
et interficiā de achab mingentē ad parietē:
et clausū et ultimū in israhel. Et dabo domum
tuam sicut domuz iheroboam filij nabath· et
sicut domum baasa filij abia: q egisti ut me
ad iracundiaz prouocares: et peccare fecisti is-
rahel'. Sed et de iezabel locutus est dominus
dicēs. Canes comedēt iezabel: in agro iesra
hel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate cō-
edent eū canes: si autē mortuus fuerit in a-
gro: comedēt eū volucres celi. Igitur non
fuit alter talis sicut achab: qui venūdatus
ē ut faceret malū in ospectu domini. Conci-
tauit enim eū iezabel uxor sua: et abomina-
bilis factus ē: intantū ut sequeretur ydola
que fecerāt ammorrei: quos cōsūpsit domi-
nus a facie filiorū israhel. Itaqz cū audisset
achab sermones istos scidit vestimēta sua·
et operuit cilicio carnē suam: ieiunauitqz et
dormiuit in sacco: et ambulauit demisso ca-
pite. Et factus est sermo domini ad heliam
thesbiten dicēs. Nōne vidisti humiliatū a-
chab corā me? Quia igit̄ humiliatus ē mei
causa· nō inducā malū in diebꝰ eius: sz in di-
ebus filij sui inferā malū domui eius. XXII

Transierūt igitur tres āni absqz bello
inter siriā et israhel. In anno autē ter-
cio descendit iosaphat rex iuda ad regem
isrl'. Dixitqz rex israhel ad seruos suos. Igno
ratis q nostra sit ramoth galaad· et negli-
gimus tollere eam de manu regis sirie? Et
ait ad iosaphat. Veniesne mecū ad p̄lian-
dum in ramoth galaad? Dixitqz iosaphat
ad regē isrl'. Sicut ego sū: ita et tu. Popu-
lus meus et pp̄lus tuus vnū sunt: et equites
mei equites tui. Dixitqz iosaphat ad regez
isrl'. Quere oro te hodie sermonē dn̄i. Con-
gregauit ergo rex isrl' pp̄has· q̄dringētos
circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo in ra-
moth galaad ad bellandum an quiescere?
Qui rn̄derūt. Ascende: et dabit eam dn̄s in
manu regis. Dixit autē iosaphat. Nō est
hic pp̄heta domini quispiā: ut interrogemꝰ
per eum? Et ait rex israhel ad iosaphat. Re-
māsit vir vnus p quē possumus interrogaē

dñm: ſȝ ego odi eũ·q̃ꝛ nõ ꝓphetat michi bonũ ſȝ malũ: micheas filius iemla. Cui ioſaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex iſrahel eunuchũ quendã: et dixit ei. Feſtina adducere micheam filiũ iemla. Rex autẽ iſrl' et ioſaphat rex iuda ſedebant. vnuſquiſq; in ſolio ſuo veſtiti cultu regio in area iuxta oſtiũ porte ſamarie: et vniuerſi ꝓphe ꝓphabãt in cõſpectu eoꝝ. Fecit q; ſibi ſedechias filius chanaan cornua ferrea ⁊ ait. Hec dicit dñs. Hijs ventilabis ſyriam: donec deleas eam. Omneſq; ꝓphete ſimiliter ꝓphetabãt dicẽtes. Aſcende in ramoth galaad ⁊ vade ꝓſpere: et tradet dñs in manus regis. Nũcius vero qui ierat ut vocaret micheam: locutus eſt ad eũ dicẽs. Ecce ſermones ꝓpharũ ore vno regi bona p̃dicãt. Sit ergo ſermo tuus ſilis eoꝝ: et loquere bona. Cui micheas ait. Viuit dñs: q̃ꝛ quodcũq; dixerit michi dñs hoc loquar. Venit itaq; ad regẽ: ⁊ ait illi rex. Michea: ire debemus in ramoth galaad ad p̃liandũ an ceſſare? Cui ille reſpondit. Aſcende et vade ꝓſpere: et tradet dñs in manu regis. Dixit autẽ rex ad eũ. Iterũ atq; iterũ adiuro te: ut non loq̃ris michi niſi quod verũ eſt in nomine dñi. Et ille ait. Vidi cunctũ iſrahel diſpſũ in mõtibꝫ: q̃ſi oues nõ habentes paſtorez. Et ait dñs. Non habent iſti dñm: reuertatur vnuſquiſq; ĩ domũ ſuã in pace. Dixit ergo rex iſrahel ad ioſaphat. Nũquid nõ dixi tibi q̃ꝛ nõ ꝓphetat michi bonũ: ſȝ ſemp malũ? Ille vero addẽs ait. Propter hoc audi ſmonẽ dñi. Vidi dominũ ſedentẽ ſup ſoliũ ſuũ: et oẽm exercituz celi aſſiſtentẽ ei a dextris ⁊ a ſiniſtris. Et ait dñs. Quis decipiet achab regem iſrahel ut aſcẽdat: et cadat in ramoth galaad? Et dixit vnus verba huiuſcemõi: et alius aliter. Egreſſus eſt autẽ ſpũs: et ſtetit coram dño: et ait. Ego decipiã illũ. Cui locutus eſt dñs. In quo? Et ille ait. Egrediar: et ero ſpiritꝰ mendax in ore oĩm ꝓphetaruz eius. Et dixit dñs. Decipies ⁊ p̃ualebis: egredẽ ⁊ fac ita. Nũc igitur ecce dedit dñs ſpm̃ mendacij in ore oĩm ꝓphetaruz tuoꝝ qui hic ſũt: et dñs locutus eſt ꝯtra te malũ. Acceſſit autem ſedechias filius chanaan: et ꝑcuſſit micheam in maxillam. et dixit. Me ne ergo dimiſit ſpiritus dñi: et locutus eſt tibi? Et ait micheas. Viſurus es in die illa: quãdo ingredieris cubiculũ intra cubiculũ ut abſcondaris. Et ait rex iſrahel. Tolle micheaz ⁊ maneat apud amon p̃ncipem ciuitatis. et apud ioas filiuz amalech: et dicite eis. Hec dicit rex. Mittite virũ iſtũ in carcerem: et ſuſtentate eũ pane tribulacõis ⁊ aqua anguſtie: donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuẽſus fueris in pace: nõ eſt locutus in me dñs. Et ait. Audite populi oĩes. Aſcendit itaq; rex iſrahel et ioſaphat rex iuda. in ramoth galaad. Dixit itaq; rex iſrl' ad ioſaphat. Sume arma et ingredẽ p̃lium: et induere veſtibus tuis. Porro rex iſrahel mutauit habitũ ſuuz: et ingreſſus eſt bellũ. Rex autem ſyrie p̃ceperat p̃ncipibꝫ curruũ trigintaduobꝫ dicẽſ. Nõ pugnabitis ꝯtra minorẽ ⁊ maiorẽ quẽq̃ꝛ: niſi ꝯtra regẽ iſrahel ſolũ. Cũ ergo vidiſſent p̃ncipes curruũ ioſaphat ſuſpicati ſunt q̃ꝛ ipẽ eſſȝ rex iſrahel: et impetu facto pugnabãt ꝯtra eũ. Et exclamauit ioſaphat. Intellexerũtq; p̃ncipes curruuz q̃ꝛ nõ eſſȝ rex iſrl': et ceſſauerũt ab eo. Vnus autẽ quidã tetẽdit arcũ. in incertũ ſagittã dirigẽs: et caſu ꝑcuſſit regẽ iſrahel inter pulmonẽ ⁊ ſtomachũ. At ille dixit aurige ſuo. Verte manuz tuã. et eice me de exercitu: q̃ꝛ grauiter vulneratus ſũ. Cõmiſſum eſt ergo p̃liũ in die illa. Et rex iſrahel ſtabat ĩ curru ſuo ꝯtra ſyros: et mortuus eſt veſpe. Fluebat autẽ ſanguis plage in ſinũ currus: et p̃co inſonuit in vniuerſo exercitu anteq̃ꝛ ſol occumberet dicẽs. Vnuſquiſq; reuertatur in ciuitatẽ ⁊ in terrã ſuã. Mortuus eſt aũt rex: et ꝑlatus eſt in ſamariã. Sepelierũtq; regẽ in ſamaria: et lauerũt currũ eius in piſcina ſamarie ⁊ linxerũt canes ſãguinẽ eius: et habenas lauerũt iuxta verbũ domini quod locutus fuerat. Reliqua aũt ſermonũ achab ⁊ vniuſa que fecit. et domus eburnea quã edificauit. cũctarũq; urbiũ quas extruxit: nõne hec ſcripta ſunt in libro v̈boꝝ dierũ regũ iſrahel? Dormiuit ergo achab cũ p̃ribꝫ ſuis: et regnauit ochozias filius eius ꝓ eo. Ioſaphat vero filius aſa regnare cepat ſup iudam: ãno quarto achab regis iſrahel. Trigintaquinq; ãnoꝝ erat cũ regnare cepiſſȝ: et viginti quinq; ãnis regnauit

in iherusalem. Nomē matris eius azuba: filia salai. Et ambulauit in omni via asa pr̄is sui: et nō declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum est in cōspectu dn̄i: verūtamē excelsa non abstulit. Adhuc enī ꝑplus sacrificabat ⁊ adolebat incensū in excelsis. Paceq; habuit iosaphat cū rege isrl̄. Reliqua aūt verboꝝ iosaphat. et opera eius q̄ gessit ⁊ ꝓlia nonne hec scripta sūt in libro verboꝝ dierū regū iuda: Sed ⁊ reliquias effeminatoꝝ q̄ remāserant in dieb; asa pr̄is eius abstulit de terra. Nec erat tūc rex cōstitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari. q̄ nauigarēt in ophir ꝓpter aurū: et ire non poterāt: q̄z cōfracte sūt in asyongaber. Tunc ait ochozias filius achab ad iosaphat. Vadāt serui mei cū seruis tuis ī nauib;. Et noluit iosaphat. Dormiuitq; iosaphat cū pr̄ib; suis: ⁊ sepultus ē cū eis in ciuitate dauid pr̄is sui: regnauitq; ioram filius eius ꝓ eo. Ochozias aūt filius achab regnare cepat sup israhel in samaria ān̄o septimodecimo iosaphat regis iuda: regnauitq; sup israhel duob; annis. Et fecit malū in cōspectu domini: et ambulauit in via pr̄is sui. et mr̄is sue: et in via ieroboam filij nabath qui peccare fecit israhel. Seruiuit quoq; baal ⁊ adorauit eū: et irritauit dn̄m deū isrl̄ iuxta om̄ia q̄ fecerat pater eius.

Expl̄. liber regū tercius. Incipit quartus

Preuaricatus est autem moab in isrl̄: postq̄ mortuus est achab. Ceciditq; ochozias per cancellos cenaculi sui. qd̄ habebat in samaria et egrotauit: misitq; nūcios dicēs ad eos. Ite cōsulite beelzebub deū accharon: utrū viuere queā de infirmitate mea hac. Angelus autē dn̄i locutus est ad heliam thesbiten dicens. Surge ⁊ descende in occursum nūcioꝝ regis samarie: et dices ad eos. Nūquid nō est deus in israhel. ut eatis ad cōsulendū beelzebub deū accharon: Quāobrem hec dicit dn̄s. De lectulo super quē ascendisti nō descendes: ſ; morte morieris. Et abijt helias: reuersiq; sūt nūcij ad ochoziam. Qui dixit eis. Quare reuersi estis: At illi respōderūt ei. Vir occurrit nobis: et dixit ad nos. Ite reuertimini ad regē qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit dn̄s. Nūquid q̄z nō erat deus in israhel mittis ut cōsulatur beelzebub deus accharon: Idcirco de lectulo sup quē ascendisti nō descendes: ſ; morte morieris. Qui dixit eis. Cuius figure ⁊ habitus est vir ille q̄ occurrit vobis: et locutus est verba hec: At illi dixerūt. Vir pilosus: et zona pellicea accinctus renib;. Qui ait. Helias thesbites est. Misitq; ad eū quinquagenariū principem: et quīquaginta q̄ erāt sb̄ eo. Qui ascendit ad eū: sedentiq; in vertice montis ait. Homo dei: rex ꝑcepit ut descendas. Respōdensq; helias. dixit quīquagenario. Si homo dei sū: descendat ignis de celo et deuoret te ⁊ quīquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo. et deuorauit eū: et quīquaginta q̄ erāt cū eo. Rursumq; misit ad eum principē quinquagenariū alterū: et q̄nquaginta cum eo. Qui locutus ē illi. Homo dei: hec dicit rex. Festina. descende. Rn̄dens helias ait. Si homo dei ego sū: descendat ignis de celo ⁊ deuoret te ⁊ q̄nquaginta tuos. Descēdit ergo ignis de celo: et deuorauit illum. et quinquaginta eius. Iterum misit principē q̄nquagenariū terciū: et quinquaginta q̄ erāt cū eo. Qui cū venisset curuauit genua cōtra heliam: et ꝑcatus est eū ⁊ ait. Homo dei noli despicē animā meā. et animas seruoꝝ tuoꝝ q̄ mecū sūt. Ecce descēdit ignis de celo ⁊ deuorauit duos principes q̄nquagenarios ꝑmos: et quinquagenos qui cū eis erāt. Sed nūc obsecro ut miserearis anime mee. Locutus est aūt angelus domini ad heliā dicēs. Descende cū eo. Ne timeas. Surrexit igit̄ et descendit cū eo ad regē: et locutus ē ei. Hec dicit dn̄s. Quia misisti nūcios ad cōsulendum beelzebub deū accharon quasi nō esset deus in israhel a quo posses interrogare sermonē: ideo de lectulo sup quē ascēdisti nō descendes: ſ; morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonē domini quē locutus ē helias: et regnauit ioram frater eius ꝓ eo: ān̄o scd̄o ioram filij iosaphat regis iude. Nō enī habebat filiū. Reliqua aūt verboꝝ ochozie q̄ operatus ē. nōne hec scripta sūt in libro sermonū dierū regū isrl̄:

II

Factū est aūt cū leuare vellet dn̄s heliam ꝑ turbinem

in celū: ibant helias et heliseus de galgalis. Dixitq; helias ad heliseū. Sede hic: quia dn̄s misit me usq; in bethel. Cui ait heliseus. Vivit dominus et vivit anima tua: quia nō derelinquā te. Cumq; descendissent bethel: egressi sūt filij prophetarū q̄ erāt in bethel ad heliseum: et dixerūt ei. Nunquid nosti: quia hodie dn̄s tollet dn̄m tuum a te? Qui rn̄dit. Et ego novi. Silete. Dixit autē helias ad heliseū. Sede hic: quia dn̄s misit me de iericho. Et ille ait. Vivit dn̄s et vivit anima tua: quia nō derelinquā te. Cūq; venissent iericho: accesserunt filij prophetarū qui erāt in iericho ad heliseū: et dixerūt ei. Nūquid nosti: quia dn̄s hodie tollet dn̄m tuum a te? Et ait. Et ego novi. Silete. Dixit aūt ei helias. Sede hic: quia dn̄s misit me usq; ad iordanen. Qui ait. Vivit dn̄s. et vivit anima tua: quia nō derelinquā te. Ierūt igitur ambo pariter: et quīquaginta viri de filijs prophetarū secuti sunt eos. Qui et steterūt econtra longe. Illi autē ambo stabant sup iordanen. Tulitq; helias palliū suū et involvit illud: et percussit aquas que divise sunt in utramq; ptem: et transierūt ambo p siccū. Cumq; transissent: helias dixit ad heliseum. Postula quod vis: ut faciā tibi antequā tollar a te. Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat in me duplex spūs tuus. Qui rn̄dit. Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me quando tollar a te erit quod petisti: si autem nō videris, nō erit. Cūq; pergerēt et incedētes sermocinarētur: ecce currus igneus et equi ignei diviserūt utrūq;. Et ascendit helias per turbinē in celū: heliseus autē videbat: et clamabat. Pater mi pr̄ mi: currus israhel et auriga eius. Et nō vidit eū amplius. Apprehenditq; vestimēta sua: et scidit illa in duas partes. Et levavit palliū helie qd̄ ceciderat ei. Reversusq; stetit sup ripam iordanis: et pallio helie qd̄ ceciderat ei percussit aquas: et non sūt divise. Et dixit. Ubi est deus helie etiam nūc? Percussitq; aquas: et divise sūt huc atq; illuc: et transijt heliseus. Vidētes autē filij prophetarum qui erant in iericho decōtra dixerūt. Requievit spūs helie super heliseū. Et veniētes in occursum eius adoraverūt eū pni in terram: dixerūtq; illi. Ecce cū servis tuis sūt quīquaginta viri fortes, qui possunt ire, et querere dn̄m tuū: ne forte tulerit eum spūs domini et proiecerit eū in unum montiū aut in unā valliū. Qui ait. Nolite mittē. Coegerunt q; eum: donec acquiesceret et diceret. Mittite. Et miserūt quīquaginta viros. Qui cū quesissent tribus dieb;: non invenerūt. Et reversi sūt ad eū. At ille habitabat in iericho: et dixit eis. Nunquid non dixi vobis: nolite mittere? Dixerūt q; viri civitatis ad heliseū. Ecce habitacō civitatis huius optima est sicut tu ipse dn̄e pspicis: sed aque pessime sūt: et terra sterilis. At ille ait. Afferte michi vas novum: et mittite in illud sal. Quod cū attulissent: egressus ad fontē aquarū misit in illū sal: et ait. Hec dicit dn̄s. Sanavi aquas has: et nō erit ultra in eis mors neq; sterilitas. Sanate sūt ergo aq̄ usq; in diē hanc: iuxta verbum helisei quod locutus est. Ascendit aūt inde heliseus in bethel. Cūq; ascenderet p viam pueri parvi egressi sūt de civitate: et illudebant ei dicentes. Ascende calve: ascende calve. Qui cum respexisset vidit eos: et maledixit eis in nomine dn̄i. Egressiq; sūt duo ursi de saltu: et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montem carmeli: et inde reversus est in samariam. III

Ioram vero filius achab regnavit super isrl̄ in samaria: anno decimo octavo iosaphat regis iude. Regnavitq; duodecim ānis: et fecit malū corā dn̄o: sed non sicut pater suus et mr̄. Tulit enī statuas baal quas fecerat pr̄ eius: verūtamē in peccatis iheroboam filij nabath qui peccare fecit israhel adhesit: nec recessit ab eis. Porro mesa rex moab nutriebat pecora multa: et solvebat regi israhel centūmilia agnorum, et centūmilia arietum cū velleribus suis. Cūq; mortuus fuisset achab: prevaricatus ē fedus qd̄ habebat cū rege isrl̄. Egressus est igitur rex ioram in die illa de samaria: et recēsuit universū israhel: misitq; ad iosaphat regem iuda dicēs. Rex moab recessit a me: veni mecū contra eū ad prelium. Qui rn̄dit. Ascendā. Qui meus ē tuus est: populus meus populus tuus: et equi mei equi tui. Dixitq;. Per quā viā ascendemus? At ille rn̄dit. Per desertū ydumee. Perrexerūt igitur rex israhel et rex iuda et rex edom.

et circuierūt per viam septē dierū: nec erat
aqua exercitui ⁊ iumentis que sequebantur
eos. Dixitqꝫ rex israhel. Heu heu heu. Con-
gregauit nos dn̄s tres reges: ut traderet
in manu moab. Et ait iosaphat. Est ne hic
ꝓpheta domini: ut deprecemur dn̄m per eum?
Et rn̄dit vnus de suis regis israhel. Est hic
heliseus filius saphat: qui fundebat aquā
sup manus helie. Et ait iosaphat. Est apd
eum sermo dn̄i? Descenditqꝫ ad eum rex isrł
et iosaphat rex iuda: et rex edom. Dixit au-
tem heliseus ad regem israhel. Quid michi
et tibi est? Vade ad ꝓphetas pr̄is tui ⁊ ma
tris tue. Et ait illi rex israhel. Quare ɔgre-
gauit dominus tres reges hos ut tradēt eos
in manus moab? Dixitqꝫ ad eum heliseus.
Viuit dn̄s exercituū in cuius ɔ̄spectu sto:
q̄ si non vultū iosaphat regis iude erube-
scerem: nō attendissem quidē te: nec respe-
xissem. Nunc autē adducite michi psalten.
Cumqꝫ caneret psaltes: facta ē sup eū manꝰ
dn̄i. Et ait. Hec dicit dn̄s. Facite alueum
torrentis huius fossas ⁊ fossas. Hec enim di
cit dn̄s. Non videbitis ventū neqꝫ pluuiam:
et alueus iste replebit aquis: et bibetis vos
et famule vr̄e ⁊ iumenta vr̄a. Paruūqꝫ ē hoc
in ɔspcū dn̄i: insup tradet etiā moab ī manꝰ
vr̄as. Et pcutietis oēm ciuitatē munitam et
oēm urbem electam: et vniuersū lignū fru-
ctiferū succidetis cunctosqꝫ fontes aquarū
obturabitis: et omē agrū egregiū opietis
lapidibꝰ. Factum est igitur mane quando
sacrificiū offerri solet: et ecce aque veniebāt
p viā edom. Et repleta ē terra aquis. Vni-
uersi autē moabite audientes q̄ descendis-
sent tres reges ut pugnarēt aduersus eos
ɔuocauerūt omnes qui accincti erāt bal-
theo desup: et steterūt in terminis. Primoqꝫ
mane surgētes. et orto iam sole ex aduerso
aquarū: viderūt moabite ɔ̄tra aquas ru-
bras quasi sanguinē: dixerūtqꝫ. Sanguis
gladij ē. Pugnauerūt reges ɔtra se: et cesi
sūt mutuo. Nūc pge ad pdam moab. Per
rexerūtqꝫ ī castra isrł. Porro ɔsurgens isrł
pcussit moab: at illi fugerūt corā eis. Vene-
rūt igitur qui vicerāt: et percusserūt moab. et
ciuitates destruxerūt: et oēm agrū optimū
mittentes singuli lapides repleuerunt: et
uniuersos fontes aquarū obturauerūt: et oīa
ligna fructifera succiderūt: ita ut muri tan-
tū fictiles remanerēt. Et circūdata est ciui-
tas a fundibularijs: et magna ex pte pcus-
sa. Quod cū vidisset rex moab ꝓualuisse scꝫ
hostes tulit secū septingētos viros educē-
tes gladios ut irrumperēt ad regē edom:
et nō potuerūt. Arripiensqꝫ filiū suū primo-
genitū qui regnaturus erat ꝓ eo obtulit o-
locaustū sup murū: et facta est indignatio
magna in israhel. Statīqꝫ recesserūt ab eo:
et reuersi sūt in terrā suam.

IIII

Mulier autē quedam de uxoribꝰ ꝓphe-
tarū clamabat ad heliseū dicēs. Ser-
uus tuus vir meus mortuus ē: et tu nosti q̄
seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor
venit: ut tollat duos filios meos ad seruiē-
dū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut faciā
tibi? Dic michi. Quid habes in domo tua?
At illa rn̄dit. Nō habeo ancilla tua quicq̄
in domo mea: nisi parū olei quo vngar. Cui
ait. Vade. et pete mutuo ab oībꝰ vicinis tuis
vasa vacua nō pauca: et ingredere ⁊ claude
ostiū tuū cū intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui. et
mitte inde in oīa vasa hec: et cū plena fuerit
tolles. Iuit itaqꝫ mulier: et clausit ostiū sup
se ⁊ sup filios suos. Illi offerebant vasa: et
illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa:
dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas.
Et ille rn̄dit. Nō habeo. Stetitqꝫ oleū. Ve
nit aūt illa ⁊ indicauit hoī dei. Et ille? Vade
inquit vende oleum ⁊ redde creditori tuo: tu
autē ⁊ filij tui viuite de reliquo. Facta ē autē
quedā dies: et transibat heliseus per sunam
ciuitatē. Erat aūt ibi mulier magna: q̄ tenu-
it eū ut comederet panē. Cumqꝫ frequēter
inde transiret: diuertebat ad eā ut ɔmederēt
panē. Que dixit ad virū suū. Animaduerto q̄
vir dei sanctus est iste: q̄ transit p nos fre-
quēter. Faciamus ergo ei cenaculū paruū:
et ponamus ei in eo lectulū ⁊ mensam ⁊ sellā
et candelabrū: ut cū venerit ad nos maneat
ibi. Facta est ergo dies quedam: et veniens
diuertit in cenaculū: et requieuit ibi. Dixitqꝫ
ad giezi puerū suū. Voca sunamiten istam.
Qui cū vocasset eam. et illa stetisset coram eo:
dixit ad puerū suū. Loquere ad eam. Ecce
sedule in omibꝰ ministrasti nobis: quid vis

ut faciam tibi? Nunquid habes negociũ: et vis ut loquar regi siue pri̇cipi milicie? Que rñdit. In medio populi mei habito. Et ait. Quid ergo vult ut faciā ei? Dixitq3 giezi. Ne queras. Filiũ enim nō habet: et vir eius senex est. Precepit itaq3 ut vocaret eā. Que cũ vocata fuisset et stetisset ante ostiu3: dixit ad eā. In tpe isto in hac eade3 hora si vita comes fuerit: habebis in utero filiũ. At illa. Noli queso dñe mi vir dei: noli mentiri ācille tue. Et ɔcepit mulier: et pepit filiũ in tpe. et in hora eadē qua dixerat heliseus. Creuit autē puer: et cũ eēt quedā dies et egressus isset ad prēm suũ ad messores: ait prī suo. Caput meũ doleo. At ille dixit puero. Tolle: duc eum ad matrem suā. Qui cũ tulisset et duxisset eum ad matrē suam: posuit eũ illa sup genua sua usq3 ad meridiē: et mortuus ē. Ascendit aũt et collocauit eum sup lectu3 hominis dei: et clausit ostiu3. Et egressa vocauit virũ suu3. Et ait. Mitte mecũ obsecro vnũ de pueris et asinā: ut excurram usq3 ad hominē dei. et reuertar. Qui ait illi. Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt kalende neq3 sabbatũ. Que rñdit. Vadā. Strauitq3 asinam: et p̄cepit puero. Mina et ꝓpera: ne michi moram facias in eundo: et hoc age quod precipio tibi. Profecta est igitur: et venit ad virũ dei in mōte carmeli. Cunq3 vidisset eā vir dei decōtra: ait ad giezi puerũ suũ. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursũ eius: et dic ei. Rectene agit circa te et circa virũ tuũ: et circa filiũ tuũ? Que rñdit. Recte. Cũq3 venisset ad virũ dei in montem apphendit pedes eius: et accessit giezi ut amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte illam. Anima enī eius ī amaritudine ē: et dñs celauit a me. et nō indicauit michi. Que dixit illi. Nũqd petiui filiũ a dño meo? Nũqd non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculũ meũ in manu tua et vade. Si occurerit tibi homo, nō salutes eũ: et si salutauerit te quispiam nō rñdeas illi. Et pones baculũ meu3 sup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs et viuit anima tua: nō dimittam te. Surrexit ergo: et secutus est eā. Giezi aũt p̄cesserat ante eos: et posuerat baculũ super faciē pueri: et nō erat vox neq3 sensus. Reuersusq3 est in occursũ eius: et nũciauit ei dicēs. Nō surrexit puer. Ingressus ē ergo heliseus domu3: et ecce puer mortuus iacebat ī lectulo eius. Ingressusq3 clausit ostiũ sup se et sup pueru3: et orauit ad dñm. Et ascendit. et incubuit super puerũ: posuitq3 os suũ sup os eius et oculos suos sup oculos eius. et manus suas sup manus eius et incuruauit se sup eũ: et calefacta est caro pueri. At ille reūsus. deābulabat ī domo semel huc atq3 illuc: et ascendit et incubuit super eũ. Et oscitauit puer septies: aperuitq3 oculos. Et ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunamiten hanc. Que vocata ingressa est ad eũ. Qui ait. Tolle filiũ tuũ. Venit illa et corruit ad pedes eius: et adorauit sup terrā. Tulitq3 filiũ suũ et egressa ē: et heliseus reūsus ē ī galgala. Erat aũt fames ī terra: et filij ꝓpharũ habitabant coram eo: dixitq3 vni de pueris suis. Pone ollam grandē: et coque pulmētum filijs ꝓpharũ. Et egressus est vnus ī agrũ: ut colligeret herbas agrestes. Inuenitq3 quasi vitē siluestrē: et collegit ex ea colloquīntidas agri et impleuit palliũ suũ: et reuersus concidit in ollā pulmenti. Nesciebat eni quid eēt. Infuderũt igit̄ socijs ut comederent. Cũq3 gustassent de coctōne: exclamauerũt dicentes. Mors in olla vir dei. Et non potuerũt comedere. At ille: afferte inq̄t farinā. Cũq3 tulissent: misit in ollā et ait. Infunde turbe ut comedāt. Et nō fuit āplius quicq̄ amaritudinis in olla. Vir aũt quidā venit de balsalisa deferēs viro dei panes p̄miciarũ. et viginti panes ordeaceos: et frumētum nouu3 in pera sua. At ille dixit. Da ꝑplō ut comedat. Rñditq3 ei minister eius. Quātum est hoc ut apponā coram centum viris? Rursũ ille: da ait ꝑplō ut comedat. Hec enim dicit dñs. Cōedēt: et superit. Posuit itaq3 corā eis. Qui comederũt: et sup fuit iuxta v̄bũ dñi.

V

Naaman pri̇ceps milicie regis sirie erat vir magnus apud dominũ suũ: et honoratus. Per illũ enim dedit dñs salutē syrie. Erat aũt vir fortis et diues: ꝫ leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrunculi: et captiua3 duxerāt de terra israhel puellā paruula3: q̄ erat in obsequio uxoris

naaman. Que ait ad dñam suā. Utinā fuissꝫ
dominus meus ad ꝓphetam qui est in sama
ria: ꝑfecto curassꝫ eū a lepra quā habet. In=
gressus ē itaqꝫ naaman ad dñm suū: et nū=
ciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de
terra isrl'. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade: et mit=
tam lr̄as ad regem israhel. Qui cū ꝑfectus
esset ⁊ tulisset secū decē talenta argenti ⁊ sex
milia aureos: et decē mutatoria vestimento=
rum: detulit lr̄as ad regē israhel ī hec verba.
Cū acceperis epistolam hanc: scito ꝙ mise=
rim ad te naaman seruū meū ut cures eum
a lep̄ sua. Cūqꝫ legissꝫ rex israhel lr̄as scidit
vestimēta sua ⁊ ait. Nūquid deus ego sū ut
occidere possim ⁊ viuificare: qꝛ iste misit ad
me ut curē hominē a lepra sua? Aīaduer=
tite ⁊ videte: ꝙ occasiones querat aduer=
sum me. Quod cū audissꝫ heliseus vir dei sci=
disse videlicet regē israhel vestimenta sua:
misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimē
ta tua? Ueniat ad me: et sciat esse ꝓphetam
in israhel. Uenit ergo naaman cū equis et
curribꝫ: et stetit ad ostiū domus helisei. Mi
sitqꝫ ad eū heliseus nūciū dicēs. Uade ⁊ la=
uare septies in iordane: et recipiet sanitatē
caro tua atqꝫ mundaberis. Iratus naaman.
recedebat dicens. Putabam ꝙ egrederetur
ad me et stans inuocaret nomē dñi dei sui: et
tāgeret manu sua locū lepre: et curaret me.
Nūquid non meliores sūt abana ⁊ pharfar
fluuij damasci omībꝫ aquis isrl'. ut lauer in
eis ⁊ mūder? Cū ergo v̄tissꝫ se ⁊ abiret indi=
gnans: accesserūt ad eum serui sui. et locuti
sūt ei. Pater: et si rem grandē dixissꝫ tibi ꝓ=
pheta. certe facere debueras: quanto ma=
gis qꝛ nūc dixit tibi lauare ⁊ mundaberis.
Descendit ⁊ lauit septies in iordane iuxta s=
monē viri dei: et restituta est caro eius sicut
caro pueri paruuli: et mūdatus est. Reuer=
susqꝫ ad virū dei cū vniuerso comitatu suo:
venit ⁊ stetit coram eo ⁊ ait. Uere scio ꝙ nō
sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantum
in israhel. Obsecro itaqꝫ ut accipias benedi
ctōem a seruo tuo. At ille rn̄dit. Uiuit do=
minus ante quē sto: qꝛ non accipiam. Cūqꝫ
vim faceret: penitus nō acquieuit. Dixitqꝫ
naaman. Ut vis. Sꝫ obsecro ꝯcede michi
seruo tuo: ut tollā onus duorū burdonū de

De la terre du Royaume de Juda, en ses Janniers — burdonum·

terrā. Non enim faciet ultra seruus tuus o=
locaustū aut victimā dijs alienis: nisi dño.
Hoc aūt solum est de quo dep̄ceris dñm ꝓ
seruo tuo: quādo ingredietur dñs meus tē
plū remmon ut adoret. et illo innitente sup
manū meā. si adorauero in tēplo remmon.
adorāte eo in eodē loco: ut ignoscat michi
dñs seruo tuo ꝓ hac re. Qui dixit ei. Uade
in pace. Abijt ergo ab eo: electo terre tpe.
Dixitqꝫ giezi puer viri dei. Pepercit dominꝰ
meus naaman firo isti: ut non acciperet ab
eo que attulit. Uiuit dñs qꝛ currā post eum:
et accipiā ab eo aliquid. Et secutus est gi=
ezi post tergū naaman. Quem cū vidissꝫ ille
currentē ad se: desilijt de curru in occursū eiꝰ
et ait. Rectene sūt oīa? Et ille ait. Recte. Dñs
meus misit me ad te dicēs. Modo venerūt
ad me duo adolescentes de mōte ephraim:
ex filijs ꝓphetarū. Da eis talentū argenti: et
vestes mutatorias duplices. Dixitqꝫ naa=
man. Melius est ut accipias duo talenta.
Et coegit eū: ligauitqꝫ duo talenta argen=
ti in duobꝫ saccis. et duplicia vestimenta et
imposuit duobꝫ pueris suis: qui ⁊ portaue=
runt coram eo. Cūqꝫ venissꝫ iam vesperi. tulit
de manu eorū. et reposuit in domo: dimisitqꝫ
viros ⁊ abierunt: ipe autē ingressus stetit
corā dño suo. Et dixit heliseus. Unde venis
giezi? Qui rn̄dit. Nō iuit seruus tuus quo=
ꝙ̄. At ille ait. Nonne cor meū in p̄senti erat:
quādo reuersus est homo de curru suo ī oc=
cursum tui? Nunc igitur accepisti argentū et
accepisti vestes: ut emas olueta. et vineas
et oues ⁊ boues ⁊ seruos ⁊ ancillas. Sed
et lepra naaman adherebit tibi et semini tuo
usqꝫ in sempiternū. Et egressus ē ꝗ̄ mix ab
eo leprosus.

VI

Dixerūt aūt filij ꝓphetarū ad heliseū. Ecce locus ī quo
habitamus corā te: angustus ē nobis. Ea=
mus usqꝫ ad iordanen et tollānt singuli de
silua materias singulas: ut edificemus no=
bis ibi locū ad habitandū. Qui dixit. Ite.
Et ait vnus ex illis. Ueni ergo ⁊ tu cū suis
tuis. Respondit. Ego veniā. Et abijt cū eis.
Cunqꝫ venissent ad iordanen: cedebant li=
gna. Accidit autē: ut cum vnus materiam
succidisset. caderet ferrum securis in aquā.
Exclamauitqꝫ ille ⁊ ait. Heu heu heu domie

mi: et hoc ipm̄ mutuo acceperā. Dixit autē homo dei. Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei locū. Precidit ergo lignum: et misit illuc. Natauitq; ferrū. Et ait. Tolle. Qui extendit manū: et tulit illud. Rex aūt sirie pugnabat ɔtra israhel: cōsiliūq; iniit cū seruis suis dicēs. In loco illo et illo ponamus insidias. Misit itaq; vir dei ad regē israhel dicēs. Caue ne transeas in locū illū: q2 ibi syri in insidiis sūt. Misit itaq; rex israhel ad locū quē dixerat ei vir dei et p̄occupauit eū: et obseruauit se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq; est cor regis sirie ꝓ hac re: et cōuocatis seruis suis ait. Quare nō indicatis michi quis proditor mei sit apud regē israhel? Dixitq; vn9 seruorū eius. Nequaq̄ dn̄e mi rex: s; heliseus ꝓpheta qui est in israhel indicat regi isrl̄ omia verba queq̄; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis. Ite et videte ubi sit: ut mittam et capiam eū. Annūciauerūt ei dicētes. Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus: et robur exercitus. Qui cū venissent nocte: circūdedrūt ciuitatē. Cōsurgēs autem diluculo minister viri dei egressus est: viditq; exercitū in circuitu ciuitatis et equos et currus. Nūciauitq; ei dicēs. Heu heu heu dn̄e mi quid faciemus? At ille rn̄dit. Noli timere. Plures enim nobiscū sūt: q̄ cū illis. Cūq; orasset heliseus ait. Dn̄e: aperi oculos huius ut videat. Et aperuit dn̄s oculos pueri: et vidit: et ecce mons plenus equorū et curruū igneorum in circuitu helisei. Hostes vero descenderūt ad eū. Porro heliseus orauit ad dominū dicens. Percute obsecro gētem hanc cecitate. Percussitq; eos dn̄s ne viderēt: iuxta verbū helisei. Dixit autem ad eos heliseus. Nō ē hec via: nec ista est ciuitas. Sequimini me: et ostendā vobis virū quē queritis. Duxit ergo eos in samariam. Cūq; ingressi fuissent in samariā: dixit heliseus. Dn̄e: aperi oculos istorū ut videant. Aperuitq; dn̄s oculos eorū: et viderūt se esse in medio samarie. Dixitq; rex isrl̄ ad heliseū: cū vidisset eos. Nūquid ꝑcutiam eos pater mi? Et ille ait. Nō ꝑcuties. Neq; enim cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percutias. Sed pone panem et aquā corām eis: ut cōedant et bibant: et vadāt ad dominum suū.

Appositaq; est eis ciborū magna p̄paratio: Et comederūt et biberūt: et dimisit eos: abierūtq; ad dn̄m suū. Et ultra nō venerūt latrones sirie in terram israhel. Factum est autem post hec ɔgregauit benadab rex sirie vniuersū exercitū suū: et ascēdit et obsidebat samariā. Factaq; ē fames magna ī samaria: et tamdiu obsessa est donec venūdaretur caput asini octoginta argēteis: et quarta ꝑs cadi stercoris colūbarū quinq; argenteis. Cūq; rex israhel transiret ꝑ murū: mulier q̄dam exclamauit ad eum dicēs. Salua me dn̄e mi rex. Qui ait. Nō te saluet dominus. Unde te possum saluare? De area: vel de torculari? Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que rn̄dit. Mulier ista dixit michi. Da filiū tuū ut comedamus eū hodie: et filiū meum comedemus cras. Coximus ergo filiū meū. et comedimus: dixiq; ei die altera. Da filium tuū: ut comedamus eum. Que abscōdit filiū suū. Qd̄ cum audisset rex scidit vestimenta suā: et transiebat ꝑ murū. Viditq; ois ꝓpl's ciliciū quo vestitus erat ad carnē intrinsecus. Et ait rex. Hec michi faciat deus. et hec addat: si steterit caput helisei filii saphat super ipsum hodie. Heliseus aūt sedebat in domo sua: et senes sedebant cū eo. Premisit itaq; virū: et anteq̄ veniret nuncius: ille dixit ad senes. Nūquid scitis q̄ miserit filius homicide hic ut p̄cidatur caput meū? Videte ergo: cū venerit nūcius. claudite ostiū: et nō sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pedū domini eius post eum est. Adhuc illo loquēte eis: apparuit nūcius qui veniebat ad eum. Et ait. Ecce tantū malum a domino est. Quid amplius exspectabo a dn̄o? VII

Dixit autē heliseus. Audite verbū dn̄i. Hec dicit dn̄s. In tempore hoc cras modius simile vno statere erit: et duo modii ordei statere vno in porta samarie. Rn̄dens vnus de ducibꝰ sup cuius manū rex incūbebat homini dei ait. Si dn̄s fecerit etiā cathāractas in celo: nūquid poterit esse qd̄ loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis: et inde nō comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitū porte: qui dixerūt ad inuicem. Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem fame

moriemur: siue manserimus hic moriendū nobis est. Venite ergo et transfugiamus ad castra syrie. Si pepercerint nobis viuemus: si autē occidere voluerint: nichilominus moriemur. Surrexerūt ergo vesperi: ut venirēt ad castra syrie. Cumqȝ venissent ad principiū castrorū syrie: nullū ibidē repererūt. Siquidē dn̄s sonitū audiri fecerat ī castris syrie. curruū ⁊ equorū: ⁊ exercitus plurimi. Dixerūtqȝ adinuicē. Ecce mercede cōduxit aduersū nos rex israhel reges getheorū ⁊ egiptiorū: et venerunt sup nos. Surrexerūt ergo ⁊ fugerūt in tenebris: et dereliquerūt tentoria sua ⁊ equos ⁊ asinos ī castris: fugerūtqȝ. animas tantū suas saluaē cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi ad ꝑncipiū castrorū ingressi sūt vnū tabernaculū: et comederūt ⁊ biberūt. Tulerūtqȝ inde argentū et auruȝ et vestes: et abierunt et absconderūt. Et rursū reuersi sūt ad aliud tabnaculū: et inde similiter auferētes abscōderūt. Dixerūtqȝ adinuicē. Non recte facimus. Hec eni dies boni nūcij ē. Si tacuerimus ⁊ noluerimus nūciare usqȝ mane: sceleris arguemur. Venite eamus: et nūciemus ī aula regis. Cūqȝ venissent ad portaȝ ciuitatis: narrauerūt eis dicētes. Iuimus ad castra syrie ⁊ nullū ibidē reperimus hoīem: nisi equos ⁊ asinos alligatos: et fixa tentoria. Ierunt ergo portarij: et nūtiauerūt in palaciō regis intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos suos. Dico vobis quid fecerint nobis syri. Sciunt qȝ fame laboramus: et idcirco egressi sūt de castris: et latitant in agris dicētes. Cū egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos: et tūc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorū eius. Tollamus quinqȝ eqs q̄ remanserūt in vrbe: qȝ ipi tantū sūt in vniuersa multitudine israhel. alij enim ↄsumpti sūt: et mittētes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos: misitqȝ rex in castra syrorū dicēs. Ite et videte. Qui abierūt post eos usqȝ ad iordanen. Ecce autem oīs via plena erat vestib; et vasis: que ꝓiecerāt syri cū turbarētur. Reuersiqȝ nuncij indicauerūt regi. Et egressus ꝑplus diripuit castra syrie: factusqȝ ē modius sile statē vno. et duo modij ordei statere vno: iuxta verbū domini. Porro rex ducem illū in cui9 manu incubuerat cōstituit ad portam: quē conculcauit turba in introitu porte ⁊ mortuus est: iuxta qđ locutus fuerat vir dei quando descenderat rex ad eū. Factūqȝ ē scđm sermonē viri dei. quē dixerat regi qn̄ ait. duo modij ordei statere vno erunt. et modius simile statere vno hoc eodē tēpore cras in porta samarie: quādo responderat dux ille viro dei ⁊ dixerat. etiā si dn̄s fecerit catharactas in celo nūquid poterit fieri quod loqueris: et dixit ei videbis oculis tuis. et inde nō comedes. Euenit ergo ei sicut p̄dictū erat: et conculcauit eū ꝑpl's in porta ⁊ mortuus est.

VIII

Heliseus aūt locutus est ad mulierē: cuius viuē fecerat filiū dicēs. Surge: vade tu ⁊ domus tua: et ꝑegrinaē vbicūqȝ repereris. Vocabit enim dn̄s famē: et veniet super terrā septē annis. Que surrexit ⁊ fecit iux verbū hominis dei: et vadēs cū domo sua: ꝑegrinata est ī terra philistijm. diebȝ multis. Cūqȝ finiti essent anni septē: reuersa ē mulier de terra philistijm. Et ingressa est: ut interpellaret regē ꝓ domo sua. et pro agris suis. Rex autē loquebatur cū giezi puero viri dei dicēs. Narra michi oīa magnalia q̄ fecit heliseus. Cūqȝ ille narraret regi quomō mortuū suscitasset: apparuit mulier cuius viuificauerat filium clamās ad regē ꝓ domo sua ⁊ ꝓ agris suis. Dixitqȝ giezi. Dn̄e mi rex hec est mulier: et hic ē filius eius quē suscitauit heliseus. Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei. Deditqȝ ei rex eunuchū vnū dicēs. Restitue ei oīa que sua sunt: et vniūsos redditus agrorū a die q̄ reliquit teraȝ usqȝ ad p̄ns. Venit qȝ heliseus damascū: ⁊ benadab rex syrie egrotabat. Nūciauerūtqȝ ei dicētes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera et vade in occursū viri dei: et ↄsule dn̄m ꝑ eū dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur azahel in occursū eius habens secū munera ⁊ oīa bona damasci onera q̄draginta camelorū. Cūqȝ stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex syrie misit me ad te dicens. Si sanari poteo de infirmitate mea hac? Dixitqȝ

ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Por=
ro ostendit michi dñs: q morte morietur.
Stetitq cū eo: et cōturbatus ē usq ad suffu
sionem vultus. Fleuitq vir dei. Cui azahel
ait. Quare dñs meus flet? At ille dixit. Quia
scio que facturus sis filiis israhel mala. Ci=
uitates eorū munitas igne succēdes: et iu
uenes eorū interficies gladio: et paruulos
eorū elides. et pregnātes diuides. Dixitq
asahel. Quid enim sū seruus tuus canis: ut
faciā rem istā magnā? Et ait heliseus. Ostē
dit michi dñs te regē syrie fore. Qui cū re=
cessisset ab heliseo: venit ad dñm suū. Qui
ait ei. Quid tibi dixit heliseus? At ille rñdit.
Dixit michi: recipies sanitatē. Cūq venisset
dies altera. tulit stragulū et infudit aquā: et
expandit super faciem eius. Quo mortuo:
regnauit asahel ꝓ eo. Anno quīto iorā filii
achab regis israhel regnauit iorā filius io
saphat rex iuda. Triginta duorū annorū
erat cū regnare cepisset: et octo annis reg=
nuit in iherusalē. Ambulauitq in viis regū
israhel: sicut ambulauerat domus achab. Fi
lia enim achab erat uxor eius. Et fecit qđ
malū est in cōspectu domini. Noluit aūt dñs
disperdere iudam ꝓpter dauid seruū suū: sic
ꝓmiserat ei ut daret illi lucernā. et filiis ei9
cūctis diebus. In diebus eius recessit edom ne
esset sub iuda: et cōstituit sibi regē. Venitq
iorā seira: et omīs exercitus cū eo. Et surre=
xit nocte: ꝑcussitq ydumeos qui eū circū=
dederāt. et principes curruū. Populus aūt
fugit in tabnacula sua. Recessit ergo edō
ne esset sub iuda: usq ad diē hanc. Tunc re
cessit et lobna in tēpore illo. Reliqua autē
sermonū ioram et vniuersa que fecit: nonne
hec scripta sūt in libro verborū dierū regū iu
da? Et dormiuit iorā cū pribus suis: sepultus
q est cū eis in ciuitate dauid: et regnauit
ochozias filius eius ꝓ eo. Anno duodecīo
iorā filii achab regis israhel: regnauit ocho
zias filius iorā regis iude. Viginti duorū
ānorū erat ochozias cū regnare cepisset: et
vno anno regnauit in iherusalem. Nomen
matris eius atalia filia amri regis israhel:
et ambulauit in viis domus achab: et fecit
qđ malū est corā dño sicut domus achab.
Gener enī domus achab fuit. Abiit q cū
iorā filio achab ad ꝑliandū contra asahel
regē syrie in ramoth galaad: et vulnerauē
rūt syri iorā. Qui reuersus ēst. ut curaretur ī
iesrahel: q vulnarauerāt eū syri ī ramoth ꝑ=
liantē cōtra asahel regē syrie. Porro ochozi
as filius iorā rex iuda descēdit inuisere io=
rā filiū achab ī iesrahel: q egrotabat ibi.

IX

Heliseus aūt ꝓphetes vocauit vnū de fi
liis ꝓphetarū: et ait illi. Accinge lūbos
tuos et tolle lenticulā olei hāc in manu tua
et vade in ramoth galaad. Cūq veneris il
luc: videbis iehu filiū iosaphat filii namsi.
Et ingressus suscitabis eū de medio fratrū
suorū et introduces in interius cubiculum:
tenensq lenticulam olei fundes sup caput
eius: et dices. Hec dicit dñs. Vnxi te regē
sup israhel. Aperiesq ostiū et fugies: et nō
ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer
ꝓphete in ramoth galaad: et ingressus ē il=
luc. Ecce aūt pncipes exercitus sedebant.
Et ait. Verbū michi ad te o princeps. Di=
xitq iehu. Ad quē ex omībus nobis? At ille di
xit. Ad te o princeps. Et surrexit: et ingres
sus ē cubiculū. At ille fudit oleū sup caput
eius. Et ait. Hec dicit dñs deus israhel. Vn=
xi te regē sup ꝑplm dñi israhel: et ꝑcuties do
mū achab domini tui. Et vlciscar sanguinē
seruorū meorū ꝓphetarū et sanguinē oim seruo
rū domini de manū iezabel: ꝑdamq omēm do=
mū achab. Et interficiam de domo achab
mingentē ad parietē: et clausū et nouissimū
in isrl. Et dabo domū achab sicut domū ihero
boā filii nabath: et sicut domū baasa filii achia
Ihezabel quoq comedēt canes in agro iesrahel:
nec erit q sepeliat eā. Aperuitq ostiū et fu
git. Iehu aūt ingressus ē ad seruos domini
sui. Qui dixerūt ei. Rectene sūt omia? Quid
venit insanus iste ad te? Qui ait eis. No
stis hominē: et quid locutus sit? At illi re=
spōderūt. Falsū ē: sed magis narra nob. Qui
ait eis. Hec et hec locutus est michi. Et ait.
Hec dicit dñs. Vnxi te regē sup israhel. Fe
stinauerūt itaq: et vnusquisq tollēs palliū
suū posuerūt sub pedibus eius in similitudinē
tribunalis: et cecinerūt tuba atq dixerunt.
Regnabit iehu. Coniurauit ergo iehu filius
iosaphat filii namsi cōtra ioram. Porro ioram
obsederat ramoth galaad. ipe et oīs israhel

contra asahel regē syrie: et reuſus fuerat ut
curaret in iesrahel ꝓpter vulnera: q̄ ꝑcuſſe-
rāt eum syri ꝓliantē ꝯtra asahel regez syrie.
Dixitq; iehu. Si placet vobis nemo egre-
diatur ꝓfugus de ciuitate: ne vadat ⁊ nūci-
et in iesrahel. Et ascendit: et ꝓfectus ē in ieſ-
rahel. Joraz enī egrotabat ibi: et ochozias
rex iuda deſcēderat ad viſitādū iorā. Igit̄
ſpeculator q̄ ſtabat ſup turrim iesrahel: vi-
dit globū iehu venientis. Et ait. Video ego
globū. Dixitq; iorā. Tolle currū: et mitte ī
occurſū eoꝝ: et dicat vadēs. Rectene ſunt
omia? Abijt ergo q̄ aſcenderat currū ī oc-
curſū eius. Et ait. Hec dicit rex. Pacata ſunt
omia? Dixitq; iehu. Quid tibi ⁊ paci? Trāſi
et ſequē me. Nunciauit q̄q; ſpeculator dicēs.
Venit nūcius ad eos: et nō reuertit̄. Miſit
etiā currū equoꝝ ſcd̄m: venitq; ad eos: et
ait. Hec dic̄ rex. Nūquid pax ē? Et ait ie-
hu. Quid tibi ⁊ paci? Trāſi ⁊ ſequē me. Nū-
ciauit aūt ſpeculator dicēs. Venit uſq; ad
eos: et nō reūtit̄. Eſt aūt inceſſus quaſi in-
ceſſus iehu filij namſi. Preceps enī ĝditur.
Et ait ioram. Jūgite currū. Junxerūtq; cur-
rū eius. Et egreſſus eſt ioram rex iſrahel et
ochozias rex iuda: ſinguli in curribꝰ ſuis.
Egreſſiq; ſunt in occurſū iehu: et inuenert̄
eū in agro naboth iesrahelite. Cumq; vidiſſ;
ioraz iehu: dixit. Pax ē iehu? At ille r̄ndit.
Que pax? Adhuc fornicacōes iezabel ma-
tris tue. et veneficia eius multa vigent. Cō-
uertit aūt ioram manū ſuā: et fugiēs ait ad
ochoziaz. Inſidie ochozia. Porro iehu tetē-
dit arcū manu: ⁊ ꝑcuſſit ioram inter ſcapu-
las. et egreſſa eſt ſagitta ꝑ cor eius: ſtatim-
q; corruit in curru ſuo. Dixitq; iehu. ad ba-
dacher ducē. Tolle ꝓice eū ī agro naboth
iesrahelite. Memini enim quando ego et tu
ſedentes in curru ſequebamur achab p̄rez
huius: q̄ dominus onus hoc leuauerit ſup
eum dicens. Si non ꝓ ſanguine naboth. et
ꝓ ſanĝne filioꝝ eius quē vidi heri ait do-
minus: reddam tibi in agro iſto dicit dn̄s.
Nunc ergo tolle ⁊ ꝓice eum ī agro: iuxta
verbū dn̄i. Ochozias aūt rex iuda videns
hoc fugit ꝑ viā domus orti: ꝑſecutuſq; eſt
eum iehu: et ait. Etiā hunc ꝑcutite in curru
ſuo. Et ꝑcuſſerunt eū in aſcenſu gaber: qui
eſt iuxta ieblaam. Qui fugit in mageddo:
et mortuus eſt ibi. Et impoſuerūt eum ſerui
eius ſup currū ſuū ⁊ tulerūt in iheruſalē: ſe-
pelierūtq; in ſepulcro cū patribꝰ ſuis ī ciui-
tate dauid. Anno vndecīo ioraz filij achab
regis iſrahel regnauit ochozias ſup iudā:
venitq; iehu ī iesrahel. Porro iezabel introi-
tu eius audito depinxit oculos ſuos ſtibio.
et ornauit caput ſuū: et reſpexit ꝑ feneſtram
ingredientē iehu ꝑ portā: et ait. Nunquid
pax poteſt eſſe zamri. q̄ interfecit dn̄m ſuū?
Leuauitq; iehu faciē ſuā ad feneſtrā ⁊ ait.
Que eſt iſta? Et inclinauerūt ſe ad eū duo
vel tres eunuchi: et dixerūt. Hec ē illa ieza-
bel. At ille dixit eis. Precipitate eam deorſū.
Et p̄cipitauerūt eā. Aſpſuſq; eſt ſanguine
paries: et equoꝝ vngule cōculcauert̄ eam.
Cūq; introgreſſus eſſ; ut comederet bibe-
retq; ait. Ite et videte maledictā illā ⁊ ſepe-
lite eam: q̄ filia regis eſt. Cūq; iſſent ut ſe-
pelirēt eam: nō inuenerūt niſi caluariā ⁊ pe-
des et ſummas manus. Reuerſiq; nūciaue-
rūt ei. Et ait iehu. Sermo dn̄i eſt: quē lo-
cutus ē ꝑ ſuū ſuū heliā theſbiten dicens. In
agro iesrahel ꝯmedēt canes carnes iezabel.
Et erūt carnes iezabel ſic̄ ſtercus ſup faciez
terre ī agro iesrahel: ita ut p̄tereuntes di-
cāt. Heccine ē illa iezabel?

X

Erant autē achab ſeptuaginta filij in ſama-
ria. Scripſit ergo iehu litteras: et miſit in
ſamariā ad optimates ciuitatis ⁊ ad ma-
iores natu ⁊ ad nutricios achab dicēs. Sta-
tim ut accipitis litteras has qui habetis fi-
lios dn̄i veſtri ⁊ currus ⁊ equos et ciuitates
firmas ⁊ arma: eligite meliorē ⁊ eū qui vobꝭ
placuerit de filijs dn̄i veſtri. et eū ponite ſup
ſoliū patris ſui: et pugnate pro domo dn̄i
veſtri. Timuerūt illi vehemēter: et dixerūt.
Ecce duo reges nō potuert̄ ſtare coraz eo:
et quomō nos valebimus reſiſtere? Miſe-
rūt ergo p̄poſiti domus et p̄fecti ciuitatis et
maiores natu et nutricij ad iehu dicentes.
Serui tui ſumus: quecunq; iuſſeris facie-
mus: nec ꝯſtituemus nobis regē. Quecūq;
tibi placēt fac. Reſcripſit aūt eis l̄ras ſecū-
do dicēs. Si mei eſtis ⁊ obeditis michi: tol-
lite capita filioꝝ domini v̄ri: ⁊ venite ad me
hac eadem hora cras in iesrahel. Porro filij

regis septuagīta viri apud optimates ci-
uitatis nutriebāt᷑. Cūqȝ venissent littere ad
eos: tulerūt filios regis ⁊ occiderūt septua-
gīta viros: et posuerūt capita eoꝝ ī cophi-
nis ⁊ miserūt ad eū in iesrahel. Venit aūt nū-
cius ad eū: et indicauit ei dicēs. Attulerunt
capita filiorū regis. Qui rn̄dit. Ponite ea
ad duos aceruos iuxta introitū porte usqȝ
maē. Cūqȝ diluxisſȝ egressus ē: et stās dixit
ad omēȝ pplm̄. Iusti estis. Si ego cōiuraui
contra dn̄m meū ⁊ interfeci eū: quis pcussit
omēs hos? Videte ergo nūc quoniā nō ce-
cidit de sermonibꝫ dn̄i in terrā quos locu-
tus ē dn̄s sup domū achab: et dn̄s fecit qđ
locutus ē in manu serui sui helie. Percussit
igit᷑ iehu omēs qui reliqui erant de domo
achab in iesrahel. et vniūsos optimates eius
et notos et sacerdotes: donec non remane-
rēt ex eo reliq̄e. Et surrexit: et venit in sama-
riā. Cūqȝ venisſȝ ad camerā pastorū in via. in-
uenit fratres ochozie regis iuda: dixitqȝ
ad eos. Qui nā estis vos? Qui rn̄derunt.
Fratres ochozie sumus: et descendimus ad
salutādos filios regis. et filios regine. Qui
ait. Comphendite eos viuos. Quos cum
cōphendissent viuos: iugulauerunt eos. in
cisterna iux᷑ camerā q̄dragīta duos viros:
et nō reliquit ex eis quenq̄. Cūqȝ abisſȝ in-
de inuenit ionadab filiū rechab in occursū
sibi: ⁊ bn̄dixit ei. Et ait iehu ad eū. Nūquid
est cor tuū rectū cū corde meo: sicut cor meū
cū corde tuo? Et ait ionadab. Est. Si ē in-
quit: da manū tuā. Qui dedit ei manū suā.
At ille leuauit eū ad se in currū: dixitqȝ ad
eū. Veni mecū: et vide zelū meū ꝓ dn̄o. Et
impositū in curru suo duxit ī samariā. Et p-
cussit omnes qui reliqui fuerāt de achab in
samaria usqȝ ad vnū: iuxta v̄bū domini qđ
locutus ē p heliam. Cōgregauit ergo iehu
omēm pplm̄: et dixit ad eos. Achab coluit
baal parum: ego autē colam eū amplius.
Nūc igitur omēs ꝓphetas baal. et vniūsos
seruos eius ⁊ cūctos sacđotes ipius voca-
te ad me. Nullus sit qui nō veniat. Sacri-
ficiū enim grande est michi baal. Quicūqȝ
defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat hoc
insidiose: ut disperderet cultores baal. Et di-
xit. Sāctificate diē solemnē baal. Voca-
uitqȝ ⁊ misit in vniūsos terminos isrl̄: ⁊ vene-
rūt cūcti sui baal. Nō fuit residuus ne vnꝰ
quidē: qui nō veniret. Et ingressi sūt templū
baal. Et repleta est domus baal: a summo
usqȝ ad summū. Dixitqȝ hijs q̄ ꝑerāt sup ve-
stes. Proferte vestimēta vniūsis suis baal.
Et ꝓtulerunt ei vestes. Ingressusqȝ iehu
et ionadab filius rechab templū baal: ait
cultoribꝫ baal. Perquirite et videte: ne q̄s
forte vobiscū sit de seruis domini: sed ut sint
sui baal soli. Ingressi sūt igitur ut facerēt
victimas ⁊ olocausta: iehu aūt ꝑparauerat
sibi foris octogīta viros: et dixerat eis. Qui-
cūqȝ fugerit de hominibꝫ hijs q̄s ego addu-
xero in manus v̄ras: anima eius erit ꝓ aīa
illius. Factū est autē cū cōpletū esſȝ olocau-
stum: p̄cepit iehu militibꝫ ⁊ ducibꝫ suis. In-
gredimini ⁊ pcutite eos. Nullus euadat.
Percusserūtqȝ eos in ore gladij ⁊ ꝓiecerūt
milites ⁊ duces. Et ierūt in ciuitatē templi
baal ⁊ ꝓtulerūt statuā de phano baal: et cō-
busserūt ⁊ cōminuerūt eā. Destruxerūt qȝ edē
baal: et fecerūt ꝓ ea latrinas usqȝ in diem
hāc. Deleuit itaqȝ iehu baal de isrl̄: verūta-
mē a peccatis iherobo ā filij nabath q̄ peccare
fecit isrl̄: non recessit nec dereliquit vitulos
aureos q̄ erāt in bethel ⁊ in dan. Dixit autēȝ
dn̄s ad iehu. Quia studiose egisti qđ re-
ctū erat et placebat in oculis meis: omīa q̄
erāt in corde meo fecisti cōtra domū achab:
filij tui usqȝ ad quartā gn̄ationē sedebunt
sup thronū israhel. Porro iehu nō custodi-
uit ut āmbularet in lege domini dei israhel. in
toto corde suo. Nō enim recessit a peccatis
iheroboam. qui peccare fecerat israhel. In di-
ebus illis cepit dn̄s tedē sup israhel. Per-
cussitqȝ eos asahel in vniūsis finibꝫ isrl̄: a ior-
dane cōtra orientalē plagā. omēȝ terrā ga-
laad. et gad. et ruben. et manasse. ab aroer
q̄ est sup torrentē arnon ⁊ galaad ⁊ basan.
Reliqua autē v̄boꝝ iehu et vniūsa q̄ fecit et
fortitudo eius: nōne hec scripta sūt in libro
verboꝝ dieꝝ regū israhel? Et dormiuit ie-
hu cū prībꝫ suis: sepelierūtqȝ eū in samaria:
et regnauit ioachaz filius eius ꝓ eo. Dies
aūt quos regnauit iehu sup israhel vigin-
ti ⁊ octo anni sūt in samaria.

XI

Athalia vero mr̄ ochozie vidēs mortuū

filiũ suum: surrexit et interfecit om̃e semen regium. Tollens autẽ iosaba filia regis ioram. soror ochozie. ioas filiũ ochozie. furata est eum de medio filiorũ regis qui interficiebantur. ⁊ nutricẽ eius de triclinio: et abscondit eũ a facie atalie ut nõ interficeretur: eratq; cum ea sex ãnis clam in domo domini. Porro atalia regnauit sup terram septẽ annis. Anno autez septimo misit ioiada ⁊ assumẽs cẽturiones et milites introduxit ad se in templũ domini: pepigitq; cũ eis fedus. Et adiurãs eos in domo domini ostẽdit eis filiũ regis: et p̃cepit illis dicẽs. Iste ẽ sermo quẽ facere debetis. Tercia ps vr̃m introeat sabbato: et obseruet excubias domus regis. Tercia autez pars sit ad portã seyr: et tercia pars sit ad portã que ẽ post habitaculũ scutariorũ: et custodietis excubias domus messa. Due vero ptes ex vobis om̃es egrediẽtes sabbato custodiant excubias domus domini circa regẽ: et vallabitis eũ habẽtes arma in manib; vestris. Si quis autẽ ingressus fuerit septũ tẽpli: interficiat᷑. Eritisq; cum rege introeunte et egrediẽte. Et fecerũt cẽturiones iux̃ om̃ia que preceperat eis ioiada sacerdos. Et assumẽtes singuli viros suos qui egrediebantur sabbatũ cũ hijs qui egrediebant᷑ e sabbato: venerũt ad ioiadam sacerdotẽ. Qui dedit ei hastas et arma regis dauid: que erãt in domo dñi. Et steterũt singuli hñtes arma in maũ sua a parte tẽpli dextera usq; ad partẽ sinistrã altaris ⁊ edis. circũ regẽ. Produxitq; filiũ regis: et posuit sup eũ diadema ⁊ testimoniũ. fecerũtq; eũ regẽ et vnxerunt: et plaudẽtes maũ dixerunt. Viuat rex. Audiuit aũt atalia vocẽ populi currẽtis: et ingressa ad turbas ĩ templũ domini. vidit regẽ stantẽ sup tribunal iuxta morẽ. et cantores ⁊ turbas p̃pe eum. om̃emq; populũ terre letantẽ. et canentẽ tubis: et scidit vestimẽta sua clamauitq;. Cõiuracõ. ꝯiuracio. Precepit autẽ ioiada centurionibus q̃ erãt sup exercitũ: et ait eis. Educite eã extra septa templi: et quicũq; eam secutus fuerit: feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: nõ occidatur in templo domini. Imposuerũtq; ei manus ⁊ impegerũt eã p viã introitus

equorũ iuxta palaciũ: et interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter deũ ⁊ regem et inter p̃p̃lm. ut esset p̃p̃lus dñi: inter regẽ ⁊ p̃p̃lm. Ingressusq; est om̃is populus terre templũ baal. et destruxerũt aras eius: et imagines ꝯtriuerunt valide: mathan q̃q; sacerdotẽ baal occiderũt corã altari. Et posuit sacerdos custodias ĩ domo domini: tulitq; cẽturiões ⁊ cherethi ⁊ pheleti legiones et om̃ez populũ terre deduxerũtq; regẽ de domo domini. Et venerũt p viã porte scutariorũ in palaciũ: et sedit sup thronũ regũ. Letatusq; est oĩs p̃p̃lus terre: ⁊ ciuitas ꝯq̃euit. Atalia aũt occisa ẽ gladio ĩ domo regis: septẽq; ãnorũ erat ioas cũ regnare ce-

Anno septĩo iehu re- XII pissz.
gnauit ioas. Quadraginta ãnis regnauit in ihr̃lm: nomen mr̃is eius sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectũ corã dño. cũctis dieb; quib; docuit eũ ioiada sacerdos: verũtamen excelsa nõ abstulit. Adhuc enim p̃p̃lus immolabat ⁊ adolebat ĩ excelsis incensũ. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Om̃ẽ pecuniã scõrũ q̃ illata fuerit in templũ dñi a p̃tereũtib; que offert᷑ p p̃cio anime ⁊ quã spõte ⁊ arbitrio cordis sui inferũt in tẽpluz domini. accipiant illã sacerdotes iuxta ordinẽ suũ: et instaurent sartatecta domus si q̃d necessariũ viderint instauracõe. Igitur usq; ad vicesimũtercium annũ regis ioas: nõ instaurauerũt sacerdotes sartatecta tẽpli. Vocauitq; rex ioas ioiadã pontificẽ ⁊ sacerdotes: dicẽs eis. Quare sartatecta nõ instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta ordinẽ vestrũ: sz ad instauracõnẽ templi reddite eã. Prohibitiq; sũt sacerdotes vltra accipere pecuniã a populo: et instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilaciũ vnũ. aperuitq; foramen desup: et posuit illud iux̃ altare ad dexteraz ingredientiũ domũ domini: mittebãtq; ĩ eo sacerdotes qui custodiebãt ostia om̃ez pecuniã que deferebãt᷑ ad templũ domini. Cũq; viderẽt nimiã pecuniã esse ĩ gazophilatio. ascendebãt scriba regis ⁊ pontifex. effundebãtq; ⁊ numerabãt pecuniã q̃ inueniebat᷑ in domo domini: et dabãt eam iuxta numerũ atq; mensurã in maũ eorũ q̃

preerant cementarijs domus dñi. Qui im-
pēdebant eā in fabris lignorū ⁊ in cemēta
rijs hijs qui operabātur in domo dñi. et sar
tatecta faciebāt: et in hijs q̄ cedebāt saxa.
et ut emerēt ligna ⁊ lapides qui excidebā-
tur: ita ut impleretur instauracō domus dñi
in vniūsis q̄ indigebāt expensa ad muniē-
dam domū. Verūtamē nō fiebāt ex eadē
pecunia ydrie templi dñi ⁊ fuscinule ⁊ thu-
ribula ⁊ tube ⁊ om̄e vas aureū et argenteū:
de pecunia que inferebatur in tēplū domini.
Hijs enī qui faciebāt opus dabatur: ut in
staurarēt templū domini. Et nō fiebat ratio
hijs hominib⁹ qui accipiebāt pecuniā ut di
stribuerēt eā artificib⁹: sed in fide tracta-
bāt eam. Pecuniā vero ꝓ delicto ⁊ pecuniā
pro peccatis. nō inferebāt in templū dñi: q̄r
sacerdotū erat. Tūc ascendit asahel rex sy-
rie ⁊ pugnabat ꝯtra geth: cepitqꝫ eā. Et di
rexit faciē suā ut ascenderet in ihrlm. Quā-
obrē tulit ioas rex iuda omnia sanctificata
q̄ ꝯsecrauerat iosaphat ⁊ ioram ⁊ ochozias
patres eius reges iuda. et que ipe obtule
rat. et vniuersū argentū qd̄ inueniri potuit
in thesauris templi domini. et in palacio re-
gis: misitqꝫ asaheli regi syrie: et recessit ab
ihrusalē. Reliqua aūt ꝯmonū ioas et vniū-
sa que fecit: nōne hec scripta sūt ī libro ver
borū dierꝫ regū iuda? Surrexerūt autem
ſui eius et ꝯiurauerūt inter se: ꝑcusserūtqꝫ
ioas ī domo mello in descēsu sela. Josachar
nāqꝫ filius semath ⁊ iozabath filius somer
ſui eius ꝑcusserūt eū: et mortuus est. Et se-
pelierūt eū cū pr̄ib⁹ suis in ciuitate dauid:
regnauitqꝫ amasias filius eius ꝓ eo. XIII

Anno vicesimotercio ioas filij ocho-
zie regis iude. regnauit ioachaz fili⁹
iehu sup israhel in samaria decē ⁊ septē ānis:
et fecit malū corā dn̄o. Secutusqꝫ ē peccata
ieroboaz filij nabath q̄ peccare fecit isrl: et
nō declinauit ab eis. Iratusqꝫ ē furor dñi cō
tra israhel: et tradidit eos in manu asahel re
gis syrie ⁊ in manu benadab filij asahel cū-
ctis dieb⁹. Depcatus est aūt ioachaz faciē
dñi: et audiuit eū dn̄s. Vidit enī angustiā
israhel: q̄r attriuerat eos rex syrie. Et dedit
dn̄s saluatorē israheli: et liberatus ē de manu
regis syrie: habitauerūtqꝫ filij israhel ī ta-
bernaculis suis. sicut heri ⁊ nudiustercius.
Verūtamē nō recesserūt a peccatis domus
ieroboaz qui peccare fecit israhel: ſꝫ in ipis
ambulauerūt. Siquidē ⁊ lucus ꝑmāsit in sa
maria: ⁊ nō sūt derelicti ioachaz de ꝑplo ni-
si quīquagīta eq̄tes ⁊ decē currus ⁊ decē mi
lia peditū. Interfecerat enī eos rex syrie: et
redegerat q̄si puluerē in tritura aree. Re-
liqua aūt ꝯmonū ioachaz et vniuersa que fe
cit et fortitudo eius: nōne hec scripta sunt
in libro ꝯmonū dierū regū israhel? Dormi-
uitqꝫ ioachaz cū pr̄ib⁹ suis: ⁊ sepelierūt eū in
samaria: regnauitqꝫ ioas filius eius ꝓ eo.
Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda re
gnauit ioas filius ioachaz sup israhel in sa
maria sedecī annis: et fecit qd̄ malū ē in con
spectu dñi. Nō declinauit ab omnib⁹ pecca-
tis ieroboā filij nabath qui peccare fecit is-
rahel: ſꝫ in ipis ambulauit. Reliqua aūt ser-
monū ioas ⁊ vniūsa q̄ fecit: et fortitudo ei⁹
quō pugnauerit ꝯtra amasiā regē iuda. nō-
ne hec scripta sūt ī libro ꝯmonū dierū regū
isrl? Et dormiuit ioas cū pr̄ib⁹ suis: ierobo
am aūt sedit sup soliū eius. Porro ioas se-
pultus est in samaria cū regib⁹ isrl. Helise-
us aūt egrotabat infirmitate q̄ et mortuus
est. Descenditqꝫ ad eū ioas rex israhel. et fle
bat corā eo: dicebatqꝫ pr̄ mi. pater mi: cur-
rus isrl et auriga eius. Et ait heliseus. Affer
arcū ⁊ sagittas. Cūqꝫ attulissꝫ ad eū arcū et
sagittas: dixit ad regē isrl. Pone manū tu-
am. sup arcū. Et cū posuissꝫ ille manū suā: su-
perposuit heliseus manus suas manib⁹ re-
gis: et ait. Aperi fenestrā orientalē. Cumqꝫ
aperuissꝫ: dixit heliseus. Jace sagittā. Et ie-
cit. Et ait heliseus. Sagitta salutis dñi: ⁊ sa
gitta salutis cōtra syriā. Percutiesqꝫ syriā
in aphec: donec ꝯsumas eā. Et ait. Tolle sa
gittas. Qui cū tulissꝫ: rursū dixit ei. Percute
iaculo terrā. Et cū ꝑcussissꝫ trib⁹ vicib⁹ ⁊ ste
tissꝫ: iratus est vir dei ꝯtra eū: et ait. Si per-
cussisses quīquies aut sexies siue septies:
ꝑcussisses syriā usqꝫ ad ꝯsummacōēꝫ. Nunc
autē trib⁹ vicib⁹ ꝑcuties eā. Mortuus ē er-
go heliseus: et sepelierūt eū. Latrunculi aūt
de moab venerūt in terrā in ipo anno. Qui-
dam aūt sepeliētes hominē viderūt latrū-
culos: et ꝓiecerūt cadauer ī sepulcro helisei

Quod cũ tetigiſſꝫ oſſa heliſei reuixit homo: et ſtetit ſup pedes ſuos. Igitur aſahel rex ſyrie afflixit iſrl̃: cũctis diebꝰ ioachaz. Et miſertus eſt dñs eoꝝ: et reuerſus eſt ad eos ꝓpter pactũ ſuũ qḋ habebat cũ abrahaz et yſaac ꝛ iacob: et noluit diſꝑdere eos neqꝫ ꝓicere penitus uſqꝫ in p̄ſens tempus. Mortuus eſt aũt aſahel rex ſyrie: et regnauit benadab filius eius ꝓ eo. Porro ioas filius ioachaz tulit vrbes de manu benadab filij aſahel q̃s tulerat de manu ioachaz pr̃is ſui: iure p̄lij. Tribus vicibus percuſſit eũ ioas: et reddidit ciuitates iſrahel. XIIII

IN ãno ſecũdo ioas filij ioachaz regis iſrl̃: regnauit amaſias filius ioas regis iuda. Viginti quĩqꝫ ãnoꝝ erat cũ regnare cepiſſet: viginti autẽ et nouẽ annis regnauit in iheruſalẽ. Nomẽ mr̃is eius ioaden de ihrl̃m. Et fecit rectũ coram dño: verũtamẽ non ut dauid pater eius. Iuxta om̃ia que fecit ioas pater ſuus fecit: niſi hoc tantũ quod excelſa nõ abſtulit. Adhuc enim ꝑplus adolebat ꝛ immolabat incenſũ in excelſis. Cũqꝫ obtinuiſſet regnũ ꝑcuſſit ſeruos ſuos q̃ interfecerãt regẽ pr̃ez ſuũ: filios autẽ eoꝝ qui occiderãt nõ occidit: iuxta qḋ ſcriptũ ẽſt ĩ libro legis moyſi ſicut p̄cepit dñs dicẽs. Non morientur patres ꝓ filijs neqꝫ filij ꝓ pr̃ibꝰ: ſed vnuſquiſqꝫ ĩ peccato ſuo morietur. Ipe ꝑcuſſit edom in valle ſalinaꝝ decẽ milia: et app̄hendit petrã in p̄lio: vocauitqꝫ nomẽ eius iezechel uſqꝫ in p̄ſentẽ diẽ. Tũc miſit amaſias nũcios ad ioas filiũ ioachaz filij iehu regis iſrl̃. dicens. Veni ꝛ videamus nos. Remiſitqꝫ ioas rex iſrahel ad amaſiaz regẽ iuda dicẽs. Carduus libani miſit ad cedrũ que eſt in libano. dicẽs. Da filiã tuã filio meo vxorẽ. Trãſierũtqꝫ beſtie ſaltus q̃ ſũt in libano: et oculcauerũt carduũ. Percutiẽs inualuiſti ſup edom: et ſbleuauit te cor tuũ. Contentus eſto gloria: et ſede in domo tua. Quaꝛ ꝓuocas malũ: ut cadas tu ꝛ iudas tecũ? Et nõ acquieuit amaſias. Aſcenditqꝫ ioas rex iſrl̃: et viderũt ſe ipſe et amaſias rex iuda in bethſames oppido iude. Percuſſuſqꝫ ẽ iuda corã iſrahel: et fugerunt vnuſquiſqꝫ in tabernacula ſua. Amaſiam vero regẽ iuda filium ioas filij ochozie cepit ioas rex iſrahel ĩ bethſames: et adduxit eũ in ihrl̃m. Et interrupit murũ ihrl̃m a porta ephraim uſqꝫ ad portam anguli. q̄dringentis cubitis. Tulitqꝫ omne aurũ et argentũ et vniũſa vaſa que inuenta ſũt ĩ domo dñi ꝛ in theſauris regis ꝛ obſides: et reuerſus ẽ in ſamariã. Reliqua aũt v̾boꝝ ioas q fecit ꝛ fortitudo eius q̃ pugnauit cõtra amaſiã regẽ iuda. nõne hec ſcripta ſũt in libro ſmonũ dieꝝ regũ iſrahel? Dormiuitqꝫ ioas cũ pr̃ibꝰ ſuis et ſepultus eſt ĩ ſamaria cũ regibꝰ iſrahel: et regnauit iherobo am filius eius ꝓ eo. Vixit aũt amaſias filius ioas rex iuda poſtq̃ mortuus ẽ ioas filius ioachaz regis iſrl̃. viginti quĩqꝫ ãnis. Reliqua aũt ſmonũ amaſie. nõne hec ſcripta ſũt ĩ libro ſmonũ dieꝝ regũ iuda? Factaqꝫ eſt ↄtra eũ ↄiuracõ in ihrl̃m: at ille fugit ĩ lachis. Miſerũtqꝫ poſt eũ ĩ lachis ꝛ interfecerũt eũ ibi: et aſportauerũt ĩ equis: ſepultuſqꝫ eſt in ihrl̃m cũ pr̃ibꝰ ſuis in ciuitate dauid. Tulit autẽ vniuerſus ꝑplus iude azariã annos natũ ſedecim: et ↄſtituerũt eũ regẽ ꝓ pr̃e eius amaſia. Ipe edificauit ahilam: et reſtituit eã iude poſtq̃ dormiuit rex cũ pr̃ibꝰ ſuis. Anno qĩtodecimo amaſie filij ioas regis iuda regnauit ihero boã filiꝰ ioas regis iſrahel in ſamaria quadraginta et vno ãno: et fecit qḋ malũ eſt coram dño. Nõ receſſit ab omnibꝰ peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit iſrl̃. Ipe reſtituit terminos iſrahel ab introitu emath uſqꝫ ad mare ſolitudinis: iuxta ſmonẽ dñi dei iſrahel quẽ locutus eſt ꝑ ſuũ ſuũ ionam filium amathi ꝓphetã: qui erat de geth que ẽ in opher. Vidit enĩ dñs afflictionẽ iſrahel amarã nimis: et q̄ cõſumpti eſſent uſqꝫ ad clauſos carceris ꝛ extremos: et nõ eſſet qui auxiliaretur iſrl̃. Nec locutus eſt dominus ut deleret nomẽ iſrahel de ſub celo: ſꝫ ſaluauit eos in manu ierobo ã filij ioas. Reliqua autẽ ſmonũ ieroboam ꝛ vniũſa que fecit: et fortitudo eius qua p̄liatus eſt. et quomõ reſtituit damaſcum ꝛ emath iude in iſrahel. nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ regum iſrahel? Dormiuitqꝫ ierobo am cũ patribꝰ ſuis regibꝰ iſrahel: ꝛ regnauit zacharias filius eius pro eo.

XV

ANno vicesimo septĩo iheroboaz regis israhel regnauit azarias filius amasie regis iudá. Sedecim ãnoꝝ erat cũ regnare cepisset: et quinquagintaduobꝫ annis regnauit in ihrlm. Nomē mr̄is eius iecelia de iherusalē. Feciṭq; qđ erat placitũ corã dño. iuxta om̄ia que fecit amasias pr̄ eius: veruntamē excelsa nō est demolitus. Adhuc ṗplus sacrificabat et adolebat incensũ ĩ excelsis. Percussit aũt dñs regē: et fuit leprosus usq; in diem mortis sue: et habitabat ĩ domo libera seorsũ. Joathan vero filius regis gubnabat palaciũ: et iudicabat ṗplm terre. Reliqua aũt sermonũ azarie et vniũsa q̄ fecit: nōne hec scripta sũt in libro v̄borũ dierũ regũ iuda? Et dormiuit azarias cũ prībus suis: sepelierũtq; eũ cũ maioribꝫ suis in ciuitate dauid: et regnauit ioathan filius eius ꝓ eo. Anno tricesimooctauo azarie regis iude regn̄uit zacharias filius iheroboam sup israhel in samaria sex mēsibꝫ: et fecit qđ malũ est coraz dño sicut fecerãt pr̄es eius. Nõ recessit a peccatis iheroboaz filij nabath: q̄ peccare fecit isrl̄. Cõiurauit aũt cõtra eũ sellũ filius iabes pcussitq; eũ palã et interfecit: regnauitq; ꝓ eo. Reliq̄ aũt v̄borũ zacharie nōne hec scripta sũt in libro sermonũ dieꝝ regũ isrl̄? Jste est s̄mo dñi quē locutus est ad iehu dicēs. Filij tui usq; ad q̄rtam generacōz sedebunt de te sup thronum isrl̄. Factũq; est ita. Sellũ filius iabes regnauit tricesimonono anno azarie regis iude. Regnauit aũt vno mense in samaria. Et ascendit manahen filius gaddi de thersa. venitq; samariã: et pcussit sellũ filiũ iabes in samaria et interfecit eũ: regnauitq; ꝓ eo. Reliqua aũt verborũ sellũ et cõiuracō eius p quã tetēdit insidias: nōne hec scripta sunt in libro s̄monũ dieꝝ regum israhel? Tunc percussit manahen thapsam et om̄es q̄ erãt in ea: et terminos eius de thersa. Noluerãt enim apire ei. Et interfecit om̄es pregnantes eius: et scidit eas. Anno tricesimonono azarie regis iude regnauit manahen filius gaddi sup israhel decē annis in samaria: fecitq; qđ erat malũ corã dño. Non recessit a peccatis ierobeã filij nabath q̄ peccare fecit israhel: cũctis diebꝫ eius. Veniebat phul rex assirioꝝ in thersã: et dabat manahen phul mille talenta argēti. ut esset ei ĩ auxiliũ et firmaret regnũ eius. Indixitq; manahen argētũ sup israhel cũctis potētibꝫ et diuitibꝫ ut daret regi assiriorũ: quinquagita siclos argēti p singulos. Reuersusq; ē rex assiriorũ: et nō ē moratus in thersa. Reliq̄ aũt s̄monũ manahen et vniũsa q̄ fecit: nōne hec scripta sũt in libro s̄monũ dieꝝ reguz isrl̄? Et dormiuit manahen cũ prībꝫ suis: regnauitq; phaceia filius eius ꝓ eo. Anno quinq̄gesimo azarie regis iude regn̄uit phaceia filius manahen sup israhel in samaria biennio et fecit qđ eãt malũ corã dño. Nõ recessit a pcc̄is ierobeaz filij nabath: q̄ peccare fecit israhel. Cõiurauit autē aduersus eũ phacee filius romelie dux eius. et pcussit eũ in samaria ĩ turre domus regie iux̄ argob et iux̄ arieh. et cũ eo quinq̄gīnta viros de filijs galaaditaꝝ et interfecit eũ: regn̄uitq; pro eo. Reliq̄ autē s̄monuz phaceie et vniũsa q̄ fecit: nōne hec scripta sũt ĩ libro s̄monũ dierũ regũ israhel. Anno quinquagesimoscđo azarie regis iude. regnauit phacee filius romelie sup isrl̄ in samaria viginti ãnis: et fecit qđ erat malũ coram dño. Nõ recessit a pcc̄is ierobaz filij nabath: qui peccare fecit isrl̄. In diebꝫ phacee regis israhel venit theglat phalassar rex assur. et cepit ahion et abel domũ maacha et ianoe et cedes et asor. et galaad et galileaz et vniũsam terraz neptalim: et transtulit eos in assyrios. Cõiurauit autē et tetendit insidias osee filius hela contra phacee filiũ romelie: et pcussit eũ et interfecit: regnauitq; ꝓ eo vicesimo ãno ioathan filij ozie. Reliqua aũt s̄monũ phacee et vniũsa que fecit: nōne hec scripta sunt in in libro s̄monũ dieꝝ regũ israhel? Anno secũdo phacee filij romelie regis isrl̄: regnauit ioathan filius ozie regis iuda. Viginti quinq; ãnorũ erat cũ regnare cepisset: et sedecim ãnis regn̄uit in ihrlm. Nomē mr̄is eius ierusa: filia zadoch. Fecitq; qđ erat placitũ corã dño. Juxta om̄ia q̄ fecit ozias pr̄ suus opatus est: verũtamē excelsa non abstulit. Adhuc ṗplus immolabat et adolebat incēsũ in excelsis. Ipse edificauit portã domus dñi sublimissimã. Reliq̄ aũt s̄monuz ioathan

et vniũsa que fecit: nõne hec scripta sunt in libro v̾boꝝ dieꝝ regũ iuda: In dieb; il-lis cepit dñs mittere in iudã rasin regẽ syrie: et phacee filiũ romelie. Et dormiuit ioathan cũ p̃rib; suis sepultuſq; est cũ eis in ciuitate dauid p̃ris sui: et regnauit achaz fi-

Anno decimo- XVI -lius eius p eo. Anno septimo phacee filij romelie. regnauit achaz filius ioathan regis iuda. Viginti annoꝝ erat achaz cũ regnaẽ cepiſſ: et sedecĩ annis regnauit i ih̾lm. Nõ fecit quod erat placitum in conspectu domini dei sui sicut dauid pater eius: ſ; ãbulauit in via regũ isrl̾. Insup̾ ⁊ filiũ suũ cõſecrauit trãſferẽs p̾ ignẽ ſecũdũ ydola gentiũ: que diſſipauit dñs corã filijs iſrahel. Immolabat q; victimas et adolebat incensũ in excelsis ⁊ in collib; et sub omni ligno frõdoſo. Tũc aſcendit rasin rex syrie: et phacee filius romelie rex iſrahel. ad p̃liandũ in ih̾lm. Cunq; obsiderẽt achaz: nõ valuerũt superare eũ. In tp̾e illo restituit rasin rex syrie haylam syrie: et eiecit iudeos de hayla. Et ydumei et syri venerũt in haylam: et habitauerũt ibi uſq; in diem hãc. Misit autẽ achaz nuncios ad teglat phalaſſar regẽ aſſyrioꝝ dicẽs. Seruus tuus et filius tuus ego sũ. Aſcẽde et saluũ me fac de manu regis syrie ⁊ de manu regis isrl̾: q̃ ↄſurrexerũt aduerſũ me. Et cũ collegiſſ; argentũ ⁊ aurũ qd̾ inueniri potuit in domo dñi. et in theſauris regis: misit regi aſſyrioꝝ munera: q̃ et acq̃euit volũtati eius. Aſcẽdit aũt rex aſſyrioꝝ in damaſcũ ⁊ vaſtauit eã: et transtulit habitatores eius cyrenen: rasin autẽ interfecit. Perrexitq; rex achaz in occurſũ teglat phalaſſar regi aſſyrioꝝ in damaſcũ. Cũq; vidiſſet altare damaſci: misit rex achaz ad vriam sacerdotẽ exemplar eius ⁊ similitudinẽ iux̃ omne opus eius. Extruxitq; vrias sac̾dos altaẽ. Iuxta omnia que p̃cepat rex achaz de damaſco: ita fecit sac̾dos vrias donec veniret rex achaz de damaſco. Cũq; veniſſet rex de damaſco vidit altare ⁊ veneratus est illud: aſcẽditq; ⁊ immolauit olocauſta ⁊ sacrificiũ suũ: et libauit libamina ⁊ fudit sangnẽ pacificoꝝ que obtulerat sup altaẽ. Porro altare ereũ qd̾ erat coraz dño transtulit de facie templi et de loco altaris et de loco tẽpli domini: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonem. Precepit q; rex achaz vrie sacerdoti dicens. Sup altare maius offer olocauſtũ matutinũ ⁊ sacrificiũ veſptinum et olocauſtũ regis ⁊ sacrificiũ eius: et olocauſtũ vniũſi p̾pli terre ⁊ sacrificia eoꝝ et libamina eoꝝ: et om̃ez sangnẽ olocauſti ⁊ vniuerſũ sanguinẽ victime sup illud effundes. Altare vero ereũ erit paratũ ad volũtatẽ meã. Fecit igit̾ vrias sac̾dos iuxta om̃ia q̃ p̃cepat rex achaz. Tulit autẽ rex achaz celatas bases ⁊ luterẽ q̃ erat desup: et maẽ deposuit de bob; ereis q̃ sustẽtabãt illud et posuit sup pauimentũ stratũ lapide. Musach q; sabbati qd̾ edificauerat i tẽplo ⁊ ingreſſum regis exterius ↄũtit i tẽplũ dñi: p̾pter regẽ aſſyrioꝝ. Reliq̃ autẽ v̾boꝝ achaz et omnia q̃ fecit: nõne hec scripta sũt in libro s̾monũ dieꝝ regum iuda: Dormiuitq; achaz cũ p̃rib; suis: et sepultus ẽ cũ eis i ciuitate dauid: et regnauit ezechiaz filius eius

Anno duodecĩo achaz XVII p eo. Anno regis iuda regnauit osee filius hela in samaria sup isrl̾ nouẽ annis: fecitq; malũ corã dño: ſ; nõ sic reges isrl̾ qui ante eũ fuerũt. Cõtra hũc aſcendit salmanaſſar rex aſſyrioꝝ: et factus ẽ ei osee seruus: reddebatq; illi tributa. Cũq; dep̾hendiſſ; rex aſſyrioꝝ osee q̾ rebellare nitens miſiſſet nũcios ad sua regẽ egipti. ne p̃ſtaret tributa regi aſſyrioꝝ. sic singulis annis solitus erat: obsedit eũ. et vinctũ misit in carcerẽ: p̾uagatuſq; est om̃ez terrã: et aſcendẽs samariã obsedit eã trib; annis. Anno autẽ nono osee cepit rex aſſyrioꝝ samariã: et transtulit isrl̾ in aſſyrios: posuitq; eos i hyala ⁊ in abor iuxta fluuiũ gozan in ciuitatib; medorum. Factũ est enim cũ peccaſſent filij iſrahel domino deo suo q̃ eduxerat eos de t̾ra egipti de manu pharaonis regis egipti: coluerũt deos alienos. et ãbulauerũt iuxta ritũ gentiũ q̃s ↄſũpſerat dñs i ↄſpectu filioꝝ isrl̾ et regũ isrl̾: q̾ similiter fecerãt. Et irritauerũt filij isrl̾ verbis nõ rectis dñm deũ suũ: et edificauerũt sibi excelsa in cũctis vrbib; suis a turre cuſtodũ uſq; ad ciuitatem munitaz. Fecerũtq; sibi statuas ⁊ lucos in omni colle

sublimi. et subter omne lignū nemorosū: et adolebāt ibi incensū sup aras in morē gentium quas transtulerat dn̄s a facie eorum. Feceruntqꝫ vba pessima irritātes dn̄m: et coluerūt immūdicias de quibꝰ p̄cepit eis dominus ne facerēt verbū hoc. Et testificatus est dn̄s in israhel ⁊ in iuda p manū oīm prophetaꝝ et videntiū dicēs. Reuertimī a vijs vestris pessimis. et custodite p̄cepta mea et cerimonias: iuxta omē legē quam p̄cepi patribꝰ vestris: et sicut misi ad vos in manu suorū meoꝝ ꝓphetaꝝ. Qui nō audierūt: ꝫ indurauerūt ceruicē suam iuxta ceruicem patrū suorū q̄ noluerūt obedire dn̄o deo suo. Et abiecerūt legitima eius. et pactū quod pepigit cū prībꝰ eoꝝ ⁊ testificacōes quibꝰ cōtestatus ē eos: secutiqꝫ sūt vanitates ⁊ vane egerūt: et secuti sūt gentes que erāt p circuitū eoꝝ sup quibꝰ p̄cepat dn̄s eis ut nō facerēt sicut ⁊ ille faciebāt. Et dereliquerūt oīa p̄cepta dn̄i dei sui: feceruntqꝫ sibi ꝯflatiles duos vitulos ⁊ lucos: et adorauerūt vniuersā miliciā celi. Seruieruntqꝫ baal: et ꝯsecrauerūt filios suos ⁊ filias suas per ignem. Et diuinacōni inseruiebāt ⁊ augurijs: et tradiderūt se ut facerēt malū corā dn̄o: et irritarēt eum. Iratusqꝫ est dn̄s vehemēter israheli: et abstulit eos a ꝯspectu suo: et nō remansit nisi tribꝰ iuda tantūmō. Sꝫ nec ipse iuda custodiuit mandata domini dei sui: verūtamē ambulauit ī erroribꝰ isrl'. quos operatus fuerat. Proiecitqꝫ dominus omne semen israhel ⁊ afflixit eos ⁊ tradidit eos in manū diripientiū. donec ꝓiceret eos a facie sua: ex eo iam tpe quo scissus est isrl' a domo dauid: et ꝯstituerūt sibi regē ierobo boam filiū nabath. Separauit enim ierobo boā israhel a dn̄o: et peccare eos fecit pcc̄m magnū. Et ambulauerūt filij israhel in vniuersis peccatis ieroboā q̄ fecerat: et non recesserūt ab eis usqꝫquo dn̄s auferret isrl' a facie sua: sicut locutus fuerat in manū oīm seruoꝝ suorū ꝓphetaꝝ. Translatusqꝫ ē isrl' de terra sua in assyrios usqꝫ in diē hāc. Adduxit aūt rex assyriorū de babilone ⁊ de cutha et de ahaiath. et de emath ⁊ de sefaruaim: et collocauit eos in ciuitatibꝰ samarie ꝓ filijs israhel. Qui possederunt samariam: et habitauerūt in vrbibꝰ eius. Cūqꝫ ibi habitare cepissent nō timebant dn̄m: et immisit eis dn̄s leones: qui interficiebant eos. Nūciatūqꝫ est regi assyriorū et dictū. Gentes quas trāstulisti ⁊ habitare fecisti in ciuitatibus samarie ignorāt legitima dei terre: et immisit in eos dn̄s leones ⁊ ecce interficiūt eos: eo ꝙ ignorēt ritū dei terre. Precepit aūt rex assyriorū dicēs. Ducite illuc vnū de sacerdotibꝰ quos inde captiuos adduxistis: ut vadat ⁊ habitet cū eis: et doceat eos legitima dei terre. Igitur cū venisset vnus de sacerdotibꝰ hijs q̄ captiui ducti fuerāt de samaria habitauit ī bethel: ⁊ docebat eos quōo colerēt dominū. Et vnaqueqꝫ gens fabricata est deum suū. Posueruntqꝫ eos ī fanis excelsis q̄ fecerāt samaritē gens ⁊ gens in vrbibꝰ suis: in quibꝰ habitabāt. Viri enī babilonij fecerūt sochot benoth: viri aūt cuthei fecerūt nergel: et viri de emath fecerūt asima. Porro euei fecerūt nebaaz ⁊ tharthac. Hij aūt qui erāt de sefaruaim ꝯburebāt filios suos igni ad adramelech ⁊ anamelech dijs sefaruaim: et nichilominus colebant dn̄m. Fecerūt autē sibi de nouissimis sacerdotes excelsoꝝ: et ponebant eos in fanis sublimibus. Et cū dominū colerēt: dijs qꝫ suis seruiebāt iuxta ꝯsuetudinē gentiū de quibꝰ trāslati fuerāt samariā. Usqꝫ in p̄ntem diē morem sequunt' antiquū. Nō timēt dominum: neqꝫ custodiūt cerimonias eius atqꝫ iudicia ⁊ legem et mandatū qđ p̄cepat dn̄s filijs iacob quē cognominauit israhel: et ꝑcusserat cū eis pactū. et mandauerat eis dicēs. Nolite timere deos alienos et nō adoretis eos neqꝫ colatis eos et nō immoletis eis: ꝫ dn̄m deū vestrū qui eduxit vos de terra egipti in fortitudine magna ⁊ in brachio extento. ipsū timete ⁊ illū adorate: et ipsi immolate. Cerimonias qꝫ et iudicia ⁊ legē et mādatū qđ scripsit vobis custodite ut faciatis cūctis diebꝰ: ⁊ nō timeatis deos alienos. Et pactum quod percussit vobiscū nolite obliuisci: nec colatis deos alienos sed dominū deum vestrum timete: et ipse eruet vos de manū omniū inimicoꝝ vroꝝ. Illi vero nō audierūt: ꝫ iuxta ꝯsuetudinē suam pristinā ꝑpetrabāt. Fuerūt igit' gentes iste timētes

quidē dñm: ſʒ nichilominus ⁊ ydolis ſuis
ſuientes. Nā filij eoꝝ ⁊ nepotes ſic̄ fecerūt
pr̄es ſui ita faciūt: uſqʒ in p̄ntē diē. XVIII

Anno tercio oſee filij hela regis iſrahel
regnauit ezechias filius achaz regis
iuda. Viginti quiqʒ ānorū erat cū regnaē
cepiſſʒ: et viginti nouē ānis regnauit ī ihe-
ruſalē. Nomē mr̄is eius abiſa filia zacha-
rie. Fecitqʒ qđ erat bonū coram dño: iuxta
oīa que fecerat dauid pater eius. Ipe diſ
ſipauit excelſa: et contriuit ſtatuas ⁊ ſucci-
dit lucos: ꝯfregitqʒ ſerpentē ereum quem
fecerat moyſes. Siquidē uſqʒ ad illud tpˢ
filij iſrahel adolebāt ei incenſū. Vocauitqʒ
nomen eius neheſtan. Et in dño deo iſrahel
ſperauit. Itaqʒ poſt eum nō fuit ſimilis ei de
cūctis regibꝫ iuda ſʒ neqʒ in hijs q̄ ante eū
fuerūt: et adheſit dño: ⁊ non receſſit a veſti-
gijs eius: fecitqʒ mandata eius que p̄cepe
rat dñs moyſi vnde et erat dñs cū eo: et in
cūctis ad q̄ ꝓcedebat ſapiēter ſe agebat.
Rebellauit qꝫ ꝯtra regē aſſyriorū: et nō ſer-
uiuit ei. Ipſe ꝑcuſſit philiſteos uſqʒ ad ga
zam. et oēs terminos eoꝝ: a turre cuſto-
dū uſqʒ ad ciuitatē munitā. Anno quarto
regis ezechie q̄ erat ānus ſeptimus oſee fi
lij hela regis iſrl̄. aſcendit ſalmanaſſar rex
aſſyriorū ſamariā: et oppugnauit eā et ce-
pit. Nam poſt ānos tres āno ſexto ezechie
id eſt nono anno oſee regis iſrahel capta ē
ſamaria: et trāſtulit rex aſſyriorū iſrahel in
aſſyrios. collocauitqʒ eos ī ahyla ⁊ in abor.
fluuijs gozan in ciuitatibꝫ medoꝝ: qꝛ non
audierunt vocē domini dei ſui. ſʒ p̄tergreſſi
ſūt pactum eius. Oīa que p̄ceperat moy
ſes ſeruus domini nō audierūt neqʒ fecerˢt.
Anno quartodecimo regis ezechie aſcen-
dit ſennacherib rex aſſiriorū ad vniuerſas
ciuitates iuda munitas: et cepit eas. Tūc
miſit ezechias rex iuda nuncios ad regem
aſſyriorū in lachis dicēs. Peccaui. Recede
a me: ⁊ oē qđ impoſueris michi ferā. Indi
xit itaqʒ rex aſſyriorū ezechie regi iude tre
cēta talēta argēti ⁊ trigita talēta auri. De
ditqʒ ezechias oē argentū qđ repertū fu-
erat in domo domini: et in theſauris regis.
In tēpore illo ꝯfregit ezechias valuas tē-
pli dñi ⁊ laminas auri qˢ ipſe affixerat: et

dedit eas regi aſſyriorū. Miſit aūt rex aſſy
riorū thartan ⁊ rapſaris ⁊ rapſacē de lachiſ
ad regem ezechiam cum manū valida iheru
ſalem. Qui cū aſcendiſſent venerūt iheruſa
lem et ſteterūt iuxta aq̄ductū piſcine ſupio
ris que ē in via agri fullonis: vocauerūtqʒ
regē. Egreſſus eſt aūt ad eos eliachim fi-
lius elchie ꝑpoſitus domus ⁊ ſobna ſcriba
et ioahe filius aſaph a comētarijs: dixitqʒ
ad eos rapſaces. Loquimini ezechie. Hec
dicit rex magnus: rex aſſyriorū. Que ē iſta
fiducia qua niteris? Forſitā iniſti cōſiliū: ut
ꝑpares te ad p̄lium. In quo ꝯfidis: ut aude
as rebellare? An ſperas ī baculo arūdineo
atqʒ ꝯfracto egipto? Sup quē ſi incubue-
rit homo: comminutus ingrediet̄ manū eius:
et pforabit eā. Sic eſt pharao rex egipti.
oībꝫ qui ꝯfidūt in ſe. Qđ ſi dixeritis michi
in dño deo noſtro habemus fiduciā. nōne
iſte ē cuius abſtulit ezechias excelſa ⁊ alta
ria. et p̄cepit iude ⁊ iheruſalē āte altaē hoc
adorabitis in ihrl̄m? Nunc igit̄ trāſite ad
dominū meū regem aſſyriorū: et dabo vobˢ
duo milia equorū: et videte an habēv alea
tis aſcenſores eoꝝ. Et quō poteſtis reſiſtē
ante vnū ſatrapam de ſeruis domini mei mi
nimis? An fiduciam habes in egipto ꝑpter
currus et eq̄tes? Nūquid ſine dñi volūtate
aſcendi ad locū iſtū: ut demolirer eū? Dñs
dixit michi. Aſcende ad terrā hāc: et demo-
lire eam. Dixerˢt aūt eliachim filius elchie
et ſobna ſcriba et ioahe rapſaci. Precamur
ut loquaris nobˢ ſeruis tuis ſyriace. ſiqui-
dē intelligimus hāc linguā: et nō loquariſ
nobis iudaice audiēte populo: qui eſt ſup
murū. Rn̄ditqʒ eis rapſaces dicēſ. Nūquid
ad dñm tuū ⁊ ad te miſit me dñs meus ut lo
querer ſmones hos. et nō potius ad viros
q̄ ſedent ſup murū ut ꝯmedāt ſtercora ſua:
et bibāt vrinā ſuā vobiſcū? Stetit itaqʒ ra-
pſaces: ⁊ exclamauit voce magna iudaice
et ait. Audite verba regis magni: regis aſ
ſyriorū. Hec dicit rex. Nō vos ſeducat eze
chias. Nō enim poterit eruere vos de manū
mea: neqʒ fiduciā vobis tribuat ſuper dñm
dicēs. Eruens liberabit nos dñs: et nō tra-
det̄ ciuitas hec in manū regis aſſyriorū. No-
lite audire ezechiam. Hec enim dicit rex

assyriorũ. Facite mecũ q̃d vobis est vtile: et
egredimini ad me. Et comedet vnusquis-
q; de vinea sua. et de ficu sua ⁊ bibetis aquas
de cisternis v̄ris: donec veniã ⁊ trãsferã vos
in terrã que similis est terre vestre. in terraꝫ
fructiferã ⁊ fertilẽ vini. terrã panis ⁊ vine-
arũ. terrã oliuarũ ⁊ olei ac mellis: et viuetis
et nõ moriemini. Nolite audire ezechiam q̃
vos decipit dicẽs. Dñs liberabit nos. Nun-
quid liberauerũt dij gentiũ terrã suã de ma-
nu regis assyrioꝝ? Vbi est deus emath et
arphat? Vbi est deus sepharuaim ana et
aua? Nũquid liberauerũt samariã de maũ
mea? Qui nam illi sũt in vniuersis dijs ter-
rarũ qui eruerũt regionẽ suã de manu mea:
ut possit eruẽ dñs iherusalẽ de maũ mea?
Tacuit itaq; ꝑplus: et nõ r̄ndit ei quicquã.
Si quidẽ preceptũ regis acceperãt: ut nõ
responderẽt ei. Venitq; eliachim filius hel-
chie ꝑpositus domus ⁊ sobna scriba ⁊ ioa-
he filius asaph à cõmẽtarijs ad ezechiã scis-
sis vestib; et nũciauerũt ei v̄ba rapsacis. XIX

Quę cũ audisset ezechias rex scidit ve-
stimenta sua. et opertus est sacco: in-
gressusq; est domũ dñi: ⁊ misit eliachim ꝑpo-
situ domus ⁊ sobnam scribã. et senes de sac-
dotib; opertos saccis ad ysaiaꝫ ꝓphetã filiũ
amos. Qui dixerũt. Hec dicit ezechiaꝫ. Dies
tribulacõis ⁊ increpacõnis et blasphemie
dies iste. Venerũt filij usq; ad partũ: et vi-
res nõ habet parturiens. Si forte audiat
dñs deus tuus vniũsa verbã rapsacis quẽ
misit rex assyriorũ dñs suus ut exprobra-
ret deũ viuentẽ ⁊ argueret verbis q̃ audiuit
dñs deus tuus: et fac oracõeꝫ ꝓ reliquijs q̃
reperte sũt. Venerũt ergo serui regis eze-
chie ad ysaiã. Dixitq; eis ysaias. Hec dice-
tis dño vestro. Hec dicit dñs. Noli timere a
facie s̄monũ quos audisti: quib; blasphe-
mauerũt pueri regis assyriorũ me. Ecce ego
immittam ei spm̃ ⁊ audiet nũciũ. et reũtetur
in terrã suam: et deiciam eũ gladio in terra
sua. Reuersus est ergo rapsaces: et inuenit
regẽ assyriorũ expugnantẽ lobnã. Audi-
erat enim ꝙ recessiss; de lachis. Cũq; au-
diss; de tharacha rege ethiopie dicẽtes. ec-
ce egressus ẽ ut pugnet aduersũ te. et iret
cõtra eũ: misit nũcios ad ezechiam dicens.
Hec dicite ezechie regi iuda. Non te sedu-
cat deus tuus in quo habes fiduciã: neq; di-
cas. nõ tradet̃ iherusalẽ in manus regis as-
syriorũ. Tu enim ipe audisti q̃ fecerũt reges
assyriorũ vniũsis terris: quõ vastauerunt
eas. Nũ ergo solus poteris liberari? Nũq̃d
liberauerũt dij gentiũ singulos q̃s vastaue-
runt p̄res mei gozan videlicet ⁊ aran ⁊ re-
seph et filios eden. qui erant in thelassar?
Vbi ẽ rex emath ⁊ rex arfat et rex ciuita-
tis sepharuaim ana ⁊ aua? Itaq; cũ accepis-
set ezechias l̄ras de maũ nuncioꝝ ⁊ legiss;
eas: ascẽdit ĩ domũ dñi ⁊ expãdit eas corã
domĩo: et orauit in ↄspcũ eius dicens. Dñe
deus israhel q̃ sedes sup cherubin tu es deus
solus regũ oĩm terre: tu fecisti celũ ⁊ terraꝫ.
Inclina aurẽ tuã ⁊ audi. Aperi dñe oculos
tuos et vide: et audi oĩa v̄ba sennacherib:
q̃ misit ut exprobraret nobis deũ viuenteꝫ.
Vere dñe dissipauerũt reges assyriorũ gẽ-
tes ⁊ terras oĩm: et miserũt deos eoꝝ ĩ ignẽ.
Nõ enim erãt dij: ꝫ opa manuũ hominũ ex
ligno ⁊ lapide: et pdiderũt eos. Nũc igit̃
dñe deus nr̄ saluos nos fac de manu eoꝝ:
ut sciant oĩa regna terre ꝙ tu es dñs de-
us solus. Misit autẽ ysaias filius amos ad
ezechiaꝫ dicẽs. Hec dicit dñs deus israhel.
Que depcatus es me sup sennacherib rege
assyriorũ audiui. Iste ẽ s̄mo quẽ locutus ẽ
dñs de eo. Spreuit te ⁊ subsannauit te vir-
go filia syon: post tergum tuũ caput mouit
filia iherusalẽ. Cui exprobrasti: et quẽ blas-
phemasti? Cõtra quẽ exaltasti vocem tuã:
et eleuasti ĩ excelsũ oculos tuos? Cõtra san-
ctum israhel. Per manũ suoꝝ tuoꝝ expro-
brasti dño: et dixisti. In multitudine curruũ
meoꝝ ascẽdi excelsa montiũ in sũmitate li-
bani: et succidi s̄blimas cedros eius: et ele-
ctãs abietes illius. Et ingressus sũ usq; ad
terminos eius: ⁊ saltũ carmeli eius ego suc-
cidi. Et bibi aq̃s alienas. et siccaui vestigijs
pedũ meoꝝ oĩes aquas clausas. Nũq̃d
nõ audisti quid ab inicõ fecerim? Ex dieb;
ãtiquis plasmaui illud: ⁊ nũc adduxi. Erũt-
q; in ruinã colliũ ↄpugnantiũ ciuitates mu-
nite: et qui sedẽt in eis humiles maũ. Con-
tremuerũt ⁊ confusi sũt facti sũt velut fenũ
agri. et virens herba tectorũ: q̃ arefacta ẽ

anteq̄ veniret ad maturitatē. Habitaculū
tuū et egressum tuū et introitū tuū ⁊ viā tuā
ego p̄scivi: et furorē tuū contra me. Insani-
sti in me: et superbia tua ascendit in aures
meas. Ponā itaqꝫ circulū in naribꝰ tuis. et
chamū in labijs tuis: et reducā te in viam
ꝑ quā venisti. Tibi aūt ezechia hoc erit si-
gnū. Comede hoc anno que reppereris: in
sc̄d̄o autē anno que sponte nascuntur. Por-
ro i anno tercio seminate ⁊ metite: planta-
te vineas ⁊ comedite fructū earꝫ. Et quod-
cūqꝫ reliquū fuerit de domo iuda mittet ra-
dicem deorsū: et faciet fructū sursū. De ihe-
rusalem quippe egredientur reliquie: et qđ
salvetur de mōte syon. Zelus dn̄i exercituū
faciet hoc. Quamobrē hec dicit dn̄s de rege
assyriorꝫ. Nō ingredietur urbem hāc. nec
mittet in eam sagittā: nec occupabit eā cli-
peus: nec circūdabit eam municō. Per viā
qua venit revertetur: et civitatē hāc nō in-
gredietur dicit dn̄s: ꝓtegāqꝫ urbē hāc ⁊ sal-
vabo eam ꝓpter me et ꝓpter david servum
meū. Factū est igitur in nocte illa venit an-
gelus domini: et ꝑcussit in castris assyriorū
centūoctogintaquīqꝫ milia. Cūqꝫ diluculo
surrexisset vidit omnia corpora mortuorū: et
recedēs abijt. Et reversus est sennacherib
rex assyriorū: et mansit in ninive. Cūqꝫ ado-
raret in tēplo nesrach deū suū. adramelech
et sarasar filius eius ꝑcusserūt eū gladio:
fugerūtqꝫ in terrā armeniorū: et regnavit
asaraddon filius eius pro eo. XX

In diebus illis egrotavit ezechias
usqꝫ ad mortē: et venit ad eū ysaias fi-
lius amos ꝓphetes: dixitqꝫ ei. Hec dicit do-
minus deus. Precipe domui tue. Morieris
enī tu: et nō vives. Qui ɔvertit faciē suā ad
parietē: et oravit dn̄m dicēs. Obsecro dn̄e:
memēto queso quō ambulaverim coram te
in veritate ⁊ in corde ꝑfecto: et qđ placitū
est corā te fecerim. Flevit itaqꝫ ezechias fle-
tu magno. Et anteq̄ egrederetur ysaias me-
diam partē atrij factus est sermo domini
ad eum dicēs. Revertere: et dic ezechie du-
ci populi mei. Hec dicit dn̄s deus david pa-
tris tui. Audivi oracōem tuā: vidi lacrimā
tuam: et ecce sanavi te. Die tercio ascendes
templū domini: et addam diebꝰ tuis q̄ndecī

annos. Sed ⁊ de manū regis assyriorū libe-
rabo te ⁊ civitatē hanc: et ꝓtegā urbē istā
ꝓpter me ⁊ ꝓpter david servū meū. Dixitqꝫ
ysayas. Afferte massam ficorꝫ. Quā cū attu-
lissent ⁊ posuissent sup ulcus eius: curatus
est. Dixerat aūt ezechias ad ysaiā. Qđ erit
signū qꝛ dn̄s me sanabit: et qꝛ ascensurus
sū die tercia tēplū dn̄i? Cui ait ysaias. Hoc
erit signū a dn̄o: qđ facturus sit dn̄s ſmo-
nē quē locutus ē. Vis ut ascendat umbra
decem lineis: aut ut revertatur totidē gradi-
bus? Et ait ezechias. Facile ē umbrā crescē
decē lineis. Nec hoc volo ut fiat: sed ut revta-
tur retrorsū decē gradibꝰ. Invocavit itaqꝫ
ysaias ꝓpheta dn̄m: et reduxit umbrā ꝑ li-
neas quibꝰ iam descenderat in horologio
achaz retrorsū decē gradibꝰ. In tp̄e illo mi-
sit merodach baladan filius baladan rex
babiloniorū lr̄as et munera ad ezechiā. Au-
dierat enī qꝛ egrotasset ezechias. Letatus ē
aūt in adventu eorꝫ ezechias: et ostēdit eis
domū aromatū. et aurū ⁊ argentū ⁊ pigmē-
ta varia: ungēta quoqꝫ ⁊ domū vasorū suorꝫ et
oīa q̄ habē poterat in thesauris suis. Non
fuit qđ non mōstrasset eis ezechias in domo
sua: et i oīi ꝑtāte sua. Venit autem ysaias
ꝓpheta ad regē ezechiā: dixitqꝫ ei. Quid di-
xerūt viri isti: aut unde venerūt ad te? Cui ait
ezechias. De terra longinq̄ venerūt ad me:
de babilone. At ille rn̄dit. Quid viderūt in
domo tua? Ait ezechias. Oīa quecūqꝫ sūt
in domo mea viderūt. Nichil est enī qđ non
monstraverim eis in thesauris meis. Dixit
itaqꝫ ysaias ezechie. Audi ſmonē dn̄i. Ec-
ce dies venient: et auferentur oīa q̄ sūt in do-
mo tua. et q̄ ɔdiderūt p̄res tui usqꝫ i diē hāc
in babilonē. Nō remanebit quicq̄ ait dn̄s.
Sed ⁊ de filijs tuis q̄ egredientur ex te q̄s gna-
bis tollentur: et erūt eunuchi i palacio regis
babilonis. Dixit ezechias ad ysaiā. Bonus
ſmo domini quē locutus ē. Sit tantū pax
et veritas in diebꝰ meis. Reliq̄ autē ſmo-
nū ezechie et oīs fortitudo eius ⁊ quomo-
do fecerit piscinam et aqueductū ⁊ intro-
duxerit aquas i civitatē: nonne hec scripta
sūt in libro sermonū dierꝫ regū iuda? Dor-
mivitqꝫ ezechias cū patribꝰ suis: et regna-
vit manasses filius eius ꝓ eo.

XXI

Duodecim annorū erat manasses cū regnaē cepisset: et quinq̄gīta quīq3 annis regnauit in iherusalē. Nomē mrīs eius aphsiba. Fecitq3 malū in ↄ̄spectu dn̄i: iuxta ydola gentiū quas deleuit dn̄s a facie filiorū israhel. Conuersusq3 est ⁊ edificauit excelsa q̄ dissipauerat ezechias pater eius: et erexit aras baal ⁊ fecit lucos sic̄ fecerat achab rex isrl̄: et adorauit om̄e3 miliciā celi et coluit eam. Extruxitq3 aras in domo dn̄i de qua dixit dn̄s in iherusale3 ponā nomē meū: ⁊ extruxit altaria vniūse milicie celi in duob3 atrijs tēpli domini. Et traduxit filiū suū p igne: et ariolatus est et obseruauit auguria. et fecit phitones. et aruspices multiplicauit: ut faceret malū coram domino ⁊ irritaret eū. Posuitq3 ydolū luci quem fecerat in templo domini: super quo locutus est dn̄s ad dauid ⁊ ad salomone3 filiū eius. In templo hoc ⁊ in iherusalē quā elegi de cūctis tribub3 israhel ponā nomen meum in sempiternū: et vltra nō faciā ↄ̄moueri pedem israhel de terra quā dedi prīb3 eoꝝ: si custodierint opere om̄ia que p̄cepi eis: et vniuersa3 legē quā mādauit eis suus meus moyses. Illi vero nō audierūt: sed seducti sūt a manasse: ut facerēt malū super gētes quas ↄ̄triuit dn̄s a facie filioru3 isrl̄. Locutusq3 est dn̄s in manu seruorum suorū ꝓphetarū dicēs. Quia fecit manasses rex iuda abominacōes istas pessimas sup oīa que fecerūt amorrei ante eū et peccare fecit etiā iudam in immūdicijs suis: ꝓpterea hec dic̄ dn̄s deus israhel. Ecce ego inducā mala sup iherusalem ⁊ iudā: ut quicūq3 audierit tinniant ambe aures eius. Et extendā sup iherusalem funiculū samarie ⁊ pondus domus achab: et delebo ihrl̄m sicut deleri solent tabule. Delens vertā: et ducā crebrius stilū super facie3 eius. Dimittā vero reliq̄as hereditatis mee ⁊ tradā eas in manus inimicoꝝ eius: eruntq3 in vastitatē ⁊ in rapinā cūctis aduersarijs suis eo q̄ fecerint malū corā me: ⁊ ꝑseuerauerūt irritātes me ex die qua egressi sūt patres eorū ex egipto usq3 ad hāc diem. Insup ⁊ sanguinē innoxiū fudit manasses multū nimis donec impleretur iherusale3 usq3 ad os: absq3 pc̄cis suis quib3 peccare fecit iudā ut faceret malum coram dn̄o. Reliqua autē sermonū manasse et vniuersa que fecit. et pc̄cm eius qd̄ peccauit: nōne hec scripta sūt in libro s̄monū dieꝝ regū iuda? Dormiuitq3 manasses cū prīb3 suis: et sepultus est in orto domus sue. in orto ozam: et regn̄uit amō filius eius pro eo. Viginti duoꝝ annorū erāt amō cū regnarē cepiss3: duob3 q3 annis regnauit in iherusalem. Nomen mrīs eius messallemeth filia arus de ietheba. Fecitq3 malu3 in ↄ̄spcū dn̄i sicut fecerat manasses pr̄ eius: et ambulauit in om̄i via p quā ambulauerat pater eius. Seruiuitq3 immūdicijs quib3 s̄uiebat pater eius ⁊ adorauit eās: et dereliquit dn̄m deū prm̄ suorū: ⁊ nō ambulauit ī via dn̄i. Tetenderūtq3 ei insidias serui sui: et interfecerūt regē in domo sua. Percussit autē populus terre om̄es qui ↄ̄iurauerāt ↄ̄tra regē amon: et ↄ̄stituerūt sibi regē iosiam filiū eius ꝓ eo. Reliqua autē sermonu3 amō que fecit: nōne hec scripta sūt in libro s̄monū dieꝝ regū iuda? Sepelierūtq3 eū in sepulcro suo ī orto ozam: et regnauit iosias filius eius ꝓ eo.

XXII

Octo annorū erat iosias cū regnare cepisset: et trigintauno anno regnauit ī iherusalē. Nomen mrīs eius ydida filia phadaia de besechat. Fecitq3 quod placitū erat coram dn̄o: et ambulauit p om̄es vias dauid prīs sui. Nō declinauit ad dextrā siue ad sinistrā. Anno autem octauodecīo regis iosie misit rex saphan filiū aslia filij mesullā scribā tēpli domini: dicēs ei. Vade ad helchia3 sacērdotē magnū ut ↄ̄fletur pecunia que illata ē in templū domini quā collegerūt ianitores templi a populo: deturq3 fabris p p̄positos domus domini. Qui et distribuāt eam hijs qui operātur ī templo dn̄i ad instauranda sartatecta templi. tignarijs videlicet ⁊ cementarijs. et hijs q̄ interrupta ↄ̄ponunt: et ut emantur ligna ⁊ lapides de lapicidinis ad instaurādū templū dn̄i. Verūtamē nō supputetur eis argentū qd̄ accipiūt: s3 in potestate habeant ⁊ in fide. Dixit aūt helchias pontifex ad saphan scribam. Librū legis reperi ī domo domini. Deditq3 helchias volumē saphan scribe: q̄ ⁊ legit illud. Veit

quoqꝫ saphan scriba ad regē: et renūcia-
uit ei qd̄ preceꝑat: et ait. Conflauerūt serui
tui pecuniā que reꝑta est in domo dn̄i: et de-
derunt ut distribueretur fabris a p̄fectis
operū tēpli dn̄i. Narrauit qꝫ saphan scriba
regi dicēs. Librū dedit michi helchias sa-
cerdos. Quem cū legisset saphan coram
rege. et audisset rex verba libri legis domini
scidit vestimenta sua: et p̄cepit helchie sac-
doti et ahicham filio saphan ⁊ achobor fi-
lio micha et saphan scribe. et asaie seruo re-
gis dicēs. Ite ⁊ ꝯsulite dn̄m sup me et sup
ꝑplō et sup omni iuda. de verbis voluminis
istius qd̄ inuentū est. Magna enim ira dn̄i
succēsa est ꝯtra nos: q2 nō audierūt p̄res
nr̄i v̄ba libri huius ut facerēt om̄e qd̄ scri-
ptū est nobis. Ierūt itaqꝫ helchias sacd̄os
et ahichā et achobor et saphan et asaia ad
oldaꝫ propheten vxorē sellū filij thecue fi-
lij aras custodis vestiū que habitabat in
iherusalez in scd̄a: locutiqꝫ sūt ad eā. Et illa
rn̄dit eis. Hec dicit dn̄s deus israhel. Dici-
te viro qui misit vos ad me. Hec dicit dn̄s.
Ecce ego adducā mala sup locū istū ⁊ sup
habitatores eius om̄ia verba legis q̄ legit
rex iuda: q2 dereliquerūt me et sacrificauerūt
dijs alienis irritantes me in cūctis operi-
bus manuū suaꝝ. Et succendetur indigna-
tio mea in loco hoc: et non extinguetur. Regi
aūt iuda q̄ misit vos ut ꝯsuleretis dn̄m sic
dicetis. Hec dicit dn̄s deus israhel. Pro eo
q2 audisti v̄ba volumīs et ꝑterritū est cor
tuū et humiliatus es corā dn̄o. auditis s̄mo-
nib9 ꝯtra locū istū et habitatores eius qd̄
videlicet fierēt in stuporē ⁊ in maledictuz
et scidisti vestimēta tua ⁊ fleuisti coram me
et ego audiui ait dn̄s: idcirco colligam te
ad p̄res tuos. et colligeris ad sepulcrū tuū
in pace: ut nō videāt oculi tui oīa mala q̄ in-
troducturus sū sup locū istū. XXIII

Et renūciauerūt regi qd̄ dixerat. Qui
misit: et cōgregati sūt ad eum om̄es
senes iuda ⁊ iherusalez. Ascenditqꝫ rex tē-
plū domini. et om̄es viri iuda vniūsiqꝫ qui
habitabāt in iherusalē cū eo sacerdotes et
ꝓphete et om̄is ꝑplus a paruo usqꝫ ad ma-
gnū: legitqꝫ cūctis audiētib9 om̄ia v̄ba li-
bri federis qui inuentus ē in domo domini.
Stetitqꝫ rex sup gradū ⁊ fedus ꝑcussit coraz
dn̄o: ut ambularēt post dn̄m. et custodirēt
p̄cepta eius ⁊ testimonia et cerimonias in
om̄i corde et in tota aīa: et suscitarēt verba
federis huius q̄ scripta erant in libro illo.
Acquieuitqꝫ ꝑplus pacto. Et p̄cepit rex hel-
chie pontifici ⁊ sacerdotib9 secūdi ordinis
et ianitorib9 ut ꝓicerēt de tēplo dn̄i omnia
vasa q̄ facta fuerāt baal ⁊ in luco ⁊ vniūse
milicie celi: et ꝯbussit ea foris ihrl'm in ꝯual-
le cedron: et tulit puluerem eoꝝ in bethel.
Et deleuit aruspices quos posuerant re-
ges iuda ad sacrificandū in excelsis ꝑ ciui-
tates iuda ⁊ in circuitu iherusalē: et eos qui
adolebant incensū baal ⁊ soli ⁊ lune ⁊ duo-
decim signis ⁊ om̄i milicie celi. Et efferri fe-
cit lucū de domo dn̄i foras ihrl'm in conual-
le cedron ⁊ ꝯbussit eū ibi ⁊ redegit in pul-
uerē: ⁊ ꝓiecit sup sepulcra vulgi. Destruxit
qꝫ ediculas effeminatoꝝ que erāt i domo
dn̄i: ꝓ quib9 mulieres texebant q̄si domū-
culas luci. Cōgregauitqꝫ om̄es sacerdo-
tes de ciuitatib9 iuda: ⁊ ꝯtaminauit excelsa
vbi sacrificabāt sacerdotes. de gabaa usqꝫ
bersabee. Et destruxit aras portarū i introi-
tu ostij iosue principis ciuitatis: qd̄ erat ad
sinistrā porte ciuitatis. Veruntamē nō as-
cendebāt sacerdotes excelsorū ad altare
domini in iherusalem: sed tantū comedebāt
azima in medio fratruz suorū. Contamina-
uit qꝫ topheth qd̄ est in ꝯualle filij ennon: ut
nemo ꝯsecraret filiū suū aut filiā ꝑ ignem
moloch. Abstulit qꝫ equos q̄s dederāt re-
ges iude soli i introitu tēpli dn̄i iuxta exe-
drā nathamelech eunuchi. q̄ erat in pharu-
rim: currus aūt solis ꝯbussit igni. Altaria
qꝫ que erāt sup tecta cenaculi achaz. q̄ fece-
rāt reges iuda et altaria q̄ fecerat manas-
ses in duob9 atrijs templi domini destruxit
rex: et cucurrit inde et dispsit cinerē eoꝝ in
torrentē cedrō. Excelsa qꝫ que erāt i ihrl'm
ad dextrā partē mōtis offensionis que edi-
ficauerat salomō rex isrl' astaroth ydolo sy-
doniorū et chamos offensioni moab. ⁊ mel-
chon abominacōi filioꝝ āmon polluit rex:
et ꝯtriuit statuas ⁊ succidit lucos: r̄pleuitqꝫ
loca eoꝝ ossib9 mortuorū. Insup ⁊ altaē qd̄
erat in bethel ⁊ excelsū qd̄ fecerat iheroboaz

filius nabath qui peccare fecit israhel. et al-
tare illud excelsū destruxit atq; combussit & cō
minuit in puluerē: succenditq; etiā lucū. Et
conuersus iosias vidit ibi sepulcra que erant
in monte: misitq; et tulit ossa de sepulcris.
et combussit ea sup altare: et polluit illud iux-
ta v̄bū domini qđ locutus ē vir dei q̄ p̄di-
xerat verba hec. Et ait. Quis est titulus ille
quē video? R̄nderūtq; ei ciues vrbis illius.
Sepulcrū ē hominis dei q̄ venit de iuda: et
p̄dixit verba hec que fecisti sup altare be-
thel. Et ait. Dimittite eū. Nemo cōmoueat
ossa eius. Et intacta manserūt ossa illius cū
ossibꝰ ꝓphete qui venerat de samaria. Insup
et omīa fana excelsoꝝ que erāt in ciuitati-
bus samarie que fecerāt reges israhel ad ir
ritādū dn̄m abstulit iosias: et fecit eis scđm
omnia q̄ fecerat in bethel. Et occidit vniuer
sos sacerdotes excelsoꝝ qui erāt ibi sup al
taria: et combussit ossa humana sup ea. Reu-
susq; est ihrusalē: et p̄cepit omī populo di
cens. Facite phase domino deo vr̄o: scđm qđ
scriptū est in libro federis huius. Nec enim
factū est phase tale a diebꝰ iudicum qui iu
dicauerūt israhel & omniū dieꝝ regū israhel
et regum iuda: sicut in octauodecimo anno
regis iosie factū est phase istud domino in
ihrusalem. Sed & phitones & ariolos et fi
guras ydoloꝝ. et immūdicias & abomina
tiones q̄ fuerāt in terra iuda & ihrusalē ab-
stulit iosias: ut statueret verba legis que
scripta sūt in libro quē inuenit helchias sa
cerdos in templo domini. Similis illi non
fuit ante eum rex. qui reuerteretur ad dn̄m
in omni corde suo et ī tota anima sua et vni
uersa virtute sua iuxta omēz legem moysi:
neq; post eū surrexit similis illi. Verūtamē
nō ē auersus dn̄s ab ira furoris sui magni:
quo iratus est furor eius contra iudam ꝓpter
irritacōes quibꝰ ꝓuocauerat eū manasses.
Dixit itaq; dn̄s. Etiā iudam auferā a facie
mea sicut abstuli israhel: et ꝓiciā ciuitatem
hanc quā elegi ihrlm & domū de qua dixi.
erit nomē meū ibi. Reliqua autē sermonum
iosie et vniuersa que fecit: nōne hec scripta
sūt ī libro v̄boꝝ dieꝝ regū iuda? In die-
bus eius ascendit pharao nechao rex egi
pti contra regē assirioꝝ ad flumē eufraten.

Et abijt iosias rex ī occursū eius: et occisus
est in mageddo cū vidisset eum. Et portā-
uerūt eum serui sui mortuū de mageddo. et
pertulerūt in ihrusalē: et sepelierūt eum in
sepulcro suo. Tulitq; ꝑplus terre ioachaz
filiū iosie. et vnxerūt eū: et cōstituerūt eū re-
gē ꝓ p̄re suo. Viginti triū annoꝝ erat io-
achaz cū regnaē cepisset: & tribꝰ mensibꝰ re
gnauit ī ihrlm. Nomē mr̄is eius amithal:
filia ieremie de lobna. Et fecit malū coram
dn̄o: iuxta omīa q̄ fecerāt p̄res eius. Vin-
xitq; eū pharao nechao in reblatha. q̄ est
in terra emath: ne regnaret ī ihrusalē. Et
imposuit mulctam terre centum talentis
argēti: et talēto auri. Regēq; cōstituit pha-
rao nechao heliachim filiū iosie ꝓ iosia pa
tre eius: v̄titq; nomē eius ioakim. porro io
achaz tulit & duxit ī egiptū. Argentū aūt et
aurū dedit ioakim pharaoni cū indixisset ter
re ꝑ singulos: ut conferretur iux̄ p̄ceptū pha-
raonis. Et vnūquēq; iuxta vires suas exe-
git tam argentū q̄ aurum de ꝑplo terre: ut
daret pharaoni nechao. Viginti quinq; an-
noꝝ erat ioakim cū regnaē cepisset: et vn
decim ānis regnauit in ihrlm. Nomē matris
eius zebida: filia phadaia de ruma. Et fecit
malū corā dn̄o: iux̄ oīa q̄ fecerāt p̄res eius.

XXIIII

In diebꝰ eius ascēdit nabucho
donosor rex babilonis: et factus ē ei ioa-
kim seruus tribꝰ ānis: et rursū rebellauit contra
eū. Immisitq; ei dn̄s latrūculos chaldeoꝝ
et latrūculos syrie & latrūculos moab. et la
trunculos filioꝝ ammon: et immisit eos in
iudā ut disꝑderēt eam iuxta v̄bum dn̄i qđ
locutus fuerat ꝑ seruos suos ꝓphetas. Factū
est aūt hoc ꝑ v̄bū domini contra iudaz ut au-
ferret eū corā se: ꝓpter peccata manasse vni
uersa que fecit et ꝓpter sanguinē innoxium
quē effudit: et impleuit ihrusalez cruore
innocentiū: et ob hanc rem noluit dn̄s ꝓpi-
ciari. Reliqua autē sermonū ioakim & vniu-
sa que fecit: nōne hec scripta sūt ī libro s̄-
monū dierū regum iuda? Et dormiuit ioa-
kim cū p̄ribꝰ suis: et regnauit ioachim filiꝰ
eius ꝓ eo. Et vltra non addidit rex egipti
ut egrederetur de terra sua. Tulerat enim
rex babilonis a riuo egipti usq; ad fluuiū
eufraten omīa q̄ fuerāt regis egipti. Decē

et octo annoꝝ erat ioachin cum regnare
cepisset: et tribꝰ mensibꝰ regnauit i ihrlm.
Nomen mris eius noescha filia helnath an
de ihrlm. Et fecit malū corā dn̄o: iux omnia
que fecerat pr̄ eius. In tempore illo ascen-
derūt servi nabuchodonosor regis babilōis
in ihrlm: et circūdata ē vrbs munitōibꝰ.
Venitq; nabuchodonosor rex babilonis
ad ciuitatē cū servis suis: ut oppugnarēt eā.
Egressusq; est ioachin rex iuda ad regē
babilonis ipe ⁊ mater eius et servi eius et
pricipes eius ⁊ eunuchi eius: et suscepit eū
rex babilōis anno octauo regni sui. Et ꝓ-
tulit inde omes thesauros domus domini et
thesauros domus regie: et concidit vniūsa
vasa aurea q̄ fecerat salomō rex israhel in tē-
plo dn̄i iuxta verbū dn̄i: et transtulit omnē
ihrlm. et vniuersos pricipes ⁊ omes fortes
exercitus decē milia in captiuitatē ⁊ omnem
artificē ⁊ inclusorē: nichilq; relictū est ex-
ceptis paupibꝰ populi terre. Trāstulit q;
ioachin in babilonē: et mr̄em regis ⁊ vxo-
res regis ⁊ eunuchos regis ⁊ iudices terre
duxit in captiuitatē de iherusalē in babilo-
nē: et omes viros robustos septē milia. et
artifices ⁊ inclusores mille. omes viros for-
tes ⁊ bellatores: duxitq; eos rex babilōis
captiuos in babilonē. Et cōstituit matha-
thiā patruū eius ꝓ eo: imposuitq; nomē ei
sedechiā. Vicesimum et primū annū etatis
habebat sedechias cū regnare cepisset: et
vndecī annis regnauit in ihrlm. Nomē mris
eius erāt amithal: filia ieremie de lobna. Et
fecit malū corā dn̄o: iuxta omnia q̄ fecerat
ioachim. Irascebatur enim dn̄s ꝯtra ihrlm
et contra iudam: donec ꝓiceret eos a facie
sua. Recessitq; sedechias a rege babilonis.

XXV

Factū est aūt anno nono
regni eius mēse decīo decima die men-
sis venit nabuchodonosor rex babilōis ipe
et omis exercitus eius in ihrlm ⁊ circūde-
derūt eā: et extruxerūt in circuitu eius muni-
tiones. Et clausa ē ciuitas atq; vallata: vs-
q; ad vndecimū annū regis sedechie nona
die mensis. Preualuitq; fames in ciuitate:
nec erāt panis populo terre. Et interrupta
est ciuitas: et omes viri bellatores nocte fu-
gerūt: ꝑ viā porte q̄ est inter duplicē murū
ad ortū regis. Porro chaldei obsidebāt in
circuitu ciuitatē. Fugit itaq; sedechias: per
viā que ducit ad campestria solitudinis. Et
ꝑsecutus ē exercitus chaldeoꝝ regē: ꝯpre-
henditq; eū i planicie iherichō ⁊ omes bella-
tores qui erāt cū eo dispsi sūt ⁊ reliquerunt
eū. Apphensū ergo regē duxerūt ad regē
babilōis in reblatha: q̄ locutus ē cū eo iu-
diciū. Filios aūt sedechie occidit corā eo:
et oculos eius effodit: vinxitq; eū cathenis
et adduxit i babilonē. Mense quīto septīa
die mēsis ipe est annus nonusdecimus re-
gis babilonis venit nabuzardan pncēps
exercitus servus regis babilonis in ihrlm et
succēdit domū dn̄i ⁊ domū regis ⁊ domos
iherusalem: omemq; domū ꝯbussit igni: et
muros iherusalē in circuitu destruxit omis
exercitus caldeoꝝ qui erat cū pncipe mili-
tū. Reliquam autē populi partē que remā-
serat in ciuitate. et ꝑfugas q̄ trāsfugerant
ad regē babilōis. et reliquū vulgus trāstu-
lit nabuzardan pncēps militie: et paupibꝰ
terre reliquit vinitores ⁊ agricolas: colū-
nas aūt ereas que erāt ī templo domini et
bases ⁊ mare ereū qd̄ erat ī domo domi cō-
fregerūt chaldei: et trāstulerūt es omne ī
babilonē. Ollas q; ereas ⁊ trullas. et tridē-
tes. et ciphos. et mortariola. et omnia vasa
erea. in quibꝰ ministrabāt tulerūt: necnō et
thuribula. et fialas. Que aurea aurea. et q̄
argentea argētea. tulit pncēps militie: id
est colūnas duas. mare vnū ⁊ bases quas
fecerat rex salomō in templo domini. Non
erat pōdus eris. omniū vasoꝝ. Decē ⁊ octo
cubitos altitudinis habebat colūna vna. et
capitellū ereū sup se altitudinis triū cubi-
toꝝ: et retiacula ⁊ malagranata sup capi-
tellū columne: omīa erea. Similē ⁊ colūna
secunda habebat ornatū. Tulit q; pncēps
milicie saraiā sacērdotē primū. et sophoniā
sacerdotē secūdū. et tres ianitores ⁊ de ciui-
tate eunuchū vnū qui erat ꝑfectus super
bellatores viros: et quinq; viros de hijs qui
steterāt coram rege q̄s reperit in ciuitate:
et sopher principem exercitus qui ꝓbabat
tyrōes de populo terre: et sex viros e vul-
go q̄ inuenti fuerāt in ciuitate. Quos tollēs
nabuzardan pncēps militū duxit ad regē

babilonis in reblata: ꝑcussitqȝ eos rex ba
bilonis ⁊ interfecit eos in reblatha in terra
emath. Et trāslatus ē iuda de terra sua. Po
pulo autē q̄ relictus erat in terra iuda quē
dimiserat nabuchodonosor rex babilonis
p̄fecit godoliā filiū aichan filij saphan. Q̄d
cū audissent omnes duces militū ipi et viri
qui erāt cū eis videlicet ꝙ ꝯstituisſ; rex ba
bilonis godoliam: venerūt ad godoliam
in maspha ismahel filius nathanie ⁊ iohan
nan filius caree et saraia filius thanameth
netophatites. et iezonias filius maachiti:
ipi ⁊ socij eoꝝ. Iurauitqȝ godolias ipis et
socijs eoꝝ dicēs. Nolite timere fuire chal
deis. Manete in terra: et seruite regi babi-
lonis: et bene erit vob̄. Factū est aūt in mē-
se septimo venit ismahel filius nathanie filij
elisama de semine regio ⁊ decē viri cū eo: ꝑ-
cusserūtqȝ godoliam. q̄ ⁊ mortuus est: sed
et iudeos ⁊ chaldeos qui erāt cū eo in mas-
pha. Consurgēsqȝ om̄is populus a paruo
usqȝ ad magnū ⁊ principes militū venerūt
in egiptū: timētes chaldeos. Factū ē vero
in anno tricesimo septīo trāsmigracōnis io-
achin regis iude. mense duodecimo vicesi
ma ⁊ septima die mēsis. sbleuauit euilmero
dach rex babilonis anno quo regnare ce
perat caput ioachin regis iuda de carcere:
et locutus est ei benigne. Et posuit thronū
eius sup thronū regum qui erāt cū eo in ba
bilone: ⁊ mutauit vestes eius quas habue
rat in carcē. et comedebat panē sp̄ in cōspe-
ctu eius cūctis dieb; vite sue: ānonā qȝ cō-
stituit ei sine intermissione q̄ ⁊ dabatur ei a
rege p singulos dies omib; dieb; vite sue

Incipit plogus beati Jeronimi presbiteri
in libros paralipomenon

Si septuaginta interpretum.
pura. et ut ab eis in grecum
versa est edicō pmaneret: su
pflue mi chromati epoꝝ san
ctissime atq; doctissime impellēs: ut hebrea
volumina latino sermone transferrē. Q̄d
enim semel aures hoim occupauerat. et na
scentis ecclesie roborauerat fidem: iustum
erat etiā nr̄o silētio cōprobari. Nūc vero cū
p varietate regionū diusa ferant̄ exēpla-
ria ⁊ germana illa ātiquaqȝ trāslatio cor-
rupta sit atqȝ violata: nr̄i arbitrij putas.
aut e plurib; iudicaē quid verū sit aut no-
uū opus in veteri ope cudere: illudentibus
qȝ iudeis. cornicū ut dicit̄ oculos confige-
re. Alexādria ⁊ egiptus in septuagita suis
esichiū laudat auctorē: ꝯstantinopolis us-
qȝ antiochiam luciani martiris exemplaria
pbat. Medie inter has puīcie palestinos
codices legunt: q̄s ab origene elaboratos
eusebius ⁊ pamphilus vulgauert. Totus-
qȝ orb̄ hac inter se trifaria varietate com-
pugnat. Et certe origenes nō solū exēpla
ꝯposuit q̄tuor edicōnū eregione singula
v̄ba describēs. ut vnus dissentiēs statim ce
teris inter se ꝯsentiētib; arguat̄: sȝ qd̄ ma-
ioris audatie est i edicōe septuagita theo-
docōis edicōēz miscuit: asteriscis designās
que minus fuerint. et virgulis que ex sup
fluo videbāt̄ apposita. Si igitur alijs licu
it nō tenere qd̄ semel susceperāt. et post se-
ptuagita cellulas que vulgo sine auctoē
iactāt̄ singulas cellulas aperuere. Hocqȝ
i ecclesijs legit̄ qd̄ septuagita nescieīt: cur
me nō suscipiāt latini mei q̄ inuiolata edi-
tione veteri ita nouā ꝯdidi. ut laborē meū
hebreis et qd̄ hijs maius ē aplis auctorib;
ꝯprobeꝫ? Scripsi nup librū de optimo ge
nere interp̄tandi. ostēdēs illa de euange-
lio. ex egipto vocaui filiū meū. et quoniam
nazareus vocabitur. et videbūt in quē opū
xerūt. ⁊ illud apostoli qd̄ oculus non vidit
nec auris audiuit ⁊ in cor hominis nō ascē-
derūt que p̄parauit deus diligētib; se cetera
qȝ hijs similia in hebreorū libris inueniri.
Certe apostoli ⁊ euangeliste. septuaginta
interp̄tes nouerāt: et vnde eis hec dicere q̄
in septuaginta nō habentur? Xpristus do
minus noster vtriusqȝ testamēti cōditor in
euangelio scd̄m iohannē qui credit inq̄t
in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre
eius fluent aque viue. Vtiqȝ scriptū est: qd̄
saluator scriptū esse testat̄. Vbi scriptū ē?
Septuaginta nō habēt: apocrifa nescit ec
clesia. Ad hebreos igit̄ reuertendū ē: vn-
de et dn̄s loquitur. et discipli exempla p̄su-
mūt. Hec pace veterū loquor: et obtrecta
torib; meis tantū rn̄deo. q̄ canino dēte me ro-
dūt: i publico detrahētes ⁊ legētes i angulis

id est accusatores et defensores: cū in aliis ꝓbent quod in me reprobāt: quasi virtus et viciū non in rebus sit. ſʒ cū auctore mutetur. Ceterū memini editōem septuaginta trāslatorū olim de greco emendatā tribuisse me nostris: nec inimicum debere estimari eorū quos in cōuētu fratrū semꝑ edissero. Et quod nūc de hebreis nomini idē verbā dierū interꝑtatus sū idcirco feci: ut inextricabiles moras ⁊ siluā nominū que scriptorꝝ cōfusa sūt vicio. sensuūqʒ barbariē aptius et ꝑ versuū cola digererē: michimetipi ⁊ meis. iuxta ismeniū canens. si aures surde sūt ceterorꝝ.

Expl'. ꝓlog'. Incip. liber paralipomenon

Adam seth enos caynan malaleel iared enoch matusale lamech noe sem cham ⁊ iafeth. Filii iafeth: gomer magog madai et iauan thubal mosoch thiras. Porro filii gomer: ascenez ⁊ riphat ⁊ togorma. Filii autē iauan: elisa ⁊ tharsis cethim et dodanim. Filii chā: chus ⁊ mesraim phut et chanaan. Filii aūt chus: saba. et euila sabatha ⁊ regma ⁊ sabathaca. Porro filii regma. saba ⁊ dadan. Chus aūt genuit nēroth. Iste cepit esse potēs in terra. Mesraim vero genuit ludim ⁊ anamim ⁊ laabim et nepthuim: phetrusim quoqʒ chasluim de quibꝰ egressi sūt philistiim ⁊ capthurim. Chanaan vero genuit sydonem ꝑmogenitū suū: etheum quoqʒ ⁊ iebuseum ⁊ amorreū ⁊ gergeseum eueūqʒ et aracheū ⁊ asineū aradiū quoqʒ et samareū ⁊ ematheum. Filii sem: elam et assur. et arfaxād. et lud ⁊ arā. Filii arā: hus et hul. et gether. et mes. Arfaxad autē genuit sale: qui et ipse genuit heber. Porro heber nati sūt duo filii: nomē vni phalech quia in diebꝰ eius diuisa est terra: et nomē fr̄is eius iectan. Iectan autē genuit elmodad et saleph. et asormoth ⁊ iare: aduram quoqʒ et vzal ⁊ decla. ebal etiā et abimael ⁊ saba. necnō et ophir. et euila. et iobab. Omes isti filii iectan. Sem arfaxad sale heber phalech ragau. seruch nachor thare abram: iste est abraham. Filii aūt abrahā: isaac ⁊ ismahel. Et hee gn̄acōnes eorꝝ. Primogenitus ismahelis nabaioth: et cedar et abdehel et mabsan ⁊ masma et duma massa addad et thema iachur naphis cedma. Hii sunt filii ismahelis. Filii aūt cethure cōcubine abrahā quos genuit: zamram iecsan madan madian iesboc et sue. Porro filii iecsan saba ⁊ dadan. Filii aūt dadan: asurim ⁊ lathusim et loomim. Filii aūt madian: ephā ⁊ epher. et enoch ⁊ abida et eldaa. Omes hii filii cethure. Generauit aūt abraham isaac: cuius fuerūt filii esau ⁊ israhel. Filii esau: eliphaz rahuel iehus ielon chore. Filii eliphāz: theman. omar. ceppi. gothān cenez thamna amalech. Filii rahuel: naath zara samma meza. Filii seir: lothan sobal sebeon. ana. dison. eser disan. Filii lothā: horri. ahohiman. Soror aūt lothan fuit thamna. Filii sobal alian ⁊ manaath. ⁊ ebal ⁊ sephi. onan. Filii sebeō: ahaia ⁊ ana. Filii ana: dison. Filii dison: hamaran ⁊ eseban. et iethran ⁊ charran. Filii eser: balaan. et zaban ⁊ iachan. Filii disan: us et aran. Isti sūt reges q̄ imꝑauerūt in terra edom anteq̄ esset rex sup filios isrl'. Bale filius beor: et nomen ciuitatis eius denaba. Mortuus ē aūt bale: ⁊ regnauit ꝓ eo iobab filius sare de bosra. Cūqʒ ⁊ iobab fuisset mortuus: regnauit ꝓ eo husan de terra themanorꝝ. Obiit quoqʒ ⁊ husan: et regnauit ꝓ eo adad filius badad q̄ ꝑcussit madian in terra moab: et nomē ciuitatis eius auith. Cūqʒ et adad fuisset mortuus: regnauit ꝓ eo semla de masreca. Sed ⁊ semla mortuus ē: et regnauit ꝓ eo saul de rooboth q̄ iuxta amnem sita est. Mortuo quoqʒ saul regnauit ꝓ eo balaana filius achobor. Sed ⁊ hic mortuus ē: et regnauit ꝓ eo adad cuius vrbis nomē fuit phau. et appellata ē vxor eius mehetabel filia matred. filie mezaab. Adad aūt mortuo: duces ꝓ regibꝰ in edom esse cepērūt. Dux thamna. dux alua. dux ietheth. dux oolibama. dux hela. dux phinon. dux cenez. dux theman. dux mapsar. dux magdihel. dux hiram. Hii duces edom.

II

Filii aūt isrl'. ruben simeō leui iuda isachar ⁊ zabulō: dan ioseph beniamin. neptalim gad ⁊ aser. Filii iuda: her. aunan. et sela. Hii tres nati sūt ei de filia sue chananitidis. Fuit aūt her ꝑmogenitus iuda malus corā domino: ⁊ occidit

eū. Thamar aūt nurus eius ꝑpit ei pha-
res et zara. Omnes ergo filij iuda quīq3. Fi
lij aūt phares esrom ⁊ amul. Filij q3 zare: zā
ri. et ethan. et eman. chalcal q3 et darda. si-
mul quīq3. Filij charmi: achar q̄ turbauit is
rahel et peccauit in furto anathematis. Filij
ethan: azarias. Filij autē esrom q̄ nati sūt ei:
ierameheł. et ram ⁊ calubi. hic ē caleph. Por
ro ram genuit aminadab: aminadab autē
genuit naason principem filiorū iuda. Na
ason q3 genuit salma: de quo ortus ē booz.
Booz vero genuit obed: qui et ipse genuit
ysai. Ysai autē genuit ꝑmogenitum heliab:
scd̄3 abinadab. terciū symmaha. quartū na-
thanahel. quintū raddai sextum ason septi-
mū dauid: quorū sorores fuerūt saruia ⁊ abi-
gail. Filij saruie: abisai ioab ⁊ asahel tres.
Abigail autem genuit amasā: cuius pr̄ fuit
gether ismahelites. Caleb vero filius esrom
accepit vxorē nomīe azuba: de qua genuit
ierioth. Fuerūtq3 filij eius iaser ⁊ sobab et
ardō. Cūq3 mortua fuiss3 azuba accepit vx-
orē caleb ephrata: q̄ ꝑpit ei vr. Porro vr
genuit vri: et vri genuit beselehel. Post hec
ingressus ē esrom ad filiā machir pr̄is ga-
laad: et accepit eā cū ess3 annorū sexagita.
Que ꝑpit ei segub: s3 et segub genuit iair
et possedit viginti tres ciuitates ī terra ga
laad. Cepitq3 gessur et aran oppida iair: et
canath et viculos eius sexaginta ciuitatū.
Oēs isti filij machir pr̄is galaad. Cū au
tē mortuus ess3 esrom: ingressus ē caleb ad
ephrata. Habuit q3 esrom vxorem abia: q̄
ꝑpit ei assur prēz techue. Nati sūt aūt filij
ierameheł. primogeniti esrom ram ꝑmoge-
nitus eius: et buna et aram ⁊ ason et achiā.
Duxit quoq3 vxorem alterā ierameheł no-
mīe atthara: que fuit mater onam. Sed et
filij ram ꝑmogeniti ierameheł fuerūt moos
iamin ⁊ achar. Onā aūt habuit filios se-
mei ⁊ iadan. Filij autem semei: nadab ⁊ abi-
sur. Nomē vero vxoris abisur abiahil: que
ꝑpit ahobban ⁊ molid. Filij autē nadab:
fuerūt saled ⁊ apphaim. Mortuus est autem
saled absq3 liberis. Filius vero apphaim ie
si: qui iesi genuit sesan. Porro sesan genuit
ahalai. Filij aūt iadai fratris semei iether
et ionathan. Sed ⁊ iether mortuus ē absq3
liberis. Porro ionathan genuit phalech et
ziza. Isti fuerūt filij ierameheł ꝑmogeniti es-
rom. Sesan aūt nō habuit filios sed filias:
et seruū egiptiū nomine ieraa. Deditq3 ei fi-
liā suā vxorē: q̄ ꝑpit ei ethei. Ethei autē ge
nuit nathan: et nathan genuit zabad. Za-
bad quoq3 genuit ophal: ⁊ ophal genuit
obed. Obed genuit iehu: iehu genuit aza-
riā. Azarias genuit helles: et helles genuit
helasa. Helasa genuit zizamoy: zizamoy ge
nuit sellū. Sellū genuit ithamian ithamia
aūt genuit elisama. Filij autē caleb fr̄is ie-
rameheł: mesa ꝑmogenitus eius ipse est pr̄
ciph filij maresa pr̄is hebron. Porro filij he
bron chore ⁊ taphua ⁊ recē et samma. Sā-
ma aūt genuit raam prēz ierchaam: et recē
genuit semmei. filius semmei maon: et ma-
on pater bethsur. Epha aūt ꝯcubina caleb
ꝑpit aran ⁊ musa et gezez. Porro aran ge-
nuit gezez. filij iahaddai regom ⁊ ioathan
et gesan phalech ⁊ epha et saaph. Cōcubi
na caleb maacha ꝑpit saber ⁊ tharana. Ge
nuit aūt saaph pr̄ madmena sue prēz ma-
chbena: et prēz gabaa. Filia vero caleb fuit
achsa. Hij erāt filij caleb filij vr ꝑmogeniti
ephrata: sobal pr̄ cariathiarim. salma pat'
bethleez. ariph pr̄ bethgader. Fuerūt autē
filij sobal. pr̄is cariathiarim. q̄ videbat di-
midiū reqetionū: et de cognacōe cariathia
rim. iethrei. et aputhei et semathei ⁊ maserei.
Ex hijs egressi sūt saraite ⁊ esthaolite. Filij
salma: bethleez ⁊ nethophati corone dom9
iacob. et dimidiū reqecōnis sarai. Cognati
nes q3 scribarū habitantiū in iabes canētes.
atq3 resonātes: et in tabnaculis ꝯmorātes.
Hij sūt cinei: q̄ venerūt de caloē pr̄is domus
rechab.

David vero hos habuit III filios q̄ ei nati sūt in hebrō. Primoge-
nitū ammon. ex achinoa3 israhelitide: scd̄m
daniel de abigail carmelitide: terciū absa-
lon filiū maacha filie ptholomei regis ies-
sur: q̄rtu3 adomā filiū aggith. quītū sapha
tiā ex abithal: sextū iethrahā de egla vxo-
re sua. Sex ergo nati sūt ei ī hebrō: vbi re
gnauit septē ānis ⁊ sex mensib9. Triginta
aūt. et trib9 ānis regnuit in ihrl'm. Porro in
ihrl'm nati sūt ei filij symmaa ⁊ sobab ⁊ nathā
et salomon quatuor de bethsua filia amihel

Iebaar qꝫ ⁊ helisua et eliphaleth ⁊ noge et napheg et iaphie necnō elisama. et eliade et eliphaleg nouē. Oēs hij filij dauid absqꝫ filijs ꝯcubinarū: habuerūtqꝫ sororē thamar. Filius autē salomonis roboam: cuius abia filius genuit asa. De hoc qꝫ natus est iosaphat pr̄ ioram: q̄ ioram genuit oziam: ex quo ortus est ioas: et huius amasias filius genuit azariam. Porro azarie filius ioathan ꝓcreauit achaz prēz ezechie: de quo natus est manasses: sed ⁊ manasses genuit āmon prēm iosie. Filij aūt iosie fuerūt: primogenitus iohānan. sc̄d̄s ioakim. terci9 sedechias. quartus selluz. De ioakim natus ē iechonias ⁊ sedechias. Filij iechonie fuerūt asir salathiel. melchiraz. phadaia senneser. et iecemia sama ⁊ nadabia. De phadaia orti sūt zorobabel ⁊ semmei. Zorobabel genuit mosollā ananiam ⁊ salomith. sororē eorum: asabam qꝫ ⁊ ohol et barachiam. et asadiam. iosabeseth quīqꝫ. Filius autē ananie phaltias pr̄ ihesie: cuius filius raphaia. Huius qꝫ filius arnau: de quo natus est obdia. cuius filius fuit sechenias. Filius sechenie semeia: cuius filij attus ⁊ iegaal ⁊ baria. et naaria ⁊ saphat ⁊ sesa sex numero. Filius naarie: elioenai. et ezechias ⁊ ezricam tres. Filij elioenai oduia et heliasub ⁊ pheleia ⁊ accub. et iohānan ⁊ dalaia ⁊ anan septem. IIII

Filij iuda: phares esrom. et charmi. et hur. ⁊ subal. Rahia vero filius subal genuit iaad de quo nati sunt ahumai et laad. Hee ꝯgnacōes sarathi. Ista qꝫ stirps ethā: iesrahel ⁊ iesema ⁊ iedebos. Nomen qꝫ sororis eorū asalel phuni. Phuniel autē pater gedor: et eser pater osa. Isti sūt filij ur. p̄mogeniti ephrata pr̄is bethleem. Assur vero pr̄is thecue erant due uxores alaa ⁊ naara. Pepit autē ei naara oozam ⁊ epher. et themani ⁊ aastari. Isti sūt filij naara. Porro filij alaa: sereth ysaar ⁊ ethnan. Chus autē genuit anob ⁊ soboba ⁊ ꝯgnacōem aharel filij arum. Fuit autē iabes inclitus p̄ fratrib9 suis: et mater eius vocauit nomen illius iabes dicens: q2 pepi eū in dolore. Inuocauit ergo iabes deū israhel dicēs. Si benedicēs benedixeris michi. et dilataueris terminos meos: et fuerit manus tua mecū: et feceris me a malicia nō opprimi. Et p̄stitit de9 q̄ p̄catus est. Caleph autē frater sua genuit machir: qui fuit pater esthon. Porro esthon genuit bethrapha et phesse ⁊ tehinna patrem urbis naas. Hij sunt viri recha. Filij autem cenez: othoniel ⁊ saraia. Porro filij othoniel: athat et maonathi. Maonathi genuit ophra. Saraias aūt genuit ioab prēm vallis artificū. Ibi q̄ppe artifices erāt. Filij vero caleph filij iephone: hir ⁊ hela ⁊ nahem. Filij qꝫ hela cenez. filij qꝫ ialel ziph ⁊ zipha thiria et asrahel. Et filij esra: iether et mereth. et epher. et iahalon. Genuitqꝫ mariā: ⁊ sammai et iesba prēm esthamo. Vxor qꝫ eius iudaia peperit iareth prēm gedor: et heber prēm zocho ⁊ ichutiel patrem zanoa. Hij aūt filij bithie filie pharaonis quā accepit mered: ⁊ filij uxoris odaie sororis nahan pr̄is ceila carmi ⁊ esthamo qui fuit de machati. Filij qꝫ symon: amon ⁊ rimma filius anan ⁊ thilon: et filij iesi zoeth ⁊ benzoeth. Filij selá filij iude. her pr̄ lecha: et laada pater maresa: et cognacōnes domus opantū bissum. in domo iuramēti: et qui stare fecit solem. viriqꝫ mēdacij et securus ⁊ incedens: qui p̄ncipes fuerūt in moab: et q̄ reuerse sūt in lehem. Hec autē verba vetera. Hij sūt figuli habitātes in plātacōib9 ⁊ in sepib9 apd̄ regē in opib9 eius: ꝯmoratiqꝫ sūt ibi. Filij symeon: namuel et iamin iarib. zara saul. Selluz filius eius: mabsam filius eius: masma filius eius. Filij masma: amuhel filius eius: zachur fili9 eius: semmei filius eius. Filij semmei sedecim: et filie sex. Fratres autem eius non habuerūt filios multos: et vniuersa ꝯgnatio nō potuit adequare sūmā filiorū iuda. Habitauerūt autē in bersabee ⁊ molada et hasarsual et in ballaa. et in asom ⁊ in tholad et in bathuel et in orma. et in siceleg ⁊ in beth marchaboth et in asarsusasim et in bethberai et in saarim. Hee ciuitates eorū usqꝫ ad regē dauid: villeqꝫ earū etham ⁊ aen remon ⁊ thoken ⁊ asan ciuitates quīqꝫ: et vniūsi viculi eorū p circuitū ciuitatū istarū usqꝫ ad baal. Hec est habitacō eorū: et sediū distribucō. Mosobab qꝫ et iemlech ⁊ iosa filius amasie ⁊ iohel iehu filius iosabie filij saraie filij asihel ⁊ elioenai et iacoba et isuaia et asaia et adihel et

isimihel ⁊ banaia ziza quoqꝫ filius sephei filii allon·
filii ydaia· filii semri filii samaia: isti sūt noīa
ti principes in cognacōnibꝫ suis: et ī domo
affinitatū suarū multiplicati sūt vehemēter.
Et ꝓfecti sūt ut ingrederētur in gador usqꝫ
ad orientē vallis: et ut quererēt pascua gre
gibꝫ suis. Inuenerūtqꝫ pascuas uberes et
valde bonas· et terrā latissimā ⁊ quietam et
fertilē: in q̄ ante habitauerāt de stirpe chā.
Hii ergo venerūt quos supra descripsimus
nominatī in diebꝫ ezechie regis iuda: et ꝑ
cusserūt tabernacula eoꝝ ⁊ habitatores q̄
inuenti fuerant ibi: et deleuerūt eos usqꝫ ad
p̄ntem diem: habitauerūtqꝫ ꝓ eis quoniā uber
rimas pascuas ibidē repperert. De filiis quoqꝫ
symeon abierūt in mōtem seir viri quīgēti·
hn̄tes p̄ncipes phalthiā ⁊ naariā ⁊ raphiā
et ozihel filius iesi: et ꝑcusserunt reliq̄as que
euadere potuerāt amalechitarū: et habita·
uerūt ibi ꝓ eis usqꝫ ad diē hāc. V

Filii quoqꝫ ruben primogeniti israhel: ipse
quippe fuit p̄mogenitus eius: sed cū
violasset thorū patris sui data sūt p̄mogeni-
ta eius filiis ioseph filii israhel: et nō est ille
reputatus in primogenitū. Porro iudas
q̄ erat fortissimus inter fratres suos: de stir-
pe eius p̄ncipes germinati sūt: p̄mogenita
aūt reputata sūt ioseph. Filii ergo ruben p̄-
mogeniti israhel: enoch ⁊ phallu esrom et
charmi. Filii iohel: samaia filius eius· gog
filius eius· semei filius eius· micha filius eius·
rechia filius eius· baal filius eius· beera filius
eius: quē captiuū duxit theglatfalasar rex
assyriorū: et fuit p̄nceps in tribu ruben. Fra-
tres aūt eius ⁊ vniuersa cognacō eius quā-
do numerabātur ꝑ familias suas habuerūt
p̄ncipes iehihel ⁊ zachariā. Porro bala filius
azaz filii samma filii iohel: ipse habitauit in
aroer usqꝫ ad nebo ⁊ beelmeon. Cōtra oriē-
talem quoqꝫ plagā habitauit usqꝫ ad introitū
heremi ⁊ fluuiū eufraten. Multū quippe iu-
mentoꝝ numerū possidebāt in terra gala-
ad. In diebꝫ aūt saul p̄liati sūt contra agare-
nos ⁊ interfecerūt illos: habitaueruntqꝫ ꝓ
eis in tabernaculis eoꝝ in omni plaga que
respicit ad orientem galaad. Filii vero gad
e regione eoꝝ habitauerūt in terra basan
usqꝫ selcha: iohel in capite· et saphan secūdus:
ianai aūt ⁊ saphat in basan. Fratres vero eo
rū secūdm domos cognacōnū suarū: michael ⁊
mosollā ⁊ sebe et iorai ⁊ iachan· et zie· et heber
septem. Hii filii abiahil: filii vri filii iara filii
galaad· filii michahel filii iesesi· filii ieddo fi
lii buz. Fratres quoqꝫ filii abdihel filii gum prin
cipes domus in familiis suis: et habitauerūt
in galaad ⁊ in basan ⁊ in viculis eius: et in
cūctis suburbanis saron usqꝫ ad terminos.
Omnes hii numerati sūt in diebꝫ ioathan re
gis iuda ⁊ in diebꝫ ieroboam regis israhel.
Filii ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝫ manasse·
viri bellatores scuta portātes ⁊ gladios: et
tendētes arcū eruditiqꝫ ad p̄lia quadraginta
quatuor milia ⁊ septingēti sexaginta ꝓcedē
tes ad pugnā· dimicauerūt contra agarenos:
ithurei vero ⁊ naphei ⁊ nodab p̄buerūt eis
auxiliū. Traditiqꝫ sūt in manus eoꝝ agare
ni ⁊ vniuersi q̄ fuerāt cū eis: quia deū inuocauerūt
cum preliarētur: et exaudiuit eos eo quod cre-
didissent in eū. Ceperūtqꝫ omnia q̄ possederant
camelorū quinquaginta milia: et ouiū ducē
ta quinquaginta milia· asinos duo milia: et
animas hominū centū milia. Vulnerati aūt
multi corruerūt. Fuit enim bellū domini. Ha
bitauerūtqꝫ ꝓ eis usqꝫ ad transmigracōem.
Filii quoqꝫ dimidie tribꝫ manasse possederūt ter
rā a finibꝫ basan usqꝫ baal hermon ⁊ sanir
et montē hermon. Ingens quippe numerus
erat. Et hii fuerāt principes domus cogna-
tionis eoꝝ: efer· iesi ⁊ helihel ezrihel ⁊ iere-
mia ⁊ odoia· et iedihel viri fortissimi ⁊ poten
tes: et nominati duces in familiis suis. Reli-
querūt aūt deū patrum suorū ⁊ fornicati sunt
post deos populoꝝ terre· quos abstulit do
minus coram eis: et suscitauit dn̄s israhel spi-
ritū phul regis assyriorū ⁊ spūm theglatfa-
lasar regis assur: et trāstulit rubē ⁊ gad ⁊ di-
midiā tribū manasse ⁊ adduxit eos in ala ⁊
in abor ⁊ ara ⁊ fluuiū gozan usqꝫ ad diē hāc.

Filii leui: gerson caath ⁊ merari. VI
Filii caath: amram ysaar hebron ⁊ ozi-
hel. Filii amram: aaron moyses ⁊ maria. Filii
aarō: nadab ⁊ abiu eleazar ⁊ ythamar. Ele
azar genuit finees: et finees genuit abisue.
Abisue vero genuit bocci ⁊ bocci genuit ozi:
ozi genuit zaraiam ⁊ zaraias genuit mera-
ioth. Porro meraioth genuit amariam· et

amarias genuit achitob:achitob genuit sadoch·et sadoch genuit achimaas. Achimaas genuit azariaꝫ:azarias genuit iohānan·iohānan genuit azariā. Ipe ē ꝗ sacerdotio functus est in domo quā edificauit salomon in ierusalē. Genuit aūt azarias amariam:et amarias genuit achitob. Achitob genuit sadoch:et sadoch genuit sellū. Sellū genuit helchiā:et helchias genuit azariā. Azarias genuit zaraiā:et zaraias genuit iosedech. Porro iosedech egressus est quādo trāstulit dn̄s iudā ⁊ ierusalē p manus nabuchodonosor. Filij ergo leui gerson caath ⁊ merari. Et hec nomina filiorum gerson:lobni ⁊ semei. Filij caath: amram et ysaar·et hebron ⁊ ozihel. Filij merari:mooli et musi. Hee aūt ꝯgnacōnes leui secunduꝫ familias eoꝝ. Gerson:lobni filius eius:iaath filius eiusꝰ zamma filius eiusꝰ ioaa filiꝰ eiꝰ·addo filius eius·zara filius eius:iethrai filius eius. Filij caath:aminadab filius eius:chore filius eius·asir filius eius·helcana filiꝰ eius·abiasaph filiꝰ eius·asir filius eius·caath filius eius·uriel filius eius·ozias filius eius:saul filius eius. Filij helcana:amasai ⁊ achimoth ⁊ helcana. Filij helcana:sophai filius eiꝰ:naath filiꝰ eius:heliab filiꝰ eius·ieroā filius eius:helcana filiꝰ eiꝰ. Filij samuel: ꝓmogeitus vasseni ⁊ abia. Filij aūt merari·mooli:lobni filiꝰ eius: semei filius eiꝰ·oza filius eiꝰ·samaa filius eius·aggia filius eius:asaia filius eius. Isti sūt quos cōstituit dauid sup cantores domus domini ex quo collocata est archa:et ministrabāt coraꝫ tabernaculo testimonij canētes donec edificaret salomon domuꝫ dn̄i in ierusalem. Stabāt autē iuxta ordinē suū in ministerio. Hij vero sūt qui assistebāt cū filijs suis de filijs caath: heman cantor filius iohel·filij samuel filij helcana filij ieroaꝫ filij helihel filij thou filij suph filij helcana·filij iohel filij maath filij amasai filij helcanā filij iohel filij azarie filij sophonie filij thaath filij asir·filij abisaph·filij chore filij ysaar filij caath filij leui·filij israhel:et frater eius asaph· qui stabat a dextris eius:asaph filiꝰ barachie·filij samaa·filij michael·filij basaie filij melchie· filij athanai·filij zara filij adaia·filij ethan filij zāma filij semei filij ieth filij gerson filij leui. Filij autem merari fratres eorū ad sinistraꝫ ethan filij chusi:filij abdi·filij maloch filij asabie filij amasie filij helchie filij amasai·filij boni filij somer filij mooli·filij musi filij merari filij leui. Fratres qꝫ eoꝝ leuite:qui ordinati sūt in cunctū ministeriū tabernaculi domus dn̄i. Aaron vero ⁊ filij eius adolebant incensū sup altaē olocausti·et sup altaē thimiamatis· in omne opus sancti scōꝝ:et ut ꝓcarētur ꝑ israhel iuxta oīa que ꝓceperat moyses seruus dei. Hij sūt autēꝫ filij aaron. Eleazar filius eius:finees filius eius·abisue filius eius bocci filius eius·ozi filius eius·zaraia filiꝰ eius· meraioth filius eius·amaria filius eius achitob filius eius·sadoch filius eius:achimaas filiꝰ eius. Et hec habitacl'a eoꝝ ꝑ vicos atqꝫ ꝯfinia filioꝝ scilicet aarō iuxta cognacōes caathitarū. Ipsis eni sorte ꝯtigerāt. Dedert igitur eis hebron ī terra iuda ⁊ sſburbana eius ꝑ circuitū:agros aūt ciuitatis ⁊ villas caleph filio iephone. Porro filijs aaron dederūt ciuitates ad ꝯfugiēdū hebron ⁊ lobna ⁊ suburbana eius iether qꝫ et esthemo cū sſburbanis suis·ſꝫ et helon ⁊ dabir cū suburbanis suis:asan qꝫ ⁊ bethsemes ⁊ suburbana earū. De tribu autē beniamin gabee ⁊ sſburbana eius:et almath cū sſburbanis suis:anathot qꝫ cū sſburbanis suis. Oēs ciuitates tredeciꝫ:ꝑ ꝯgnacōes suas. Filijs autē caath residuis de cognacōe sua·dederūt ex dimidia tribu manasse ī possessionē urbes decē. Porro filijs gerson ꝑ ꝯgnacōes suas de tribu ysachar ⁊ de tribu aser et de tribu neptalim·et de tribu manasse in basan urbes tredecim. Filijs autē merari ꝑ cognacōes suas de tribu rubē ⁊ de tribu gad·et de tribu zabulon·dederunt sorte ciuitates duodecim. Dedert qꝫ filij israhel leuitis ciuitates ⁊ sſburbana earū. Dederūtqꝫ ꝑ sortem ex tribu filioꝝ iuda·et ex tribu filioꝝ symeon·et ex tribu filiorum beniamin urbes has quas vocauerūt nominibꝰ suis:et hijs qui erāt ex cognacōne filioꝝ caath. Fueruntqꝫ ciuitates ī terminis eoꝝ de tribu ephraim. Dederūt ergo eis urbes ad cōfugiendū sichem cum sſburbanis suis in mōte ephraim et gazer cū suburbanis suis:iecmaam qꝫ cū

ſburbanis ſuis·et bethoron ſimiliter: necnō et helon cū ſuburbanis ſuis ⁊ gethremmon in eundē modum. Porro ex dimidia tribu manaſſe aner ⁊ ſburbana eius·balaam ⁊ ſburbana eius: hijs videlicꝫ q̄ de cognacōne filioꝝ caath reliqui erāt. Filijs aūt gerſon de ꝯgnacōe dimidie tribꝫ manaſſe gaulō in baſan ⁊ ſburbana eiuſ: et aſtharoth cū ſburbanis ſuis. De tribu yſachar·cedes cū ſburbanis ſuis·et dabereth cū ſburbanis ſuiſ: ramoth qꝫ ⁊ ſburbana eius: et anem cū ſburbanis ſuiſ. De tribu vero aſer maſal cū ſuburbanis ſuis·et abdon ſimiliter: aſach qꝫ et ſburbana eiuſ: roob cū ſburbanis ſuiſ. Porro de tribu neptalim cedes in galilea ⁊ ſburbana eius: amon cum ſuburbanis ſuis: et cariathaim ⁊ ſuburbana eius. Filijs aūt merari reſiduis·de tribu zabulon·rēmono ⁊ ſburbana eius: et thabor cū ſuburbanis ſuis. Trans iordanen qꝫ ex adūſo iericho cōtra orientē iordanis de tribu ruben boſor in ſolitudinē cū ſburbanis ſuis: et iaſſa cū ſburbanis ſuis: cademoth qꝫ ⁊ ſburbana eiꝰ: et miphaath cū ſburbanis ſuiſ. Necnō ⁊ de tribu gad·ramoth in galaad ⁊ ſburbana eiuſ: et manaim cū ſburbanis ſuis: ſꝫ ⁊ eſebon cū ſburbanis ſuis·et iezer cū ſburbanis ſuiſ. VII

Porro filij yſachar: thola ⁊ phua iaſub et ſimerō q̄tuor. Filij thola: ozi ⁊ raphaia·et ierihel ⁊ iemai ⁊ iepſem·et ſamuel pncipes p domos ꝯgnacōnū ſuarū. De ſtirpe thola viri fortiſſimi numerati ſūt ī diebꝫ dauid: vigītiduo milia ſexcēti. Filij ozi: iſrahia de q̄ nati ſūt michael ⁊ obadia et iohel ⁊ ieſia qnqꝫ omēs pncipes: cū eis p familias ⁊ ꝑplos ſuos accincti ad ꝓliū viri fortiſſimi: triginta ſex milia. Multas eni habuerūt uxores et filios. Fratres qꝫ eoꝝ p omem ꝯgnacōꝫ yſachar robuſtiſſimi ad pugnandū: octogitaſeptē milia numerati ſūt. Filij beniamin: bale ⁊ bochor ⁊ iadihel treſ. Filij bale: eſbon et ozi ⁊ ozihel ⁊ ierimoth ⁊ vrai qūqꝫ: pncipes familiarū ⁊ ad pugnādūꝫ robuſtiſſimi. Numerus autem eorū vigintiduo milia et trigintaq̄tuor. Porro filij bochor zamira ⁊ ioas ⁊ eliezer ⁊ helioenai·et amri ⁊ ierimoth et abia ⁊ anathut·et almathan. Omnes hij filij bochor. Numerati ſūt autēꝫ per familias

ſuas principes cognacōnū ſuarūꝫ ad bella fortiſſimi: vigintimilia ⁊ ducenti. Porro filij iadihel, balan. Filij autē balan: iheus ⁊ beniamin ⁊ ahot et chanana·et iothan ⁊ tharſis et haiſaar. Omēs hij filij iadihel pncipes ꝯgnacōnū ſuarū viri fortiſſimi: decē ⁊ ſeptēꝫ milia et ducēti ad preliū ꝓcedētes: ſephan qꝫ et haphan filij hir ⁊ aſim filij aer. Filij autem neptalim iaſihel ⁊ guni·et aſer ⁊ ſellū filij bala. Porro filij manaſſe·eſrihel: ꝯcubina qꝫ eius ſira pepit machir prēꝫ galaad. Machir aūt accepit uxorē filijs ſuis happhim et ſepham: et habuit ſororēꝫ noīe maacha: Nomē aūt ſcōi ſalphaat. Nateqꝫ ſunt ſalphaat filie. Et pepit maacha uxor machir filiū: vocauitqꝫ nomē eius phares. Porro nomē fratris eius ſares: et filij eius vlam et rehen. Filius autēꝫ ulam bedan. Hij ſūt filij galaad filij machir: filij manaſſe. Soror autem eius regina·pepit virum decorū ⁊ abiezer et moola. Erāt autem filij ſemida ahin et ſechem·et leci ⁊ aniam. Filij autē ephraim ſuthala: bareth filius eius: thaath filius eius elada filius eius thaath filius eius: et huius filius zadab·et huius filius ſuthala et huius filius ezer·et elad. Occiderūt autē eos viri geth indigne: qꝛ deſcenderāt ut inuaderent poſſeſſiones eoꝝ. Luxit igitur ephraim prē eorū multis diebꝫ: et venerūt fratres eius ut ꝯſolarentur eū. Ingreſſuſqꝫ eſt ad uxorē ſuā: que cōcepit ⁊ pepit filiū ⁊ vocauit nomē eius bereia·eo qꝙ in malis domꝰ eius ortus eſſet. Filia aūt eius fuit ſara: que edificauit bethorō inferiorē ⁊ ſuperiorē·et ozēzara. Porro filius eius rapha ⁊ reſeph ⁊ thale: de quo natus ē thaan·q̄ genuit laadan. Huius qꝫ filius ammiud q̄ genuit eliſama de quo ortus eſt nun: qui habuit filiū ioſue. Poſſeſſio aūt eoꝝ ⁊ habitacō bethel cū filiabꝫ ſuis: et ꝯtra orientē noran: ad occidētalem plagā gazer ⁊ filie eius: ſichem qꝫ cum filiabꝫ ſuis uſqꝫ aſa cū filiabꝫ eius: iuxta filios qꝫ manaſſe bethſan ⁊ filias eius: thanac et filias eius mageddo ⁊ filias eius dor et filias eius. In hijs habitauerūt filij ioſeph· filij iſrahel. Filij aſer: iemna ⁊ ieſua ⁊ iſui ⁊ baria·et ſara ſoror eoꝝ. Filij aūt baria: heber et melchiel. Ipſe ē pater barſaith. Heber aūt

genuit iephlat ⁊ somer ⁊ iothan ⁊ suaa sororẽ eoꝝ. Filij iephlat phosech ⁊ chamaal ⁊ asoph. Hij filij iephlat. Porro filij somer: ahi ⁊ roaga ⁊ iaba ⁊ aram. Filij autẽ helem fratris eius: supha ⁊ iemna ⁊ selles ⁊ amal. Filij supha: sue ⁊ arnapher et sual ⁊ beri ⁊ iãra bosor ⁊ od et samma ⁊ salusa et iethran et bera. Filij gether: iephone ⁊ phaspha ⁊ ara. Filij autem olla: aree ⁊ aniehel et resia. Omes hij filij aser: pncipes ꝯgnacõnũ electi atq; fortissimi duces ducũ. Numerus aũt eorũ etatis q apta esset ad bellũ: viginti sex milia.

VIII

Beniamin autẽ genuit bale pmogenitum suũ: asbal scđm. ahara terciũ. noaha quartuz: et rapha quintũ. Fueruntq; filij bale addaor ⁊ gera ⁊ abiud: abisue quoq; ⁊ neman ⁊ ahoe. Sz et gera. et sephuphan ⁊ uram. Hij sũt filij ahod principes ꝯgnacõnũ habitãtiũ in gabaa: q translati sũt in manath. Nooman aũt ⁊ achia ⁊ gera ipe transtulit eos: et genuit oza ⁊ abiud. Porro saarahim genuit i regione moab. postq dimisit usim et bara uxores suas. Genuit autez de odes uxore sua iobab ⁊ sebia ⁊ mosa et molchom iehus quoq; ⁊ sethia et marmach. Hij sunt filij eius pncipes in familijs suis. Mehusim vero genuit achitob ⁊ elphaal. Porro filij elphaal: heber ⁊ misaam ⁊ samad. Hic edificauit ono ⁊ lod et filias eius. Bara aũt ⁊ samma pncipes ꝯgnacõnũ habitantiũ in abialon. Hij fugauerunt habitatores geth. Et haio et sesac ⁊ iherimoth ⁊ zabadia et arod et heder. michael quoq; ⁊ iespha ⁊ ioaa: filij baria. Et zabadia ⁊ mosollam et ezeci ⁊ heber et esamari. et ieslia ⁊ iobab: filij elphaal. Et iacim. et zechri. et zabdi ⁊ helioenai. et selethai et heliel ⁊ adaia ⁊ baraia. et samarath: filij semei. Et iesphan ⁊ heber ⁊ heliel et abdon ⁊ zechri ⁊ hanan. et anania ⁊ ailam ⁊ anathothia et iephdaia ⁊ phanuel: filij sesac. Et samsari. et sooria. et otholia. et iersia. helia. et zechri: filij ieroam. Hij patriarche ⁊ cognacõnũ pncipes: q habitauerũt in ihrlm. In gabaon aũt habitauerunt abigabaon ⁊ nomen uxoris eius maacha: filiusq; eius pmogenitus abdon ⁊ sur ⁊ cis ⁊ baal et nadab: gedur quoq; ⁊ ahio et zacher ⁊ macelloth. Et macelloth genuit samaa. Habitauerũtq; ex aduerso fratrũ suoꝝ in ihrlm cũ fratribus suis. Ner aũt genuit cis: et cis genuit saul. Porro saul genuit ionathan ⁊ melchisue ⁊ abinadab et hesbaal. Filius autẽ ionathan miribaal: et miribaal genuit micha. Filij micha phiton et melech et thara. ahaz: et ahaz genuit ioada et ioada genuit almoth ⁊ asmoth et zamri. Porro zamri genuit mosa. et mosa genuit baana: cuius filius fuit rapha de quo ortus est elasa. q genuit esel. Porro esel sex filij fuerũt hijs noibus: ezricã. bochru. ismahel. saria. abadia. anan. Omnes hij filij esel. Filij aũt esech fratris eius: ulam pmogenitus. et hus scđs: et heliphaleth tercius. Fueruntq; filij ulam viri robustissimi. et magno robore tendẽtes arcũ ⁊ multos hñtes filios ac nepotes: usq; ad centũquinquaginta milia. Omes hij filij beniamin.

IX

Vniuersus ergo israhel dinumeratus est. et summa eoꝝ scripta est in libro reguz israhel ⁊ iuda. trãslatiq; sũt in babilonẽ ꝑpter delictũ suũ. Qui aũt habitauerunt pmi in possessionibus ⁊ in urbibus suis israhel. et sacerdotes et leuite ⁊ nathinnei: commorati sũt in ihrlm de filijs iuda ⁊ de filijs beniamin. De filijs quoq; ephraim ⁊ manasse othei filius amiud. filius emri. filij omrai. filij bonni. De filijs phares filij iuda. et de siloni: asaia primogenitus et filij eius. De filijs aũt zara: iehuel ⁊ fratres eoꝝ sexcẽti nonaginta. Porro de filijs beniamin: salo filius mosollaz filij oduia filij asana. et iobama filius ieroam et helam filius ozi filij mochori ⁊ mosollaz filius saphacie filij rahuel. filij iebanie ⁊ frẽs eoꝝ p familias suas nongẽti quinquaginta sex. Omes hij pncipes ꝯgnacõnũ. p domos patrum suoꝝ. De sacerdotibus aũt iedaia ioiarib ⁊ iachin azarias quoq; filius helchie filij mosollã filij zadoch filij meraioth filij achitob pontifex domus dei. Porro adaias filius ieroaz filij phasor filij melchia ⁊ maasia filius adihel filij iezra filij mosollã. filij mosollamoth filij emmer: frẽs quoq; eoꝝ principes per familias suas mille septigẽti sexaginta fortissimi robore ad faciendũ opus ministerij in domo dei. De leuitis aũt semeia filius assub et filij ezricã filij asebia de filijs merari. Bacbachar quoq; carpentarius ⁊ galal ⁊ mathania

filius micha filij zechri filij azaph: et obdia filius semeie filij galal filij yditun: et barachia filius asa filij helcana qui habitauit in atrijs nethophati. Janitores autem sellum et achubi et thelmon et ahiman: et frater eorum sellum princeps: usque ad illud tempus in porta regis ad orientem obseruabant per vices suas de filijs leui. Sellum vero filius chore filij abiasaph filij chore cum fratribus suis: et domo patris sui. Hij sunt chorite super opera ministerij: custodes vestibulorum tabernaculi et familie eorum per vices castrorum domini: custodientes introitum. Finees autem filius eleazar erat dux eorum coram domino. Porro zacharias filius mosollamia ianitor porte tabernaculi testimonij. Omnes hij electi in ostiarios per portas ducenti duodecim et descripti in villis proprijs: quos constituerunt dauid et samuhel videns in fide sua tam ipsos quam filios eorum in ostijs domus domini et in tabernaculo vicibus suis. Per quattuor ventus erant ostiarij id est ad orientem et ad occidentem et ad aquilonem et ad austrum. Fratres autem eorum in viculis morabantur: et veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus. Hijs quatuor leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum: et erant super exedras et thesauros domus domini. Per gyrum quoque templi domini morabantur in custodijs suis: ut cum tempus fuisset ipsi mane aperirent fores. De horum grege erant et super vasa ministerij. Ad numerum enim et inferebantur vasa et efferebantur. De ipsis qui credita habebant utensilia sanctuarij: preerant simile et vino et oleo et thuri et aromatibus. Filij autem sacerdotum vngenta ex aromatibus conficiebant: et mathatias leuites primogenitus sellum chorite prefectus erat eorum que in sartagine frigebantur. Porro de filijs caath fratribus eorum super panes erant propositionis: ut semper nouos per singula sabbata prepararent. Hij sunt principes cantorum per familias leuitarum qui in exedris morabantur: ita ut die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Capita leuitarum per familias suas principes manserunt in iherusalem. In gabaon autem commorati sunt pater gabaon iahiel: et nomen uxoris eius maacha. Filius primogenitus eius abdon: et sur et cis et baal et ner et nadab. gedor quoque et ahio et zacharias et macelloth. Porro macelloth genuit semmaan. Isti habitauerunt e regione fratrum suorum in iherusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit cis: et cis genuit saul. Et saul genuit ionathan et melchisue et aminadab et esbaal. Filius autem ionathan miribaal: et miribaal genuit micha. Porro filij micha: phiton et melech et thara et ahaz. Ahaz autem genuit iara: et iara genuit alamath et azmoth et zamri. Zamri autem genuit mosa: mosa vero genuit baana cuius filius raphaia genuit elasa: de quo ortus est esel. Porro esel sex filios habuit hijs nominibus: ezricam bochru ismahel saria obdia anan. Hij filij esel.

X

Philistijm autem pugnabant contra israel: fugeruntque viri israhel palestinos: et ceciderunt vulnerati in monte gelboe. Cumque appropinquassent philistei persequentes saul et filios eius: percusserunt ionathan et aminadab et melchisue filios saul. Et aggrauatum est prelium contra saul: inueneruntque eum sagittarij et vulnerauerunt iaculis. Et dixit saul ad armigerum suum. Euagina gladium tuum et interfice me: ne forte veniant incircumcisi isti et illudant michi. Noluit autem armiger eius hoc facere: timore perterritus. Arripuit ergo saul ensem: et irruit in eum. Quod cum vidisset armiger eius videlicet mortuum esse saul: irruit etiam ipse in gladium suum et mortuus est. Interijt ergo saul et tres filij eius: et omnis domus illius pariter concidit. Quod cum vidissent viri israhel qui habitabant in campestribus fugerunt: et saul et filijs eius mortuis dereliquerunt urbes suas et huc illucque dispersi sunt: veneruntque philistijm et habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes philistijm spolia cesorum: inuenerunt saul et filios eius iacentes in monte gelboe. Cumque spoliassent eum et amputassent caput. armisque nudassent: miserunt in terram suam ut circumferretur et ostenderetur ydolorum templis et populis. Arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui: et corpus affixerunt in templo dagon. Hoc cum audissent viri iabes galaad omnia scilicet que philistijm fecerant super saul: consurrexerunt singuli virorum fortium et tulerunt cadauera saul et filiorum eius: attuleruntque ea in iabes et sepelierunt ossa eorum subter quercum que erat in iabes: et ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo saul propter iniquitates suas: eo quod preuaricatus

sit mandatū domini qđ pceperat et nō custo-
dierit illud: ſʒ inſup etiā phitoniſſam conſu-
luerit nec ſperaverit in dñō ꝓpter qđ et inter
fecit eū: et trāſtulit regnū ei⁹ ad david filiū
ysai.

XI

Congregatus eſt igitur
oīs iſrahel ad david in hebron dicēs.
Os tuū ſumus: et caro tua. Heri quoqʒ et nudiuſ
tercius cū adhuc regnaret saul: tu eras qui
educebas et introducebas iſrahel. Tibi eni
dixit dñs deus tuus. Tu paſces ꝑplm meuʒ
iſrahel: et tu eris pñceps ſup eum. Venerūt
ergo oēs maiores natu iſrahel ad regem
in hebron: et iniit david cū eis fedus coram
dñō. Vnxerūtqʒ eū regem ſup iſrahel: iuxta
ſermoneʒ domini quē locutus ē in manu ſa-
muhel. Abiit quoqʒ david et omis iſrahel in ihe-
ruſaleʒ. Hec eſt iebus: ubi erant iebuſei ha
bitatores terre. Dixerūtqʒ qui habitabant
i iebus ad david. Nō ingredieris huc. Por-
ro david cepit arcem ſyon: q̄ eſt civitas da
uid. Dixitqʒ. Omnis q̄ pcuſſerit iebuſeum in
primis: erit princeps et dux. Aſcēdit igitur
pmus ioab filius ſarvie: et fcūs eſt pñcepſ.
Habitavit autem david in arce: et idcirco
appellata eſt civitas david. Edificavitqʒ ur
bem in circuitu a mello uſqʒ ad gyruʒ. Ioab
aūt reliq̄ urbis extruxit. Proficiebatqʒ da-
uid vadēs et creſcēs: et dñs exercituuʒ erat
cū eo. Hij principes viroꝝ fortiū david qui
adiuverūt eū ut rex fieret ſup omēʒ iſrahel.
iuxta verbū domini qđ locutus ē ad iſrahel:
et iſte numerus robuſtoꝝ david. Ieſbaan
filius achamoni: pñceps inter triginta. Iſte
levavit haſtā ſuā ſup trecētos vulneratoſ.
vna vice. Et poſt eum eleaʒar filius patrui
eius ahoites: q̄ erat inter tres potētes. Iſte
fuit cū david in aphes domini: quādo phili
ſtijm ꝯgregati ſūt ad locū illū in plium. Et
erat ager regionis illius plenus ordeo: fu-
geratqʒ ꝑplus a facie philiſtinoꝝ. Hij ſte-
terūt in medio agri: et defenderūt eū. Cūqʒ
pcuſſiſſent philiſteos: dedit dñs ſalutē ma
gnā poplo ſuo. Deſcenderūt aūt tres de tri
ginta pñcipib⁹ ad petraʒ in qua erat david
ad ſpeluncā odollam: quādo philiſtijm fue-
rāt caſtrametati i valle raphaim. Porro da
uid erat in pſidio: et ſtacō philiſtinorum in
bethleeʒ. Deſideravit igitur david: et dixit.
O ſi q̄s daret michi aquā de ciſterna beth-
leem: q̄ eſt in porta. Tres ergo iſti p media
caſtra philiſtinorū prexerūt: et hauſerūt aquā
de ciſterna bethleem q̄ erat in porta: et attu-
lerunt ad david ut biberet. Qui noluit: ſed
magis libavit illam dñō dicēs. Abſit ut in
ꝯſpectu dei mei hoc faciā: et ſanguinē viroꝝ
iſtoꝝ bibam: qꝛ in piculo animarū ſuarū at-
tulerūt michi aquā. Et ob hanc cauſam no-
luit bibē. Hec fecerūt tres robuſtiſſimi. Abi-
ſai quoqʒ frater ioab ipe erat pñceps triū: et ipe
levavit haſtā ſuā ꝯtra trecētos vulneratoſ:
et ipſe erat inter tres nominatiſſimus: inter
tres ſcđs: inclitus et pñceps eoꝝ. Verūtamē
uſqʒ ad tres pmos non pvenerat. Banaia
filius ioiade viri robuſtiſſimi q̄ multa opa
ꝑpetrarat de capſehel: ipe pcuſſit duos arihel
moab. Et ipſe deſcendit et interfecit leonem
in media ciſterna tēpore nivis: et ipſe pcuſ-
ſit virū egiptiū. cuius ſtatura erat quīqʒ cu-
bitorū: et habebat lanceā ut liciatoriū texē-
tiū. Deſcēdit igitur ad eū cū virga: et rapuit
haſtam quā tenebat manu: et interfecit euʒ
haſta ſua. Hec fecit banaia filius ioiade. q̄
erat inter tres robuſtos nominatiſſimus:
inter triginta pmus. Verūtamē ad tres uſqʒ
nō pvenerat. Poſuit aūt eum david ad au
riculā ſuā. Porro fortiſſimi viri in exercitu:
aſahel frater ioab. et eleanan filius patrui
eius de bethleem: ſammoth arodites. helles
plonites. iras fili⁹ acces thecuites. abieʒer
anathotites. ſobochai uſatites. ilai ahotiteſ.
marai netophatites. heleth filius baana ne-
tophatites. ethai filius ribai de gabaath fi-
liorum beniamin: banaia pharatonites. hu-
rai de torrēte gaaʒ: abiel arabathites. aʒmo-
th bauramites. eliaba ſalabonites. filij aſſem
geʒoni. ionathan filius ſaie ararithes abiam
fili⁹ ſachar ararithes. eliphal fili⁹ ur: epher
mecherathites ahia phellonites. eʒro carme-
lites. naarai filius aʒbi: iohel frater nathan.
mibaar filius agarai. ſelech ammonites. na
arai berothites armiger ioab filij ſarvie: i-
ras iethreus. gareb iethreuſ. urias hetheus: ʒa
bad filius ooli: adyna filius ſechar rubenī-
tes pñceps rubenitarū. et cū eo triginta. ha-
anan filius macha et ioſophat mathanites.
oʒias aſtharothites. ſemma et iahihel filij

hothan araorites · iedihel filius zamri ⁊ io-
ha frater eius thosaites. helihel mahumites
et ieribai ⁊ iosoia filij elnaem · et iethma mo
abites · elihel ⁊ obed ⁊ iasihel de masobia.

XII

Hij quoq; venerũt ad dauid in sice-
leg cũ adhuc fugẽt saul filiũ cis: q̃ e-
rãt fortissimi ⁊ egregij pugnatores: tẽden
tes arcũ ⁊ vtraq; manu fundis saxa iaciẽtes:
et dirigẽtes sagittas. De fratrib; saul ex bẽ-
iamin. Princeps abiezer ⁊ ioas filij samaa ·
gabaathites · et iasihel ⁊ phalleth filij asmo
th ⁊ baracha ⁊ iehu anathotites · samaias quoq;
gabaonites · fortissim9 inter trigĩta · et sup
triginta: ieremias ⁊ iezihel ⁊ iohannan · et ie
zabad gaderothites · et luzai ⁊ ierimuth ⁊
baalia ⁊ samaria ⁊ saphatia · araphites. Hel
cana et iesia · et azrahel et ioezer ⁊ iesbaam de
carein: ioela quoq; ⁊ zabadia filij ioroam de ge
dor. Sed ⁊ de gaddi transfugerunt ad da-
uid cũ lateret in deserto · viri robustissimi et
pugnatores optimi: tenẽtes clipeũ ⁊ hastã.
Facies eorũ quasi facies leonis: et veloces
q̃i capree in mõtib;. Ezer princeps: obdias
secũdus · eliab tercius · masmana quartus ·
ieremias quĩtus · ethi sextus · heliel septĩus ·
iohãnan octauus · helzebad nonus · iemias
decimus · bachanai vndecimus. Hij de filijs
gad: prĩcipes exercitus. Nouissimus cẽtum
milib; p̃erat: et maximus mille. Isti sũt qui
transierũt iordanen mense p̃mo qñ inũda-
re ɔsueuit sup ripas suas: et oẽs fugauerũt
q̃ morabãtur in vallib; ad orientalẽ plagã
et occidentalẽ. Venerũt aũt ⁊ de beniamin
et de iuda ad p̃sidiũ in quo morabatur da-
uid. Egressusq; ẽ dauid obuiã eis ⁊ ait. Si
pacifice venistis ad me · ut auxiliemĩ michi:
cor meũ iũgatur vobis. Si aũt insidiamini
michi ꝓ aduersarijs meis · cũ ego iniq̃tatẽ
in manib; nõ habeã: videat deus p̃rm nro-
rũ ⁊ iudicet. Spũs vero domini induit abi-
sai prĩcipẽ inter triginta · et ait. Tui sumus
o dauid: et tecũ fili isai. Pax pax tibi: et pax
adiutorib; tuis. Te enĩ adiuuet deus tuus.
Suscepit ergo eos dauid: et ɔstituit prĩci-
pes turme. Porro de manasse transfugerũt
ad dauid quãdo veniebãt cũ philistijm ad
uersus saul ut pugnaret ⁊ non dimicauit cũ
eis: q̃z inito consilio remiserũt eũ principes
philistinorũ dicentes. Periculo capitis nr̃i
reuertetur ad dñm suũ saul. Quãdo igitur re
uersus ẽ in siceleg trãsfugerũt ad eũ de ma
nasse ednas ⁊ iosabab ⁊ iedihel et michahel
et ednas ⁊ iosabath ⁊ heliu ⁊ salathi · prĩcipes
militũ in manasse. Hij p̃buerunt auxiliũ da-
uid aduersus latrũculos. Oĩes enim erãt
viri fortissimi: et facti sũt prĩcipes in exercitu.
Sed ⁊ ꝑ singulos dies veniebãt ad dauid ·
ad auxiliandum ei: usq; dum fieret grandis
numerus quasi exercitus dei. Iste quoq; est nu-
merus prĩcipũ exercitus q̃ venerũt ad dauid
cũ esset in hebron: ut transferrent regnũ saul
ad eũ iuxta verbũ domini. Filij iuda portãtes
clipeũ ⁊ hastã: sex milia octingenti expediti
ad p̃liũ. De filijs symeõ: virorũ fortissimorũ
ad pugnãdũ septẽ milia centũ. De filijs le-
ui: q̃tuor milia sexcẽti. Ioiada quoq; prĩceps de
stirpe aarõ: et cũ eo tria milia septĩgẽti. Sa
doch etiã puer egregie indolis: et domus
p̃ris eius prĩcipes viginti duo. De filijs aũt
beniamin fratrib; saul: tria milia. Magna
enĩ pars eorũ adhuc sequebatur domũ saul.
Porro de filijs ephraim viginti milia octin
gẽti: fortissimi robore · viri nomĩati in ɔgna-
cõnib; suis. Et ex dimidia tribu manasse de-
cem ⁊ octo milia: singuli ꝑ nomina sua vene-
rũt ut ɔstituerẽt regẽ dauid. De filijs quoq; y-
sachar viri eruditi qui nouerãt singula tpa
ad p̃cipiendũ quid facere deberet israhel:
prĩcipes ducẽti. Oĩis aũt reliqua trib; eorũ
ɔsiliũ sequebatur. Porro de zabulon q̃ egre
diebãtur ad p̃liũ ⁊ stabãt ĩ acie instructi ar
mis bellicis quinq̃ginta milia venerũt in au-
xiliũ: nõ in corde duplici. Et de neptalim prĩ
cipes mille: et cũ eis instructi clipeo ⁊ hasta
trigĩta ⁊ septẽ milia. De dan etiã p̃parati ad
p̃liũ: viginti octo milia sexcẽti. Et de aser e-
grediẽtes ad pugnã ⁊ in acie ꝓuocãtes: q̃-
draginta milia. Trans iordanen aũt de fili-
is ruben ⁊ de gad · et dimidia parte trib; ma
nasse: instructi armis bellicis · centũ viginti
milia. Oĩes isti viri bellatores expediti ad
pugnandũ corde ꝑfecto · venerũt ĩ hebron:
ut cõstituerẽt regem dauid · sup vniũsũ isrl̃.
Sed et omnes reliqui ex israhel vno corde
erãt ut rex fieret dauid: fueruntq; ibi apud
dauid trib; dieb; comedentes et bibentes.

preparauerāt enim eis fratres sui. Sed et qui iuxta eos erāt usq; ysachar et zabulon et neptalim afferebāt panes in asinis et camelis et mulis et bubꝫ ad vescendum: farinā palatas uuā passam vinū oleū boues arietes: ad omēq; copiā. Gaudiū quippe erat in isrl̄. Iniit aūt cōsiliū dauid cū tribunis XIII et centurionibꝫ et vniuersis principibꝫ: et ait ad omnem cetū israhel. Si placet vobis et a dn̄o deo nostro egreditur sermo quem loquor: mittamus ad frēs nr̄os reliquos in vniuersas regiones isrl̄ et ad sacerdotes et leuitas qui habitāt in suburbanis urbiū ut cōgregētur ad nos: et reducamus archā dei nostri ad nos. Non enim requisiuimus eam in diebꝫ saul. Et rn̄dit vniuersa multitudo ut ita fieret. Placuerat enī sermo omī populo. Congregauit ergo dauid cunctū israhel a syor egipti usq; dū ingrediaris emath: ut adduceret archā dei de cariathiarim. Et ascēdit dauid et omīs vir israhel ad collē cariathiarim que est in iuda: ut afferret inde archam dn̄i sedētis sup cherubin ubi inuocatū est nomen eius. Imposuerūtq; archā dei sup plaustrū nouū de domo aminadab. Oza autē et frēs eius minabant plaustrū. Porro dauid et vniuersus israhel ludebāt corā deo omī virtute in canticis et in citharis et psalterijs et timpanis et cimbalis et tubis. Cū aūt peruenissent ad areā chidon: tetēdit oza manū suā ut sustentaret archam: bos quippe lasciuiēs paululū inclinauerat eā. Iratus est itaq; dn̄s cōtra ozam et percussit eum eo q tetigisset archam: et mortuus est ibi corā dn̄o. Contristatusq; est dauid eo q diuisisset dn̄s ozam: vocauitq; locum illū diuisio oze usq; in p̄ntē diem. Et timuit deū tūc temporis dicēs. Quō possum ad me introducere archam dei? Et ob hāc causam nō adduxit eā ad se. hoc est in ciuitatem dauid: s; auertit in domū obededom gethei. Mansit ergo archa dei i domo obededom tribꝫ mensibꝫ: et bn̄dixit dn̄s domui eius et omībꝫ que habebat. XIIII Misit quoq; hyram rex tyri nuncios ad dauid et ligna cedrina et artifices parietum lignorūq;: ut edificarent ei domū. Cognouitq; dauid eo q cōfirmasset eum dn̄s in regem sup israhel: et subleuatum est regnū suū sup p̄plm̄ eius isrl̄. Accepit quoq; dauid alias uxores in ihrl̄m: genuitq; filios et filias. Et hec nōia eorū q̄ nati sūt in ihrl̄m. Samaa et sobab nathan et salomō iebar et elisua eliphaleth noga quoq; et napheg et iaphie elisama et baliada et eliphaleth. Audiētes autē philistijm eo q vnctus esset dauid in regē sup vniuersū israhel: ascenderūt omnes ut quererēt eū. Quod cū audisset dauid egressus est obuiam eis. Porro philistijm venientes diffusi sūt in valle raphaim. Cōsuluitq; dauid dn̄m dicēs. Si ascendā ad philisteos: et si trades eos in manu mea? Et dixit ei dn̄s. Ascende: et tradā eos in manū tua. Cūq; illi ascēdissent in baalpharasim: percussit eos ibi dauid et dixit. Diuisit deus inimicos meos p manū meā sic diuiduntur aque: et idcirco vocatū est nomē loci illius baalpharasim. Dereliqueruntq; ibi deos suos: quos dauid iussit exuri. Alia etiam vice philistijm irruerūt: et diffusi sūt in valle. Cōsuluitq; rursū dauid deum: et dixit ei deus. Non ascendas post eos: recede ab eis et venies contra illos ex aduerso pirorū. Cūq; audieris sonitū gradientis in cacumine pirorū: tūc agredieris ad bellū. Egressus est enī deus ante te ut percutiat castra philistijm. Fecit ergo dauid sicut p̄ceperat ei deus: et percussit castra philistinorū de gabaon usq; gazera. Diuulgatūq; est nomen dauid in vniuersis regionibꝫ: et dn̄s dedit pauorē eius sup oēs gētes. XV Fecit quoq; sibi domos in ciuitate dauid: et edificauit locū arche dei: tetēditq; ei tabernaculū. Tunc dixit dauid. Illicitum est ut a quocūq; portet̄ archa dei: nisi a leuitis quos elegit dn̄s ad portandū eā: et ad ministrandū sibi usq; in eternū. Cōgregauitq; vniuersū israhel in iherusalē ut afferretur archa dei in locū suū quē p̄parauerat ei: necnon et filios aaron et leuitas. De filijs caath urihel p̄nceps fuit et fratres eius ducēti viginti. De filijs merari: asaia p̄nceps et frēs eius ducēti triginta. De filijs gersom: iohel et frēs eius centūtriginta. De filijs elisaphan: semeias princeps et fratres eius ducenti. De filijs hebron: elihel p̄nceps et fratres eiꝰ octoginta. De filijs ozihel: aminadab p̄nceps et

fratres eius centū duodecī. Vocauitq; da-
uid sadoch ⁊ abiathar sacerdotes. et leuitas.
urihel asaiam. iohel semeiam elihel ⁊ amina-
dab: et dixit ad eos. Nos qui estis pn̄cipes
familiarū leuiticarū. sanctificamini cū fratri
bus vr̄is: et afferte archā domini dei isrl' ad
locū qui ei ꝑparatus est: ne ut a pn̄cipio q̄
nō eratis pn̄tes ꝑcussit nos dn̄s. sic ⁊ nunc
fiat. illicitū quid nobis a gētib;. Sanctifi-
cati sūt ergo sacerdotes ⁊ leuite: ut portarēt
archam domini dei israhel. Et tulerūt filij le-
ui archam dei sicut p̄ceperat moyses iuxta
verbū domini humeis suis in vectib;. Dixit-
q; dauid pn̄cipib; leuitarū. ut cōstituerent
de fratrib; suis cantores in organis musico
rū. nablis videlicet ⁊ liris ⁊ cimbalis: ut re-
sonaret in excelsis sonitus leticie. Constitu
erūtq; leuitas heman filiū iohel. et de fratri-
bus eius asaph filiū barachie: de filijs vero
merari fratrib; eoꝝ. ethan filium asaie ⁊ cū
eis fratres eoꝝ. In sc̄do ordine. zachariā ⁊
ben ⁊ iazihel et semiramoth. et iehihel. et ani.
heliab ⁊ banaiam ⁊ maasiam ⁊ mathathiā.
et eliphalu ⁊ macemiā ⁊ obededom et iehi-
hel ianitores. Porro cātores heman. asaph.
et ethan. in cimbalis eneis cō crepātes. Za-
charias autē ⁊ ozihel ⁊ semiramoth. et iahi
hel ⁊ ani eliab et maasias. et banaias. in na-
blis archana cātabāt. Porro mathathias
et eliphalu. et macenias. et obededom. et ie
hihel ⁊ ozaziu in citharis ꝓ octaua canebāt.
epinichion. Chonenias autē pn̄ceps leui-
tarū ꝓphetie ꝑerat: et ad p̄cinendā melodi-
am. Erat quippe valde sapiēs. Et barachias
et helcana. ianitores arche. Porro sebenias
et iosaphat ⁊ nathanael ⁊ amasai ⁊ zachari-
as ⁊ banaias et eliezer sacerdotes clange-
bant tubis coram archa dei: et obededom
et ahias erāt ianitores arche. Igitur dauid
et om̄es maiores natu israhel ⁊ tribuni. ierūt
ad deportandā archam federis domini de
domo obededom. cū leticia. Cūq; adiuuisset
deus leuitas qui portabāt archam federis
domini: immolabātur septē thauri ⁊ septem
arietes. Porro dauid erat indutus stola
bissina: et vniūsi leuite qui portabāt archā
federis cantoresq; ⁊ chonenias pn̄ceps ꝓ-
phetie inter cantores. Dauid autē indutus
erat ephot lineo. Vniuersusq; israhel dedu-
cebāt archam federis dn̄i: in iubilo ⁊ sonitu
bucine ⁊ tubis ⁊ cimbalis et nablis ⁊ cithar-
ris ꝯcrepātes. Cūq; ꝑuenisset archa fede-
ris dn̄i usq; ad ciuitatē dauid: michol filia
saul ꝓspiciens ꝑ fenestrā. vidit regē dauid
saltantē atq; ludētē: et despexit eū i corde suo.

Attulerūt igitur archā dei XVI
et ꝯstituerūt eā in medio tabernaculi
quod tetēderat ei dauid: et obtulerunt olo
causta ⁊ pacifica coram deo. Cūq; cōplesset
dauid offerēs olocausta ⁊ pacifica bn̄dixit
populo in nomine domini: et diuisit vniūsis
ꝑ singulos a viro usq; ad mulierē tortā pa-
nis. et ꝑtē asse carnis bubale: et frixā oleo
similā. Cōstituitq; corā archa dn̄i de leuitis
qui ministrarent ⁊ recordarētur operū eius:
et glorificarēt atq; laudarēt dn̄m deū israhel:
asaph pn̄cipē ⁊ sc̄dm eius zachariā. Porro
iahihel ⁊ semiramoth. et iehihel. et mathathi
am. et eliab. et banaiam. et obededom. iehi-
hel. super organa psalterij ⁊ liras: asaph au
tem ut in cimbalis ꝑsonaret: banaiam vero
et azihel sacerdotes. canere tuba iugiter co-
ram archa federis dn̄i. In illo die fecit dauid
principē ad ꝯfitendū dn̄o asaph ⁊ fratres
eius. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eius:
notas facite in populis adinuencōes eius.
Cantate ei ⁊ psallite ei. et narrate oīa mira-
bilia eius: laudate nomē sanctū eius: letet'
cor querētium dn̄m. Querite dn̄m ⁊ virtutē
eius: querite faciē eius semp. Recordamini
mirabiliū eius que fecit: signorū illius ⁊ iu-
diciorū oris eius. Semen israhel serui eius:
filij iacob electi eius. Ipe dn̄s deus noster:
in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini
in sempiternū pacti eius: s̄monis quē p̄ce-
pit in mille gn̄acōes. Quē pepigit cū abra-
ham: et iuramēti illius cū ysaac. Et cōstituit
illud iacob in p̄ceptū: et israhel in pactū sem
piternū dicēs. Tibi dabo terrā chanaan: fu
niculū hereditatis vr̄e. Cū essent pauci nu-
mero: parui ⁊ coloni eius. Et transierunt de
gēte in gentē: et de regno ad ppl'm alterū.
Nō dimisit quenq̄ calūniari eos: s; increpa-
uit ꝓ eis reges. Nolite tangē cristos meos:
et in ꝓphetis meis nolite malignari. Cāta-
te dn̄o om̄is terra: annūciate ex die in diem

salutare eius. Narrate in gentib⁹ gloriam eius: et in cūctis ꝑplis mirabilia eius. Quiā magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: et horribilis sup omnes deos. Om̄es enī dij populoꝝ ydola: dn̄s aūt celos fecit. Cōfessio ⁊ magnificētia corā eo: fortitudo ⁊ gaudium in loco eius. Afferte dn̄o familie ꝑploꝝ: afferte domino gloriam ⁊ imperiū: date dn̄o gloriam nomini eius. Leuate sacrificiū ⁊ venite in cōspcū eius: et adorate dn̄m in decore sancto. Cōmoueatur a facie eius omnis terra: ipse enī fundauit orbē immobilē. Letētur celi et exultet terra: et dicāt in nacōib⁹ dn̄s regnuit. Tonet mare ⁊ plenitudo eius: exultēt agri et om̄ia q̄ in eis sūt. Tunc laudabunt ligna saltus coram dn̄o: q2 venit iudicare terram. Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in eternū misericordia eius. Et dicite: salua nos deus saluator noster: et congrega nos ⁊ erue de gētib⁹: ut ꝯfiteamur nomini scō tuo: et exultemus in carminib⁹ tuis. Bn̄dictus dn̄s deus israhel ab eterno usqꝫ in eternū: ⁊ dicat omnis populus amen ⁊ ymnum deo. Dereliquit itaqꝫ ibi corā archa federis dn̄i asaph et fratres eius: ut ministrarēt in conspectu arche iugiter ꝑ singulos dies ⁊ vices suas. Porro obededom ⁊ fratres eius sexaginta octo ⁊ obededom filiū ydithun ⁊ osa. cōstituit ianitores. Sadoch autē sacerdotē et fratres eius sacerdotes coram tabernaculo domini in excelso quod erat in gabaon: ut offerrēt olocausta dn̄o super altare olocaustomatis iugiter mane et vespe: iuxta om̄ia que scripta sūt in lege dn̄i quā p̄cepit isrl̄i. Et post eum: heman. et ydithun ⁊ reliquos electos. vnumquemqꝫ vocabulo suo ad ꝯfitendū dn̄o: qm̄ in eternū miscd̄ia eius. Heman qꝫ ⁊ ydithun canētes tuba ⁊ quatiētes cimbala. et om̄ia musicoꝝ organa ad canēdum dn̄o. Filios aūt ydithun fecit esse portarios. Reuersusqꝫ ē oīs ꝑplus in domū suā: et dauid ut bn̄diceret etiā domui sue. XVII

Cum autem habitaret dauid in domo sua: dixit ad nathan ꝓphetam. Ecce ego habito in domo cedrina: archa autem federis domini sub pellib⁹ est. Et ait nathā ad dauid. Omnia que in corde tuo sūt fac. Dn̄s enī tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo domini ad nathan dicēs. Vade et loquere dauid seruo meo. Hec dicit dn̄s. Nō edificabis tu michi domū ad habitandū. Neqꝫ enim mansi ī domo. ex eo tempore quo eduxi israhel de terra egipti usqꝫ ad diē hanc: sed fui semꝑ mutās loca tabernaculi. et in tentorio manēs cum omni israhel. Nunquid locutus sū saltem vni iudicum israhel quibus p̄ceperā ut pascerēt populū meum. et dixi quare non edificasti michi domū cedrinā? Nūc itaqꝫ sic loqueris ad seruū meū dauid. Hec dicit dn̄s exercituū. Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregē. ut esses dux populi mei israhel: et fui tecum quocūqꝫ ꝑrexisti: et interfeci om̄es inimicos tuos corā te: feciqꝫ tibi nomē quasi vnius magnorum q̄ celebrātur in terra. Et dedi locū ꝑplo meo israhel. Plātabitur ⁊ habitabit in eo. et ultra nō ꝯmouebitur: nec filij iniq̄tatis atterent eos sicut a principio. ex dieb⁹ quibus dedi iudices populo meo israhel: et humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annūtio ergo tibi: q2 edificaturus sit tibi dn̄s domū. Cumqꝫ impleueris dies tuos ut vades ad patres tuos: suscitabo semē tuū post te quod erit de filijs tuis. et stabiliā regnum eius. Ipse edificabit michi domū: et firmabo soliū eius usqꝫ in eternū. Ego ero ei in patrem. et ipe erit michi in filiū: et miscd̄iam meā nō auferā ab eo sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea. et in regno meo usqꝫ in sempiternū: et thronus eius erit firmissimus imꝑpetuū. Iuxta om̄ia verba hec. et iuxͣ vniuersā visionē istā: sic locutus ē nathan ad dauid. Cumqꝫ venisset rex dauid ⁊ sedisset coram domino: dixit. Quis ego sū dn̄e deus. et que domus mea: ut p̄stares michi talia? Sed ⁊ hoc parū visum est in conspectu tuo. Ideoqꝫ locutus es sup domū serui tui etiā in futurū: et fecisti me spectabilē sup oēs hoīes. Domine deus meus quid ultra addere potest dauid cū ita glorificaueris seruū tuū: et cognoueris eum? Dn̄e ꝓpter famulū tuū iuxta cor tuū fecisti oēm magnificentiā hanc: et nota esse voluisti vniūsa magnalia. Dn̄e nō est similis tui: et non est alius deus absqꝫ te ex om̄ib⁹ quos audiuimus aurib⁹ nr̄is. Quis enim est alius ut populus tuus isrl̄.

gens vna in terra ad quā prexit deus ut liberaret a faceret populū sibi: et magnitudine sua atq3 terroribꝰ eiceret nacōnes a facie eius quē de egipto liberarat. Et posuisti populū tuū israhel tibi in populū usq3 ineternū: et tu dn̄e factus es deus eius. Nūc igitur domine sermo quē locutus es famulo tuo et sup domū eius. ɔfirmetur in ꝑpetuū: et fac sicut locutus es: ꝑmaneatq3 a magnificetur nomē tuū usq3 in sempiternū: et dicatur dn̄s exercituū deus israhel: et domus dauid serui eius permanēs corā eo. Tu enim dn̄e deus meus reuelasti auriculā serui tui. ut edificares ei domū: et idcirco inuenit seruus tuus fiduciam ut oret corā te. Nunc ergo dn̄e tu es deus a locutus es ad seruū tuū tanta bn̄ficia: et cepisti bn̄dicere domui serui tui ut sit semp corā te. Te enim dn̄e bn̄dicente. benedicta erit in perpetuū. XVIII

Factum est autem post hec ut pcuteret dauid philistijm a humiliaret eos: et tolleret geth a filias eius de manu philistijm: pcuteretq3 moab a fierēt moabite serui dauid. offerētes ei munera. Eo tpe pcussit dauid etiam adadezer regem soba regionis emath quādo prexit ut dilataret imperiū suū usq3 ad flumē eufraten. Cepit ergo dauid mille quadrigas eius a septē milia equitum ac viginti milia viroꝝ peditū. Subneruauitq3 omes equos curruū exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi. Superuenit aūt a syrus damascenus: ut auxilium pberet adadezer regi soba. Sed a huius pcussit dauid viginti duo milia viroꝝ. Et posuit milites in damasco: ut syria q3 fuiret sibi a offerret munera. Adiuuitq3 dn̄s eum in cunctis ad que prexerat. Tulit q3 dauid pharetras aureas quas habuerāt serui adadezer a attulit eas in iherusalem: necnō de thebath a chun. urbibus adadezer eris plurimū: de quo fecit salomon mare eneum et colūnas. et vasa enea. Quod cū audisset thou rex emath. percussisse videlicet dauid omnē exercitū adadezer regis soba: misit aduram filiū suū ad regem dauid. ut postularet ab eo pacē: et ɔgratularetur ei eo q p cussisset et expugnasset adadezer. Aduersarius quippe erat thou adadezer. Sed a oīa vasa aurea a argentea et enea consecrauit dauid rex dn̄o. cum argento a auro qd̄ tulerat ex vniuersis gētibꝰ: tā de ydumea a moab a filijs āmon. q3 de philistijm a amalech. Abisai vero filius saruie pcussit edom in valle salinarū decē a octo milia: et ɔstituit in edom p̄sidiū ut seruiret ydumea dauid. Saluauitq3 dn̄s dauid ī cūctis ad q̄ prexerat. Regnauit ergo dauid sup vniuersū israhel: et faciebat iudiciū atq3 iusticiā cūcto populo suo. Porro ioab filiꝰ saruie erat sup exercitū: a iosaphat filius ahiluth a comētarijs. Sadoch autē filius achitob. et abimelech filius abiathar sacerdotes: et susa scriba. Banaias q3 filius ioiade sup legiones cerethi a felethi. Porro filij dauid p̄mi ad manū regis. XIX

Accidit autē ut moreretur naas rex filioꝝ āmon: et regnaret anon filiꝰ eius p eo. Dixitq3 dauid. Faciā misericordiā cū anon filio naas. Prestitit enim michi pater eius grām. Misitq3 dauid nūcios ad ɔsolandū eū sup mortem patris sui. Qui cum puenissent in terrā filiorū ammon. ut consolarētur anon: dixerunt p̄ncipes filioꝝ ammon ad anon. Tu forsitā putas q dauid honoris causa in patrē tuū miserit qui ɔsolarētur te: nec animaduertis q ut explorēt a inuestigēt a scrutētur terrā tuā. venerit ad te serui eius. Igitur anō pueros dauid decaluauit a rasit: et prescidit tunicas eorum a natibꝰ usq3 ad pedes a dimisit eos. Qui cū abissent a hoc mandassent dauid: misit in occursū eoꝝ. Grandē enim cōtumeliam sustinuerāt: et pcepit ut manerēt in ihericho donec cresceret barba eoꝝ: et tūc reuerterētur. Vidētes aūt filij āmon q iniuriam fecissent dauid. tā anon q̄ reliquus ꝑplus: miserūt mille talēta argēti. ut ɔducerēt sibi de mesopotamia a de syria maacha a de soba currus a equites. Cōduxerūtq3 trigītaduo milia curruū a regem maacha cū populo eius. Qui cū venissent: castrametati sūt e regione medaba. Filij q3 ammon cōgregati de urbibꝰ suis. venerūt ad bellū. Qd̄ cū audisset dauid: misit ioab a omnē exercitū viroꝝ fortiū. Egressiq3 filij ammon: direxerūt aciē iuxta portā ciuitatis. Reges autē qui ad auxiliū eius venerāt separatim in agro steterūt. Igitur

ioab intelligēs bellū ex aduerso ⁊ post ter-
gum contra se fieri: elegit viros fortissimos
de vniuerso israhel· et prexit cōtra syrū. Reli-
quā aūt partē ꝑpli dedit sb manu abisai fra-
tris sui: et prexerūt otra filios āmon. Dixitqꝫ
Si viceīt me syrus auxilio eris michi: si au
tem supauerint te filij āmon ero tibi in ꝓsi-
diū. Confortare ⁊ agamus viriliter ꝓ ꝑplo
nostro: et ꝓ urbibꝫ dei nr̄i. Dn̄s aūt qđ in cō
spectu suo bonuꝫ est faciat. Perrexit ergo
ioab ⁊ populus qui cū eo erat otra syruꝫ ad
ꝓliū: et fugauit eos. Porro filij āmon vidē
tes ꝙ fugissꝫ syrus· ipi qꝫ fugerūt· abisai frēm
eius: et ingressi sūt ciuitateꝫ. Reuersusqꝫ est
etiā ioab in iherusalē. Videns aūt syrus ꝙ
cecidissꝫ corā israhel: misit nuncios· et addu-
xit syrū qui erat transfluuiū. Sophat autē
princeps militie adadezer erat dux eoruꝫ.
Qđ cū annūciatuꝫ essꝫ dauid: congregauit
vniuersū israhel· et transiuit iordanen: irruit
qꝫ in eos ⁊ direxit ex aduerso aciē· illis otra
pugnātibꝫ. Fugit aūt syrus israhel. Et inter
fecit dauid de syris· septē milia curruū et q̄-
draginta milia peditū: et sophat exercitus
p̄ncipeꝫ. Vidētes aūt serui adadezer se ab
israhel esse superatos: trāsfugerūt ad dauid
et seruierūt ei. Noluitqꝫ ultra syria auxiliuꝫ
ꝓbere filijs āmon.

XX

Factū est aūt post anni circuluꝫ eo tempore quo
solent reges ad bella ꝓcedē: ogregauit io-
ab exercitū ⁊ robur militie: et vastauit terrā
filioꝝ āmon. Perrexitqꝫ ⁊ obsedit rabba.
Porro dauid manebat in iherusaleꝫ quādo
ioab ꝑcussit rabba: ⁊ destruxit eā. Tulit aūt
dauid coronā melchon de capite eius· et in-
uenit in ea auri pondo talentum ⁊ ꝓciosissi-
mas gēmas: fecitqꝫ sibi inde diadema. Ma
nubias qꝫ urbis plurimas tulit: ꝑplm̄ auteꝫ
qui erat in ea eduxit· et fecit sup eos tribu-
las· et trahas· et ferrata carpenta transire:
ita ut dissecarētur ⁊ otererētur. Sic fecit da-
uid cūctis urbibꝫ filioꝝ āmon: et reůsus ē
cū omi ꝑplo suo in iherusalē. Post hec initū
est bellū in gazer aduersū philisteos: i quo
ꝑcussit sobochai vsathites saphai de genē
raphaim: et humiliauit eos. Aliud qꝫ bellū
gestuꝫ est adůsus philisteos: in quo ꝑcussit
adeodatus filius saltus bethleemites frēm
goliath gethei: cuius haste lignū erat qͥ li
ciatoriū texētiuꝫ. Sꝫ ⁊ aliud bellū accidit in
geth: in quo fuit homo longissimus senos
habens digitos id est simul viginti q̄tuor: q̄
et ipse de raphaim fuerat stirpe gn̄atus. Hic
blasphemauit israhel: et ꝑcussit eū ionathan
filius samaa fr̄is dauid. Hij sūt filij rapha i
geth: q̄ ceciderūt i maū dauid ⁊ suoꝝ eius.

XXI

Consurrexit aūt sathan otra israhel: et incitauit dauid ut numeraēt
israhel. Dixitqꝫ dauid ad ioab ⁊ ad p̄ncipes
ppl̄i. Ite ⁊ numerate israhel a bersabee usqꝫ
dan: et afferte michi numeruꝫ ut sciam. Rn̄-
ditqꝫ ioab. Augeat dn̄s ppl̄m suū cētuplū
q̄ sūt. None dn̄e mi rex omēs serui tui sūt?
Quare hoc querit dn̄s meus qđ in pc̄cm re-
putet̄ isrl̄i? Sꝫ s̄mo regis magis ꝑualuit.
Egressusqꝫ ē ioab ⁊ circuiuit vniůsū israhel·
et reuersus ē ihrl̄m. Deditqꝫ dauid nume-
rum eoꝝ quos circuierat: et inuētus est oīs
numerus israhel mille milia ⁊ centū milia vi-
roꝝ educentiū gladiū. De iuda aūt· q̄drin-
genta septuaginta milia bellatoꝝ. Nā leui
et beniamin nō numerauit: eo ꝙ inuitus ex-
equēetur regis imperiū. Displicuit auteꝫ deo
qđ iussum erat: et ꝑcussit israhel. Dixitqꝫ da-
uid ad deū: peccaui nimis ut hoc facerē. Ob
secro aufer iniq̄tatē s̄ui tui: q̄ insipiēter egi
Et locutus est dn̄s ad gad videnteꝫ dauid
dicēs. Vade ⁊ loquē ad dauid: et dic ei. Hec
dicit dn̄s. Trium tibi optionem do: vnum
quod volueris elige ut faciam tibi. Cūqꝫ
venisset gad ad dauid: dixit ei. Hec dicit
dn̄s. Elige quod volueris. Aut tribꝫ annis
pestilentiā· aut tribꝫ mensibꝫ te fugē hostes
tuos ⁊ gladiū eoꝝ nō posse euadē· aut tribꝫ
diebꝫ gladiū domini ⁊ mortē versari in terra:
et angelū domini interficē in vniůsis finibus
israhel. Nūc igitur vide quid rn̄deam ei qui
misit me. Et dixit dauid ad gad. Ex omni
parte me angustie premunt. Sed melius
michi est ut incidam in manus domini quia
multe sūt miseracōes eius: ꝙ i manus hoim.
Misit ergo dominus pestilentiā in israhel: et
ceciderūt de israhel septuagita milia viroꝝ.
Misit qꝫ angelū in iherusalē: ut ꝑcuteret eā.
Cūqꝫ ꝑcuteretur· vidit dn̄s ⁊ misertus ē sup
magnitudinē mali: et imperauit angelo qui

pꝯcutiebat. Sufficit iam: cesset manus tua. Porro angelus domini stabat iuxta aream ornan iebusei: leuansqȝ dauid oculos suos. vidit angelũ domini stantem inter celum et terram: et euaginatũ gladiũ in manu eius. et versum contra ierusalem: et ceciderũt tã ipse q̃ maiores natu vestiti ciliciis ꝓni in terram. Dixitqȝ dauid ad deũ. Nõne ego sũ qui iussi ut numeraretur populus? Ego qui peccaui: ego q̃ malũ feci. Iste grex quid cõmeruit? Dñe deus meus vertatur obsecro manꝰ tua in me. et in domũ patris mei: ꝑplus aũt tuus nõ ꝑcutiatur. Angelus aũt dñi ꝑcepit gad ut diceret dauid: ut ascẽderet extrueretqȝ altare dño deo in area ornan iebusei. Ascẽdit ergo dauid iuxta sermonẽ gad: quẽ locutus ei fuerat ex noĩe domini. Porro ornan cũ suspexisset et vidisset angelũ quatuorqȝ filii eius cũ eo: absconderũt se. Nam eo tpe terebant in area triticũ. Igitur cũ veniret dauid ad ornan cõspexit eum ornan: et ꝓcessit ei obuiam de area et adorauit eũ ꝓnus in terrã. Dixitqȝ ei dauid. Da michi locũ aree tue. ut edificem in ea altare dño ita ut quantũ valet argẽti accipias: et cesset plaga a populo. Dixit aũt ornan ad dauid. Tolle: et faciat dñs meus rex quodcũqȝ ei placet. Sed et boues do in olocaustũ et tribulas in ligna: et triticũ in sacrificiũ: omnia libẽs ꝓbebo. Dixitqȝ ei rex dauid. Nequaq̃ ita fiet: sed argentũ dabo quãtũ valet. Neqȝ enĩ tibi auferre debeo: et sic offerre dño olocausta gratuita. Dedit ergo dauid ornan ꝓ loco siclos auri iustissimi põderis sexcentos: et edificauit ibi altare dño: obtulitqȝ olocausta et pacifica: et inuocauit deũ et exaudiuit eũ in igne de celo sup altare olocausti. Precepitqȝ dñs angelo: et cõuertit gladiũ suũ in uaginam. Protinus ergo dauid vidẽs q exaudisset eũ dñs in area ornan iebusei: immolauit ibi victimas. Tabernaculũ aũt domini quod fecerat moyses in deserto. et altare olocaustorũ ea tempestate erat in excelso gabaon: et nõ ꝓualuit dauid ire ad altare ut ibi obsecraret deũ. Nimio enĩ fuerat timore perterritus: vidẽs gladiũ angeli dñi.

XXII

Dixitqȝ dauid. Hec est domus dei: et hoc altare in olocaustũ israhel. Et ꝑcepit ut cõgregarẽtur omnes ꝓseliti de terra israhel: et cõstituit ex eis latomos ad cedẽdos lapides et poliendos. ut edificaretur domus dei. Ferrũ quoqȝ plurimũ ad clauos ianuarũ. et ad cõmissuras atqȝ iuncturas preparauit dauid: et eris pondus innumerabile. Ligna quoqȝ cedrina nõ poterãt estimari: quã sydonii et tyrii deportauerunt ad dauid. Et dixit dauid. Salomon filius meus puer paruulus est et delicatus. Domus aũt quã edificare volo dño talis esse debet: ut in cunctis regionibus nominetur. Preparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suã omnes preparauit impensas. Vocauitqȝ salomonẽ filiũ suũ: et ꝑcepit ei ut edificaret domũ dño deo israhel. Dixitqȝ dauid ad salomonẽ. Fili mi: voluntatis mee fuit ut edificarem domũ nomini domini dei mei: sed factus est sermo domini ad me dicẽs. Multũ sanguinẽ effudisti et plurima bella bellasti: nõ poteris edificare domũ nomini meo: tãto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi: erit vir quietissimus. Faciam enim eum requiescẽ ab omnibus inimicis suis per circuitũ: et ob hanc causam pacificus vocabitur: et pacem et ociũ dabo in israhel cũctis diebus eius. Ipse edificabit domũ nomini meo: et ipse erit michi in filiũ et ego ero illi in patrẽ: firmaboqȝ soliũ regni eius sup israhel ineternũ. Nũc ergo fili mi sit dñs tecũ: et ꝓsperare et edifica domũ dño deo tuo: sicut locutus est de te. Detqȝ tibi dñs prudentiã et sensũ: ut regẽ possis israhel: et custodire legẽ domini dei tui. Tũc enim ꝓficere poteris: si custodieris mandata et iudicia que ꝑcepit dñs moysi ut doceret israhel. Confortare et viriliter age: ne timeas neqȝ paueas. Ecce ego in paupertate mea preparaui impensas domus domini auri talẽta cẽtũ milia: et argẽti mille milia talẽtorũ: eris vero et ferri nõ est pondus: vincitur enĩ numerus magnitudine. Ligna et lapides preparaui ad uniuersa impendia. Habes quoqȝ plurimos artifices. latomos. et cemẽtarios. artificesqȝ lignorũ. et omniũ artiũ. ad faciendũ opus prudẽtissimos. in auro et argẽto. et ere et ferro. cuius nõ est numerus. Surge igitur et fac: et erit dñs tecũ. Precepit quoqȝ dauid cunctis principibus israhel. ut adiuuarẽt salomonẽ filium suũ: cernitis inquiẽs quod dñs deus vr

vobiscū sit·et dederit vobis requiē ꝑ circuitū·et tradiderit om̄es inimicos vr̄os ī man9 vr̄as: et sbiecta sit terra coram dn̄o ⁊ coram ppl'o eius. Prebete igitur corda vr̄a ⁊ aīas vestras·ut queratis dn̄m deū vestrū: et ꝯsurgite ⁊ edificate scūariū dn̄o deo: ut introducatur archa federis dn̄i ⁊ vasa dn̄o ꝯsecrata in domū q̄ edificatur nomini dn̄i. XXIII

Igitur david senex ⁊ plenus dieruꝫ regem ꝯstituit salomonē filiū suū sup israhel: et cōgregavit om̄es pn̄cipes israhel ⁊ sacerdotes atqꝫ levitas. Numeratiqꝫ sūt levite a viginti annis ⁊ supra: et inuēta sunt triginti octo milia viroꝝ. Ex hijs electi sunt ⁊ distributi in ministeriuꝫ domus domini viginti quatuor milia: ꝓpositoꝝ aūt ⁊ iudicū sex milia. Porro quatuor milia ianitores ⁊ totideꝫ psaltes canentes dn̄o in organis·que fecerat ad canēdū: et distribuit eos david ꝑ vices filioꝝ levi gersom videlicet ⁊ caath et merari. Filij gersom: leedan ⁊ semei. Filij leedan principes: iehihel ⁊ zethan ⁊ iohel tres. Filij semei: salomith ⁊ ozihel ⁊ aran tres. Isti principes familiarū leedan. Porro filij semei: leeth. et ziza ⁊ yaus et baria. Isti filij semei quatuor. Erat autē leeth prior·ziza secundus. Porro yaus ⁊ baria nō habuerūt plurimos filios: et idcirco ī vna familia vnaqꝫ domo ꝯputati sūt. Filij caath: amram ⁊ ysaar hebrō ⁊ ozihel q̄tuor. Filij amram: aaron ⁊ moyses. Separatusqꝫ ē aaron ut ministraret in sancta scōrū·ipse ⁊ filij eius in sempiternū: et adoleret incensuꝫ domino scd̄m ritum suū: ac bn̄diceret nomini eius in ꝑpetuū. Moysi qꝫ hoīs dei filij ānumerati sūt in tribu levi. Filij moysi: gersom ⁊ eliezer. Filij gersom: subuhel ꝑm9. Fuerūt aūt filij eliezer roobia ꝑmus: et non erāt eliezer filij alij. Porro filij roobia multiplicati sūt nimis. Filij ysaar: salomith ꝑm9. Filij hebron: ieriau ꝑmus·amarias scd̄us· iazihel tercius·iechemaan q̄rtus. Filij ozihel: micha ꝑmus·iesia scd̄us. Filij merari: mooli et musi. Filij mooli: eleazar ⁊ cis. Mortuus ē aūt eleazar·et nō habuit filios ſꝫ filias: acceperūtqꝫ eas filij cis fratres earū. Filij musi: mooli ⁊ eder et ierimuth tres. Hij filij levi in cognacōnibꝫ ⁊ familijs suis: principes ꝑ vices ⁊ numerū capitū singuloꝝ: q̄ faciebāt opera ministerij domus domini a viginti annis ⁊ supra. Dixit enim david. Requiē dedit dn̄s deus israhel populo suo·et habitacōem ihrl'm usqꝫ ineternū: nec erit officij levitarū ut ultra portēt tabernaculū·et oīa vasa eius ad ministrandū. Iuxta ꝑcepta qꝫ david novissima supputabitur numerus filioꝝ levi·a viginti ānis ⁊ supra: et erūt sb manu filioꝝ aaron·in cultum domus domini in vestibulis et in exedris·et in loco purificacōis ⁊ in scūario ⁊ in vniuersis opibꝫ ministerij templi dn̄i. Sacerdotes aūt sup panes ꝓposicōis ⁊ ad simile sacrificiū·ad lagana ⁊ azima·et sartaginē·et ad torrendū: et sup om̄e pondus atqꝫ mensurā. Levite vero ut stēt mane ad ꝯfitendū ⁊ canendū dn̄o: similiterqꝫ ad vespam tam in oblacōem olocaustoꝝ dn̄i q̄ in sabbatis ⁊ kalēdis et solēnitatibꝫ reliquis·iux̄ numerū ⁊ cerimonias vniuscuiusqꝫ rei·iugiter corā dn̄o: et custodiāt obſuacōes tabernacl'i federis·et ritū scūarij·et obſuacōꝫ filioꝝ aarō fratrū suorū·ut ministrēt in domo dn̄i.

XXIIII

Porro filijs aaron hee particōes erāt. Filij aaron nadab et abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar. Mortui sūt autē nadab ⁊ abiu ante p̄rem suū absqꝫ liberis: sacerdotioqꝫ functus ē eleazar ⁊ ythamar. Et divisit eos david·id est sadoch de filijs eleazar ⁊ ahimelech de filijs ythamar scd̄m vices suas ⁊ ministeriū: inuentiqꝫ sūt multo plures filij eleazar in pn̄cipibꝫ·viris q̄ filij ythamar. Divisit aūt eis hoc ē filijs eleazar pn̄cipes sedecim: et filijs ythamar ꝑ familias ⁊ domus suas octo. Porro divisit utrasqꝫ inter se ⁊ familias sortibꝫ. Erāt enim principes scūarij ⁊ pn̄cipes domus dei: tam de filijs eleazar q̄ de filijs ythamar. Descripsitqꝫ eos semeias filius nathanael scriba levites· corā rege ⁊ pn̄cipibꝫ et sadoch sac̄dote ⁊ ahimelech filio abiathar: pn̄cipibꝫ qꝫ familiarū sac̄dotaliū ⁊ levitarū vnam domū que ceteris ꝑerat eleazar·et alteraꝫ domū q̄ sub se habebat ceteros ythamar. Exivit autem sors ꝑma ioiarib·scd̄a iedeie·tercia harim· quarta seorim·q̄nta melchia·sexta maimna septima acchos·octava abia·nona ihesu·decima sechenia·vndecima eliasib·duodecima iacim·tredecīa hoppha·decīaquarta isbaal·

decimaquīta belga· decimasexta emmer· de-
cimaseptīa ezir· decimaoctaua aphses· deci-
manona aphezeia· vicesima ezechiel: vicesi
maꝑma iachin· vicesimascđa gamul· vicesi
matercia dalaiau· vicesimaquarta maziau.
Hee vices eorū scđm ministeria sua ut in-
grediātur domū dei· et iuxta ritū suū sb manū
aaron patris eorū: sicut pcepat dn̄s deus is
rahel. Porro filiorū leui qui reliqui fuerant
de filijs amram· erat subahel: et de filijs suba
hel iedeia. De filijs q̃z roobie princeps iesi-
as. Ysaaris vero filius salemoth: filiusq̃z sa-
lemoth ianadiath filiusq̃z ei9 ieriau ꝑmus·
amarias scđus· iazihel tercius· iechmoan
quartus. Filius ozihel micha: filius micha
samir. Frater micha iesia: filiusq̃z iesie zacha
rias. Filij merari: mooli· et musi. Fili9 osiau
bennon: filius q̃z merari oziau: et soem et sa-
chur et hebri. Porro mooli filius eleazar: q̃
nō habebat liberos. Filius vero cis ierami-
hel. Filij musi: mooli eder et ierimoth. Isti fi-
lij leui scđm domos familiarū suarū. Mise-
rūtq̃z et ipsi sortes cōtra fratres suos· filios
aaron corā dauid rege· et sadoch et abime-
lech et principib9 familiarū sacerdotaliū et
leuiticarum: tam maiores q̃ minores om̄es
sors equaliter diuidebat. XXV

Igitur dauid et magistratus exercitus segre-
gauerūt i ministeriū filios asaph· et hemā·
et ydithun: q̃ ꝓphetarent in citharis· et psal
terijs et cimbalis· scđm numerū suū· dedica-
to sibi officio seruientes. De filijs asaph za-
chur et ioseph et nathania et asarela: filij asa
ph sb manu asaph ꝓphetantes iuxta regē.
Porro ydithun· godolias sori ieseias et sa-
bias et mathathias· sex sb manu p̄ris sui ydi
thun: qui in cithara ꝓphetabat sup cōfitētes
et laudātes dn̄m. Hemā q̃z. Filij hemā: boc-
ciau mathaniu ozihel subuhel et ierimoth
ananias· anani· eliatha· geldelthi· et rome-
thiezer· et iesbaccasa· mellothi· othir· mozi-
oth. Om̄es isti filij heman vidētes regis in
sermonib9 dei: ut exaltaret cornu. Deditq̃z
deus heman filios q̃tuordecim et filias tres.
Vniuersi sub manu p̄ris sui ad cantandū in
templo domini distributi erāt in cimbalis et
psalterijs et citharis· in ministeria domus
domini iuxta regem: asaph videlicet et ydi-
thun et heman. Fuit autem numerus eorum
cū fratribus suis qui erudiebāt canticū dn̄i
cūcti doctores ducēti octogitaocto. Mise-
rūtq̃z sortes ꝑ vices suas ex equo· tā maior
q̃ minor: doctus pariter et indoctus. Egres-
saq̃z est sors ꝑma ioseph qui erat de asaph:
scđa godolie· ipi et filij eius et fratrib9 eius
duodecim: tercia zachur filijs et fratrib9 ei9
duodecim: quarta ysari filijs et fratrib9 eius
duodecim: quīta nathanie filijs eius et fra-
trib9 eius duodecim: sexta bocciau filijs et
fratrib9 eius duodeciz: septima isrehela fili-
is et fratrib9 eius duodecim: octaua ysaie fi
lijs et fratrib9 eius duodecim: nona matha
nie filijs et fratrib9 eius duodecim: decīa se-
meie filijs et fratrib9 eius duodecim: vnde-
cima esrahel filijs et fratrib9 eius duodecim:
duodecīa asabie filijs et fratrib9 ei9 duodecī:
terciadecīa subahel filijs et fratrib9 ei9 duode
cim: quartadecīa mathatie filijs et fratrib9
eius duodecim: q̄ītadecīa ierimoth filijs
et fratrib9 ei9 duodecī: sextadecia ananie fi
lijs et fratrib9 eius duodeciz: septīadecia ies-
becase filijs et fr̄ib9 eius duodecī: octauade
cīa anani filijs et fratrib9 ei9 duodecī: nonade
cīa mellothi filijs et fratrib9 eius duodeciz
vicesima eliatha filijs et fratrib9 ei9 duodecī:
vicesimaꝑma othir filijs et fratrib9 eius du-
odecim: vicesimascđa goddolliathi filijs et
fratrib9 eius duodecim: vicesimatercia azi
ud filijs et fr̄ib9 ei9 duodecim: vicesimaq̄rta
romamthiezer filijs et fr̄ib9 eius duodeciz.

XXVI

Diuisiões aūt ianitoꝝ de cho-
ritis mesellemia fili9 chore: de filijs asa
ph filij mesellemie· zacharias ꝑmogenitus: ia
dihel scđs· zabadias tercius· iathanael q̄rtus·
abilam q̄ītus· iohānan sextus· helioenai se-
ptimus. Filij aūt obededom· semeias ꝑmo-
genitus: iozabad secundus· iohaa tercius·
sachar quartus· nathanael quintus· amihel
sextus· ysachar septim9· phollati octauus:
q̄r bn̄dixit illi dn̄s. Semeie aūt filio ei9 na
ti sūt filij ꝑfecti familiarū suarū: erāt eni viri
fortissimi. Filij ergo semeie othni et raphael·
et obediel sabad et fratres ei9 viri fortissimi:
heliu q̃z et samathias. Om̄es hij de filijs obe-
dedom ipsi et filij et fratres eoꝝ fortissimi ad
ministrandū sexagintaduo de obededom.

Porro meſellamie filij et fratres eoꝝ robu ſtiſſimi decem ⁊ octo. De hoſa autem id eſt de filijs merari ſemri princeps. Nõ enī ha-buerat ꝓmogenitū: et idcirco poſuerat eum pater eius in principem. Helchias ſecūdus. tabelias tercius. zacharias quartus. Omēs hij filij ⁊ fratres hoſa tredeciꝫ. Hij diuiſi ſūt in ianitores: ut ſemꝑ principes cuſtodiaruꝫ ſicut ⁊ fratres eoꝝ miniſtrarēt in domo dñi. Miſſe ſūt ergo ſortes ex equo: et paruis ⁊ magnis per familias ſuas in vnamquamqꝫ portarū. Cecidit ergo ſors orientalis ſelemie. Porro zacharie filio eius viro prudētiſſimo et erudito. ſortito obtigit plaga ſeptētrio-nalis. Obededom vero ⁊ filius eiꝰ ad auſtrū in qua parte domus erat ſeniorū ↄcilij: ſeph-phima ⁊ hoſa ad occidentem iuxta portam que ducit ad viam aſcenſionis: cuſtodia cō tra cuſtodiā. Ad orientem vero leuite ſex et ad aquilonē quatuor ꝑ diem: atqꝫ ad meri-diem ſimiliter in die quatuor: et ubi erat ↄci liū bini ⁊ bini. In cellulis qꝫ ianitoꝝ. ad oc-cidentem quatuor in via: biniqꝫ ꝑ cellulas. Hee ſūt diuiſiones ianitoꝝ filioꝝ chore et merari. Porro achias erat ſuꝑ theſauros do mus domini. et vaſa ſcōrum. Filij qꝫ dan filij gerſonni. De ledan principes familiarum: ledan ⁊ gerſonni iehieli. Filij iehieli: zathan et iohel frēs eius ſuꝑ theſauros domus dñi amramitis ⁊ yſaaritis ⁊ hebronitis ⁊ hoſihe-litis. Subahel autē filius gerſon filij moy-ſi ꝓpoſitus theſauris: frater qꝫ eiꝰ eliezer cu-ius filius raabia. et huiꝰ filius yſaias. et hu-ius filius ioram. huius qꝫ filiꝰ zechri. et hu-ius filius ſelemith. Ipe ſelemith ⁊ frēs eius ſuꝑ theſauros ſcōꝝ. q̄ ſanctificauit dauid rex. et principes familiarū ⁊ tribuni et centu riones ⁊ duces exercitus. de bellis ⁊ manubi is ꝑliorū. q̄ ↄſecrauerant ad inſtauracōnem et ſuꝑpellectilē templi domini. Hec aūt vni uerſa ſanctificauit ſamuhel vidēs ⁊ ſaul filiꝰ cis: et abner filius ner. et ioab filius ſaruie: omēſqꝫ ſanctificauerāt ea ꝑ manū ſalemith et fratreꝫ eius. Saraitis vero ꝓerat conemi-as ⁊ filij eius ad opa forinſecus ſuꝑ iſrahel: ad docendū ⁊ iudicanduꝫ eos. Porro de he-bronitis aſabias ⁊ frēs eius viri fortiſſimi mille ſeptingēti ꝓerant iſrli. trans iordanen contra occidentem in cunctis opibꝰ domini et in miniſteriū regis. Hebronitarū auteꝫ princeps fuit ieria: ſcđm familias ⁊ cogna-tiones eorū. Quadrageſimo āno regni da-uid receſiti ſūt ⁊ inuēti ſūt viri fortiſſimi i ga zer galaad: frēſqꝫ eiꝰ robuſtioris etatis du o milia ſeptingēti principes familiarū. Pre-poſuit aūt eos dauid rex rubenitis ⁊ gaddi tis ⁊ dimidie tribui manaſſe: in omē miniſte riū dei ⁊ regis.

XXVII

Filij aūt iſrahel ſcđm numerū ſuū pn̄cipes fami liarū. tribuni ⁊ centuriones. et ꝑfecti q̄ mini-ſtrabāt regi iuxta turmas ſuas. ingrediētes et egrediētes ꝑ ſingulos menſes in āno: vi gintiq̄tuor milibꝰ ſingli preerāt. Prime tur me in ꝑmo menſe iſboam ꝓerat filius zabdi hel: et ſb eo vigintiq̄tuor milia. De filijs pha res: princeps cūctorū principū in exercitu menſe ꝑmo. Secūdi menſis habebat turmā dudia hohites ⁊ poſt ſe alter noīe macelloth qui regebat partē exercitus vigintiquatuor miliū. Dux qꝫ turme tercie in mēſe tercō erat banaias filius ioiade ſacđos: et in diuiſione ſua vigintiq̄tuor milia. Ipſe eſt banaias for tiſſimus inter triginta: et ſuꝑ triginta. Pree erat aūt turme ipſius amizadab filius eius. Quartus menſe quarto aſahel frater ioab. ⁊ zabedias filius eius poſt cū: et in turma eius vigintiq̄tuor milia. Quītus menſe q̄nto pn̄ ceps ſamaoth iezerites: et in turma eiꝰ vi-gītiquatuor milia. Sextꝰ mēſe ſexto hira fili us acces thecuites: et in turma eiꝰ vigintiq̄ tuor milia. Septimus menſe ſeptīo helles phallonites de filijs ephraim: et ī turma eiꝰ vigītiquatuor milia. Octauus mēſe octauo ſobochai vſathites de ſtirpe zarai: et ī turma eiꝰ vigītiquatuor milia. Nonus mēſe nono abiezer anathotites de filijs iemi: et in turma eiꝰ vigītiquatuor milia. Decimus mēſe decīo marai ⁊ ipſe nethophatites de ſtirpe zarai: et ī turma eiꝰ vigītiquatuor milia. Vndecimꝰ mēſe vndecīo banaias pharathonites de fi-lijs ephraim: et in turma eiꝰ vigintiquatuor milia. Duodecimus menſe duodecīo holdai nethophatites de ſtirpe gothoniel: et in tur-ma eiꝰ vigītiquatuor milia. Porro tribubꝰ ꝓerāt in iſrahel: rubenitis. dux eliezer filiꝰ ze-chri: ſymeonitis. dux ſaphacias filiꝰ macha

leuitis · asabias filius chamuel: aaronitis · sadoch: iuda · heliu frater dauid: ysachar · amri filius michael: zabulonitis · iesmaias filius abdie: neptalitibꝫ · ierimoth filius ozihel: filijs ephraim · osee filiꝰ ozaziu: dimidie tribui manasse · iohel filiꝰ phadaie: et dimidie tribui manasse in galaad · iaddo filius zacharie: beniamin aūt iasihel filius abner: dan vero ezrihel filius ieroam. Hij pͥncipes filioꝝ israhel. Noluit autē dauid numerare eos a viginti annis inferius: qꝛ dixerat dn̄s ut multiplicaret israhel quasi stellas celi. Joab filius saruie ceperat numerare nec cōpleuit: qꝛ sup hoc ira dei irruerat in israhel: et idcirco numerus eoꝝ qui fuerant recēsiti non est relatus in fastos regis dauid. Sup thesauros aūt regis fuit azmoth filius adihel. Hijs aūt thesauris qui erāt in urbibꝫ ⁊ in vicis ⁊ in turribꝫ p̄sidebat ionathan filiꝰ ozie. Operi aūt rusticoꝝ ⁊ agricolis qui exercebāt terram p̄erat ezri filius chelub: vinearumqꝫ cultoribꝫ semeias romathites: cellis autem vinarijs zabdias aphonites. Nam sup oliueta ⁊ ficeta que erant in campestribꝫ balanan gederites: super apothecas autem olei ioas. Porro armētis q̄ pascebātur in sarona ꝓpositus fuit sethrai saronites: et sup boues in vallibꝫ saphat filius adli · sup camelos vero ubil hismahelites: et sup asinos · iadias meronathites: sup oues qꝫ iaziz agarenus. Omes hij principes substantie regis dauid. Jonathan aūt patruus dauid cōsiliarius vir prudens ⁊ lr̄atus: ipse ⁊ iahihel filius achimoni erāt cū filijs regis. Achitophel etiā consiliarius regis: et chusi arachites amicus regis. Post achitofel fuit ioiada filius banaie ⁊ abiathar. Pͥnceps autē exercitus regis erat ioab.

XXVIII

Conuocauit igitur dauid omes pͥncipes israhel · duces tribuū ⁊ ꝓpositos turmarū · qui ministrabant regi: tribunos qꝫ et centuriones ⁊ qui preerant substātie ⁊ possessionibꝫ regis: filiosqꝫ suos cū eunuchis ⁊ potētes et robustissimos quosqꝫ in exercitu ierusalem. Cūqꝫ surrexisset rex ⁊ stetisset ait. Audite me fratres mei: et populus meus. Cogitaui ut edificarē domū in qua requiesceret archa federis domini ⁊ scabellū pedū domini dei nostri: et ad edificandū oīa ꝓparaui. Deus aūt dixit michi. Non edificabis domū nomī meo · eo qꝛ sis vir bellator ⁊ sanguinē fuderis: sed elegit dn̄s deus israhel me de vniuersa domo pr̄is mei: ut essem rex sup israhel in sempiternū. De iuda enim elegit principes. Porro de domo iuda domum pr̄is mei: et de filijs patris mei placuit ei ut me eligeret regem sup cunctum israhel: s; et de filijs meis · filios enī michi multos dedit dominus: elegit salomonē filiū meū ut sederet in throno regni domini sup israhel: dixitqꝫ michi. Salomon filius tuus edificabit domū meā ⁊ atria mea. Ipsū enī elegi michi in filiū · et ego ero ei in pr̄em: et firmabo regnū eius usqꝫ ineternū: si pseuerauerit facere p̄cepta mea ⁊ iudicia sicut ⁊ hodie. Nūc ergo corā vniuerso cetu israhel audiēte deo nr̄o custodite ⁊ perquirite cuncta mandata domini dei nostri ut possideatis terrā bonā: et relinquatis eā filijs vestris post vos usqꝫ in sempiternū. Tu aūt salomon fili mi scito deū patris tui: et serui ei corde pfecto ⁊ aīo volūtario. Omia enī corda scrutatur dn̄s: et vniuersas mentiū cogitacōes intelligit. Si quesieris eū inuenies: si aūt dereliq̄ris eū ꝓiciet te ineternū. Nūc ergo qꝛ elegit te dominus ut edificares domū scūarij: cōfortare et pfice. Dedit aūt dauid salomoni filio suo descripcōem porticus ⁊ templi et cellarioꝝ et cenaculi ⁊ cubiculoꝝ ī aditis ⁊ domus ꝓpiciacōnis. necnon ⁊ oīm q̄ cogitauerat atrioꝝ ⁊ exedrarū p circuitū in thesauros domꝰ domini ⁊ ī thesauros scōꝝ: diuisionūqꝫ sacerdotalū ⁊ leuiticarū oīa opa domus domini et in vniuersa vasa ministerij tēpli dn̄i: aurū in pondere p singula vasa ministerij: argēti qꝫ pondus ꝓ vasoꝝ ⁊ operū diuersitate: s; ⁊ in candelabra aurea ⁊ ad lucernas · aurū ꝓ mensura vniuscuiusqꝫ cādelabri ⁊ lucernarū: similiter et in candelabra argētea ⁊ in lucernas eoꝝ ꝓ diuersitate mensure · pondus argēti tradidit. Aurū qꝫ dedit in mensas ꝓpositiōnis ꝓ diuersitate mensarū: similiter ⁊ argentū in alias mensas argēteas. Ad fuscinulas qꝫ ⁊ fialas ⁊ thuribula ex auro purissimo · et leūculos aureos ꝓ qualitate mensure pondus distribuit · in leunculū ⁊ leūculū:

similiter ⁊ in leones argēteos diuersū argē
ti pondus separauit. Altari aūt in quo ado=
letur incensū· aurū purissimū dedit: et ut ex
ipso fieret similitudo quadrige cherubin ex
tendētiū alas et velantiū archā federis dn̄i.
Omnia inquit venerūt scripta manu domini
ad me: ut intelligerē vniūsa opa exēplaris.
Dixit qz dauid salomoni filio suo. Viriliter
age ⁊ confortare ⁊ fac: ne timeas ⁊ ne paueas.
Dominus enim deus meus tecum erit: et nō
dimittet te nec derelinquet: donec perficias
omne opus ministerij domus domini. Ecce
diuisiones sacerdotū ⁊ leuitarū in omne mini
steriū domus dn̄i assistūt tibi ⁊ parati sūt: et
nouerūt tā pn̄cipes ꝙ pp̄ls oīa pcepta tua.

L Ocutusqz est dauid rex XXIX
ad omnem ecclesiam. Salomonem
filiū meū vnum elegit dominus adhuc pu=
erum ⁊ tenellū. Opus enim grāde est: neqz
enim homini pparatur habitacō· sz deo. Ego
enim totis viribꝫ meis preparaui impensas
domus domini dei mei: aurum ad vasa au=
rea ⁊ argentū in argentea· es in enea· ferrū
in ferrea· ligna ad lignea· lapides onichi=
nos ⁊ quasi stibinos ⁊ diuersorū colorum
omnemqz pciosū lapidem ⁊ marmor parium
abundātissime: et sup hec q̄ obtuli in domuz
dei mei· de peculeo meo aurum ⁊ argentum
do in templū dei mei: exceptis hijs q̄ ppara=
ui in edem sanctā: tria milia talenta auri de
auro ophir: et septē milia talētoꝝ argenti
pbatissimi ad deaurādas parietes templi:
et ubicūqz opus est aurū de auro et ubicun=
qz opus est argentū de argento. Opa fiant
p manus artificū: et si quis sponte offert im=
pleat manū suā hodie: et offerat qd̄ volue=
rit domino. Polliciti sūt itaqz pn̄cipes fami=
liarū ⁊ pceres tribuū israhel· tribuni qz ⁊ cē
turiones ⁊ principes principū possessionū
regis: dederuntqz in opera domus domini
auri talenta quinqz milia ⁊ solidos decem
milia· argēti talenta decem milia· et eris ta=
lēta decē ⁊ octo milia: ferri qz centum milia
talentoꝝ: et apud quēcūqz inuenti sunt la=
pides dederūt in thesauros domus domini
p manū iehihel gersonitis. Letatusqz ē pp̄ls
cū vota sponte pmitterēt: q2 corde toto affe
rebāt ea dn̄o. Sed ⁊ dauid rex letatus est
gaudio magno: et bn̄dixit dn̄o corā vni=
uersā multitudine ⁊ ait. Bn̄dictus es domi=
ne deus israhel pr̄is nostri: ab eterno in eter
nū. Tua est dn̄e magnificentia ⁊ potentia et
gloria atqz victoria: et tibi laus. Cūcta eni
q̄ in celo sūt ⁊ in terra tua sūt. Tuum dn̄e re=
gnū: et tu es sup oēs principes. Tue diuitie:
et tua est gloria: tu dominaris oīm. In manu
tua virtus ⁊ potētia: in manu tua magnitudo
et imperiū oīm. Nūc igitur deus noster cōfi=
temur tibi: et laudamus nomē tuū inclitū.
Quis ego ⁊ quis populus meus: ut possim ꝯ
hec tibi vniuersa pmittere? Tua sūt omnia: et
q̄ de manu tua accepimus dedimus tibi. Pe
regrini enim sumus corā te ⁊ aduene: sicut
oēs pr̄es nostri. Dies nostri q̄si vmbra sup
terram: et nulla est mora. Dn̄e deus noster
omnis hec copia quam parauimus ut edifi
caretur domus nomini scō tuo de manu tua
est: et tua sunt omnia. Scio deus meus ꝙ p=
bes corda ⁊ simplicitatem diligas: vnde et
ego in simplicitate cordis mei letus obtuli
vniuersa hec: et populū tuū qui hic repertus ē
vidi cū ingēti gaudio tibi offerre donaria.
Dn̄e deus abraham ⁊ ysaac ⁊ israhel pr̄m no=
stroꝝ custodi in eternū hāc volūtatē cor=
dis eoꝝ: et semp in veneracōem tui mēs ista
pmaneat. Salomoni qz filio meo da cor per
fectū· ut custodiat mādata tua ⁊ testimonia
tua ⁊ cerimonias tuas et faciat vniuersa: et
edificet edem cuius impensas paraui. Pre=
cepit autē dauid vniuerse ecclesie. Bn̄dicite
dn̄o deo nr̄o. Et bn̄dixit omnis ecclesia domi
no deo pr̄m suoꝝ: et inclinauerūt se ⁊ adora
uerūt deū: et deinde regē. Immolaueruntqz
victimas dn̄o: et obtulerunt olocausta die
sequēti thauros mille arietes mille agnos
mille cū libaminibꝫ suis et vniūso ritu abun=
dantissime in omnē israhel. Et comederūt ⁊ bi=
berūt corā dn̄o in die illo cū grādi leticia: et
vnxerūt scd̄o salomonē filiū dauid. Vnxe=
runt autē eū domino in pn̄cipem: et sadoch
in pontificē. Seditqz salomō sup soliū dn̄i
in regē p dauid patre suo ⁊ cūctis placuit:
et paruit illi omnis israhel. Sed ⁊ vniuersi
pn̄cipes ⁊ potētes ⁊ cūcti filij regis dauid de
derūt manū: et subiecti fuerūt salomoni regi.
Magnificauit ergo dn̄s salomonē sup oēs

israhel: et dedit illi gloriā regni qualē nullus
habuit ante eū rex israhel. Igitur dauid fi-
lius ysai regnauit sup vniuersū israhel: et di-
es quibꝰ regnauit sup israhel fuerūt qͩdra-
ginta āni. In hebron regnauit septē ānis et
in iherusalē annis triginta tribꝰ: et mortuus
est in senectute bona plenus dierū. et diui-
tijs ⁊ gloria: et regnauit salomon filius eius
ꝓ eo. Gesta autē regis priora ⁊ nouissima
scripta sūt in libro samuhel videntis ⁊ in li-
bro nathan ꝓphete atqꝫ in volumine gad
vidētis: vniuersiqꝫ regni eius ⁊ fortitudinis
et tpm que transierūt sub eo siue in israhel.
siue in cūctis regnis terrarum. Explicit liber
paralipomenon primus Incipit scd'us

Confortatus est ergo sa
lomon filius dauid in
regno suo: et dn̄s erat
cum eo: et magnificauit
eum in excelsū. Prece-
pitqꝫ salomō vniuerso
israheli. tribunis ⁊ cen-
turionibꝰ ⁊ ducibꝰ ⁊ iudicibꝰ omnis israhel
et principibꝰ familiarū: et abijt cū vniuersa
multitudine in excelsū gabaon. ubi erat ta-
bernaculū federis domini: quod fecit moy-
ses famulus dei in solitudine. Archam au-
tem dei adduxerat dauid de cariathiarim ī
locū quē ꝑparauerat ei. et ubi fixerat illi ta-
bernaculū: hoc est in ihrlm. Altare qꝫ eneū
quod fabricatus fuerat beselehel filius vri
filij ur ubi erat corā tabernaculo domini: qd'
et requisiuit salomon ⁊ oīs eccīa. Ascēdit
qꝫ salomon ad altare eneū corā tabernaclo
federis domini: et obtulit in eo mille hostias.
Ecce aūt ī ipa nocte apparuit ei deus dicēs.
Postula quod vis: ut dem tibi. Dixitqꝫ sa-
lomō deo. Tu fecisti cum dauid patre meo
misericordiā magnā: et ɔstituisti me regē
pro eo. Nūc ergo dn̄e deus: impleatur sermo
tuus quē pollicitus es dauid pri meo. Tu e
nim me fecisti regē sup populū tuū multū:
qui tam innumerabilis est q̄ puluis terre.
Da michi sapiētiā ⁊ intelligentiā: ut ingre-
diar ⁊ egrediar corā populo tuo. Quis enī
potest hunc populum tuum digne qui tam
grandis est iudicare? Dixit aūt deus ad sa-
lomonē. Quia hoc magis placuit cordi tuo.
et nō postulasti diuitias et substantiā ⁊ glo
riam. neqꝫ animas eoꝝ qui te oderāt. sꝫ nec
dies vite plurimos: petisti autē sapientiam
et scientiā. ut iudicare possis poplm meū. sup
quē ɔstitui te regem: sapiētia ⁊ sciētia data
sūt tibi. Diuitias autē ⁊ substātiā ⁊ gloriam
dabo tibi: ita ut nullus in regibꝰ nec ante te
nec post te fuerit similis tui. Venit ergo sa-
lomon ab excelso gabaon in iherusalē corā
tabernaculo federis: et regnauit sup israhel.
Cōgregauitqꝫ sibi currus ⁊ equites: et fa-
cti sūt ei mille qͩdringēti currus ⁊ duodecim
milia equitū: et fecit eos esse in urbibꝰ qͩdri-
garū et cū rege in iherusalē. Prebuitqꝫ rex
argentū ⁊ aurū in iherusalē quasi lapides: et
cedros quasi sicomoros q̄ nascūtur in cāpe-
stribꝰ multitudine magna. Adducebantur
autem ei equi de egipto de choa a negotia-
toribꝰ regis: qui ibant ⁊ emebāt ꝑcio qͩdri-
gam equoꝝ sexcētis argēteis: et equū cen-
tum quinquaginta. Similiter de vniuersis
regnis cethēoꝝ ⁊ a regibus sirie emptio

Decreuit aūt **II** celebrabatur.
salomon edificare domū nomini dn̄i: et
palatiū sibi. Et numerauit septuagita milia
virorū portantiū humeris: et octoginta mi
lia q̄ cederēt lapides in mōtibꝰ: ꝓpositosqꝫ
eoꝝ tria milia sexcētos. Misit qꝫ ad hiram
regem tyri dicēs. Sicut egisti cum dauid
patre meo. et misisti ei ligna cedrina ut edi-
ficaret sibi domū in qua ⁊ habitauit: sic fac
mecum ut edificem domū nomini domini dei
mei ⁊ cōsecrem eā: ad adolendū incensum
coram illo ⁊ fumiganda aromata. et ad ꝓpo
sicōem panū sempiternā. et ad olocaustoma
ta mane ⁊ vespe. sabbatis qꝫ et neomenijs.
et solemnitatibꝰ domini dei nostri in sempit-
nū que mandata sunt israheli. Domus enim
quā edificare cupio magna est. Magnus ē
enim deus noster: sup omes deos. Quis er
go poterit ꝓualere ut edificet ei dignā do-
mū? Si celū ⁊ celi celoꝝ cape eū nequeunt:
quātus ego sū ut possim edificare ei domū?
Sed ad hoc tantū: ut adoleatur incensū corā
illo. Mitte igitur michi virū eruditū qui no-
uerit operari in auro ⁊ argento ere ⁊ ferro
purpura cocco ⁊ iacincto. et qui sciat scul-
pere celaturas: cū hijs artificibꝰ quos mecū

habeo ĩ iudea. et ĩ iherusalē quos ꝑparauit dauid pater meus. Sed ⁊ ligna cedrina mitte michi ⁊ artheutina ⁊ pinea de libano. Scio enī q seruī tui nouerint cedere ligna de libano. Et erūt serui mei cū seruis tuis: ut parentur michi ligna plurima. Domus enī quā cupio edificaē magna est nimis et inclita. Preterea operarijs qui cesuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici choros vigiti milia: et ordei choros totidē: olei q̃ȝ sata viginti milia. Dixit autē hirā rex tiri p lrãs quas miserat salomoni. Quia dilexit dñs ꝓplm suū: idcirco te regnaē fecit sup eū. Et addidit dicēs. Bñdictus dñs deus isrl' qui fecit celū et terrā: qui dedit dauid regi filiū sapientē ⁊ eruditū ⁊ sensatū atȝ prudentē: ut edificaret domū dño. et palaciū sibi. Misi ergo tibi virū prudentē ⁊ scientissimū. hirā prēȝ meū filiū mulieris de filiabus dan cuius pater fuit tyrius: q̄ nouerit operari in auro ⁊ argēto. ere et ferro ⁊ marmore et lignis: in purpura q̃ȝ ⁊ iacincto et bissino et coccino: et qui sciat celare omēȝ sculpturā. et adinuenire prudēter quodcūqȝ in ope necessariū ē: cū artificib⁹ tuis et cū artificib⁹ dñi mei dauid pr̃is tui. Triticū ergo et ordeū ⁊ oleū et vinū. q̄ pollicitus es dñe mi mitte seruis tuis. Nos aūt cedemus ligna de libano quot necessaria habueris: et applicabimus ea ratib⁹ p mare in ioppe: tuū autēȝ erit trāsferre ea ĩ iherusalē. Numerauit igitur salomō omēs viros ꝓselitos qui erāt ĩ terra isrr̃abel post dinumeracōem quā dinumerauit pr̃ eius: et inuenti sūt centūquinq̄ginta milia ⁊ tria milia sexcenti. Fecitqȝ ex eis septuaginta milia qui humeris onera portarēt: et octoginta milia qui lapides de montibus cederent: tria autē milia et sexcentos ꝑpositos operū populi.

III

Et cepit salomon edificare domū dñi in iherusalē in mōte moria qui demōstratus fuerat dauid pr̃i eius: in loco quem parauerat dauid in area ornani iebusei. Cepit autē edificaē mense secūdo: āno quarto regni sui. Et hec sūt fundamēta q̄ iecit salomō ut edificaēt domū dei. longitudinis. cubitos in mensura pͥma sexaginta: latitudinis. cubitos vigiti. Porticū vero ante frontē que tendebātur in longū. iux̄ mensuram latitudinis domus: cubitoꝝ viginti. Porro altitudo centū viginti cubitoꝝ erat. Et deaurauit eā intrinsecus auro mūdissimo. Domū q̃ȝ maiorē texit tabulis ligneis abiegnis et laminas auri obrizi affixit p totū. Sculpsitqȝ ĩ ea palmas: et quasi catenulas semuicē ↄplectētes. Strauit q̃ȝ ꝑauimentū tēpli ꝑciosissimo marmore: decore multo. Porro aurū erat ꝓbatissimū. de cuius laminis texit domū ⁊ trabes eius ⁊ postes et parietes et ostia: et celauit cherubim in parietib⁹. Fecit q̃ȝ domū sancti sanctorū: longitudinē iuxta latitudinē domus cubitoꝝ vigiti: et latitudiēȝ silr̃ vigiti cubitoꝝ. Et lamis aureis texit eā q̄ȝ talētis sexcētis: ƺ ut clauos fecit aureos: ita ut singuli claui siclos quinq̄genos appēderēt. Cenacula q̃ȝ texit auro. Fecit etiā in domo sancti scōꝝ cherubim duos ope statuario: et texit eos auro. Ale cherubim vigiti cubitis extendebāt: ita ut vna ala haberet cubitos quīqȝ ⁊ tangeret pariētē domus: et altera quīqȝ cubitos habens. alā tangēt alterius cherub. Similiter cherub alterius ala. quīqȝ habebat cubitos. et tāgebat parietē: et ala eius altera quīqȝ cubitoꝝ. alaȝ cherub alterius ↄtingebat. Igitur ale vtriusqȝ cherub expanse erāt: et extendebāt p cubitos vigiti. Ipsi aūt stabāt erectis pedib⁹: et facies eoꝝ erāt verse ad exteriorē domū. Fecit q̃ȝ velū ex iacīcto purpura cocco et bisso: et intexuit ei cherubim. Ante fores etiā tēpli duas colūnas: q̄ triginta ⁊ quīqȝ cubitos habebāt altitudinis. Porro capita eaꝝ quīqȝ cubitoꝝ: necnon et q̄si catenulas in oraculo: et supposuit eas capitib⁹ colūnaꝝ. Malagnata etiā centū: q̄ catenulis interposuit. Ipas q̃ȝ colūnas posuit in vestibulo tēpli: vnā a dextris ⁊ alterā a sinistris. Eam q̄ a dextris erat vocauit iachin: et q̄ ad leuā vocauit booȝ.

IIII

Fecit q̃ȝ altare eneū viginti cubitorū longitudinis: et viginti cubitoꝝ latitudinis: et decē cubitoꝝ altitudinis. Mare etiā eneū fusile decē cubitis a labio usqȝ ad labium: rotundū p circuitu. Quīqȝ cubitos habebāt altitudinis: et funiculus triginta cubitoꝝ ābigebat gyrū eius. Similitudo

quoq; boū erat subter illud. Et decē cubi-
tis quedā extrinsecus celature: q̄ duob;
versib; aluū maris circuibāt. Boues autē
erāt fusiles: et ipsū mare sup duodecī boues
impositū eāt: quoꝝ tres respiciebāt ad aq̄
lonē: et alij tres ad occidentē. Porro tres
alij meridiē: ⁊ tres qui reliqui erāt orientē:
habētes mare suppositū. Posteriora autē
boū erāt intrinsecus sub mari. Porro vasti
tas eius habebat mensurā palmi: et labiū
illius erat quasi labiū calicis vel repandi li-
lij: capiebatq; tria milia metretas. Fecit q̄
concas decē ⁊ posuit quīq; a dextris ⁊ quīq;
a sinistris: ut lauarent in eis omnia que in
olocaustū oblaturi erant. Porro in mari sa-
cerdotes lauabāť. Fecit aūt ⁊ candelabra
aurea decē secūdū speciē quā iusserat fieri:
et posuit ea in tēplo: quīq; a dextris et quī-
q; a sinistris. Necnō ⁊ mensas decē: et posu
it eas in templo: quinq; a dextris ⁊ quīq; a
sinistris. Fialas quoq; aureas centū. Fecit
etiam atriū sacerdotū ⁊ basilicam grandē:
et ostia in basilica q̄ texit ere. Porro mare
posuit in latere dextro ↄtra orientē ad me-
ridiē. Fecit autē hiram lebetas ⁊ creagras
et fialas: et ↄpleuit omē opus regis in do-
mo dei: hoc est columnas duas ⁊ epistilia. et
capita: et q̄si quedā retiacula: q̄ capita tege
rent sup epistilia. Malagnata q̄ quadrin
gēta ⁊ retiacula duo: ita ut bini ordines ma
lagranatoꝝ singulis retiaculis iūgerenť:
q̄ ꝓtegerēt epistilia. et capita columnarum.
Bases etiam fecit. et concas. quas supposu-
it basibus: mare vnū. boues q̄ duodecī sb
mari: et lebetas ⁊ creagras ⁊ fialas. Omia
vasa fecit salomoni hiram pater eius i do-
mo domini. ex ere mundissimo. In regione
iordanis fudit ea rex i argillosa terra: in-
ter sochot ⁊ saredata. Erat autē multitudo
vasorū innumerabilis: ita ut ignoraretur
pondus eris. Fecitq; salomō omia vasa do
mus dei: et altare aureū ⁊ mensas: ⁊ sup eas
panes ꝓpositōis. Candelabra q̄ cū lucer
nis suis ut lucerēt ante oraculū iuxta ritū
ex auro purissimo: et florētia quedā ⁊ lucer
nas. et forcipes aureos. Omnia de auro mun
dissimo facta sūt. Thimiamateria q̄ ⁊ thu
ribula ⁊ fialas ⁊ mortariola. ex auro puris-
simo. Et ostiā celauit templi interioris id ē
in sancta scōꝝ: et ostia tēpli forinsecus au-
rea. Sicq; completū est omne opus qd̄ fe
cit salomō in domo dn̄i.

Intulit igitur salomō oīa q̄ vouerat dauid pater suus.
argentū ⁊ aurū: et vniūsa vasa posuit in the
sauris domus domini. Post q̄ cōgregauit
maiores natu isrl' et cūctos p̄ncipes tribuū.
et capita familiaꝝ de filijs israhel in ihrlm:
ut adducerēt archā federis domini de ciui
tate dauid q̄ est in syon. Venerūt itaq; ad
regem omēs viri israhel: in die solēni men-
sis septimi. Cūq; venissent cūcti seniorū is-
rahel. portauerūt leuite archam: et intulerūt
eā. et omē; paratura tabernaculi. Porro va
sa sanctuarij q̄ erant in tabernaculo porta
uerūt sacerdotes cū leuitis. Rex aūt salo-
mon et vniūsus cetus israhel. et omēs q̄ fu-
erūt ↄgregati: ante archā immolabāt arie
tes ⁊ boues absq; vllo numero. Tanta enī
erat multitudo victimaꝝ. Et intulerūt sacē-
dotes archā federis domini i locū suū id ē
ad oraculū templi in sancta scōꝝ subter
alas cherubin: ita ut cherubin expanderēt
alas suas sup locū i quo posita erat archa:
et ipam archā tegerēt cū vectib; suis. Ve-
ctiū aūt quib; portabať archa. q̄ paululū
longiores erāt. capita parebāt ante oracu
lū. Si vero quis paululū fuisś extrinsecus:
eos videre nō poterat. Fuit itaq; archa ibi
usq; i p̄ntē diē. Nichilq; eāt aliud i archa
nisi due tabule. q̄s posuerat moyses i oreb:
qn̄ legē dedit dn̄s filijs isrl' egredientibus
ex egipto. Egressis aūt sacerdotib; de scū-
ario. omnes enī sacerdotes q̄ ibi poterāt
inueniri sanctificati sūt: nec adhuc i illo tē-
pore vices ⁊ ministeriorū ordo inter eos di
uisus erat: tam leuite q̄ cantores. id est ⁊ q̄
sub asaph erant. et qui sub heman. et qui sb
ydithun. filij ⁊ frēs eoꝝ vestiti bissinis. cim
balis. et psalterijs. et citharis. ↄcrepabant
stantes ad orientalē plagā altaris: et cū
eis sacdotes centū uiginti canētes tubis.
Igiť cūctis pariter ⁊ tubis ⁊ voce ⁊ cimba
lis ⁊ organis. et diūsi generis musicoꝝ ↄca
nētib;. et vocē in sublime tollentib;. longe
sonitus audiebať: ita ut cū dn̄m laudare
cepissent ⁊ dicere. ↄfitemini domino quoniā

domus: quoniā in eternū misericordia eius.
impleretur domus dei nube: ne possent sacer-
dotes stare et ministrare propter caliginē. Comple-
uerat enim gloria domini domū dei. VI

Tunc salomon ait. Dñs pollicitus est.
ut habitaret in caligine: ego autem
edificaui domū nomini eius: ut habitaret
ibi in perpetuū. Et conuertit rex faciem suā: et be-
nedixit vniuerse multitudini israhel. Nam
omnis turba stabat intenta. Et ait. Benedictus
dominus deus israhel: qui quod locutus est
dauid patri meo. opere compleuit dicēs. A die
qua eduxi populū meū de terra egipti: nō ele-
gi ciuitatē de cunctis tribubus israhel ut edi-
ficaretur in ea domus nomini meo: neque elegi
quenquam alium virū ut esset dux in populo meo
israhel: sed elegi iherusalem ut sit nomē meum
in ea: et elegi dauid: ut constituerē eum super
populū meū israhel. Cumque fuisset voluntatis
dauid patris mei: ut edificaret domū nomini
domini dei israhel: dixit dñs ad eū. Quia hec
fuit voluntas tua ut edificares domū nomi-
ni meo: bene quidē fecisti huiuscemodi habē
voluntatē: sed nō tu edificabis michi domum.
Verūtamē filius tuus qui egredietur de
lumbis tuis: ipse edificabit domū nomini meo.
Compleuit ergo dñs sermonē suū quē lo-
cutus fuerat: et ego surrexi pro dauid patre
meo. et sedi super thronū israhel sicut locutus
est dominus: et edificaui domū nomini domi-
ni dei israhel. et posui in ea archam in qua ē pa-
ctū domini quod pepigit cū filiis israhel. Ste-
tit ergo corā altari dñi ex aduerso vniuer-
se multitudinis israhel: et extēdit manus su-
as. Siquidē fecerat salomon basim eneā
et posuerat eā in medio basilice: habentem
quinque cubitos lōgitudinis et quinque latitudi-
nis: et tres cubitos altitudinis. Stetitque super
eā: et deinceps flexis genibus cōtra vniuersam
multitudinē israhel: et palmis in celū leuatis
ait. Dñe deus israhel. non est similis tui deus
in celo et in terra. qui custodis pactū et mise-
ricordiam cū seruis tuis. qui ambulāt corā
te in toto corde suo: qui prestitisti seruo tuo
dauid patri meo quecumque locutus fueras ei: et
que ore promiseras opere complesti. sicut et pñs
tempus probat. Nūc ergo dñe deus israhel
imple seruo tuo patri meo dauid quecumque
locutus es dicēs. Nō deficiet ex te vir coram
me qui sedeat super thronū israhel: ita tamen
si custodierint filii tui vias meas. et ambu-
lauerint in lege mea: sicut et tu ambulasti
coram me. Et nūc dñe deus israhel firmetur
sermo tuus: quē locutus es seruo tuo dauid.
Ergo ne credibile ē ut habitet deus cū ho-
minibus super terrā? Si celū et celi celorū non
te capiūt: quanto magis domus ista quam
edificaui? Sed ad hoc tantū facta est. ut
respicias orationem serui tui. et obsecrationem
eius dñe deus meus: et audias preces quas fu-
dit famulus tuus coram te: ut aperias ocu-
los tuos super domū istā diebus ac noctibus.
super locū in quo pollicitus es ut inuocaretur
nomē tuū: et exaudires orationem quā seruus
tuus orat in eo: et exaudias preces famuli tui
et populi tui israhel. Quicumque orauerit in lo-
co isto: exaudi de habitaculo tuo id ē de ce-
lis. et propiciare. Si peccauerit quispiā in proxi-
mū suū et iurare contra eū paratus venerit. seque
maledicto constrinxerit corā altari in domo
ista: tu audies de celo. et facies iudiciū ser-
uorū tuorum: ita ut reddas iniquo viam suā
in caput proprium: et vlciscaris iustum retribu-
ens ei secundum iusticiā suā. Si superatus fuerit
populus tuus israhel ab inimicis. peccabūt
enim tibi. et conuersi egerint penitentiā. et obse-
crauerint nomē tuū. et fuerint deprecati in loco
isto: tu exaudies de celo et propiciare peccato
populi tui israhel: et reduc eos in terrā quā de-
disti eis et patribus eorum. Si clauso celo plu-
uia nō fluxerit propter peccata populi tui. et deprecan-
tes fuerint in loco isto. et confessi nomini tuo.
et conuersi a peccatis suis cū eos afflixeris: ex-
audi de celo domine. et dimitte peccata ser-
uis tuis et populi tui israhel: et doce eos viā bonam.
per quā ingrediantur: et da pluuiā terre quā
dedisti populo tuo ad possidendū. Fames
si orta fuerit in terra. et pestilentia erugo et au-
rugo. et locusta et bruchus. et hostes vastatis
regionibus portas obsederint ciuitatis. omnis
que plaga et infirmitas presserit: si quis de
populo tuo israhel fuerit deprecatus. cognoscens pla-
gā et infirmitatē suā. et expanderit manus
suas in domo hac tu exaudies de celo de subli-
mi scilicet habitaculo tuo. et propiciare: et red-
de vnicuique secundū vias suas: quas nosti eū

habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum: ut timeant te et ambulent in viis tuis: cunctis diebus quibus vivunt super faciem terre quam dedisti patribus nostris. Externum quoque qui non est de populo tuo israhel. si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum et propter manum tuam robustam. et brachium tuum extentum. et adoraverit in loco isto: tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo. et facies cuncta pro quibus invocaverit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terre nomen tuum. et timeant te sicut populus tuus israhel: et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam edificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos. per viam in qua miseris eos: adorabunt te contra viam in qua civitas hec est quam elegisti. et domus quam edificavi nomini tuo: ut exaudias de celo preces eorum et obsecrationem. et ulciscaris. Si autem peccaverint tibi. neque enim est homo qui non peccet. et iratus fueris eis. et tradideris hostibus. et captivos duxerint eos in terram longinquam. vel certe que iuxta est: et conversi in corde suo in terra ad quam captivi ducti fuerant egerint penitentiam. et deprecati te fuerint in terra captivitatis sue dicentes. peccavimus. inique fecimus. iniuste egimus: et reversi fuerint ad te in toto corde suo. et tota anima sua in terra captivitatis sue. ad quam ducti sunt: adorabunt te contra viam terre sue quam dedisti patribus eorum. et urbis quam elegisti. et domus quam edificavi nomini tuo: ut exaudias de celo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum: et facias iudicium. et dimittas populo tuo quamvis peccatori. Tu es enim deus meus. Aperiantur queso oculi tui: et aures tue intente sint ad orationem que fit in loco isto. Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam: tu et archa fortitudinis tue. Sacerdotes tui domine deus induantur salute: et sancti tui letentur in bonis. Domine deus meus ne averteris faciem cristi tui. Memento misericordiarum david servi tui. Cumque complesset salomon fundens preces. ignis descendit de celo: et devoravit olocausta et victimas. et maiestas domini implevit domum: nec poterant sacerdotes ingredi templum domini eo quod implesset maiestas domini templum domini. Sed et omnes filii israhel videbant descendentem ignem. et gloriam domini super domum: et corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide. adoraverunt et laudaverunt dominum quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem et omnis populus immolabant victimas coram domino. VII

Mactavit igitur rex salomon hostias. boum vigintiduo milia: arietum centum viginti milia. Et dedicavit domum dei rex et universus populus. Sacerdotes autem stabant in officiis suis: et levite in organis carminum domini. que fecit david rex ad laudandum dominum. quoniam in seculum misericordia eius: ymnos david canentes per manus suas. Porro sacerdotes canebant tubis ante eos: cunctusque israhel stabat. Sanctificavit quoque salomon medium atrii ante templum domini. Obtulerat enim ibi olocausta et adipes pacificorum: quia altare eneum quod fecerat non poterat sustinere olocausta et sacrificia et adipes. Fecit ergo salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus et omnis israhel cum eo. ecclesia magna valde: ab introitu emath usque ad torrentem egipti. Fecitque die octavo collectam: eo quod dedicasset altare septem diebus: et solemnitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vicesimatercia mensis septimi dimisit populos ad tabnacula sua: letantes atque gaudentes super bono quod fecerat dominus david et salomoni et israheli populo suo. Complevitque salomon domum domini. et domum regis. et omnia que disposuerat in corde suo ut faceret in domo domini et in domo sua: et prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte: et ait. Audivi orationem tuam: et elegi locum istum michi in domum sacrificii. Si clausero celum et pluvia non fluxerit. et mandavero et precepero locuste ut devoret terram. et misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus super quos invocatum est nomen meum. deprecatus me fuerit. et exquisierit faciem meam. et egerit penitentiam a viis suis pessimis: et ego exaudiam de celo. et propicius ero peccatis eorum. et sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti. et aures mee erecte: ad orationem eius qui in loco isto oraverit. Elegi enim et sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum: et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit

dauid pater tuus. et feceris iuxta omnia q̄
p̄cepi tibi. et iusticias meas iudiciaqꝫ serua
ueris: suscitabo thronū regni tui: sicut polli
citus sū dauid patri tuo dicēs. Nō aufere=
tur de stirpe tua vir: qui non sit princeps in
isrl̄. Si aūt auersi fueritis. et dereliq̄ritis iu=
sticias meas ⁊ p̄cepta mea q̄ ꝓposui vobis:
et abeuntes seruieritis dijs alienis. et ado=
raueritis eos: euellā vos de terra mea quā
dedi vobis. et domū hanc quā edificaui no=
mini meo ꝓiciam a facie mea: et tradam eā
in parabolā ⁊ in exemplū cūctis populis. et
domus ista erit in ꝓuerbiū vniuersis trāseū
tibus: et dicēt stupentes. Quare fecit dn̄s
sic terre huic ⁊ domui huic? Respō debūtqꝫ.
Quia dereliquerūt dominū deū patrū suo=
rū. q̄ eduxit eos de terra egipti et app̄hende
rūt deos alienos. et adorauerūt eos ⁊ colu
erūt: idcirco venerīt sup eos vniūsa hec ma=

Expletis aūt viginti ānis **VIII** la.
postq̄ edificauit salomō domū domi
et domū suā: ciuitates quas dederat hiram
salomoni edificauit: et habitaē ibi fecit fili=
os israhel. Abijt qꝫ ī emath suba. et obtinu
it eā ⁊ edificauit palmirā in deserto: et alias
ciuitates munitissimas edificauit ī emath.
Extruxitqꝫ bethoron superiorē. et bethoron
inferiorē. ciuitates muratas: habētes por=
tas ⁊ vectes ⁊ seras. Balaath etiā ⁊ omnes
vrbes firmissimas q̄ fuerūt salomonis: cū=
ctasqꝫ vrbes quadrigaꝝ. et vrbes equitū.
Omīa quecūqꝫ voluit fecit rex salomō atqꝫ
disposuit: edificauit in iherusalem. et ī liba=
no. ⁊ in vniuersa terra potestatis sue. Omēz
ꝑplm q̄ derelictus fuerat de hethets et amor=
reis. et ferezeis. et eueis ⁊ iebuzeis. q̄ nō erāt
de stirpe israhel. de filijs eorum ⁊ de posteris
quos nō interfecerāt filij israhel: subiuga=
uit salomō in tributarios usqꝫ ī diem hāc.
Porro de filijs israhel nō posuit ut seruirēt
operibꝰ regis. Ipsi enī erāt viri bellatores
et duces primi: et principes quadrigaꝝ et
equitū eius. Omēs aūt principes exercitus
regis salomonis. fuerūt ducēti quīquagī=
ta qui erudiebant populū. Filiā vero pha=
raonis trāstulit de ciuitate dauid: in domuz
quā edificauerat ei. Dixit enim. Nō habita
bit vxor mea in domo dauid regis israhel.

eo q̄ sanctificata sit: q2 ingressa est in eā ar
cha domi. Tunc obtulit salomō olocausta
domino sup altare domini qd̄ extruxeāt an
te porticū: ut p singulos dies offerret in eo
iuxta p̄ceptū moysi in sabbatis. et ī kalēdis
et in festis diebꝰ ter p annū: id ē in solēnita
te azimoꝝ ⁊ solemnitate ebdomadaꝝ et ī
solemnitate tabernaculoꝝ. Et ꝯstituit iux̄
disposicōem dauid patris sui officia sacer
dotū in ministerijs suis. et leuitas in ordine
suo: ut laudarēt ⁊ ministrarēt coram sacer
dotibꝰ iuxta ritū vniuscuiusqꝫ diei: et ianito=
res ī diuisionibꝰ suis p portā. et portā. Sic
enim p̄ceperat dauid homo dei. Nec preter
gressi sūt de mandatis regis tā sacerdotes
q̄ leuite: ex omnibꝰ q̄ p̄ceperat. Et in custo
dijs thesauroꝝ omnes impensas ꝑparatas
habuit salomō: ex eo die quo fundauit do=
mū dn̄i usqꝫ ī diē quo ꝑfecit eā. Tunc abijt
salomō in asiongaber. et in hailath. ad orā
maris rubri: que est in terra edom. Misit er
go ei hiram p manus seruorū suorū naues
et nautas gnaros maris: et abierūt cū suis
salomonis in ophir. Tulerūtqꝫ inde qua=
dringenta quīquagīta talenta auri: et at=
tulerūt ad regem salomonem. **IX**

Regina qꝫ saba cū audisset famam sa=
lomonis. venit ut tēptaret eū in enī=
gmatibꝰ in iherusalē: cū magnis opibꝰ ⁊ ca=
melis qui portabāt aromata. et auri pluri=
mū. gēmasqꝫ p̄ciosas. Cūqꝫ venisset ad salo
monē locuta est ei quecūqꝫ erāt ī corde suo.
Et exposuit ei salomō omīa que ꝓposuerat:
nec quicq̄ fuit quod nō ꝑspicuū ei fecerit.
Que postq̄ vidit sapientiā scilicet salomo
nis. et domū quā edificauerat. necnō ⁊ ciba=
ria mēse eius ⁊ habitacl'a suorū ⁊ officia mi
nistrorū eius et vestimēta eoꝝ. pincernas
qꝫ ⁊ vestes eoꝝ: ⁊ victimas q̄s immolabat
in domo dn̄i: nō erat pre stupore vltra ī ea
spūs. Dixitqꝫ ad regez. Verus ē s̄mo quē
audierā in terra mea: de v̄tutibꝰ ⁊ sapientia
tua. Nō credebā narrantibꝰ: donec ip̄a venis
sem ⁊ vidissent oculi mei ⁊ ꝓbassez vix me=
dietatē sapientie tue michi fuisse narratā.
Vicisti famā v̄tutibꝰ tuis. Beati viri tui ⁊ be
ati serui tui: hij q̄ assistūt coraz te omī tēpore:
et audiunt sapientiā tuā. Sit dn̄s deus tuus

benedictus: qui voluit te ordinaē sup thro
nū suū regem domī dei tui. Quia diligit de9
israhel. et vult seruare eū in eternū: idcirco
posuit te sup eū regē: ut facias iudicia atqȝ
iusticiā. Dedit autē regi centūuiginti talē=
ta auri. ⁊ aromata multa nimis: et gemmas
p̄ciosissimas. Non fuerāt aromata talia: ut
hec q̄ dedit regina saba regi salomoni. Sȝ
et serui hirā cū seruis salomonis attulerūt
aurū de ophir: et ligna thijna. et gemmas
p̄ciosissimas. De quibus fecit rex de lignis
scilicet thijnis gradus in domo dn̄i. et in do
mo regia: citharas q̄ȝ ⁊ psalteria cantoribȝ.
Nunquā visa sūt in terra iuda ligna talia.
Rex aūt salomon dedit regine saba cūcta
q̄ voluit. et que postulauit: ⁊ multo plura q̄
attulerat ad eū. Que reuersa abijt in terrā
suam cū seruis suis. Erat aūt pondus auri
quod afferebatur salomoni p singulos an=
nos sexcēta sexagintasex talēta auri: exce=
pta ea sūma quā legati diuersaꝝ gētiū et
negociatores afferre ꝯsueuerāt. omesqȝ re=
ges arabie ⁊ satrape terraꝝ: q̄ ꝯportabāt
aurū ⁊ argentū salomoni. Fecit igitur rex sa
lomō ducētas hastas aureas. de sūma sex=
cētoꝝ aureoꝝ: qui ī singulis hastis expen
debantur. Trecēta q̄ȝ scuta aurea trecētoꝝ
aureorū: quibȝ tegebātur singula scuta. Po
suitqȝ ea rex in armamētario quod erat cō
situ nemore. Fecit q̄ȝ rex soliū eburneū grā=
de: et vestiuit illud auro mundissimo. Sex
q̄ȝ gradus quibȝ ascēdebatur ad soliū. et sca
bellū aureū. et brachiola duo altrinsecus. et
duos leones stantes iuxta brachiola: sed
et alios duodecim leūculos stātes sup sex
gradus exvtraqȝ parte. Nō fuit tale soliū
in vniūsis regnis. Oīa q̄ȝ vasa ꝯuiuij re=
gis erant aurea: et vasa domus saltus liba
ni ex auro purissimo. Argentū enī in diebȝ
illis p nichilo reputabatur. Siquidē naues
regis ibant ī tharsis cū seruis hirā semel in
tribȝ annis: et deferebant inde aurū ⁊ argē
tum et ebur ⁊ simeas et pauos. Magnifica
tus est igitur salomō sup oēs reges ter=
re: p̄ diuitijs ⁊ gloria. Oēsqȝ reges terra=
rū desiderabāt videre faciem salomonis: ut
audirēt sapientiā quā dederat deus ī corde
eius. Et deferebāt ei munéa: vasa argētea
et aurea. et vestes. et arma. et aromata equos
et mulos p singulos ānos. Habuit q̄ȝ salo=
mō quadraginta milia equorū in stabulis:
et curruū equitūqȝ duodecim milia. Consti
tuitqȝ eos in vrbibȝ q̄drigaꝝ: et vbi erat
rex ī iherusalē. Exercuit etiā potestatē sup
cunctos reges a flumine eufraten usqȝ ad
terram philistinorum: ⁊ usqȝ ad terminos
egipti. Tantamqȝ copiam p̄buit argēti in
iherusalē q̄si lapidū: et cedrorū tantā multi
tudinē velut sicomoꝝ q̄ gignūtur in cāpe=
stribȝ. Adducebantur aūt ei equi de egipto:
cūctisqȝ regionibȝ. Reliqua aūt operū salo
mōis priorū ⁊ nouissimoꝝ scp̄ta sūt in ver=
bis nathan ꝓphe. et in libris ahie sylonitis:
in visione q̄ȝ addo vidētis cōtra iheroboā
filiū nabath. Regnauit aut salomō ī ihrlm
sup oēm israhel: q̄draginta annis. Dormi=
uitqȝ cū prībȝ suis: et sepelierūt eū in ciuitate
dauid: regnauitqȝ roboā filius eius p eo.

P Rofectus ē aūt roboā ī sichem. X
Illuc enim cūctus israhel cōuenerat:
ut ꝯstitueret eum regē. Quod cū audisset
ieroboam filius nabath qui erat ī egipto:
fugerat quippe illuc ante salomonē: statī
reuersus est. Vocauerūtqȝ eū ⁊ venit cū vniu
so israhel: et locuti sūt ad roboam dicentes.
Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu
leuiora impera prī tuo qui nobis imposuit
grauē s̄uitutē: et paululū de onere subleua.
ut seruiamus tibi. Qui ait. Post tres dies
reūtimini ad me. Cunqȝ abisset ꝑplus: init
ꝯsiliū cū senibȝ q̄ steterāt coram prē eius sa
lomone dū adhuc viueret dicēs. Quid da
tis ꝯsilij ut rn̄deam populo? Qui dixerūt ei.
Si placueris ꝑplo huic ⁊ lenieris eos v̄bis
clementibȝ: seruiēt tibi omni tēpore. At ille
reliquit ꝯsiliū senū: et cū iuuenibȝ tractare
cepit qui cū eo nutriti fuerāt: et erāt ī comi=
tatu illius. Dixitqȝ ad eos. Quid vobis vi=
detur. vel rn̄dere quid debeo ꝑplo huic q̄ di=
xit michi: subleua iugū qd̄ imposuit nobis
pr̄ tuus? At illi rn̄derūt ut iuuenes ⁊ nutri=
ti cū eo ī delitijs: atqȝ dixerūt. Sic loqueris
ꝑplo q̄ dixit tibi. pr̄ tuus aggrauauit iugum
nr̄m tu subleua: et rn̄debis ei. Minimus digi
tis meus: grossior ē lūbis prīs mei. Pater
meus imposuit vobis graue iugū: ⁊ ego maius

pondus apponā. Pater meus cecidit vos
flagellis: ego vero cedam vos scorpioni-
bus. Venit ergo iheroboā et vniuersus po-
pulus ad roboā die tercio sicut p̄ceperat eis.
Responditq3 rex dura: derelicto consilio seni-
orū: locutusq3 est iux̄ iuuenū volūtatē. Pa-
ter meus graue vobis imposuit iugum: qd
ego grauius faciā. Pater meus cecidit vos
flagellis: ego vero cedā vos scorpionib3.
Et nō acquieuit ppl'i precib3. Erant enim vo-
luntatis dei: ut oppleretur s̄mo eius. quē lo-
cutus fuerat p manū abie sylonitis ad ihe-
roboā filiū nabath. Populus aūt vniuer-
sus rege duriora dicēte: sic locutus est ad
eū. Nō est nobis pars in dauid: neq3 here-
ditas i filio ysai. Reuertere in tabnacula tua
israhel. Tu aūt pasce domū tuam dauid. Et
abijt israhel in tabnacula sua. Sup filios
aūt israhel q̄ habitabant i ciuitatib3 iuda:
regnauit roboam. Misit rex roboaz adurā
qui p̄erat tributis: et lapidauerunt eum fi-
lij israhel. et mortuus est. Porro rex roboaz
currū festinauit ascendere: et fugit i ihrlm.
Recessitq3 israhel a domo dauid: usq3 ad di-
em hanc. Factū est autē cū audisset omnis
israhel q reuersus esset iheroboaz: miserūt et
vocauerūt eū cōgregato cetu: et constituerūt
eū regē sup omē israhel: nec secutus ē quispiā
domū dauid preter tribū iuda solam. XI

Venit autē roboam in ihrlm: et cōuoca-
uit vniuersam domū iuda et beniamin
centū octogīta milia electorū atq3 bellan-
tiū: ut dimicaret contra israhel et converteret ad se
regnū suū. Factusq3 est s̄mo domini ad se-
meiam hominē dei dicēs. Loquere ad roboaz
filiū salomonis regē iuda: et ad vniuersum is-
rahel. qui est in iuda et beniamin. Hec dicit
dn̄s. Nō ascendetis neq3 pugnabitis contra
frēs vestros: reuertatur vnusquisq3 in domū
suam: qr mea hoc gestū est volūtate. Qui
cū audissent s̄monē domini reuersi sūt: nec p-
rexerūt contra iheroboam. Habitauit autē
roboaz in ihrlm: et edificauit ciuitates mu-
ratas in iuda: extruxitq3 bethleem et ethan
et thecue. bethsur quoq3 et socco et odollā. nec-
nō et geth et maresa et ziph: sed et adurā et lachis
et azecha: sara quoq3 et haialon et hebron que
erāt i iuda et beniamin: ciuitates munitissimas.
Cumq3 clausisset eas muris. posuit i eis prin-
cipes ciborūq3 horrea: hoc ē olei et vini. Sed
et in singulis vrbibus fecit armamētaria scu-
torū et hastarū: firmauitq3 eas summa diligē-
tia: et imperauit sup iudam et beniamin. Sa-
cerdotes autē et leuite qui erāt in vniuso is-
rahel. venerūt ad eū de cūctis sedib3 suis: re-
linquētes suburbana et possessiones suas. et
transeūtes ad iudam et ihrlm: eo q abie-
cisset eos iheroboaz et posteri eius ne sacer-
dotio dn̄i fungerent: q̄ constituit sibi sacdo-
tes excelsorū et demoniorū vitulorūq3 qs fe-
cerat. Sed et de cūctis tribub3 israhel quicūq3
dederāt cor suū ut quererēt dn̄m deū israhel.
venerūt in ihrlm ad immolandū victi-
mas suas corā dn̄o deo prm suorū: et robo-
rauerūt regnū iuda: et confirmauerūt roboaz
filiū salomonis p tres annos. Ambulaue-
rūt enī in vijs dauid et salomōis annis tan-
tū trib3. Duxit autē roboaz vxorē maalath
filiā ierimuth filij dauid: abiail quoq3 filiā he-
liab filij ysai: q̄ pepit ei filios ieus et somo-
riā et zoom. Post hāc quoq3 accepit maachaz
filiā absalon: q̄ peperit ei abia et ethai et ziza et
salomith. Amauit autē roboā maachā filiā
absalō: sup omes vxores suas et cōcubinas.
Nam vxores decē et octo duxerat: concubinas
aūt sexaginta: et genuit vigintiocto filios
et sexaginta filias. Cōstituit vero i capite ab-
iam filiū maacha ducē sup omes frēs suos
ipm enī regem facē cogitabat qr sapiētior
fuit et potentior sup omes filios eius: et i cū-
ctis finib3 iuda et beniamin et in vniusis ciui-
tatib3 muratis. Prebuitq3 eis escas plimas:

Cumq3 XII et multas petiuit vxores.
roboratū fuisset regnū roboam et confor-
tatū: dereliquit legē domini et omis israhel
cū eo. Anno aūt quīto regni roboam. ascē-
dit sesac rex egipti in ihrlm: qr peccaue-
rāt domino: cū mille ducētis curribus et sexa-
gintā milib3 equitū. Nec erat numerus vul-
gi qd venerat cū eo ex egipto: libies scilicet
et trogodite et ethiopes: cepitq3 ciuitates mu-
nitissimas i iuda. et venit usq3 in ihrlm. Se-
meias aūt ppheta ingressus ē ad roboā et prin-
cipes iuda: qui cōgregati fuerāt in iherusa-
lē fugiētes sesac: dixitq3 ad eos. Hec dicit
dominus. Vos reliquistis me: et ego reliq̄

vos in manu ſeſac. Conſternatiqȝ p̄ncipes
iſrahel et rex dixerūt. Juſtus eſt dn̄s. Cūqȝ
vidiſſet dn̄s ꝙ humiliati eſſent: factus eſt
ſermo domini ad ſemeiam dicēs. Quia hu
miliati ſūt nō diſꝑdam eoſ: daboqȝ eis pau
xillū auxilij: et non ſtillabit furoꝛ meus ſup
iheruſalē ꝑ manū ſeſac. Verūtamē ſeruiēt
ei: ut ſciant diſtantiā ſeruitutis mee et ſer-
uitutis regni terrarum. Receſſit itaqȝ ſeſac
rex egipti ab iheruſalē ſblatis theſauris do
mus dn̄i ⁊ domus regis: omnia q̄ ſecū tulit.
et clipeos aureos quos fecerat ſalomon ꝓ
quibꝰ fecit rex eneos: et tradidit illos pn̄-
cipibꝰ ſcutarioꝝ q̄ cuſtodiebāt veſtibuluꝫ
palatij. Cunqȝ introiret rex domū dei. veni-
ebant ſcutarij ⁊ tollebāt eos: iterūqȝ refe-
rebāt eos ad armamētariū ſuū. Verūtamē
qꝛ humiliati ſūt auerſa eſt ab eis ira domi-
nec deleti ſūt penitus. Siquidē ⁊ in iudā in-
uenta ſūt opa bona. Confoꝛtatus eſt ergo
rex roboā in iheruſalē: atqȝ regnauit. Qua
draginta autē vnius anni erat cū regnare
cepiſſꝫ: et decē ⁊ ſeptē annis regnauit in ihe
ruſalē vrbe quā elegit dn̄s: ut ꝯfirmaret no
mē ſuū ibi. de cūctis tribubus iſrahel. No-
men autē matris eius naama ammanites.
Fecitqȝ malū: et nō ꝑparauit coꝛ ſuū ut que-
reret dominū. Opera vero roboaꝫ prima et
nouiſſima ſcripta ſūt in libris ſemeie ꝓphe
et addo vidētis: et diligēter expoſita. Pu-
gnauerūtqȝ aduerſū ſe roboā ⁊ iheroboaꝫ
cūctis diebꝰ. Et doꝛmiuit roboam cū prībꝰ
ſuis: ſepultuſqȝ ē in ciuitate dauid: et reg̃-
uit abia filius eius pro eo. XIII

ANno octauodecimo regis iheroboā
regnauit abia ſup iudam. Tribꝰ an
nis regnauit in ihrl̄m. Nomēqȝ mr̄is eius
michaia: filia vrihel de gabaa: et erat belluꝫ
inter abia ⁊ iheroboaꝫ. Cūqȝ iniiſſꝫ abia cer
tamen. et haberet bellicoſiſſimos viros. et
electoꝝ quadraginta milia: iheroboā ꝯſtru-
xit ecōtra aciē octoginta milia viroꝝ: qui
et ipi electi erāt ⁊ ad bella foꝛtiſſimi. Stetit
ergo abia ſup montē ſemeron. qui erat in
ephraim: et ait. Audi iheroboā ⁊ oīs iſrl̄.
Nū ignoratis ꝙ dn̄s deus iſrahel dederit re-
gnū dauid ſup iſrl̄ in ſempiternū: ipi et fi-
lijs eius ī pactū ſalis. Et ſurrexit iheroboā
filius nabath ſeruus ſalomonis filij dauid:
et rebellauit ꝯtra dominū ſuū. Cōgregati-
qȝ ſūt ad eū viri vaniſſimi ⁊ filij belial: et ꝑ-
ualuerūt cōtra roboam filiū ſalomonis. Poꝛ
ro roboā erat rudis ⁊ coꝛde pauido: nec po
tuit reſiſtere eiſ. Nūc ergo vos dicitis ꝙ re
ſiſtere poſſitis regno dn̄i quod poſſidet ꝑ fi
lios dauid: habetiſqȝ grandē populi mul-
titudinē: atqȝ vitulos aureos quos fecit vo
bis iheroboā in deos. Et eieciſtis ſacerdo-
tes dn̄i filios aaron atqȝ leuitas: et feciſtis
vobꝭ ſacerdotes ſicut oēs ꝑpli terraꝝ. Qui
cūqȝ venerit ⁊ iniciauerit manū ſuā in thau
ro. in bubꝰ. et in arietibꝰ ſeptē: fit ſacerdos
eoꝝ qui non ſūt dij. Noſter aūt dn̄s deus
eſt: quē nō relinquimus. Sacerdoteſqȝ mi
niſtrāt domino de filijs aaron. et leuite ſūt
in oꝛdine ſuo: olocauſta qȝ offerūt domīo
ꝑ ſingulos dies. mane ⁊ veſpere. et thimia-
ma iux̄ legis p̄cepta ꝯfectū: et ꝓponūtur pa-
nes in mēſa mundiſſima. Eſtqȝ apud nos
cādelabrū aureū. et lucerna eius: ut accen-
dantur ſꝑ ad veſperā. Nos quippe cuſtodi-
mus p̄cepta dn̄i dei noſtri: quē vos reliqui
ſtis. Ergo in exercitu nr̄o dux deus ē: et ſa-
cerdotes eius q̄ clangūt tubis ⁊ reſonant
ꝯtra vos. Filij iſrahel nolite pugnare cōtra
dn̄m deū patrū vr̄oꝝ: qꝛ nō vobis expedit.
Hec illo loquēte: iheroboā retro moliebatur
inſidias. Cunqȝ ex aduerſo hoſtiuꝫ ſtaret:
ignorantē iudā ſuo ambiebat exercitu. Re
ſpicienſqȝ iudas vidit inſtare bellū ex adū
ſo ⁊ poſt tergū: et clamauit ad dn̄m ac ſacer-
dotes tubis canere ceperūt: omneſqȝ viri iu-
da vociferati ſūt. Et ecce illis clamantibus:
ꝑterruit deus iheroboā ⁊ omēꝫ iſrahel qui
ſtabat ex adūſo abia ⁊ iuda: fugerūtqȝ fi-
lij iſrahel iudā: et tradidit eos deus in manꝰ
eoꝝ. Percuſſit ergo eos abia ⁊ ꝑplus eiꝰ
plaga magna: et coꝛruerūt vulnerati ex iſ-
rahel: quīquaginta milia viroꝝ foꝛtiū. Hu-
miliatiqȝ ſūt filij iſrahel in tēpoꝛe illo. et vehe
mētiſſime ꝯfoꝛtati filij iuda: eo ꝙ ſperaſſent
in dn̄o deo patrū ſuoꝝ. Perſecutus eſt aūt
abia fugientē iheroboā: ⁊ cepit ciuitates eius.
bethel ⁊ filias eius. et iheſana cū filiabꝰ ſuis.
effron qȝ ⁊ filias eius. Nec valuit vltra reſi
ſtere iheroboā. i diebꝰ abia. Quē ꝑcuſſit dn̄s et

mortuus est. Igitur abiã cõfortato imperio
suo·accepit vxores quatuordecĩ: procreauit
q3 viginti duos filios·et sedecim filias. Re-
liqua aũt sermonũ abia viarũq3 ⁊ operum
eius: scripta sũt diligẽtissime in libro addo

Dormiuit aũt abia XIIII prophete.
cũ patribꝫ suis: et sepelierũt eũ in ciui
tate dauid. Regnauitq3 asa filius eius pro
eo. In cuius diebꝫ quieuit terra annis decẽ.
Fecit ergo asa qđ bonũ ⁊ placitũ erat in cõ-
spectu dei sui·et subuertit altaria pegrini cul-
tus. et excelsa·et cõfregit statuas lucosq3 suc
cidit: et p̄cepit iude ut quererẽt dominũ deũ
patrũ suorum: et faceret legẽ·⁊ vniuersa mã
data. Et abstulit de cunctis vrbibus iuda
aras et fana: et regnauit ĩ pace. Edificauit
quoq3 vrbes munitas ĩ iudã: quia quietus erat et
nulla tẽporibꝫ eius bella surrexerant: pacẽ
dño largiẽte. Dixit aũt iude. Edificemus
ciuitates istas·et vallemus muris·et robo
remus turribꝫ ⁊ portis ⁊ seris·donec a bellis
quieta sũt oĩa: eo ꝙ quesierimus dñm deũ
prm nrorum: et dederit nobis pacẽ p gyrũ.
Edificauerũt igitur: et nullũ in extruẽdo im-
pedimentũ fuit. Habuit aũt asa in exercitu
suo portantiũ scuta ⁊ hastas de iuda trecẽ-
ta milia: de beniamin vero scutariorum ⁊ sa-
gittariorũ ducẽta octoginta milia. Omnes-
q3 isti viri fortissimi. Egressus ẽst aũt cõtra
eos zara ethiops cũ exercitu suo decies cen
tena milia·et curribꝫ trecentis: et venit usq3
maresa. Porro asa prexit obuiam ei·et in-
struxit aciẽ ad bellũ in valle sephata·q̄ est
iuxta maresa: et inuocauit dñm deũ ⁊ ait. Dñe
nõ est apud te vlla distantia·vtrũ in pau-
cis auxilieris aut in pluribus: adiuua nos
dñe deus nr. In te eni ⁊ in tuo noĩe habẽtes
fiduciã: venimus cõtra hãc multitudinem.
Dñe·deus nr tu es: nõ p̄ualeat cõtra te hõ.
Exterruit itaq3 dñs ethiopes corã asa ⁊ iu-
da. Fugerũtq3 ethiopes: ⁊ psecutus est eos
asa et populus q̄ cũ eo erat usq3 gerara. Et
ruerũt ethiopes usq3 ad internecõem: quia
dño cedente contriti sunt: et exercitu illius
p̄liãte. Tulerũt ergo spolia multa: et pcus-
serũt ciuitates omnes p circuitũ gerare. Grã
dis quippe cũctos terror inuaserat. Et diri
puerũt vrbes·et multã p̄dam asportauerũt: s3
et caulas ouiũ destruentes·tulerũt pecorum
infinitam multitudinẽ et camelorũ: reuersi-
q3 sũt in ihrlm.

Azarias XV
aũt filius obed facto in se spiritu dei·
egressus ẽ in occursũ asa: et dixit ei. Audite
me asa·et omis iuda ⁊ beniamin. Dominus
vobiscũ: quia fuistis cũ eo. Si quesieritis eũ:
inuenietis. Si aũt dereliqritis: derelinquet
vos. Transibũt aũt multi dies in isrl' absq3
deo vero·et absq3 sacerdote: absq3 doctore
quoq3 ⁊ absq3 lege. Cumq3 reuersi fuerint ĩ an-
gustia sua ad dñm deũ israhel ⁊ quesierint
eũ: reppertent eum. In tempore illo nõ erit
pax egredienti ⁊ ingrediẽti: s3 terrores vn
diq3 in cunctis habitatoribꝫ terrarum. Pu-
gnabit eni gens cõtra gentẽ ⁊ ciuitas cõtra
ciuitatẽ: quia dñs cõturbabit eos in omi ãgu
stia. Vos ergo confortamini·et nõ dissol-
uantur manus vestre: erit enim merces ope-
ri vestro. Quod cũ audisset asa vba scilicet
et prophetiã azarie filij obed prophete cõfortatus
est: et abstulit ydola de omni terra iuda et
de beniamin·et ex vrbibꝫ quas ceperat mõ-
tis ephraim·et dedicauit altare dñi qđ erat
ante porticũ domini: congregauitq3 vniusũ
iudam ⁊ beniamin: et aduenas cum eis de
ephraim ⁊ manasse et de symeon. Plures
eni ad eũ cõfugerãt ex israhel: videntes ꝙ
dñs deus illius esset cũ eo. Cũq3 venissent in
ihrusalem mense tercio·anno decimoquĩ-
to regni asa: immolauerũt domino in die il-
la de manubijs·et p̄da quã adduxerãt·bo-
ues septingẽtos·et arietes septẽ milia: et
intrauit ex more ad corroborãdũ fedus: ut
quererẽt dñm deũ patrũ suorum ĩ toto corde
et ĩ tota anima sua. Si quis aũt inquit non
quesierit dominũ deũ israhel: moriatur a mini
mo usq3 ad maximũ a viro usq3 ad mulierẽ.
Iurauerũtq3 domino voce magna in iubi-
lo·et in clangore tube ⁊ in sonitu buccinarum:
omnes q̄ erãt in iuda cũ execracõne. In omi
eni corde suo iurauerũt: et in tota volũtate q̄-
sierũt eum: et inuenerũt. Prestititq3 eis dñs
requiem p circuitũ. Sed ⁊ maacham matrẽ
asa regis ex augusto deposuit imperio: eo
ꝙ fecisset in luco simulacrũ priapi qđ omne
contriuit: et in frusta cõminuẽs cõbussit ĩ tor
rente cedron. Excelsa aũt derelicta sunt in

israhel. Attamē cor asa erat ꝑfectū cunctis
diebꝫ eius. Eaq; que vouerat pater suus et
ipe intulit in domū dn̄i: argentū ⁊ aurū va-
sorūq; diuisam suppellectilē. Bellū vero nō
fuit usq; ad tricesimū annū regni asa. XVI

Anno autē tricesimosexto regni eius.
ascendit baasa rex israhel in iudaꝫ et
muro circūdabat rama ut nullus tute possit
egredi ⁊ ingredi de regno asa. Protulit
aūt asa argentū ⁊ aurū de thesauris domus
domī et de thesauris regijs: misitq; ad bena
dab regeꝫ syrie qui habitabat in damasco
dicēs. Fedus inter me ⁊ te ē. Pater quoq;
meus ⁊ pater tuus habuē ꝯcordiā: quāob
rem misi tibi argentū ⁊ aurū: ut rupto fede
re qđ habes cū baasa rege israhel facias eū
a me recedere. Quo cōpto benadab misit
principes exercituū suoꝝ ad vrbes israhel:
q̄ ꝑcusserūt abion ⁊ dan ⁊ abelmaim ⁊ vni-
uersas vrbes muratas. Quod cū audisset
baasa desiuit edificare rama: et intermisit
opus suū. Porro asa rex assumpsit vniuer-
sū iudā ⁊ tulerūt lapides de rama ⁊ ligna q̄
edificacōni ꝑparauerat baasa: edificauitq;
ex eis gabaa ⁊ masphа. In tēpore illo venit
anani ꝓpheta ad asam regem iuda: et dixit
ei. Quia habuisti fiduciā in rege syrie ⁊ nō
in domino deo tuo: idcirco euasit syrie regis
exercitus de manū tua. Nōne ethiopes ⁊ libi-
es multo pluēs erant quadrigis ⁊ equiti-
bus et multitudīe nimia: quos ī domīo cre
didisses tradidit ī manū tuas. Oculi enī dn̄i
ꝯtemplantur vniuersam terrā: et prebēt for
titudinē hijs qui corde ꝑfecto credūt in eū.
Stulte igit̄ egisti: et ꝓpter hoc etiam p̄nti
tempore aduersū te bella ꝯsurgēt. Iratusq;
asa aduersus videntē: iussit eū mitti in ner-
uū. Valde quippe sup hoc fuerat dominus
indignatus: et interfecit de ꝑplo in tempore
illo plurimos. Opera aūt asa p̄ma ⁊ nouis-
sima scripta sūt ī libro regū iuda et israhel.
Egrotauit etiam asa anno tricesimo nono
regni sui dolore pedū vehemētissimo: et nec
in infirmitate sua quesiuit dominū: ſ; magis
in medicoruꝫ arte ꝯfisus est. Dormiuitq; cū
patribꝫ suis ⁊ mortuus est āno quadrage-
simo p̄mo regni sui: et sepelierūt eū in sepul
cro suo quod foderat sibi ī ciuitate dauid.
Posuerūtq; eū sup lectulū suū plenū aro-
matibꝫ et vngentis meretricijs q̄ erant pi-
gmētariorū arte ꝯfecta: et ꝯbusserūt super

Regnauit XVII eū ambicōe nimia.
aūt iosaphat filius eius ꝓ eo: et inua
luit cōtra israhel. Constituitq; militū nume-
ros in cūctis vrbibꝫ iuda que erāt vallate
muris: p̄sidiaq; disposuit in terra iuda et in
ciuitatibus ephraim quas cepat asa pater
eius. Et fuit dn̄s cū iosaphat: q2 ambulauit
in vijs dauid p̄ris sui p̄mis: et nō sperauit
in baalim ſ; in deo patris sui: et perexit in p̄-
ceptis illius ⁊ nō iux̄ peccata israhel. Con-
firmauitq; dn̄s regnū in manū eius: ⁊ dedit
oīs iuda munera iosaphat: facteq; sūt ei
infinite diuitie ⁊ multa gloria. Cunq; sum
psisset cor eius audaciam ꝓpter vias dn̄i:
etiā excelsa et lucos de iuda abstulit. Ter-
cio aūt āno regni sui misit de p̄ncipibꝫ suis
benail ⁊ obdiaꝫ et zachariā. et nathanael et
micheā. ut docerēt ī ciuitatibꝫ iuda: et cū eis
leuitas semeiam ⁊ nathaniā ⁊ zabadiā. asa
hel q3 et semiramoth ⁊ ionathan. adoniāq;
et thobiā ⁊ tobadoniā leuitas: et cū eis eli-
sama et ioram sacerdotes. Docebātq; ꝑplm
in iuda. habentes libruꝫ legis dn̄i: et circu-
ibant cūctas vrbes iuda: atq; erudiebant
populū. Itaq; factus est pauor domini sup
omnia regna terraꝝ. q̄ erāt ꝑ gyrū iuda:
nec audebāt bellaē contra iosaphat. Sed
et philistei. iosaphat munera deferebāt. et
vectigal argēti. Arabes q3 adducebāt pe-
cora arietū septē milia septingentos. et hir
cos totidem. Creuit ergo iosaphat et ma
gnificatus ē usq; in sblime: atq; edificauit
in iuda domos ad instar turrū vrbesq; mu-
ratas: et multa opa patrauit ī vrbibꝫ iuda.
Viri q3 bellatores et robusti erāt in ihrlm:
quoꝝ iste numerus ꝑ domos atq; familias
singuloꝝ. In iuda p̄nceps exēcitus ednas
dux: et cū eo robustissimoꝝ viri trecēta mi
lia. Post hūc iohannan p̄nceps: ⁊ cū eo du
cēta octoginta milia. Post illū q3 amasias
filius zechri ꝯsecratus domino ⁊ cū eo ducē
ta milia virorū fortiū. Hūc sequebat̄ robu
stus ad p̄lia eliada: et cū eo tenentiū arcum
et clipeū ducēta milia. Post istum etiā ioza-
bad ⁊ cū eo cētū octogita milia expeditoꝝ

militū. Hij om̄es erāt ad manū regis: ex=
ceptis alijs quos posuerat in vrbibꝫ mura
tis. et in vniuerso iuda. XVIII

Fuit ergo iosaphat diues ⁊ inclitus
multū: et affinitate cōiūctus ē achab:
descenditq3 post annos ad eū in samariā3.
Ad cuius aduentū mactauit achab arie=
tes et boues plurimos ipſi ⁊ populo q̄ vene
rat cū eo: ꝑsuasitq3 illi ut ascenderet in ra=
moth galaad. Dixitq3 achab rex isrl' ad io
saphat regē iuda. Veni mecū in ramoth
galaad. Cui ille rn̄dit. Vt ego ⁊ tu: sicut
ꝑplus tuus sic ⁊ ꝑplus meus: tecūq3 erimus
in bello. Dixit iosaphat ad regē isrl'. Con=
sule obsecro in ꝑn̄tiaꝝ sermonē dn̄i. Con
gregauit igitur rex israhel ꝓphetaꝝ qua=
dringētos viros: et dixit ad eos. In ramoth
galaad ad bellandū ire debemus ān quies
cere? At illi ascende inquiūt: et tradet deus
in manū regis. Dixitq3 iosaphat. Nūq̄d nō
est hic ꝓphetes domini: ut ab illo etiā requi
ramus? Et ait rex isrl' ad iosaphat. Est vir
vnus a quo possumus querē domini volū=
tatē: sed ego odi eum q2 nō ꝓphetat michi
bonū: ſ3 malū omi tempore. Est aūt micheas
filius iemla. Dixitq3 iosaphat. Ne loquaris
rex hoc modo. Vocauit ergo rex isrl' vnū
de eunuchis: ⁊ dixit ei. Voca cito micheā fi
liū iemla. Porro rex israhel ⁊ iosaphat rex
iuda. vterq3 sedebāt ī solio suo: vestiti cul=
tu regio. Sedebāt aūt in area iuxͣ portā sa
marie: om̄esq3 ꝓphete vaticinabāt' corā eis.
Sedechias vero filius chanana fecit sibi cor
nua ferrea: ⁊ ait. Hec dicit dn̄s. Hijs vētila
bis syriā: donec cōteras eā. Om̄esq3 ꝓphete
similiter ꝓphetabāt: atq3 dicebāt. Ascende
in ramoth galaad ⁊ ꝓsperaberis: et tradet
eos dn̄s ī manu regis. Nuncius aūt q̄ ierat
ad vocandū micheā ait illi. En ꝟba omniū
ꝓphetarum vno ore bona regi annunciant.
Queso ergo te ut ⁊ ſmo tuus ab eis nō dis
sentiat: loquarisq3 ꝓspera. Cui rn̄dit miche
as. Viuit dominus: q2 quodcūq3 dixerit mi
chi deus meus hoc loquar. Venit ergo ad
regē. Cui rex ait. Michea: ire debemus ī ra
moth galaad ad bellādū an quiescē? Cui
ille rn̄dit. Ascendite: cūcta eni ꝓspera eue=
niēt: ⁊ tradēt' hostes ī manus vr̄as. Dixitq3
rex. Iterū atq3 iterum te adiuro: ut michi ī
non loquaris nisi quod verum est in noīe
dn̄i. At ille ait. Vidi vniuersū israhel disꝑ=
sum ī mōtibꝫ: sicut oues absq3 pastore. Et
dixit dn̄s. Non habēt isti dominos: reūtat'
vnusquisq3 in domū suā in pace. Et ait rex
isrl' ad iosaphat. Nōne dixi tibi q2 nō ꝓphe
taret iste michi quicq̄ᵐ boni: sed ea q̄ mala
sūt? At ille: idcirco ait audite verbū domi̅.
Vidi dn̄m sedentē ī solio suo: et om̄e3 exē=
citū celi assistentē ei a dextris ⁊ a sinistris.
Et dixit dn̄s. Quis decipiet achab regē isrl'
ut ascendat ⁊ corruat in ramoth galaad?
Cūq3 dicēt vnus hoc mō ⁊ alter alio: ꝓces=
sit spūs et stetit corā dn̄o ⁊ ait. Ego decipiā3
eū. Cui dn̄s. In quo inquit decipies? At ille
rn̄dit. Egrediār: et ero spūs mēdax in ore
omniū ꝓphetaꝝ eius. Dixitq3 dn̄s. Decipi=
es ⁊ ꝑualebis: egredē ⁊ fac ita. Nūc igitur
ecce dn̄s dedit spiritū mendacij in ore oīm
ꝓphetarū tuorū: et dn̄s locutus est de te ma
la. Accessit aūt sedechias filius chanana:
et ꝑcussit michee maxillā. et ait. Per quā vi
am trāsiuit spūs dn̄i a me ut loqueret' tibi?
Dixitq3 micheas. Tu ipse videbis in die il=
lo: quādo ingressus fueis cubiculū de cubi=
culo. ut abscondaris. Precepit aūt rex is=
rahel dicēs. Tollite micheā et ducite eū ad
amon principē ciuitatis ⁊ ad ioas filiū ama
lech: et dicetis. Hec dicit rex. Mittite hūc ī
carcerē: et date ei panis modicum. et aque
pauxillū: donec reuertar ī pace. Dixitq3 mi
cheas. Si reūsus fueis ī pace: nō est dn̄s lo
cutus ī me. Et ait. Audite om̄es ꝑpli. Igit'
ascenderūt rex israhel ⁊ iosaphat rex iuda
in ramoth galaad: dixitq3 rex israhel ad io
saphat. Mutabo habitum. et sic ad pu=
gnā vadā: tu aūt induē vestibꝫ tuis. Muta
toq3 rex israhel habitu venit ad bellū. Rex
aūt sirie ꝑcepat ducibꝫ equitatus sui dicēs.
Ne pugnetis cōtra minimū. aut cōtra maxi=
mū: nisi cōtra solū regē israhel. Itaq3 cū vidis
sent principes. equitatus iosaphat: dixerūt.
Rex israhel est iste. Et circūdederūt eū dimi=
cātes. At ille clamauit ad dn̄m. et auxilia=
tus ē ei: atq3 auertit eos ab illo. Cū eni vidis
sent duces equitatus q2 nō eēt rex isrl': re=
liquerūt eū. Accidit aute3 ut vnus e populo

sagittā in incertū iaceret: et pcuteret regē
israhel inter ceruicē ⁊ scapulas. At ille auri-
ge suo ait. Converte manum tuam. et educ
me de acie: quia vulneratus sū. Et finita ē pu-
gna i die illo. Porro rex isrl' stabat i curru
suo ɔtra siros usq; ad vesperā: et mortuus ē

XIX

Reuersus est occidēte sole. ¶ Reuersus est
autē iosaphat rex iuda i domū suā pa
cifice in ihierusalē. Cui occurrit iehu filius
anani vidēs: et ait ad eum. Impio prebes
auxiliū ⁊ hijs qui oderūt dnm amicicia iū-
geris: et idcirco irā quidē domini mereba-
ris: sed bona opa inuenta sūt i te: eo quod abstu
leris lucos de terra iuda. et pparaueris cor
tuū ut requirēs dnm deū patrū tuoꝝ. Ha-
bitauit ergo iosaphat i ihierusalē. Rursūq;
egressus est ad populū. de bersabee usq; ad
montē ephraim: et reuocauit eos ad dnm
deum patrū suoꝝ: ɔstituitq; iudices terre
in cūctis ciuitatibꝫ iuda munitis p singula
loca: et pcipiēs iudicibꝫ videte ait quid fa-
ciatis. Nō enim hominis exercetis iudiciū
sed domini: et quodcūq; iudicaueritis i vos
redundabit. Sit timor domini vobiscū: et
cū diligentia cūcta facite. Nō est eni apud
dnm deū nrm iniquitas nec psonaꝝ acce-
ptio: nec cupido munerū. In ihierusalē quoq;
cōstituit iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes et
pncipes familiaꝝ ex isrl' ut iudiciū et cau-
sam dni iudicarēt habitatoribꝫ eius: pce-
pitq; eis dicēs. Sic agetis in timore dni fi-
deliter et corde pfecto. Omnem causam q̄ ve
nerit ad vos fratrū vroꝝ qui habitant in
vrbibꝫ suis. inter cognacōnē ⁊ cognacō-
nē vbicūq; questio est de lege. de mandato.
de cerimonijs. de iustificacōnibus: osten-
dite eis ut nō peccēt in dnm: et ne veniat ira
sup vos ⁊ sup fratres vros. Sic ergo agē-
tes nō peccabitis. Amarias autē sacerdos et
pōtifex vester in hijs q̄ ad deū ptinēt psīde
bit. Porro zabadias filius ismahel q̄ ē dux
in domo iuda: sup ea opera erit q̄ ad regis
officiū ptinēt. Habetisq; magistros leui-
tas corā vobis ɔfortamini ⁊ agite diligēter:
et erit dns vobiscū in bonis.

XX

Post hec ɔgregati sūt filij moab et fi-
lij ammon ⁊ cū eis de amonitis ad io
saphat: ut pugnarēt cōtra eū. Venerūtq;
nūcij: et indicauerūt iosaphat dicētes. Ve-
nit ɔtra te multitudo magna de hijs locis
q̄ trans mare sūt et de siria: et ecce ɔsistūt in
asasonthamar. q̄ est engaddi. Josaphat
autē timore pterritus. totū se ɔtulit ad rogā
dū dominū: ⁊ pdicauit ieiuniū vniuerso iuda.
Congregatusq; est iudas ad deprecandū
dominū: sed ⁊ omnes de vrbibꝫ suis venerūt ad
obsecrandū eū. Cūq; stetisset iosaphat in me
dio cetu iude ⁊ ihrlm in domo domini ante
atriū nouū ait. Domine deus prm nostro-
rū tu es deus i celo: et dnaris cūctis regnis
gentiū. In manu tua ē fortitudo ⁊ potentia:
nec quisq̄ tibi potest resistē. Nōne tu deus
noster interfecisti omnes habitatores terre
huius corā populo tuo israhel. et dedisti eā
semini abraham amici tui in sempiternū?
Habitaueruntq; i ea: et extruxerūt i illa san-
ctuariū nomini tuo dicētes. Si irruerint su
per nos mala. gladius iudicij. pestilētia ⁊ fa
mes: stabimus corā domo hac in cōspectu
tuo. in qua inuocatū est nomē tuū. et clama-
bimus ad te i tribulacōnibꝫ nostris: et ex-
audies saluosq; facies. Nūc igitur ecce filij
ammon et moab ⁊ mōs seir p quos nō ɔcessi-
sti isrl' ut transirēt quādo egrediebātur de
egipto. sed declinauerūt ab eis ⁊ nō interfece
rūt illos. econtrario agūt: et nituntur eicere
nos de possessione quā tradidisti nobis deus
nr. Ergo nō iudicabis eos? In nobis quī-
dē nō est tanta fortitudo ut possimus huic
multitudini resistē. q̄ irruit sup nos: sed cū
ignoremus quid agere debeamus hoc solū
habemus residui: ut oculos nros dirigā-
mus ad te. Omnis vero iuda stabat corā
dno: cū paruulis ⁊ vxoribꝫ ⁊ liberis suis. E-
rat autē iaziel filius zacharie filij banaie fi-
lij iehiel filij mathanie leuites de filijs a-
saph: sup quē factus ē spus dni in medio tur
be ⁊ ait. Attēdite omnis iuda. et q̄ habitatis
in ihrlm: ⁊ tu rex iosaphat. Hec dicit dns vo
bis. Nolite timē: nec paueatis hanc multitu
dinē. Nō ē eni vra pugna: sed dei. Cras descē
detis ɔtra eos. Ascensuri eni sūt p cliuū no-
mine sis: et inuenietis illos in summitate torrē
tis q̄ est ɔtra solitudinē ihieruhel. Nō eni eri
tis vos qui dimicabitis: sed tantūmodo ɔfidē
ter state: et videbitis auxiliū dni super vos

O iuda et ierusalē nolite timere nec paue-
atis: cras egredieminī cōtra eos: et dn̄s erit
vobiscū. Josaphat ergo et iuda et omnes
habitatores ierl̄m ceciderūt ꝓni in terrā
coram domino: et adorauerūt eum. Porro
leuite de filijs caath et de filijs chore lauda-
bant dn̄m deū israhel voce magna ī excelsū.
Cūq; mane surrexissent egressi sūt ꝑ desertū
thecue: ꝓfectisq; eis stans iosaphat in me-
dio eorū dixit. Audite me viri iuda: et om̄es
habitatores ierl̄m. Credite ī dn̄o deo vr̄o:
et securi eritis: credite ꝓphetis eius: et cūcta
euenient ꝓspera. Dedit cōsiliū populo: et sta-
tuit cantores dn̄i ut laudarent eū in turmis
suis. et antecederēt exercitum: ac voce cōso-
na dicerēt. Cōfitemini dn̄o: quoniā in eter-
nū misericordia eius. Cumq; cepissent lau-
des canere vertit dn̄s insidias eorū ī semet-
ipos filiorū scilicet ammon et moab. et mōtis
seir. qui egressi fuerāt ut pugnarēt cōtra iu-
dā: et ꝑcussi sūt. Nāq; filij ammon et moab
cōsurrexerūt aduersū habitatores montis
seir: ut interficerēt et delerēt eos. Cūq; hoc
opere ꝑpetrassent: etiam in semetipos versi
mutuisq; cōcidere vulneribꝫ. Porro iudas
cū venisset ad speluncā q̄ respicit solitudinē
vidit ꝓcul om̄ez late regionē plenā cada-
ueribꝫ: nec superesse quenq̄ q̄ necē potuissꝫ
euadē. Venit ergo iosaphat et om̄is ppl̄s
cū eo ad detrahenda spolia mortuorū: inue-
nerūtq; inter cadauera variā suppellectilē.
vestes quoq; et vasa ꝑciosissima. et diripuerūt:
ita ut om̄ia portare nō possent nec per tres
dies spolia auferre. ꝑ prede magnitudīe.
Die autē quarto cōgregati sūt in valle bene-
dictōis. Etenim quoniā ibi bn̄dixerūt dn̄o:
vocauerūt locū illū vallis bn̄dictōnis usq;
in presentē diem. Reuersusq; est omnis vir
iuda et habitatores ierl̄m. et iosaphat an-
te eos ī ierl̄m cū leticia magna: eo q̄ dedis-
set eis dn̄s gaudiū de inimicis suis. Ingres-
siq; sūt ī ierl̄m cū psalterijs et citharis et tu-
bis in domū dn̄i. Irruit aūt pauor dn̄i sup
vniūsa regna terrarū: cū audissent q̄ pu-
gnasset dn̄s cōtra inimicos israhel. Quieuitq;
regnū iosaphat: et ꝑbuit ei pacē dominus
ꝑ circuitū. Regnauit igit iosaphat sup iudā:
et erāt triginta quinq; ānorū cū regnare cepisset.

Viginti aūt et quinq; annis regnauit in ie-
rusalē: et nomen matris eius azuba filia se-
lachi. Et ambulauit in via pr̄is sui asa nec
declinauit ab ea: faciens q̄ placita erāt co-
rā domino. Verūtamē excelsa nō abstulit:
et adhuc populus nō direxerat cor suū ad
dominū deū patrū suorū. Reliqua autē ge-
storū iosaphat priorū et nouissimorū scrip-
ta sūt in verbis iehu filij anani q̄ digessit in
libro regū israhel. Post hec iniit amicicias
iosaphat rex iuda cū ochozia rege israhel cu-
ius opera fuerunt impijssima: et particeps
fuit ut faceret naues q̄ irent in tharsis: fece-
rūtq; classē ī asiongaber. Prophauit aūt
eliezer filius dodau de maresa ad iosaphat
dicēs. Quia habuisti fedus cū ochozia. ꝑ-
cussit dominus opera tua: contriteq; sūt na-
ues: nec potuerūt ire in tharsis.

XXI

Dormiuit aūt iosaphat cū prib; suis:
et sepultus ē cū eis in ciuitate dauid:
regnauitq; ioram filius eius ꝓ eo. Qui ha-
buit fratres filios iosaphat: azariā. et iahi-
hel. et zachariam. et azariam et michahel. et
saphaciam. Om̄es hij filij iosaphat regis
iuda. Deditq; eis pater suus multa mune-
ra argenti et auri. et pensacōes cū ciuitatibꝫ
munitissimis in iuda: regnū aūt tradidit io-
ram eo q̄ esset ꝓmogenitus. Surrexit autē
ioram sup regnū pr̄is sui. Cūq; se cōfirmasset:
occidit om̄es fratres suos gladio: et quos-
dā de p̄ncipibꝫ iuda. Triginta duorū āno-
rū erat iorā cū regnare cepisset: et octo annis
regnauit in ierl̄m: ambulauitq; in vijs re-
gū isrl̄ sic egerat domus achab. Filia quip-
pe achab erat vxor eius. Et fecit malū ī cō-
spectu domini. Noluit autē dn̄s disꝑdē do-
mū dauid ꝓpter pactū qd̄ inierat cū eo: et
q̄ ꝓmiserat ut daret ei lucernā et filijs eius
in om̄i tēpore. In diebꝫ illis rebellauit edom
ne esset subditus iude: et cōstituit sibi regē.
Cūq; trāsiret ioram cū p̄ncipibꝫ suis. et cū-
cto equitatu q̄ erāt secū: surrexit nocte. et ꝑ-
cussit edom q̄ se circūdederat: et om̄es du-
ces eq̄tatus eius. Attamē rebellauit edom.
ne esset sub dicōe iuda: usq; ad hāc diē. Eo
tēpore et lobna recessit: ne esset sub manu illius.
Dereliq̄rat enim dominū deū patrū suorū:
insup et excelsa fabricatus ē in vrbibꝫ iuda:

et fornicari fecit habitatores ihrl'm. et p̄uaricari iudā. Allate sūt aūt ei littere ab helia ꝓpheta: in quib' scriptū erat. Hec dicit dn̄s deus dauid patris tui. Quoniā nō ambulasti in vijs iosaphat pr̄is tui. et in vijs asa regis iuda ꝫ incessisti p iter regū isrł. et fornicari fecisti iudam ⁊ habitatores ierusalē. imitatus fornicacōez domus achab: insuper et fratres tuos domū pr̄is tui meliores te occidisti: ecce dn̄s pcutiet te plaga magna cū ppl'o tuo. et vxorib' ⁊ filijs tuis: vniuersaq; substātia tua. Tu autē egrotabis pessimo languore vteri: donec egrediātur vitalia tua paulatim p singulos dies. Suscitauit ergo dn̄s ↄtra ioram spiritū philistinoꝝ et arabū. qui ↄfines sūt ethiopib': et ascēderūt ī terrā iuda et vastauerūt eā. Diripuerūtq; cunctā substantiā q̄ inuēta ē in domo regis: insup et filios eius ⁊ vxores. Nec remansit ei filius nisi ioachaz. q̄ minimus natu erat. Et sup hec om̄ia pcussit eum dn̄s alui lāguore insanabili. Cūq; diei succederet dies. et tp̄m spacia voluerent̄. duorū annoꝝ expletus est circulus: et sic lōga ↄsūptus tabe. ita ut egereret etiam viscera sua. lāguore pariter et vita caruit. Mortuusq; ē infirmitate pessima: et non fecit ei populus scd̄m morē ↄbustionis exequias: sic fecērat maiorib' eius. Trigītaduoꝝ ānorū fuit cū regnaē cepisset: et octo annis regn̄uit in ierusalē. Ambulauitq; nō recte: et sepelierūt eū in ciuitate dauid: veruntamen nō in sepulcro regū. XXII

Constituerūt autē habitatores ierusalē ochoziam filiū eius minimū regē p eo. Om̄es eni maiores natu qui ante eū fuerāt interfecerāt latrones arabū qui irruerāt in castra. Regnauitq; ochozias filius ioram regis iuda. Quadragintaduoꝝ annoꝝ erat ochozias cū regnare cepisset: et vno āno regnauit in ierusalē: ⁊ nomē matris eius athalia filia amri. Sed ⁊ ipse ingressus est p vias domus achab. Mater eni eius impulit eū. ut impie ageret. Fecit igit' malū in ↄspectu dn̄i sic domus achab. Ipsi enim fuerūt ei ↄsiliarij post mortē pr̄is sui in interitū eius: ambulauitq; in consilijs eoꝝ. Et p̄rexit cū iorā filio achab rege isrł in bellū ↄtra asahel regē syrie ī ramoth galaad: vulnerauerūtq; syri ioram. Qui reuersus est ut curaret' in iesrahel. Multas enim plagas acceperat ī supradicto certamie. Igitur ochozias filius iorā rex iuda descendit ut inuiseret iorā filiuz achab in iesrahel egrotantē. Voluntatis quippe fuit dei aduersus ochoziā. ut veniret ad iorā. Et cū venisset et egrederet' cū eo adūsū iehu filiū namsi quē vnxit dn̄s ut deleret domū achab: cū ergo euerteret iehu domuz achab inuenit p̄ncipes iuda ⁊ filios fratrū ochozie q̄ ministrabāt ei. et interfecit illos. Ipm q; pquirēs ochoziā ↄp̄hendit latitantē in samaria adductūq; ad se occidit: ⁊ sepelierūt eū eo q' esset filius iosaphat: qui quesierat dn̄m ī toto corde suo. Nec erat vltra spes aliqua: ut de stirpe quis regnaret ochozie. Siquidē mater eius athalia vidēs q' mortuus esset filius suus: surrexit. et interfecit om̄ez stirpē regiā domus ioraz. Porro iosabeth filia regis tulit ioas filiū ochozie. ⁊ furata est eū de medio filioꝝ regis cū interficerent': absconditq; eū cū nutrice sua ī cubiculo lectuloꝝ. Iosabeth aūt que absconderat eū. erāt filia regis iorā. vxor ioiade pontificis soror ochozie: et idcirco athalia nō interfecit eū. Fuit ergo cū eis ī domo dei abscōditus sex annis: quib' regn̄uit athalia sup terrā. XXIII

Anno autē septimo ↄfortatus ioiada assumpsit cēturiones. azariam videlicet filiū ierobōā ⁊ ysmahel filiū iohānan. azariaz q; filiū obed. et maasiaz filiū adaie. et elisaphat filiū zechri: et init cū eis fedus. Qui circueūtes iudā cōgregauert leuitas de cūctis vrbib' iuda. et p̄ncipes familiarū isrł: venerūtq; in ihrl'm. Init ergo om̄is multitudo pactū in domo dei cū rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce filius regis regnabit sic locutus ē dn̄s sup filios dauid. Iste est sermo quē facietis. Tercia pars vestrū qui veniūt ad sabbatū sacerdotū ⁊ leuitaꝝ et ianitoꝝ erit ī portis: tercia vero pars ad domū regis: et tercia ad portā q̄ appellat' fundamēti. Om̄e vero reliquū vulgus sit in atrijs domus dn̄i: nec quispiā alius ingrediat' domū dn̄i nisi sacerdotes ⁊ qui ministrant de leuitis. Ipsi tm̄mō ingrediantur

quia sanctificati sūt: ⁊ oēe reliquū vulgus obseruet custodias domini. Leuite aūt circundent regē habentes singuli arma sua: et si quis alius ingressus fuerit templū interficiatur: sintq; cū rege et intrante ⁊ egrediēte. Fecerūt ergo leuite ⁊ vniūsus iuda iuxta omnia que preceperat ioiada pontifex. Et assumpserūt singuli viros qui sb se erāt: et veniebāt per ordinē sabbati cū hiis q̄ impleuerāt sabbatū et egressi erāt. Siquidē ioiada pontifex nō dimiserat abire turmas: que sibi p singulos ebdomadas succedere cōsueuerāt. Deditq; ioiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosq; ⁊ peltas regis dauid: quas cōsecrauerat in domo domini. Cōstituitq; omnē populū tenētiū pugiōes a parte templi dextra. usq; ad partē templi sinistrā. corā altari ⁊ tēplo p circuitū regis: et eduxerūt filiū regis ⁊ imposuerūt ei diadema ⁊ testimoniū: dederūtq; in manu eius tenendā legē ⁊ cōstituerūt eū regē. Vnxitq; illū ioiada pōtifex et filij eius: inplauserūtq; ei atq; dixerūt. Viuat rex. Quod cū audisset athalia vocē scilicet currētiū atq; laudātiū regē: ingressa est ad pplm in templū dni. Cūq; vidisset regem stantē sup gradū in introitu ⁊ principes turmasq; circa eum. omnēq; pplm terre gaudentē atq; clāgentē tubis. et diuersi generis organis concinentē. vocēq; laudantiū: scidit vestimēta sua et ait. Insidie. insidie. Egressus autē ioiada pontifex ad cēturiōes ⁊ pncipes exercitus dixit eis. Educite illā extra septa tēpli: et interficiatur foris gladio. Precepitq; sacerdos ne occideretur in domo dni. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cunq; intrasset portā equorū domus regis: interfecerūt eam ibi. Pepigit aūt ioiada fedus inter se vniuersūq; populū ⁊ regē: ut esset populus dni. Itaq; ingressus est omnis populus domū baal. et destruxerūt eam: et altaria ⁊ simulacra illius cōfregerūt: mathan quoq; sacerdotē baal interfecerūt ante aras. Cōstituit autē ioiada ppositos in domo dni et sub manibus sacerdotū ⁊ leuitarū. quos distribuit dauid in domo dni: ut offerrent olocausta dno sicut scriptū ē in lege moysi. in gaudio ⁊ canticis: iuxta dispositionē dauid. Constituit quoq; ianitores in portis domus domini: ut nō ingrederetur eā immūdus in omni re. Assumpsitq; cēturiōes ⁊ fortissimos viros. ac principes populi ⁊ omne vulgus terre: et fecerūt descendere regē de domo dni. et introire p mediū porte superioris ī domū regis: et collocauerūt eū ī solio regali. Letatusq; ē oīs pplus terre: ⁊ vrbs quieuit. Porro athalia interfecta est gladio. XXIIII

Septē annorū erat ioas cum regnare cepisset: et quadragita annis regnauit ī iherusalē. Nomē matris eius sebia de bersabee. Fecitq; qđ bonū est corā dno cūctis diebus ioiade sacerdotis. Accepit aūt ei ioiada vxores duas: e quibus genuit filios et filias. Post q̄ placuit ioas ut instauraret domū dni: cōgregauitq; sacerdotes ⁊ leuitas: et dixit eis. Egredimini ad ciuitates iuda: ⁊ colligite de vniūso israhel pecuniā ad sartatecta tēpli dei nostri p singulos ānos: festinatoq; hoc facite. Porro leuite egere negligētius. Vocauitq; rex ioiadā principē: et dixit ei. Quaē tibi nō fuit cure ut cogeres leuitas inferre de iuda ⁊ de ihrlm pecuniam q̄ cōstituta ē a moyse seruo dni: ut inferret eā omnis multitudo israhel in tabnaculū testimonij? Athalia enī impijssima ⁊ filij eius destruxerūt domū dei: et de vniūsis q̄ sanctificata fuerūt in tēplo dni ornauerūt phanū baalim. Precepit ergo rex. et fecerūt archā: posuerūtq; eā iuxta portā dni forinsecus. Et pdicatū ē in iuda ⁊ ihrusalē: ut deferrēt singuli preciū dno qđ cōstituit moyses seruus dei sup omnē israhel in deserto. Letatiq; sunt cuncti principes. et omis pplus: et ingressi cōtulerūt ī archā dni atq; miserūt: ita ut impleretur. Cūq; tēpus esset ut deferrēt archam corā rege p manus leuitarū: videbāt enī multā pecuniā: ingrediebatur scriba regis et quē pmus sacerdos cōstituerat: effundebātq; pecuniā q̄ erat ī archa. Porro archā reportabāt ad locū suū: sicq; faciebāt p singulos dies. Et cōgregata est infinita pecunia: quā dederūt rex ⁊ ioiada hijs q̄ preerāt operibus domus dni. At illi cōducebāt ex ea cesores lapidū ⁊ artifices operū singulorū. ut instaurarēt domū dni: fabros quoq; ferri et eris: ut qđ cadere ceperat fulciretur. Egeritq;

hij qui operabātur industrie: et obducebatur
parietū cicatrix ꝑ manus eoꝝ: ac suscita-
uerūt domū dñi ī statū pristinū: et firmiter
eā stare fecerūt. Cūq; ɔplessent omnia opa.
detulerūt corā rege ⁊ ioiade reliq̄ partē pe
cunie: de qua facta sūt vasa tēpli ī ministe-
riū ad olocausta: fiale quoq; ⁊ cetera vasa
aurea ⁊ argentea. Et offerebantur olocau-
sta ī domo dñi iugiter cūctis dieb; ioiade.
Senuit aūt ioiada plenus dierū ⁊ mortu-
us est cū centūtriginta esset annorū: sepeli-
erūtq; eū in ciuitate dauid cū regib;: eo ꝙ
fecisset bonū cū israhel ⁊ cū domo eius. Post-
q̄ autem obijt ioiada: ingressi sūt pn̄cipes
iudā et adorauerūt regē. Qui delinitus ob
sequijs eoꝝ acq̄euit eis. Et dereliq̄rūt tē-
plū dñi dei patrū suoꝝ. seruierūtq; lucis et
sculptilib;: et facta est ira ɔtra iudā ⁊ ihrl'm
ꝓpter hoc peccm̄. Mittebatq; eis ꝓphetas ut
reuerterentur ad dñm: quos protestātes illi au
dire nolebāt. Spiritus itaq; dei induit za-
chariā filiū ioiade sacerdotē: et stetit in ɔspe-
ctu ꝓpli. et dixit eis. Hec dicit deus. Quare
trāsgredimini ꝓceptū dñi quod vob̄ nō ꝓ-
derit: et dereliquistis dñm ut derelinqueret
vos? Qui ɔgregati aduersus eū miserūt
lapides iuxta regis imperiū in atrio domus
dñi. Et nō est recordatus ioas rex miseri-
cordie quā fecerat ioiada pater illius se-
cū: ſ; interfecit filiū eius. Qui cū moreretur.
ait. Videat dñs et requirat. Cūq; euolutus
esset annus ascēdit contra eū exercitus sirie:
venitq; in iudam ⁊ ihrl'm ⁊ interfecit cūctos
pn̄cipes ꝓpli: atq; vniūsam p̄dam miserunt
regi in damascū. Et certe cū ꝑmodicus ve-
nisset numerus siroꝝ tradidit dñs mani-
bus eorū infinitā multitudinē: eo ꝙ dereliq̄s
sent dñm deū prm̄ suoꝝ. In ioas q̄q; igno-
miniosa exercuere iudicia: et abeuntes di-
miserūt eū in languorib; magnis. Surre-
xerūt aūt contra eū serui sui in vltionē san-
guinis zacharie filij ioiade sacerdotis. et occi
derūt eū in lectulo suo ⁊ mortuus est: sepeli
erūtq; illū in ciuitate dauid sed nō in sepul
cris regū. Insidiati vero sunt ei zabath fili-
us semath amanitidis: et iosabat filius se-
marith moabitidis. Porro filij eius ac sū-
ma pecunie q̄ adunata fuerat sub eo. et in-
stauracō domus dei scp̄ta sūt diligētius in
libro regū. Regnauit autē amasias filius
eius ꝓ eo.

XXV

Viginti quinq; ānoꝝ erat amasias cū regnare cepisset: et vi
ginti nouē annis regnauit in ihrl'm. No-
men matris eius ioiaden de ihrl'm. Fecitq;
bonū in ɔspectu domini: verūtamē nō in cor
de ꝑfecto. Cumq; roboratū sibi videret im-
periū iugulauit seruos q̄ occiderāt regem
patrē suū: ſ; filios eoꝝ non interfecit. sicut
scriptū est in libro legis moysi: vbi ꝓcepit
dñs dicēs. Nō occidētur patres ꝓ filijs. ne
q; filij ꝓ patrib; suis: sed vnusquisq; in suo
peccato morietur. Cōgregauit igitur amasias
iudā. et ɔstituit eos ꝑ familias. tribunosq;
et cēturiones in vniūso iuda ⁊ beniamin: et
recēsuit a viginti annis sursū. inuenitq; tri-
ginta milia iuuenū q̄ egrederētur ad pu-
gnā et tenerēt hastā ⁊ clipeū. Mercede q̄q;
cōduxit de israhel centū milia robustoꝝ cē
tum talētis argēti. Venit aūt homo dei ad
illū ⁊ ait. O rex ne egrediatur tecū exercitus
israhel. Nō est eni dñs cū israhel: et cūctis fi-
lijs ephraim. Quod si putas in robore ex-
ercitus bella cōsistere: superari te faciet de-
us ab hostib;. Dei quippe est ⁊ adiuuare: et
in fugā cōuertere. Dixitq; amasias ad ho-
minē dei. Quid ergo fiet de centū talentis q̄
dedi militib; israhel? Et respondit ei homo
dei. Habet dñs vnde tibi dare possit multo
hijs plura. Separauit itaq; amasias exer
citum q̄ venerat ad eū ex ephraim: ut reuer-
terentur in locū suū. At illi cōtra iudā vehemēter
irati: reuersi sūt in regionē suā. Porro ama
sias confidenter eduxit ꝓplm̄ suū. et abijt in
vallē salinaꝝ: ꝑcussitq; filios seir decē mi-
lia. Et alia decē milia viroꝝ ceperūt filij iu-
da: et adduxerūt ad ꝓruptū cuiusdā petre
ꝓcipitauerūtq; eos de summo in p̄ceps: qui
vniūsi crepuerūt. At ille exercitus quē re-
miserat amasias ne secū iret ad ꝓliū diffusus
est in ciuitatib; iuda. a samaria usq; ad be-
thorō: et interfectis trib; milib; diripuit ꝓ-
dā magnā. Amasias q̄q; post cedē ydume
orū et allatos deos filioꝝ seir statuit illos i
deos sibi: et adorabat eos: et illis adole-
bat incensū. Quāobrē iratus dñs ɔtra ama-
siam misit ad illū ꝓphetā qui diceret ei. Cur

adorasti deos q̄ nō liberauerūt populū suū
de manu tua? Cūq; hec ille loq̄retur · rn̄dit
ei. Num ↄsiliarius regis es? Quiesce ne in=
terficiā te. Descendensq; ꝓpheta · scio inquit
quod cogitauerit dn̄s occidere te: q̄ et fe=
cisti hoc malū: et insup nō acquieuisti con=
silio meo. Igit̄ amasias rex iuda inito pes=
simo consilio: misit ad ioas filiū ioachaz fi=
lij iehu regem israhel dicens. Veni videa=
mus nos mutuo. At ille remisit nūcios di=
cens. Carduus q̄ est in libano · misit ad ce=
drū libani dicēs. Da filiā tuā filio meo vxo=
rem. Et ecce bestie q̄ erāt in silua libani: trā=
sierūt ꝛ ↄculcauerūt carduū. Dixisti pcussi
edom: et idcirco erigitur cor tuū in supbiā.
Sede in domo tua. Cur malū aduersū te
ꝓuocas: ut cadas et tu ꝛ iudas tecū? Nolu
it audire amasias: eo q̄ domini esset volun
tas · ut traderet̄ in manus hostiū ꝓpter deos
edom. Ascendit igit̄ ioas rex israhel: et mu
tuos sibi p̄buere ↄspectus. Amasias autē
rex iuda erat in bethsames iude. Corruitq;
iudas corā israhel: et fugit ī tabnācula sua.
Porro amasiam regem iuda filiū ioas filij
ochozie cepit ioas rex israhel in bethsames
et adduxit ī ihrl̄m: destruxitq; murū eius · a
porta ephraim usq; ad portā anguli q̄drin
gētis cubitis. Omne quoq; aurū ꝛ argentū ·
et vniuersa vasa que reperat in domo dei · et
apud obededom · in thesauris etiam domus
regie · necnō et filios obsidū: reduxit in sa=
mariā. Vixit aūt amasias filius ioas rex iu
da postq̄ mortuus est ioas filius ioachas
rex israhel quīdecim annis. Reliqua aūt s=
monū amasie priorū ꝛ nouissimoꝝ scripta
sūt ī libro regū iuda et israhel. Qui postq̄
recessit a dn̄o: tetēderūt ei insidias ī ihrl̄m.
Cūq; fugisset lachis miserūt ꝛ interfecerūt eū
ibi: reportātesq; sup eq̄s sepelierūt eū cum
p̄ribꝫ suis in ciuitate dauid. XXVI

Omnis aūt populus iuda · filiū eius ozi
am ānoꝝ sedecī ↄstituit regē ꝓ ama
sia p̄re suo. Ipse edificauit ahilat: ꝛ resti=
tuit eā ditiom iude · postq̄ dormiuit rex cū
p̄ribꝫ suis. Sedecī ānoꝝ erat ozias cū re=
gnaē cepisset: et quīquagīnta duobꝫ annis
regnauit in ihrl̄m. Nomē matris eius iece
lia de ihrl̄m. Fecitq; qđ erat rectū in oculis
domini iuxta oīa q̄ fecerat amasias pater
eius: et exquisiuit dn̄m ī diebꝫ zacharie in=
telligētis · et videntis deū. Cumq; requirēt
dn̄m: direxit eū in oībꝫ. Deniq; egressus ē
et pugnauit ↄtra philistijm: et destruxit mu=
rū geth · et murū iammie · murūq; azoti. Edi=
ficauit q̄; opida ī azoto ꝛ philistijm ꝛ adiu=
uit eū deus ↄtra philistijm ꝛ ↄtra arabas q̄
habitabāt in gurbaal · et cōtra āmonitas.
Appendebātq; āmonite munera ozie: et di=
uulgatū ē nomē eius usq; ad introitū egi=
pti ꝓpter crebras victorias. Edificauitq;
ozias turres in ihrl̄m super portā anguli · et
sup portā vallis · et reliquas in eodē muri
latere: firmauitq; eas. Extruxitq; turres in
solitudine: ꝛ effodit cisternas plurimas · eo
q̄ haberet multa pecora: tam in cāpestribus
q̄ in heremi vastitate. Vineas q̄; habuit et
vinitores ī mōtibꝫ · et ī carmelo. Erat quip=
pe homo agriculture deditus. Fuit aūt exē
citus bellatorū eius q̄ ꝓcedebāt ad prelia
sub manu iehiel scribe · maasieq; doctoris: et
sub manu ananie qui erat de ducibꝫ regis.
Omnisq; numerus p̄ncipū p familias viro
rū fortiū duoꝝ miliū sexcētoꝝ: et sub eis
vniusus exēcitus trecētoꝝ ꝛ septem miliū
quīgentoꝝ · q̄ erāt apti ad bella: et ꝓ rege
ↄtra adūsarios dimicabāt. Preparauit q̄;
eis ozias id est cūcto exēcitui clipeos ꝛ ha=
stas · et galeas ꝛ loricas · arcusq; ꝛ fundas
ad iaciēdos lapides: ꝛ fecit in ihrl̄m diūsi
generis machinas quas in turribꝫ collo=
cauit · et ī angulis muroꝝ: ut mitteret sagit
tas ꝛ saxa grādia. Egressumq; ē nomē ei9
ꝓcul: eo q̄ auxiliaret̄ ei dn̄s ꝛ corroborasset
illū. Sed cū roboratus esset eleuatū ē cor ei9
in interitū suū ꝛ neglexit dn̄m deū suum: in=
gressusq; templū domini adolere voluit in
censum sup altare thimiamatis. Statimq;
ingressus post eū azarias sacerdos · et cū eo
sacerdotes dn̄i octuagīnta viri fortissimi ·
restiterūt regi: atq; dixerūt. Nō ē tui offi=
cij ozia · ut adoleas incensū domino: s; sacerdo
tū hoc ē filiorū aaron qui consecrati sunt ad
huiuscemodi ministeriū. Egredere de san
ctuario · ne contēpseris: q̄ nō reputabitur
tibi in gloriā hoc a domino deo. Iratusq; ozi
as ꝛ tenēs in manu thuribulū ut adoleret

incensū:minabatur sacerdotib⁹. Statimq̄
orta est lepra. in fronte eius corā sacerdo-
tib⁹ ī domo dn̄i: sup altaē thimiamatis. Cū-
q̄ respexissꝫ eū azarias pontifex. et om̄es re
liqui sac̄dotes. viderūt leprā in frōte eius:
et festinato expulerūt eū. Sꝫ et ipe pterri-
tus acceleravit egredi: eo ꝙ sensisset ilico
plagā dn̄i. Fuit igitur ozias rex leprosus
usq̄ ad diē mortis sue: et habitavit in do-
mo separata. plenus lepra ob quā eiectus
fuerat de domo dn̄i. Porro ioathan filius
eius rexit domū regis: et iudicavit popu-
lū terre. Reliqua aūt sermonū ozie prioꝝ
et novissimoꝝ. scripsit ysaias filios amos
ꝓpheta. Dormivitq̄ ozias cū prib⁹ suis: et se
pelierūt eū in agro regaliū sepulcroꝝ. eo ꝙ
essꝫ leprosus: regnavitq̄ ioathan filius eius

XXVII

Viginti quinq̄ ānoꝝ ꝑ eo.
erat ioathā cū regnare cepissꝫ: et se-
decī annis regnavit in ihrl'm. Nomē matris
eius iherusa. filia sadoch. Fecitq̄ qḋ rectū
erat coram domino iuxta om̄ia que fecerat
ozias pater suus: excepto ꝙ nō ē ingres-
sus tēplū domini: et adhuc ꝑplus delinque
bat. Ipse edificavit portā domus dn̄i excel
sam: et in muro ophel multa ꝯstruxit. Vr-
bes q̄q̄ edificavit ī mōtib⁹ iuda: et in saltib⁹
castella et turres. Ipse pugnavit cōtra re-
gē filioꝝ ammon. et vicit eū. Dederūtq̄ ei
filij āmon ī tēpore illo centū talēta argēti:
et decē milia choros tritici: ac totidē choros
ordei. Hec ei ꝑbuerūt filij ammon. in anno
sc̄do ⁊ tercio. Corroboratusq̄ ē ioathan: eo
ꝙ direxissꝫ vias suas corā dn̄o deo suo. Re-
liqua aūt ſmonū ioathan ⁊ om̄es pugne
eius et opa scripta sūt in libro regū israhel
et iuda. Viginti quinq̄ annoꝝ erat cū reg
nare cepissꝫ: et sedecim annis regnavit in
ihrl'm. Dormivitq̄ ioathan cū patrib⁹ suis:
et sepelierūt eū in civitate david: et regna-
vit achaz filius eius ꝑ eo.

XXVIII

Viginti ānoꝝ erat achaz cū regnarē
cepisset: et sedecim ānis regnavit in
iherusalem. Non fecit rectum in conspectu
dn̄i. sicut david pāter eius. sed āmbulavit in
viis regum israhel: insuper et statuas fudit
baalim. Ipse ē qui adolevit incensū in val
le hennō: et lustravit filios suos ī igne. iux
ritū gentiū quas interfecit dn̄s in adventu
filioꝝ israhel. Sacrificabat q̄q̄ ⁊ thimiama
succendebat in excelsis. et in collibus: et sub
om̄i ligno frōdoso. Tradiditq̄ eū dn̄s deus
eius ī manū regis sirie: q̄ ꝑcussit eū magnā-
q̄ predā cepit de eius imperio: et adduxit
in damascū. Manib⁹ q̄q̄ regis israhel tradi-
tus est: et ꝑcussus plaga grādi. Occiditq̄
phacee filius romelie de iuda centū vigin
ti milia in die uno. omnes viros bellatores:
eo ꝙ reliquissent dominū deū patrū suoꝝ.
Eodē tpe occidit zechri vir potēs ex ephra
im maasiā filiū regis. et ezricā ducē domus
eius: helchanā q̄q̄ secūdū a rege. Ceperūtq̄
filij israhel de fratrib⁹ suis ducēta milia mu-
lierū puerorū ⁊ puellaꝝ ⁊ infinitā ꝑdam:
ꝑtulerūtq̄ eā in samariā. Ea tēpestate erat
ibi ꝓpheta domini nomine obed: q̄ egressus
obviā exercitui venienti in samariā dixit eis.
Ecce iratus dn̄s deus patrū vroꝝ cōtra iu
dam. tradidit eos manib⁹ vestris: et occi-
distis eos atrociter: ita ut ad celū ꝑtinge-
ret vr̄a crudelitas. Insup filios iuda ⁊ ihe-
rusalē vultis vobis subicere in servos ⁊ an
cillas: qḋ nequaq̄ facto opus est. Pecca-
stis eni sup hoc dn̄o deo nostro. Sꝫ audi-
te cōsiliū meū: et reducite captivos q̄s ad-
duxistis de fratrib⁹ vestris: q꞉ magnus fu-
ror domini imminet vobis. Steterunt itaq̄
viri de p̄ncipib⁹ filioꝝ ephraim. azarias fi-
lius iohannan barachias filius mosolla-
moth. ezechias filius sellū ⁊ amasias filius
hadali. ꝯtra eos q̄ veniebāt de ꝑlio: et dixe-
rūt eis. Nō introducetis huc captivos: ne
peccemus dn̄o. Quaē vultis adicere super
pec̄ca nostra: et vetera cumulaē delicta: Grā-
de quippe peccatū ē: et ira furoris dn̄i immi-
net sup israhel. Dimiserūtq̄ viri israhel bella
tores predam. et universa q̄ ceperāt corā p̄n-
cipib⁹ ⁊ om̄i multitudine: steterūtq̄ viri q̄s
sup̄ memoravimus: et apꝑhendētes capti-
vos om̄esq̄ qui nudi erāt. vestierūt de spo-
liis. Cūq̄ vestissent eos ⁊ calciassent. et refe
cissent cibo ac potu. unxissentq̄ ꝓpter labo
rē. et adhibuissent eis curā: quicūq̄ ambu-
lare nō potuerāt. et erāt imbecillo corpore. in
posuerūt eos iumētis. et adduxerūt iheri-
cho civitatē palmaꝝ ad fratres eoꝝ: ipiq̄

reuersi sūt in samariā. Tempore illo misit rex achaz ad regē assyriorū· postulans auxiliū. Veneruntqȝ ydumei ⁊ pcusserūt multos ex iuda: et ceperūt pdam magnā. Philistijm quoqȝ diffusi sunt p vrbes cāpestres et ad meridiē iuda: ceperūtqȝ betsames. et abilon. et gadiroth· socho qȝ et thamnā. et gamzo cū viculis suis: et habitauerūt in eis. Humiliauerat eni dñs iudā ppter achaz regē iuda. eo q nudasset eū auxilio. et contēptui habuisset dñm: adduxitqȝ cōtra eū teglathphalasar regē assyriorū: q et afflixit eū ⁊ nullo resistēte vastauit. Igit achaz spoliata domo dñi ⁊ domo regū ac pncipū. dedit regi assyriorū munera: et tamē nichil ei profuit. Insup et in tēpore angustie sue auxit cōtemptū in dñm. Ipse p se rex achaz immolauit dijs damasci victimas pcussoribus suis ⁊ dixit. dij regū sirie auxiliant eis. quos ego placabo hostijs. ⁊ aderūt michi: cū ecōtrario ipsi fuerint ruine ei et vniūso isrł. Direptis itaqȝ achaz omnibꝫ vasis domus dei atqȝ ɔfractis clausit ianuas tēpli dei: et fecit sibi altaria in vniuersis angulis ihrłm. In omnibꝫ qȝ vrbibus iuda. extruxit aras ad cremandū thus: atqȝ ad iracūdiā puocauit dñm deum patrū suoꝝ. Reliqua aūt sermonū eius. ⁊ omniū operū suoꝝ p̄orū ⁊ nouissimoꝝ scripta sunt in libro regū iuda ⁊ isrł. Dormiuitqȝ achaz cū prībꝫ suis: et sepelierūt eū in ciuitate ihrusalem. Neqȝ enim receperāt eum in sepulcra regū isrł. Regnauitqȝ ezechias filius eius pro eo.

XXIX

Igitur ezechias regnare cepit cū viginti quinqȝ essꝫ ānoꝝ: et viginti nouem annis regnauit in ihrłm. Nomē mr̄is eius abia filia zacharie. Fecitqȝ quod erat placitū in cōspectu dñi: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius. Ipso anno et mense primo regni sui aperuit valuas domus dom̄i. et instaurauit eas: adduxitqȝ sacerdotes atqȝ leuitas. et ɔgregauit eos in plateam orientalē: dixitqȝ ad eos. Audite me leuite. et sanctificamini: mūdate domū dñi dei prm̄ nr̄oꝝ: et auferte om̄ē immūdiciā de sanctuario. Peccauert pr̄es nostri: et fecerūt malū i conspectu dom̄i dei nostri. derelinquentes eū: auerterūt facies suas a tabernaculo domini dei nostri. et prebuerūt dorsū. clauserūt ostia que erāt i porticu ⁊ extinxerūt lucernas: incensūqȝ nō adoleuerūt. et olocausta nō obtulerūt i sanctuario deo isrł. Concitatus est itaqȝ furor dñi sup iudam ⁊ ihrłm: tradiditqȝ eos i cōmotionē. et i interitū ⁊ in sibilū. sicut ipi cernitis oculis vestris. En corruerunt patres nr̄i gladijs: filij nostri ⁊ filie nostre. et ɔiuges captiue ducte sūt ppter hoc scelus. Nūc ergo placet michi ut ineamus fedus cū domino deo isrł: et auertet a nobis furorē ire sue. Filij mei nolite negligē. Vos elegit dñs. ut stetis corā eo. et ministretis illi: colatisqȝ eū. et cremetis ei incensū. Surrexert ergo leuite: mahath filius amasie. ⁊ iohel filius azarie de filijs caath. Porro de filijs merari: cis filius abdai ⁊ azarias filius ialaleel. De filijs aūt gersom: ioha filius iemna et eden filius ioaha. At vero de filijs elisaphā: samri et iahihel. De filijs qȝ asaph: zacharias ⁊ mathanias: necnō de filijs heman: iahihel ⁊ semei. Sꝫ ⁊ de filijs ydithun: semeias ⁊ ozihel. Cōgregauerūtqȝ fratres suos ⁊ sanctificati sūt: et ingressi sūt iuxta mādatū regis ⁊ imperiū domini. ut expiarent domū dei. Sacerdotes qȝ ingressi tēplū dñi ut sanctificarēt illud extulert om̄ē immūdiciā quā intro repererāt in vestibulo domus dñi: quā tulerūt leuite ⁊ asportauerūt ad torrentē cedron foras. Ceperūt aūt prima die mēsis p̄mi mūdare ⁊ in die octaua eiusdē mensis. ingressi sunt porticū domus templi domini: expiauerūtqȝ templū diebꝫ octo: et in die sextadecima mēs eiusdē. qd̄ ceperāt impleuerūt. Ingressi qȝ sūt ad ezechiā regē: et dixerūt ei. Sanctificauimus om̄ē domū dñi. et altare olocausti. vasaqȝ eius. necnō ⁊ mēsam ppositionis cū om̄ibꝫ vasis suis: cunctāqȝ tēpli suppellectilē quā polluerat rex achaz. i regno suo postq̄ puaricatus ē: et ecce exposita sūt oīa corā altari dñi. Cōsurgēsqȝ diluculo ezechias rex. adunauit omnes pncipes ciuitatis et ascendit in domū domini: obtulerūtqȝ simul thauros septē et arietes septē. agnos septē. et hircos septē: p peccato. p regno. pro sanctuario. p iuda. Dixitqȝ sacerdotibus

filijs aaron: ut offerrēt sup altare dñi. Ma
ctauerūt igitur thauros: et susceperūt san
guinē sacerdotes: et fuderūt illū sup alta
re. Mactauerūt etiā arietes: et illoꝝ sangui
nē sup altare fuderūt. Immolauerūt agnos:
et fuderūt sup altare sanguinē. Applicue=
rūt hircos pro peccato corā rege: et vniūsa
multitudine. Imposuerūt manus suas super
eos: et immolauerūt illos sacerdotes: et asp=
serūt sanguinē eoꝝ corā altari ꝓ piaculo
vniūsi israhelis. Pro omni quippe isrl̄ p̄cece
perat rex ut olocaustū fieret pro pc̄co. Cō=
stituit quoqꝫ leuitas i domo dñi. cū cymbalis et
psalterijs et citharis. scdm disposicōez da=
uid ⁊ gad videntis regis ⁊ nathan ꝓphete.
Siquidē domini p̄ceptū fuit: p manū ꝓphe=
taꝝ eius. Steterūtqꝫ leuite tenētes orga=
na dauid et sacerdotes tubas: et iussit eze=
chias ut offerrēt olocausta sup altare. Cū=
qꝫ offerrētur olocausta ceperūt laudes canere
dño et clangere tubis. atqꝫ in diūsis orga=
nis q̄ dauid rex israhel repererat ꝯcrepare.
Omi aūt turba adorāte. cātores ⁊ hij q̄ te=
nebāt tubas erāt in officio suo: donec ꝯple
retur olocaustū. Cūqꝫ finita esset oblatio in=
curuatus ē rex. et omes q̄ erāt cū eo: et ado
rauerūt. Precepitqꝫ ezechias et principes
leuitis ut laudarēt dñm sermonibꝫ dauid
et asaph videntis: qui laudauerūt deū ma
gna leticia: ⁊ incuruato genu adorauerūt.
Ezechias aūt etiā hec addidit. Implestis
manus vr̄as dño: accedite ⁊ offerte victi=
mas. et laudes i domo domini. Obtulit er=
go vniūsa multitudo hostias et laudes et
olocausta: mente deuota. Porro numerus
olocaustoꝝ q̄ obtulit multitudo hic fuit.
Thauros sexaginta. arietes centū. agnos
ducētos: sanctificauerūtqꝫ dño boues sex=
centos: et oues tria milia. Sacerdotes vero
pauci erant: nec poterāt sufficere ut pelles
olocaustoꝝ detraherēt. Unde ⁊ leuite fra
tres eoꝝ adiuuerūt eos: donec impleretur
opus ⁊ sanctificarētur antistites. Leuite quip
pe faciliori ritu sanctificantur q̄ sacerdotes.
Fuerūt ergo olocausta plurima adipes pa
cificoꝝ ⁊ libamina olocaustoꝝ: et ꝯpletus
est cultus domus dñi: letatusqꝫ est ezechias
et omis populus eo q̄ ministeriū dñi esset
expletū. De repēte quippe hoc fieri placue
rat. XXX
Misitqꝫ ezechias ad omēz
isrl̄ et iudā: scripsitqꝫ epistolas ad
ephraim ⁊ manassen: ut venirēt ad domum
dñi in ierusalē. et facerent phase dño deo
isrl̄. Inito ergo ꝯsilio regis ⁊ p̄ncipū ⁊ vni
uersi cetus ierusalē: decreuerūt ut facerent
phase mense secūdo. Nō eni occurrerāt fa=
cere in tēpore suo: q2 sacerdotes q̄ possent
sufficē sanctificati nō fuerāt: et ꝑplus nōdū
congregatus fuerat in ierusalem. Placu=
itqꝫ sermo regi ⁊ omi multitudini: et decre=
uerūt ut mitterēt nūcios in vniuersū isrl̄ de
bersabee usqꝫ dan: ut venirēt ⁊ facerēt pha=
se dño deo israhel in ihrl̄m. Multi eni nō fe=
cerāt sicut lege p̄scriptū est. Perrexerūtqꝫ
cursores cū epistolis ex regis imperio. et
p̄ncipū eius in vniūsū israhel ⁊ iudā: iuxta id
qd̄ rex iusserat p̄dicātes. Filij israhel reuerti=
mini ad dñm deū abraham ⁊ ysaac ⁊ israhel:
et reuertetur ad reliquias q̄ effugerūt ma=
nus regis assyrioꝝ. Nolite fieri sicut p̄res
vestri ⁊ fratres qui recesserūt a domino deo
patrū suoꝝ: et tradidit eos i interitū. ut ipi
cernitis. Nolite indurare ceruices vestras
sicut p̄res vestri. Tradite manus vr̄as dño:
et venite ad sanctuariū eius qd̄ sanctifica=
uit i eternū. Seruite dño deo patrū vestro
rū: et auertetur a vobis ira furoris eius. Si
eni vos reuersi fueritis ad dominū: fratres
vestri ⁊ filij habebūt misericordiā corā dñis
suis. qui illos duxerūt captiuos: et reuertē=
tur in terrā hāc. Pius enim ⁊ clemens ē do=
minus deus vester: et nō auertet faciem suā
a vobis si reuersi fueritis ad eū. Igitur curso
res pgebāt velociter de ciuitate in ciuitatē
p terrā ephraim ⁊ manasse usqꝫ ad zabulō:
illis irridētibꝫ. et subsannātibꝫ eos. Attamē
quidā viri ex aser ⁊ manasse ⁊ zabulon ac=
quiescētes consilio: venerūt ihrl̄m. In iuda
vero facta ē manus domini ut darēt eis cor
vnū: ut facerēt iuxta p̄ceptū regis ⁊ p̄nci=
pū verbū dñi. Cōgregatiqꝫ sūt i ierusalē
ꝑpli multi: ut facerēt solēnitatē azimoꝝ in
mense secūdo. Et surgētes destruxerūt al=
taria q̄ erāt in ierusalē: atqꝫ vniūsa in qui
bus ydolis adolebatur incensū subuertē=
tes. ꝓiecerūt torrentē cedron. Immolauerūt

aūt phase q̄rtadecima die mensis secundi.
Sacerdotesq; atq; leuite tandem sanctifi-
cati obtulerūt olocausta in domo dn̄i: stete-
rūtq; in ordine suo iuxta dispositōē ⁊ legē ⁊
moysi hominis dei. Sacerdotes vero susci-
piebāt effundēdū sanguinē de manib; leui
tarū: eo q multa turba sanctificata non eēt:
et idcirco immolarēt leuite phase hijs qui
nō occurrerāt sanctificari dn̄o. Magna etiā
pars pp̄li de ephraim ⁊ manasse ⁊ ysachar ⁊
zabulon que sanctificata nō fuerat comedit
phase. nō iuxta qđ scriptū est: et orauit pro
eis ezechias dicēs. Dominus bonus propi-
ciabitur cūctis qui i toto corde requirūt do-
minū deū patrū suorū: et non imputabit eis
qđ minus sanctificati sūt. Quem exaudiuit
dn̄s: et placatus est pp̄lo. Feceruntq; filij
israhel qui inuēti sūt in ih'rl'm solemnitatē a-
zimorū septē dieb; in leticia magna. laudā-
tes dominū p singulos dies: leuite q; ⁊ sac-
dotes p organa q̄ suo officio congruebant.
Et locutus ē ezechias ad cor omniū leuita
rum. qui habebant intelligentiā bonā super
domino: et comederūt septē dieb; solēnita-
tis. immolātes victimas pacificoꝝ: et lau-
dātes dn̄m deū patrū suorū. Placuitq; vni-
uerse multitudini ut celebrarēt etiā alios di
es septē: qđ ⁊ fecerūt cū ingēti gaudio. E-
zechias autē rex iuda pbuerat multitudini
mille thauros: et septē milia ouium. Pncī-
pes vero dederant populo thauros mille: et
oues decem milia. Sanctificatā ergo ē sa-
cerdotū plurima multitudo: et hilaritate p
fusa omīs turba iuda tā sacerdotū ⁊ leuitarū
q vniuerse frequētie q̄ venerāt ex israhel: p-
selitoꝝ q; de terra israhel ⁊ habitātiū i iuda
Factaq; est grādis celebritas i ih'rusalē:
qualis a dieb; salomonis filij dauid regis
israhel in ea urbe nō fuerat. Surrexerūt au-
tē sacerdotes atq; leuite benedicētes pp̄lo:
et exaudita est vox eorū: puenitq; oratio in
habitaculū sanctum celi. XXXI

Cunq; hec fuissent rite celebrata: egres-
sus est omnis isrl' qui inuentus fuerat
in urbib; iuda. et fregerūt simulacra succide-
rūtq; lucos: demoliti sūt excelsa. et altaria
destruxerūt: nō solū de vniūso iuda et benia
min sed et de ephraim q; et manasse: donec
penitus euerterent. Reuersiq; sūt omes filij
isrl' in possessiones ⁊ ciuitates suas. Ezechi-
as aūt constituit turmas sacerdotales ⁊ leui-
ticas p diuisiones suas vnūquēq; i officio p
prio. tam sacerdotū videlicet q leuitarū ad
olocausta ⁊ pacifica: ut ministrarēt et cōfite
rētur. canerētq; in portis castroꝝ dn̄i. Pars
aūt regis erat ut de propria eius substātia
offerret' olocaustū mane semp ⁊ vespe: sab-
batis q; ⁊ kalēdis. et solēnitatib; ceteris: sic
scriptū est in lege moysi. Precepat aūt po
pulo habitantiū ih'rusalem. ut darēt ptes
sacerdotib; ⁊ leuitis: ut possent vacare legi
domini. Quod cū percrebruisset in aurib; multi
tudinis plurimas obtulere pmitias filij is-
rahel. frumenti vini ⁊ olei: mellis q; ⁊ omniū
que gignit humus decimas obtulerūt. S;
et filij israhel ⁊ iuda q̄ habitabāt in urbibus
iuda obtulerūt decimas boū ⁊ ouiū: decimas
q; sanctorū q̄ vouerāt dn̄o deo suo: atq; vni-
uersa portantes fecerūt aceruos plurimos.
Mense tercio ceperunt aceruoꝝ iacere fun-
damenta: et mense septimo cpleuerūt eos.
Cunq; ingressi fuissent ezechias ⁊ pncipes
eius. viderūt aceruos: et bn̄dixerūt domio.
ac pp̄lo israhel. Interrogauitq; ezechias sa
cerdotes ⁊ leuitas: cur ita iacerent aceruj.
Respōdit illi azarias sacerdos pmus. de stir
pe sadoch dicēs. Ex quo ceperūt offerri pri
mitie in domo dn̄i. comedimus ⁊ saturati su-
mus: et remanserūt plurima: eo q bn̄dixe-
rit dominus pp̄lo suo. Reliquiarū aūt est co-
pia ista quā cernis. Precepit igit' ezechias:
ut pararent horrea in domo dn̄i. Quod cū
fecissent intulerūt tā pmitias q decimas: et
quecūq; vouerāt fideliter. Fuit aūt pfectus
eoꝝ chonenias leuita: et semei frater eius
secundus: post quē iehihel. et azarias. et na-
ad. et asahel. et ierimoth. iozabat q; ⁊ elihel.
et iesmachias. et maath. et banaias. ppositi
sub manib; chonenie ⁊ semei fratris eius ex
imperio ezechie regis. et azarie pontificis do-
mus domini: ad quos omia ptinebāt. Cho-
re vero filius iemna leuites. et ianitor orien-
talis porte ppositus erat hijs q̄ sponte offe-
rebātur domino. pmitijsq; ⁊ sacratis in san-
cta sanctorū: et sub cura eius eden. et benia
min. ihesue ⁊ semeias. amarias q; ⁊ sechemias.

in ciuitatibꝫ sac̄dotū: ut fideliter distribue-
rēt fratribꝫ suis partes. minoribꝫ atqꝫ maio
ribꝫ. exceptis maribꝫ ab ānis tribꝫ ⁊ supra.
cūctis qui ingrediebantur templuz dñi. Et
quicq̄d ꝑ singulos dies conducebāt in mi-
nistẽio. atqꝫ obseruacōibꝫ iuxta diuisiōes
suas: sacerdotibꝫ ꝑ familias ⁊ leuitis. a vice
simo āno ⁊ supra ꝑ ordines et turmas suas.
vniūseqꝫ multitudini tam uxoribꝫ q̄ liberis
eorū vtriusqꝫ sexus: fideliter cibi de hijs q̄
sanctificata fuerāt ꝓbebātur. Sed ⁊ filiorū
aaron ꝑ agros ⁊ suburbana urbiū singula
rū dispositi erāt viri q̄ partes distribuerent
vniūso sexui masculino: de sac̄dotibꝫ ⁊ leuitis.
Fecitqꝫ ezechias vniūsa q̄ diximus. in omni
iuda: operatusqꝫ est bonū ⁊ rectuz ⁊ verū co-
ram domino deo suo. in vniuersa cultura mini
sterij domus dñi iuxta legem ⁊ cerimonias:
volens requirere deū suū in toto corde suo.
Fecitqꝫ ⁊ prosperatus est. XXXII

POst que ⁊ huiuscemodi veritatē venit
sennacherib rex assiriorū: et ingressus
iudam obsedit ciuitates munitas. volens
eas capere. Quod cū vidisset ezechias ve-
nisse scilicet sennacherib et totū belli impetuz
verti ɔtra iherusalē: inito cū ꝑncipibꝫ ɔsilio
virisqꝫ fortissimis ut obturarēt capita fonti
um qui erāt extra urbē: et hoc oīm decernēte
sententia cōgregauit plurimā multitudinē:
et obturauerūt cūctos fontes. et riuū q̄ flue-
bat ī medio terre dicētes. Ne veniāt reges
assiriorū: et inueniāt aquarū abundantiaz.
Edificauit qꝫ agens industrie omnem murū
qui fuerat dissipatus: et extruxit turres de-
sup: et forinsecus alterū murū. Instaurauit-
qꝫ mello in ciuitate dauid: et fecit vniūsi ge
neris armaturā ⁊ clipeos. Cōstituitqꝫ prin-
cipes bellatorū in exercitu: et cōuocauit vni-
uersos in platea porte ciuitatis: ac locutus
est ad cor eorū dicēs. Viriliter agite ⁊ ɔfor-
tamini: nolite timere: nec paueatis regem
assiriorū ⁊ vniuersaz multitudinē q̄ ē cū eo.
Multo enim plures nobiscū sunt q̄ cū illo.
Cū illo enī est brachiū carneū: nobiscū dñs
deus noster q̄ auxiliator ē noster: pugnat-
qꝫ pro nobis. Confortatusqꝫ ē ꝑplus huius-
cemodi verbis ezechie regis iuda. Que post-
q̄ gesta sūt: misit sennacherib rex assiriorū
seruos suos ierusalē. ipse enī cū vniūso ex-
ercitu obsidebat lachis: ad ezechiam regē
iuda. et ad omnē ꝑplm qui erat ī urbe dicēs.
Hec dicit sennacherib rex assiriorū. In quo
habētes fiduciā. sedetis obsessi in iherusalē?
Num ezechias decepit vos. ut tradat mor-
ti in fame. et siti: affirmans q̄ dominus deus
vester liberet vos de manu regis assiriorum?
Nunquid nō iste est ezechias qui destruxit
excelsa illius ⁊ altaria: et ꝑcepit iude ⁊ ihe-
rusalē dicēs. coram altari vno adorabitis. et
in ipo comburetis incensū? An ignoratis q̄
ego fecerim. et p̄res mei cūctis terrarū po-
pulis? Nunquid ꝑualuerunt dij gentium
omniumqꝫ terrarū liberare regionē suā de manu
mea? Quis ē de vniuersis dijs gētiū q̄s va-
stauerūt patres mei qui potuerit eruere po-
pulū suū de manu mea: ut possit etiā deus ve-
ster eruere vos de hac manu? Non vos er-
go decipiat ezechias: nec vana ꝑsuasiōe de-
ludat: neqꝫ credatis ei. Si enim nullus po-
tuit deus cūctarū gētiū atqꝫ regionū libera-
re ꝑplm suū de manu mea. et de manu patrū
meorū: cōsequēter nec deus vester poterit e-
ruere vos de hac manu. Sed ⁊ alia multa
locuti sūt serui eius ɔtra dominū deū: et cōtra
ezechiam seruū eius. Epistolas qꝫ scripsit
plenas blasphemie in dñm deū israhel: et lo-
cutus est aduersū eū. Sicut dij gentiū cete-
rarū non potuerūt liberare ꝑplm suū de manu
mea: sic ⁊ deus ezechie eruere nō poterit po-
pulū suū de manu ista. Insup ⁊ clamore ma-
gno lingua iudaica cōtra ꝑplm qui sedebat
in muris ihrlm ꝑsonabat: ut terreret eos. et
caperet ciuitatē. Locutusqꝫ est cōtra deū isra-
hel: sicut aduersum deos ꝑplorū terre opera
manuū hominū. Orauerunt igitur ezechias
rex. et ysaias filius amos ꝓphetes aduersuz
hāc blasphemiā: ac vociferati sūt usqꝫ in ce-
lum. Et misit dominus angelū suū: q̄ ꝑcussit
omnē virū robustū ⁊ bellatorē. et principem
exercitus regis assiriorū: reuersusqꝫ est cum
ignominia in terrā suā. Cūqꝫ ingressus esset
domum dei sui: filij qui egressi fuerāt de utero
eius interfecerūt eū gladio. Saluauitqꝫ do-
minus ezechiā ⁊ habitatores ihrlm de manu
sennacherib regis assiriorū. et de manu oīm:
et prestitit ei quietē ꝑ circuitū. Multi etiam

deferebāt hostias et sacrificia dn̄o in ihrl̄m:
et munera ezechie regi iuda. Qui exaltatus
est post hec corā cūctis gentibꝫ. In diebus
illis egrotauit ezechias usqꝫ ad mortem: et
orauit dominū. Exaudiuitqꝫ eū et dedit ei si-
gnū: sꝫ nō iuxta beneficia q̄ acceperat retri-
buit: qꝛ eleuatū est cor eius. Et facta est cō-
tra eū ira: et cōtra iudam et iherusalē. Humi-
liatusqꝫ est postea eo qꝙ exaltatū fuisset cor
eius: tam ipe qꝙ habitatores ihrl̄m: et idcir
co nō venit sup eos ira domini in diebꝫ eze-
chie. Fuit aūt ezechias diues et inclitus val
de: et thesauros sibi plurimos cōgregauit
argenti et auri. et lapidis p̄ciosi. aromatū et
armorū vniuersi generis. et vasoꝝ magni
precij: apothecas qꝫ frumēti vini. et olei. et p̄
sepia omniū iumētoꝝ: caulasqꝫ pecoribus.
et urbes sex edificauit. Habebat quippe gre
ges ouiū. et armentoꝝ innumerabiles: eo
qꝙ dedisset ei dominus substantiā multā ni-
mis. Ipse est ezechias qui obturauit superi
orē fontē aquarū gyon: et auertit eas sub-
ter ad occidentē urbis dauid. In omnibus
operibꝫ suis fecit prospere que voluit. Atta
men in legacōne p̄ncipū babilonis q̄ mis-
si fuerāt ad eum. ut interrogarēt de porten-
to qd̄ acciderat sup terrā. dereliquit eum do-
minus: ut temptaretur et nota fierēt omnia
que erāt in corde eius. Reliqua aūt sermo-
nū ezechie. et misericordiarū eius scp̄ta sūt
in visione ysaie. filij amos ꝓphete: et in libro
regum iuda et israhel. Dormiuitqꝫ ezechias
cū patribꝫ suis: et sepelierūt eū supra sepul-
cra filioꝝ dauid. Et celebrauit eius exequi
as vniuersus iuda. et oēs habitatores ihe-
rusalē: regnauitqꝫ manasses fili9 eius p eo.

XXXIII

Duodecim ānoꝝ erat
manasses cū regnare cepisset: et quin-
quagintaquīqꝫ ānis regnauit in ihrl̄m. Fe
cit aūt malū corā domino iuxta abominacō-
nes gentiū quas subuertit dominus coram
filijs israhel: et cōuersus instaurauit excelsa
que demolitus fuerat ezechias pater eius:
cōstruxitqꝫ aras baalim. et fecit lucos: et a-
dorauit omnē miliciā celi et coluit eā. Edifi-
cauitqꝫ altaria in domo domini: de qua dixe
rat dominus in ihrl̄m erit nomē meum in e-
ternū. Edificauit aūt ea cūcto exercitui celi.

in duobꝫ atrijs domus domini: transireqꝫ fe
cit filios suos p ignē ī valle benennon. Ob
seruabat somnia. sectabat͛ auguria: malefi
cis artibꝫ inseruiebat. Habebat secū magos
et incantatores: multaqꝫ mala operatus est
corā domino ut irritaret eū. Sculptile quo-
qꝫ et cōflatile signū posuit in domo domini: de
qua locutus ē dn̄s ad dauid et ad salomo-
nem filiū eius dicēs. In domo hac et in iheru
salem quā elegi de cūctis tribubꝫ isrl̄ ponā
nomē meū in sempiternū: et mouere non fa
ciam pedem israhel de terra quā tradidi pa-
tribꝫ eorū: ita dumtaxat si custodierint fa-
cere que p̄cepi eis cūctamqꝫ legē et cerimo
nias atqꝫ iudicia q̄ mandaui p manū moy-
si. Igitur manasses seduxit iudā et habita-
tores iherusalē: ut facerēt malū super oēs
gentes quas subuerterat dominus a facie
filioꝝ israhel. Locutusqꝫ est dominus ad eū
et ad populū illius: et attendere noluerunt.
Idcirco supinduxit eis p̄ncipes exercitus re-
gis assiriorū: ceperūtqꝫ manassen: et vinctū
cathenis atqꝫ cōpedibꝫ duxerunt in babilo-
nem. Qui postq̄ coangustatus ē orauit do-
minū deū suū: et egit penitentiā valde corā
deo patrū suorum. Deprecatusqꝫ est eū et ob
secrauit intente. et exaudiuit oracōem eius:
reduxitqꝫ eū ihrl̄m in regnū suū: et cogno-
uit manasses quod dominus ipse esset deus.
Post hec edificauit murū extra ciuitatē da-
uid ad occidentē gyon. in conualle ab intro-
itu porte pisciū p circuitū usqꝫ ad ofel: et exal
tauit illū vehemēter. Cōstituitqꝫ p̄ncipes ex
ercitus in cūctis ciuitatibꝫ iuda munitis. et
abstulit deos alienos. et simulacrū de domo
domini: aras qꝫ quas fecerat in mōte domus
domini et in iherusalē: et proiecit omnia extra
urbem. Porro instaurauit altare dn̄i: et im-
molauit sup illud victimas et pacifica et lau-
dem: p̄cepitqꝫ iude ut seruiret domino deo is-
rahel. Attamē adhuc populus immolabat
in excelsis domino deo suo. Reliqua aūt ge-
storū manasse. et obsecracō eius ad deū su-
um: verba quoqꝫ videntiū qui loquebantur
ad eum in nomine dn̄i dei israhel continentur
in sermonibꝫ regū israhel. Oracō quoqꝫ ei9
et exaudicō et cūcta peccata atqꝫ contemptus:
loca etiā in quibus edificauit excelsa et fecit

lucos ⁊ statuas anteq̄ ageret penitentiam: scripta sūt in s̄monibꝫ ozai. Dormiuit ergo manasses cū patribꝫ suis: et sepelierūt eum in domo sua: regnauitq; ꝓ eo filius eius amon. Viginti duoꝝ ānoꝝ erat cū regnare cepisset: et duobꝫ ānis regnauit ī ierusalē. Fecitq; malū in ↄspectu domini sicut fecerat manasses pater eius: ⁊ cūctis ydolis q̄ manasses fuerāt fabricatus immolauit atq; seruiuit ⁊ nō est reueritus faciem domini sicut reueritus ē manasses pater eius: et multo maiora deliquit. Cūq; ↄiurassent aduersus eum serui sui interfecerūt eum in domo sua: porro reliqua populi multitudo cesis hiis q̄ amon ꝑcusserāt ↄstituit regē iosiā filiū eius

XXXIIII

Octo ānorū pro eo. erat iosias cū regnare cepisset: et triginta ⁊ vno āno regnauit in ihrl̄m. Fecitq; qđ erat rectum in ↄspcū domini: et ambulauit ī viis dauid patris sui: non declinauit neq; ad dextrā neq; ad sinistram. Octauo autem āno regni sui cū adhuc esset puer. cepit querere deū p̄ris sui dauid: et duodecimo anno postq; ceperat. mūdauit iudam ⁊ ierusalem ab excelsis ⁊ lucis simulacrisq; ⁊ sculptilibꝫ. Destruxerūtq; corā eo aras baalim: et simulacra q̄ supposita fuerāt demoliti sūt. Lucos etiam ⁊ sculptilia succidit atq; cōminuit: et sup tumulos eoꝝ q̄ eis immolaē ↄsueuerāt fragmēta dispsit. Ossā p̄terea sacerdotū cōbussit in altaribꝫ ydoloꝝ: mūdauitq; iudā et ierusalem. Sed ⁊ in urbibꝫ manasse et ephraim ⁊ symeon usq; neptalim cūcta subuertit. Cūq; altaria dissipasset ⁊ lucos ⁊ sculptilia ↄtriuisset in frusta. cūctaq; delubra demolitus esset de vniuersa terra israhel: reuersus est ihrl̄m. Igitur āno octauodecīo regni sui mundata iam terra ⁊ tēplo domini: misit saphan filiū eselie ⁊ maasiam p̄ncipem ciuitatis. et ioha filium ioachaz a comentariis: ut instaurarent domū domini dei sui. Qui venert ad helchiā sacerdotē magnū: acceptaq; ab eo pecunia q̄ illata fuerat in domū domini. et quā ↄgregauerāt leuite ⁊ ianitores de manasse ⁊ ephraim ⁊ vniuersis reliquiis israhel. ab omni q; iuda ⁊ beniamin ⁊ habitatoribꝫ ierusalē: tradiderūt in manibꝫ eoꝝ q̄ p̄erāt opariis in domo domini: ut instaurarēt templū. et infirma queq; sartirēt. At illi dederūt eā artificibꝫ ⁊ cemētariis: ut emerēt lapides de lapidicinis. et ligna ad ↄmissuras edificii. et ad ↄtigna cōem domoꝝ quas destruxerāt reges iuda. Qui fideliter cūcta faciebāt. Erāt autē p̄positi operantiū iadab ⁊ abdias de filiis merari. zacharias ⁊ mosollam de filiis caath. q̄ urgebāt opus: omēs leuite sciētes organis canere. Sup eos vero q̄ ad diuersos vsus onera portabāt: erāt scribe ⁊ magistri de leuitis ianitores. Cūq; efferrēt pecuniā q̄ illata fuerat in templū dn̄i. reperit helchias sacerdos librum legis domini per manū moysi: et ait ad saphan scribā. Librū legis inueni in domo dn̄i. Et tradidit ei. At ille intulit volumē ad regē: et nūciauit ei dicēs. Om̄ia q̄ dedisti in manu seruoꝝ tuoꝝ: ecce ↄplētur. Argentū qđ repertū est ī domo dn̄i ↄflauerūt: datūq; est p̄fectis artificū. et diuⁱsa opa fabricātiū: p̄terea tradidit michi helchias sacerdos hūc librū. Quē cū rege p̄nte recitasset. audissetq; ille verba legis. scidit vestimēta sua: et p̄cepit helchie ⁊ aichan filio saphan. et abdon filio micha. saphan q; scribe. et asaie s̄uo regis dicēs. Ite ⁊ orate dn̄m ꝓ me. et ꝓ reliquiis israhel ⁊ iuda: super vniūsis s̄monibꝫ libri istius q̄ repertus est. Magnus enim furor domini stillauit super nos: eo q̄ nō custodierint p̄res nostri v̄ba domini. ut facerēt om̄ia q̄ scripta sūt in isto volumīe. Abiit ergo helchias ⁊ hii q̄ simul a rege missi fuerāt ad oldan ꝓphetem uxorē sellū filii thecuath. filii aras. custodis vestiū. que habitabat ī ierusalē in secūda: et locuti sūt ei verba que sup̄ narrauimus. At illa respondit eis. Hec dicit dn̄s deus israhel. Dicite viro qui misit vos ad me. Hec dicit dn̄s. Ecce ego inducā mala sup locū istū ⁊ super habitatoēs eius: cūctaq; maledicta q̄ scⁱpta sūt ī libro hoc. quē legerūt corā rege iuda: q̄ dereliquerīt me ⁊ sacrificauerīt diis alienis ut me ad iracundiā ꝓuocarēt in cūctis opibus manuū suarū. Idcirco stillabit furor meus sup locum istū: et nō extīguetur. Ad regē aūt iuda qui misit vos ꝓ domino dep̄cando. sic loquimini. Hec dicit dn̄s deus israhel. Quoniā audisti verba voluminis. atq; emollitū est cor tuū. et humiliatus es in conspectu

dn̄i sup hijs que dicta sūt contra locū hūc et habitatores iherusalē: reueritusqꝫ facieꝫ meā scidisti vestimēta tua ⁊ fleuisti corā me: ego quoqꝫ exaudiui te dicit dn̄s. Jam enim colligam te ad patres tuos: et infereris in sepulcrū tuū in pace: nec videbūt oculi tui malū quod ego inducturus sū sup locū istū ⁊ sup habitatores eius. Retulerūt itaqꝫ regi cūcta q̄ dixerat. At ille cōuocatis vniuersis maioribꝫ natu iuda ⁊ iherusalē ascendit in domū dn̄i: vnaqꝫ omnes viri iuda ⁊ habitatores ihrl̄m. sacerdotes ⁊ leuite ⁊ cunctus populus a minimo usqꝫ ad maximū. Quibꝫ audientibꝫ in domo dn̄i legit rex oīa verba voluminis: et stās ī tribunali suo pcussit fedus coram dn̄o ut ambularet post eum. et custodiret pcepta ⁊ testimonia ⁊ iustificacōes eius ī toto corde suo. et in tota anima sua: faceretqꝫ q̄ scripta sūt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoqꝫ sup hoc oēs q̄ repti fuerāt in ihrl̄m ⁊ beniamin: et fecerunt habitatores iherusalē iuxta pactū domini dei prm̄ suoꝝ. Abstulit ergo iosias cūctas abominacōes de vniuersis regionibꝫ filioꝝ israhel: et fecit omes q̄ residui erāt in israhel seruire dn̄o deo suo. Cūctis diebꝫ eius nō recesserūt a dn̄o deo prm̄ suoꝝ.

XXXV

Fecit aūt iosias in iherusalē phase domino: qd̄ immolatū est quartadecima die mensis primi. Et cōstituit sacerdotes in officijs suis: hortatusqꝫ est eos ut ministrarēt in domo dn̄i. Leuitis quoqꝫ ad quoꝝ erudicionē oīs israhel sanctificabatur dn̄o: locutus est. Ponite archam in scīuario templi: quod edificauit salomon filius dauid rex isrl̄. Nequaq̄ enī eā ultra portabitis. Nunc ergo ministrate domino deo vr̄o et populo eius israhel: et pparate vos p domos ⁊ cognaciones vr̄as in diuisionibꝫ singuloꝝ sicut pcepit dauid rex israhel. et descripsit salomō filius eius: et ministrate in scīuario p familias turmasqꝫ leuiticas: et sanctificati immolate phase. Fr̄es etiā vr̄os ut possint iuxta v̄ba q̄ locutus ē dn̄s in manu moysi facē. pparate. Dedit preterea iosias oīm pplo qui ibi fuerat inuentus in solēnitate phase agnos et hedos de gregibꝫ ⁊ reliqui pecoris trigita milia: boūqꝫ tria milia. Hec de regis vniūsa substātia. Duces quoqꝫ eius sponte qd̄ vouerāt obtulerūt: tā populo q̄ sacerdotibꝫ ⁊ leuitis. Porro helchias ⁊ zacharias ⁊ iehehihel pn̄cipes domus dn̄i dederūt sacerdotibꝫ ad faciendū phase pecora cōmixtim duo milia sexcenta: et boues trecētos. Chonenias autem et semeias etiam ⁊ nathanael fratres eius. necnō asabias ⁊ iahihel ⁊ iozabad pn̄cipes leuitarū. dederūt ceteris leuitis ad celebrādū phase. quīqꝫ milia pecorū: et boues quīgētos. Preparatūqꝫ ē ministeriū ⁊ steterūt sacerdotes in officiō suo: leuite quoqꝫ in turmis iuxta regis imperiū: et immolatū est phase. Asperseruntqꝫ sacerdotes manu sua sanguinē: et leuite detraxerūt pelles olocaustoꝝ: et separauerūt ea. ut darēt p domos ⁊ familias singuloꝝ. et offerrētur domino sicut scriptū est in libro moysi. De bubꝫ quoqꝫ fecerūt similiter. Et assauerūt phase sup ignē: iuxta quod in lege scriptū ē. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis. et cacabis ⁊ ollis: et festinato distribuerūt vniuerse plebi: sibi aūt ⁊ sacerdotibꝫ postea parauerūt. Nā ī oblacōe olocaustoꝝ. et adipū usqꝫ ad noctem sacerdotes fuerūt occupati: vnde leuite ⁊ sibi ⁊ sacerdotibꝫ filijs aarō parauerūt nouissimis. Porro cātores filij asaph stabāt ī ordine suo: iuxta preceptuꝫ dauid ⁊ asaph ⁊ eman ⁊ ydithun pphārū regis. Janitores vero p portas singulas obseruabāt: ita ut ne pūcto quidē discederēt a ministerio. Quamobrē ⁊ fratres eoꝝ leuite parauerūt eis cibos. Omis igitur cultura dn̄i rite cōpleta est in die illa: ut facerēt phase. et offerrēt olocausta sup altare dn̄i: iuxta preceptū regis iosie. Feceruntqꝫ filij israhel qui repti fuerāt ibi phase in tempore illo ⁊ solemnitatē azimorū: septē diebꝫ. Non fuit phase simile huic in israhel a diebꝫ samuelis pphete: sꝫ nec quisq̄ de cūctis regibꝫ israhel fecit phase sicut iosias sacerdotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ omni iude et israhel qui reptus fuerat: et habitātibꝫ in ihrl̄m. Octauodecimo anno regni iosie. hoc phase celebratū est. Postq̄ instaurauerat iosias templū. ascendit nechāo rex egipti ad pugnādū. in carchamis iuxta eufraten: et pcessit in occursū eius iosias. At ille missis ad eū nūcijs ait. Quid michi ⁊ tibi rex iuda? Non

aduersū te hodie venio. ꝟ cōtra aliā pugno
domuʒ: ad quā me deus festinato ire pcepit.
Desine aduersū deū facē q mecū ē: ne inter=
ficiat te. Noluit iosias reuti ꝟ pparauit con=
tra eum bellū: nec acquieuit ſmonibus ne=
chao ex ore dei: verū prexit ut dimicaret in
cāpo mageddo. Ibiqꝫ vulneratus a sagitta
rijs dixit pueris suis. Educite me de plio: qꝛ
opido vulneratus sū. Qui transtulerūt eū de
curru in alterū currū q sequebatur eū more
regio: et asportauerūt eū in iherusalē. Mor=
tuusqꝫ est. et sepultus in mausoleo patrum
suoꝝ: et vniūsus iuda ⁊ ihrlm luxerit eum:
ieremias maxime: cuius oīes cātores at=
qꝫ cantatrices usqꝫ in psentē diē lamētacō=
nes sup iosiam replicant: et qsi lex obtinuit
in israhel. Ecce scriptū fertur ī lamētacōibꝫ.
Reliqua aūt sermonū iosie. et misedꝫarū eiꝰ
q lege pcepta sūt dñi: opera qꝫ illius pma ⁊
nouissima scpta sūt in libro regum iuda et israhel.

XXXVI

Tulit ergo populus terre ioachaz filium iosie: et
constituit regē p patre suo in iherusalē. Vi=
gintitriū ānoꝝ erat ioachaz cū regnare ce
pisset: et tribus mensibꝫ regnauit in ihrlm.
Amouit aūt eū rex egipti cū venisset in ihe
rusalē: et cōdēnauit terrā centū talētis argē
ti et talēto auri. Constituitqꝫ p eo regē elia=
chim frēz eiꝰ sup iudā ⁊ ihrlm: ⁊ vtit nomē
eius ioakim. Ipm vero ioachaz tulit secū: et
adduxit ī egiptū. Vigintiquiqꝫ ānoꝝ erat
ioakim cū regnare cepisset: et vndecī ānis
regnauit in iherusalē: fecitqꝫ malū corā do=
mino deo suo. Cōtra hūc ascēdit nabucho=
donosor rex caldeoꝝ: et vinctū cathenis du
xit in babilonē: ad quā ⁊ vasa dñi tīstulit.
et posuit ea in templo suo. Reliqua autem
verboꝝ ioakim. et abominacōem eius quas
operatus est. et q inuēta sūt in eo: cōtinētur
in libro regū iuda ⁊ israhel. Regnauit autē
ioachin filius eius p eo. Octo annoꝝ erat
ioachin cū regnare cepisset: et tribꝫ mensibꝫ
ac decē diebꝫ regnauit in iherusaleʒ: fecitqꝫ
malū in cōspectu domini. Cūqꝫ āni circulus
volueretur: misit nabuchodonosor rex nūci
os qui ⁊ adduxerunt eū in babilonē: asport=
tatis simul preciosissimis vasis domus dñi.
Regē vero ɔstituit sedechiā patruū eius sup
iudā ⁊ ihrlm. Viginti ⁊ vnius āni erat sede=
chias cū regnare cepisset: et vndecim ānis
regnauit ī ihrlm. Fecitqꝫ malū in oculis do=
mini dei sui: nec erubuit faciē iheremie pphe
loquētis ad se ex ore domini. A rege qꝫ na=
buchodonosor recessit qui adiurauerat eū p
deū: et indurauit ceruicē suā ⁊ cor: ut nō reu=
teretur ad dominū deū israhel. Sed ⁊ vniūsi
pncipes sacerdotū ⁊ populus puaricati sunt
inique iuxta vniuersas abominacōes gen=
tiū: et polluerūt domū domini quā sanctifica=
uerat sibi in ihrlm. Mittebat autē dñs deus
patrū suorū ad illos p manū nūciorū suorūʒ
de nocte ɔsurgēs ⁊ quotidie commonēs: eo
qꝫ parceret pplo ⁊ habitaculo suo. At illi sb
sannabāt nūcios dei ⁊ paruipendebāt ſmo
nes eius: illudebātqꝫ pphetis: donec ascēde
ret furor domini in populū eius. et esset nulla
curacō. Adduxit enim sup eos regem chal=
deoꝝ: et īterfecit iuuenes eorū gladio ī do=
mo sanctuarij. Nō est misertus adolescētis
et virginis ⁊ senis nec decrepiti quidē: ꝟ oēs
tradidit ī manibꝫ eius: vniūsaqꝫ vasa domꝰ
domini tam maiora qꝫ minora. et thesauros
templi ⁊ regis ⁊ pncipū trāstulit ī babilonē.
Incenderūt hostes domū dei: destruxerūtqꝫ
murū ihrlm. Vniuersas turres cōbusserūt:
et quicqd pciosuʒ fuerat demoliti sūt. Si qs
euaserat gladiuʒ. ductus ī babilonē seruiuit
regi ⁊ filijs eius: donec imperaret rex psarū.
et ɔpleretur ſmo dñi ex ore ieremie: et cele=
braret terra sabbata sua. Cunctis enim die=
bus desolacōnis egit sabbatum: usqꝫ dum
cōplerentur septuaginta anni. Anno autē
primo cyri regis persarum ad explendum
sermonem domini quem locutus fuerat per
os iheremie. suscitauit dominus spiritū cyri
regis persarum: qui iussit predicari in vni=
uerso regno suo etiam per scripturā dicens.
Hec dicit cyrus rex psarum. Omnia regna
terre dedit michi dominus deus celi: et ipse
pcepit michi ut edificarem ei domū in iheru
salē que ē in iudea. Quis ex vobis ē in oīi
pplo eius? Sit dñs deus suus cū eo ⁊ ascen=
dat.

Oratio manasses regis iuda cū captus teneret̄ in babilone.

DOmine deus omīpotēs patrū nostroꝝ abraham ysaac et iacob et semini eoꝝ iusto. q̄ fecisti celū et terrā cū omī ornatu eoꝝ: qui signasti mare v̄bo p̄cepti tui: q̄ ↄclusisti abissū et signasti terribili et laudabili nomī tuo. quē omēs pauēt. et tremūt a vultu virtutis tue: et insustētabilis ira sup peccores omīna cōmīs tue: immēsa vero et inuestigabilis misericordia ꝑmissionis tue: quoniā tu es dominus altissimus sup oēm terrā lōganimis. et multū misericors: et penitēs sup maliciam hominū. Tu aūt domine scd̄m bonitatē tuam ꝑmisisti penitentiā remissionis peccorū: et tu deus iustorum. non posuisti penitentiā iustis. abrahā ysaac et iacob. hijs qui tibi non peccauerunt: quoniā peccaui sup numerū arene maris. multiplicate sūt iniquitates mee: incuruatus sū multo vinculo ferri. et non est respiratio michi: q2 excitaui iracundiā tuam et malū corā te feci statuens abominacōes et multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei: p̄cans ad te bonitatem domine. Peccaui dn̄e peccaui: et iniquitatem meam agnosco. Peto rogās te dn̄e remitte michi remitte michi: ne simul perdas me cū iniquitatibꝫ meis: neq3 in eternū reserues mala michi: q2 indignū saluabis me scd̄um magnā misericordiam tuā: et laudabo te sp oībꝫ diebꝫ vite mee: qm̄ te laudat oīs v̄tus celoꝝ: et tibi ē gloria in secl'a seculorū amē.

Explicit oratio manasses regis iuda. Incipit p̄facō beati ieronimi p̄sb̄ri in librū esdre

UTrū difficilius sit facere q̄d poscitis. an negare: necdum statui. Nam vobis aliquid imperātibꝫ annuere sentētie est: et magnitudo oneris impositi ita ceruices p̄mit: ut ante sub fasce ruendū sit q̄ꝫ leuandum. Accedūt ad hoc inuidoꝝ studia: qui om̄e q̄d scribimus rep̄hendendū putāt. Et interdū cōtra se cōsciencia repugnāte publice lacerāt q̄ occulte legūt: intantū ut clamare ↄpellar et dicere. Dn̄e libera aīam meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Tercius ānus est q̄ꝫ semp scribitis atq3 rescribitis ut esdre librū et hester vobis de hebreo transferā: quasi nō habeatis greca et latina volumina: aut quicq̄d illud est q̄d a vobis vertitur nō statim ab omibꝫ ↄspuendū sit. Frustra aūt ut ait quidā niti neq3 aliud fatigando nisi odiū querē: extreme dementie est. Itaq3 obsecro vos mi domnion et rogatiane karissimi: ut p̄uata lectōe cōtenti libros nō efferatis ī publicū. nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisq3 eoꝝ supcilium. q̄ iudicare tm̄ de alijs. et ipsi facē nichil nouerūt. Si qui aūt fratrū sūt quibꝫ nostra nō displicēt hijs tribuatis exemplar: āmonētes ut hebrea noīa quoꝝ grādis in hoc volumie copia est: distincte et ꝑ interualla transcribāt. Nichil enim ꝓderit emēdasse librū: nisi emēdatio librariorū diligētia ↄseruetur. Nec quenq̄ꝫ moueat q̄ꝫ vnus a nobis liber editus est: nec apocriphoꝝ tercij et q̄rti libri somnijs delectetur: q2 et apud hebreos esdre neemieq3 s̄mones in vnū volumē coartātur: et q̄ non habētur apud illos. nec de viginti quatuor senibꝫ. sūt ꝓcul abicienda. Si quis aūt septuaginta vobis opposuerit interp̄tes. quoꝝ exemplaria varietas ipsa lacerata et euersa demonstrat: nec potest vtiq3 verū asseri q̄d diuersū est: mittite eum ad euāgelia. in quibꝫ multa ponūtur quasi de veteri testamēto q̄ apud septuagīta interp̄tes nō habētur: velut illud qm̄ nazareus vocabitur. et ex egipto vocaui filiū meū. et videbūt in quē ↄpūxerūt. multaq3 alia. q̄ latiori operi reseruamus: et querite ab eo ubi scripta sūt. Cūq3 ꝓferre nō potuerit: vos legite de hijs exemplaribꝫ q̄ nup a nobis edita maledicoꝝ quotidie linguis ↄfodiūtur. Sz ut ad ↄpēdiū veniā: certe q̄d illaturus sū equissimum est. Edidi aliq̄d q̄d nō habetur ī greco: aut aliter habetur q̄ꝫ a me versū est. Quid interpretē laniāt? Interrogēt hebreos: et ipis auctoribꝫ trāslacōni mee vel arrogēt vel derogent fidē. Porro aliud ē si clausis q̄d dicitur oculis michi volūt maledicere: et nō imitāt᷑ grecoꝝ studiū et beniuolētiā: q̄ post septuaginta translatores iam xp̄i euāgelio choruscante iudeos et hebionitas legis veteris interp̄tes aquilam videlicet et symachū. et theodocōem. et curiose legūt. et ꝑ origenis laborē in exaplois eccl̄is dedicarūt. Quāto magis

latini grati esse deberet: ꝙ exultantẽ cernẽ=
rent greciã a se aliquid mutuari? Primũ
enĩ magnoꝝ sumptuũ est et infinite difficul
tatis. exemplaria posse habere oĩa: deinde
etiã qui habuerint. et hebrei s̃monis igna=
ri sũt magis errabũt: ignorãtes quis e mul
tis verius dixerit. Quod etiã sapiẽtissimo
cuidam nup apud grecos accidit: ut inter
dũ scripture sensũ relinquẽs: uniuscuiuslibꝫ
interp̃tis sequeretur errorẽ. Nos autem
qui hebree lingue saltem parvam habemꝰ
sciẽtiã. et latinus nobis utcũqꝫ sermo non
deest: et de aliis magis possumus iudicare:
et ea q̃ ipsi intelligimus in nr̃a lingua pro=
mere. Itaqꝫ licet excedra sibilet. victorqꝫ sy
non incẽdia iactet: nũq̃ meũ iuvãte cristo
silebit eloquiũ: etiam p̃cisa lingua balbuti=
et. Legat qui volũt: qui nolũt abiciãt. Eve
tilent apices: litteras calũnientur. Magis
vestra caritate provocabor ad studium: q̃
illorum detractione et odio deterrebor.

Expl' plog' Incipit liber esdre p̃mus

In anno primo cyri regis p̃sarũ ut ꝯplẽtur
verbũ domini ex ore iheremie suscitavit do=
minus spiritũ cyri regis p̃sarũ: et trãsduxit
vocẽ in omni regno suo: etiã p scripturaꝫ di=
cẽs. Hec dicit cyrus rex p̃sarũ. Oĩa regna
terre dedit michi dñs deus celi: et ipse p̃ce=
pit michi ut edificarem ei domũ in ihr̃lm: q̃
est in iudea. Quis est in vobis de universo
populo eius? Sit dñs illius cũ eo. Ascẽdat
in iherusalẽ q̃ est in iudea: et edificet domũ
dei israhel: ipse est deus qui est in ihr̃lm. Et
omnes reliqui in cũctis locis ubicũqꝫ ha=
bitant adiuvent eũ viri de loco suo. argen=
to et auro et substãtia et pecoribꝫ: excepto qđ
volũtarie offerũt templo dei quod ẽ in ihe=
rusalẽ. Et surrexerũt principes patrũ de iu=
da et beniamin. et sacerdotes et levite: omĩs
cuius suscitavit deus spiritũ: ut ascenderet
ad edificãdũ templũ domini qđ erat in ihe=
rusalẽ. Universiqꝫ q̃ erãt i circuitu adiuverũt
manus eoꝝ in vasis argẽteis et aureis. in sb
stantia. et iumẽtis in suppellectili: exceptis
hiis q̃ sponte obtulerãt. Rex qꝫ cyrus ꝓtule
rat vasa templi domini q̃ tulerat nabucho=
donosor de iherusalẽ: et posuerat ea in tẽplo
dei sui. Protulit autẽ ea cyrus rex p̃sarũ p
manũ mitridatis filii gazabar: et ãnumera=
vit ea sasabasar p̃ncipi iude: et hic ẽnume=
rus eoꝝ. Fiale auree triginta: fiale argẽtee
mille: cultri viginti novẽ: sciphi aurei trigin
ta: sciphi argẽtei secũdi quadringẽti decẽ:
vasa alia mille. Omnia vasa aurea et argẽtea:
quinqꝫ milia quadringenta. Universa tulit
sasabasar: cũ hiis qui ascendebant de transl
migracõe babilonis in iherusalem. II

Hii sũt autem filii p̃vĩcie qui ascenderũt
de captivitate quã transtulerat nabu=
chodonosor rex babilonis in babiloneꝫ: et
reversi sũt in iherusalẽ et iudeã. unusquisqꝫ in
civitatem suã: qui venerũt cũ zorobabel: ihe
sua neemia saraia rahelaya. mardochay bel
san. mesphar. beguai. reũ baana. Numerus
viroꝝ ppli israhel. Filii phares: duo milia
centũseptuagintaduo. Filii saphacia: trecẽ
tiseptuagintaduo. Filii area: septingentise=
ptuagintaquinqꝫ. Filii phetmoab filioꝝ io=
sue ioab: duo milia octingẽti duodecim. Fi=
lii helam: milleducentiquinquagintaquatuor.
Filii zethua: nongentiquadragintaquinqꝫ. Fi=
lii zachai: septingẽtisexaginta. Filii bani: sex
centiquadragintaduo. Filii bebai: sexcẽtivi
gintitres. Filii azgad: milleducẽtivigintiduo.
Filii adonicam: sexcẽtisexagintasex. Filii be
guai: duo milia q̃nquagintasex. Filii adin:
q̃dringẽtiquinquagintaquatuor. Filii ather:
qui erãt ex ezechia: nonagintaocto. Filii be
sai: trecentavigintitres. Filii iora: centũduo=
decim. Filii asem: ducẽtivigintitres. Filii geb
bar: nõgentiquinqꝫ. Filii bethleem: centũvi
gintitres. Viri nethupha: quinquagintasex.
Viri anathot: centũvigintiocto. Filii azma
veth: quadragintaduo. Filii cariathiarim
cephira et beroth: septingentiquadragita=
tres. Filii rama et gabaa: sexcẽtivigintiunus.
Viri machmas: centũvigintiduo. Viri be=
thel et hai: ducẽtivigintitres. Filii nebo: quĩ=
quagintaduo. Filii megbis: centũq̃nqua=
gintasex. Filii helam alterius: milleducẽti
q̃nquagintaquatuor. Filii arim: trecẽtivigĩti.
Filii lodadi et ono: septĩgentivigintiqnqꝫ.
Filii iericho: trecentiquadragintaquinqꝫ. Filii
senaa: tria milia sexcẽtitriginta. Sacerdotes.
Filii idaia in domo iesue: nõgẽtiseptuagita
tres. Filii emmer: millequinquagintaduo.

filij phessur: mille ducēti q̈dragintaseptē.
Filij arim: mille decē ⁊ septē. Leuite. Filij ie-
sue ⁊ cedmihel filiorū oduie: septuaginta q̈
tuor. Cantores. Filij asaph: centūuiginti o-
cto. Filij ianitoꝝ. Filij sellū filij ather filij tel
mon filij accub filij attita filij sobai: uniuer-
si centūtriginta ⁊ nouē. Nathinnei. Filij sia filij
asupha filij tebbaoth filij ceros filij siaa fi-
lij phadon filij lebana filij azaba filij accub
filij agab filij selmai filij anan filij gaddel fi
lij gaer filij raabia filij rasin filij nechoda fi-
lij gazem filij azec filij phasea filij besee filij
asemaa filij munim filij nephusim filij bech
ue filij acupha filij azur filij besluth filij ma-
ida filij arsa filij bercos filij sisara filij thema
filij nasia filij athupha filij seruoꝝ salomo-
nis: filij sothei filij sophereth filij pharuda
filij iala filij dercon filij geddel filij saphata
filij athil filij phochereth q̃ erant de asebaim:
filij amim. Omnes nathinnei ⁊ filij fuoꝝ sa-
lomonis: trecēti nonaginta duo. Et hij qui
ascenderunt de thelmala thelarsa cherub et
don ⁊ mer: et nō potuerūt indicare domū pa-
trū suoꝝ ⁊ semē suū: utrū ex israhel essent.
Filij dalaia filij tobia filij nechoda sexcenti-
quinq̈ginta duo. Et de filijs sacerdotū filij
obia filij accos filij berzellai qui accepit de
filiabꝰ berzellai galaaditis vxorē: et vocatꝰ
ēst nomine eoꝝ. Hij quesierunt scripturam
genealogie sue ⁊ nō inuenerūt: et eiecti sūt
de sacerdotio. Et dixit athersatha eis. ut nō
comederēt de sancto scōꝝ: donec surgeret
sacerdos doctus atq; pfectus. Omis mul-
titudo quasi vnus q̈draginta duo milia tre-
centi septuaginta: exceptis seruis eoꝝ ⁊ an-
cillis q̃ erāt septē milia trecēti trigita septē:
et in ipsis cantores atq; cantatrices ducēti.
Equi eoꝝ sexcēti triginta sex: muli eoꝝ du-
cēti quadragita q̈nq;: cameli eoꝝ q̈dringē-
ti triginta quīq;: asini eoꝝ sex milia septigē
ti uiginti. Et de pncipibꝰ patrū cū ingrede-
rentur templū dn̄i quod est in iherusalem:
sponte obtulerūt in domū dei ad extruendā
eam in loco suo. Secundū vires suas dede
rūt impensas operis. auri solidos q̈dragin-
ta milia ⁊ mille: argenti minas quīq; milia:
et vestes sacerdotales centū. Habitauerūt
ergo sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de ꝑplo ⁊ cātores
et ianitores ⁊ nathinnei in urbibꝰ suis: vni-
uersusq; israhel in ciuitatibꝰ suis. III

Iam q; venerat mensis septimus: et erāt filij
israhel in ciuitatibꝰ suis. Congregatus est
ergo populus quasi vir vnus in iherusalē:
et surrexit iosue filius iosedech. et frēs eius
sacēdotes. et zorobabel filius salathiel. et fra-
tres eius: et edificauerūt altare dei israhel. ut
offerrēt in eo olocaustomata: sicut scriptū
est in lege moysi viri dei. Collocauerūt autē
altare dei sup bases suas deterrētibꝰ eos p
circuitū ꝑplis terrarū: et obtulerūt sup illud
olocaustū domino mane ⁊ vespe. Feceruntq;
solēnitatē tabernaculoꝝ. sicut scriptū est: et
olocaustū diebꝰ singulis p ordinē scd̄m p̄-
ceptū opus diei ī die suo: et post hec olocau-
stū iuge tā in kalēdis q̈ in vniuersis solem-
nitatibꝰ dn̄i que erant cōsecrate: et in omni-
bus in quibꝰ ultro offerebatur munus dn̄o.
A p̄mo die mensis septimi: ceperūt offerre
olocaustū dn̄o. Porro templū dei nondum
fundatū erat. Dederūt aūt pecunias latomis
et cemētarijs: cibū q; et potū ⁊ oleū sydonijs
tyrijsq;. ut deferrēt ligna cedrina de liba-
no ad mare ioppen: iuxta quod p̄cepat cy-
rus rex psarū eis. Anno autem scd̄o aduē-
tus eoꝝ ad templū dei in ihrlm mense scd̄o
ceperūt zorobabel filius salathiel ⁊ iosue filiꝰ
iosedech ⁊ reliqui de fratribꝰ eoꝝ sacēdotes
et leuite. et omēs qui venerāt de captiuitate
in ihrlm: et ꝯstituerūt leuitas a viginti ānis
et supra. ut urgerent opus domini. Stetitq;
iosue ⁊ filij eius et fratres eius. cedmihel ⁊ fi
lij eius. et filij iuda q̈i vir vnus. ut instarent
sup eos qui faciebāt opus ī templo dei: filij
enadab. et filij eoꝝ. et frēs eoꝝ leuite. Fun-
dato igitur a cemētarijs templo dn̄i stete-
rūt sacerdotes in ornatu suo cū tubis: et leui
te filij asaph in cimbalis: ut laudarēt deum
p manus dauid regis israhel. Et cōcinebant
in ymnis ⁊ ꝯfessione domino quoniā bonus:
quoniā in eternū misericordia eius sup israhel.
Omnis q; populus vociferabatur clamore
magno in laudando dominū: eo q̈ fundatū
esset templū domini. Plurimi etiā de sacerdo-
tibꝰ ⁊ leuitis ⁊ principes patrū ⁊ seniores q̃
viderāt templū prius cū fundatū esset. et hoc
templū in oculis eoꝝ flebant voce magna:

et multi vociferātes in leticia elevabant vo-
cem: nec poterat quisꝗ̃ agnoscere vocem
clamoris letantiū. et vocē fletus ꝑpli. Com-
mixtim enī populus vociferabatur clamore
magno: et vox audiebatur ꝓcul. Audierūt
aūt hostes iude ⁊ beniamin qꝛ filij captivitatis
edificarēt tēplū dn̄o deo israhel: et acceden-
tes ad zorobabel. et ad principes patrum.
dixerunt eis. Edificemus vobiscū: qꝛ ita ut
vos querimus deum vestrum. Ecce nos im-
molavimus victimas a dieb᷒ asoraddan
regis assur: qui adduxit nos huc. Et dixit
eis zorobabel ⁊ iosue: et reliqui pn̄cipes pa-
trū isrl̄. Non ē nobis ⁊ vobis ut edificemus
domū deo nr̄o: sed nos ipi soli edificabimus
deo nr̄o: sicut p̄cepit nobis cyrus rex ꝑsarū.
Factū ē igitur ut populus terre impediret
manus populi iude: et turbaret eos in edifi-
cando. Conduxerūt autem adversus eos
ꝯsiliatores: ut destruerent consilium eorū
omnib᷒ dieb᷒ cyri regis persarū. IIII

In regno aūt assueri ipse est artarxerses. in
pn̄cipio regni eius scripserūt accusacōem
adversus habitatores iude ⁊ iherusalem.
Et in dieb᷒ artarxersis scripsit beselam mi-
tridates ⁊ thabeel. et reliqui q̃ erāt in ꝯsilio
eoꝝ ad artarxersen regē ꝑsarum. Episto-
la autem accusacōnis scripta erat syriace: et
legebatur sermone syro. Reumbeeltheem ⁊
samsai scriba scripserūt ep̄lam unā de iheru
salem artarxersi regi huiuscemodi. Reum
beeltheem ⁊ samsai scriba ⁊ reliqui ꝯsiliato-
res eorum. dynei ⁊ apharsathei therphalei.
arphasei. herchuei babilonij susannachei
dyei. et elamite. ⁊ ceteri de gentib᷒ quas trā
stulit salmanasar magnus ⁊ gloriosus: et
habitare eas fecit in civitatib᷒ samarie. et
in reliquis regionib᷒ trās flumen in pace.
Hoc ē exemplar epistole quam miserunt
ad eum. Artarxersi regi: servi tui viri q̃ sunt
trās fluviū salutē dicūt. Notū sit regi: quia
iudei qui ascenderūt a te ad nos venerunt
in iherusalem civitatē rebellem ⁊ pessimam:
quā edificant extruentes muros eius ⁊ pa-
rietes ꝯponentes. Nūc igitur notū sit regi:
qꝛ si civitas illa edificata fuerit ⁊ muri eius
instaurati. tributū ⁊ vectigal ⁊ ānuos reddi
tus non dabunt: et usq; ad reges hec noxa
ꝑveniet. Nos ergo memores salis quod in
palacō comedimus: qꝛ lesiones regis vidē
nephas ducimus: idcirco misim᷒ ⁊ nūciavi-
mus regi. ut recenseas in libris historiarū
pr̄m tuorū. et invenies scriptū in comētarijs
et scies qm̄ urbs illa urbs rebellis ē ⁊ nocēs
regib᷒ ⁊ ꝓvincijs ⁊ bella concitantur in ea ex
dieb᷒ antiquis: quāobrem ⁊ civitas illa de-
structa ē. Nūciamus nos regi: qm̄ si civitas
illa edificata fuerit. et muri ipius instaurati:
possessionē trans fluviū nō habebis. Verbū
misit rex ad reumbeeltheem ⁊ samsai scribā.
et ad reliquos qui erāt in ꝯsilio eoꝝ habita
tores samarie. et ceteris trās fluviū: salutem
dicens ⁊ pacē. Accusatio quam misistis ad
nos manifesta lecta ē corā me: et a me p̄ce-
ptū est. et recēsuerūt: invenerūtq; qm̄ civitas
illa a dieb᷒ antiquis adversum reges rebel-
lat: et sedicōes ⁊ ꝓlia ꝯcitantur in ea. Nam
et reges fortissimi erant in ihr̄lm: qui ⁊ domi
nati sūt omni regioni q̃ trās fluvium ē. Tri-
butū q̃q; ⁊ vectigal. et redditus accipiebant.
Nunc ergo audite sententiā: ut ꝓhibeatis
viros illos. et urbs illa nō edificetur: donec
si forte a me missum fuerit. Videte ne negli
genter hoc impleatis: et paulatī crescat ma
lum contra reges. Itaq; exēplum edicti ar-
tarxersis regis lectū ē corā reumbeeltheem
et samsai scriba. et ꝯsiliarijs eoꝝ: et abierūt
festini in ihr̄lm. ad iudeos: et ꝓhibuerūt eos
in brachio ⁊ robore. Tunc intermissum est
opus domus dn̄i in ihr̄lm: et non fiebat usq;
ad ānū scd̄m regni darij regis ꝑsarū. V

Prophetaverunt aūt aggeus ꝓpheta
et zacharias filius addo: ꝓphetantes
ad iudeos qui erāt in iuda ⁊ iherusalem in
nomine dei israhel. Tunc surrexit zorobabel
filius salathiel ⁊ iosue filius iosedech ⁊ cepe
rūt edificare templū dn̄i in ihr̄lm: et cum eis
ꝓphete dei adiuvātes eos. In ipo autē t̄pe
venit ad eos thantannai qui erat dux trans
flumen ⁊ starbuzānai ⁊ ꝯsiliarij eoꝝ: sicq;
dixerūt eis. Quis dedit vobis ꝯsiliū ut do-
mū hanc edificaētis: et muros eius instaura
retis? Ad qd̄ rn̄dimus eis: que essent no-
mina hominum auctorū edificacōnis illius.
Oculus aūt dei eoꝝ factus ē sup senes iude
orū: et nō potuerūt inhibere eos. Placuitq;

ut res ad dariū referretur: ⁊tūc satiſfacerēt aduersus accuſacōem illam. Exemplar epistole quam misit thantannai dux regionis trans flumen et starbuzannai ⁊ cōſiliatores eius apharſathei qui erāt trans flumen: ad dariū regem. Sermo quē miſerāt ei ſic ſcriptus erat. Dario regi pax omīs. Notum ſit regi iſſe nos ad iudeam ꝓuinciā ad domum dei magni que edificatur lapide impolito: et ligna ponūtur in parietibꝫ: opuſqꝫ illud diligēter extruitur ⁊ creſcit in manibus eoꝝ. Interrogauimus ergo ſenes illoſ: et ita diximus eis. Quis dedit vobis poteſtatem ut domū hāc edificaretis: et muros hos inſtauraretis? Sed ⁊ nomīa eoꝝ queſiuimus ab eis ut nunciaremus tibi: ſcꝑſimuſqꝫ nomina eoꝝ virorū qui sūt principes in eis. Huiuſcemodi autē ſermonem rn̄derūt nobis dicētes. Nos ſumus ſerui dei celi ⁊ terre: et edificamus templū qđ erat extructuꝫ ante hos annos multos: quodqꝫ rex iſrahel magnus edificauerat ⁊ extruxerat. Poſtqꝫ aūt ad iracundiam ꝓuocauerunt patres noſtri deum celi tradidit eos in manus nabuchodonoſor regis babilonis chaldei: domum quoqꝫ hanc deſtruxit: et populuꝫ eius tranſtulit in babilonem. Anno autē ꝑmo cyri regis babilonis cyrus rex ꝓpoſuit edictuꝫ: ut domus dei edificaretur. Nā ⁊ vaſa templi dei aurea ⁊ argentea q̄ nabuchodonoſor tulerat de templo quod erat in ihrl̄m ⁊ aſportauerat ea in templū babilonis ꝓtulit cyrus rex de templo babilonis: et data sūt ſaſabaſar vocabulo quē ⁊ principem cōſtituit: dixitqꝫ ei. Hec vaſa tolle ⁊ vade: et pone ea in templo quod eſt in ihrl̄m: et domus dei edificetur in loco ſuo. Tunc itaqꝫ ſaſābaſār ille venit ⁊ poſuit fundamēta templi dei in iherusalem: et ex eo tp̄e uſqꝫ nunc edificatur et necdum ꝯpletū eſt. Nūc ergo ſi videtur regi bonū recenſeat in bibliotheca regis que ē in babilone vtrū nā a cyro rege iuſſuꝫ fuerit ut edificaretur domus dei ī ihrl̄m: et volūtatē regis ſup hac re mittat ad nos.

VI

Tunc darius rex ꝑcepit: et recēſuerūt in bibliotheca librorū qui erant repositi in babilone: et inuentū eſt in ecbathanis qđ ē caſtrū in medena ꝓuīcia volumē vnū: taliſqꝫ ſcriptus erat in eo ꝯmētarius. Anno ꝑmo cyri regis. cyrus rex decreuit ut domus dei edificaretur q̄ eſt in ihrl̄m in loco ubi immolāt hoſtias: et ut ponāt fundamēta ſupportātia altitudinē cubitoꝝ ſexaginta ⁊ latitudinē cubitoꝝ ſexaginta: ordines de lapidibꝫ impolitis tres: et ſic ordīes de lignis nouis. Sumptus aūt de domo regis dabūtur. Sed ⁊ vaſa templi dei aurea ⁊ argētea que nabuchodonoſor tulerat de templo iherusalem ⁊ attulerat ea in babilonē reddantur ⁊ referātur in templū iherusalem in locuꝫ ſuum: q̄ ⁊ poſita sūt in templo dei. Nūc ergo thantannai dux regionis q̄ eſt trās flumen et ſtarbuzannai ⁊ conſiliarij vr̄i apharſathei q̄ eſtis trans flumē ꝓcul recedite ab illis: et dimitte fieri tēplū dei illud a duce iudeoruꝫ et a ſenioribꝫ eoꝝ: et domus dei illa edificet̄ in loco ſuo. Sed ⁊ a me ꝑceptū ē. quid oporteat fieri a preſbiteris iudeoꝝ illis ut edificetur domus dei: ſcilicet ut de archa regis id ē de tributis que dantur de regione trās flumen ſtudioſe sūptus dētur viris illis: ne impediatur opus. Quod ſi neceſſe fuerit ⁊ vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos in olocauſtum deo celi: frumentū ſal vinū ⁊ oleum ſecundū ritū ſacerdotū qui sūt in iherusalem detur eis per ſingulos dies. ne ſit in aliquo querimonia: et offerāt oblacōnes deo celi orentqꝫ ꝓ vita regis ⁊ filiorum eius. A me ergo poſitū ē decretū: ut omīs homo q̄ hāc mutauerit iuſſionē tollatur lignū de domo ipius ⁊ erigatur et configatur in eo: domus autē eius publicetur. Deus aūt q̄ habitare fecit nomē ſuuꝫ ibi: diſſipet omnia regna. et populū q̄ extēderit manū ſuam ut repugnet ⁊ diſſipet domū dei illam: que eſt in iherusalem. Ego darius ſtatui decretū: quod ſtudioſe impleri volo. Igitur thantānai dux regionis trās flumē et ſtarbuzannai. et ꝯſiliarij eius ſcđm quod ꝑcepat darius rex: ſic diligēter executi sūt. Seniores aūt iudeorū edificabāt: et ꝓſperabantur iuxta ꝓphetiā aggei ꝓphete ⁊ zacharie filij addo. Et edificauerūt ⁊ cōſtruxerūt iubente deo iſrahel. et iubente cyro ⁊ dario. ⁊ artarxerſe regibꝫ pſarū: et ꝯpleuerūt domū dei iſtam. uſqꝫ ad diem terciū menſis adar: q̄ ē annus ſextus regni darij regis. Fecerūt

aũt filij iſrahel ſacerdotes ⁊ leuite. et reliqui
filiorum transmigracõis. dedicacõnem do-
mus dei in gaudio: et obtulerũt in dedicati-
one domus dei vitulos centũ. arietes ducen-
tos. agnos q̃dringẽtos: hircos caprarũ ꝓ
peccato totius iſrl' duodecĩ iuxta numerum
tribuũ iſrl'. Et ſtatuerũt ſacerdotes in ordi-
nibus ſuis: et leuitas in vicibꝫ ſuis ſup ope-
ra dei in iherusalẽ: ſicut ſcriptũ ẽ in libro mo-
yſi. Fecerunt autem filij transmigrationis
paſcha quartadecima die menſis p̃mi. Pu-
rificati enim fuerãt ſacerdotes. et leuite q̃ſi
vnus: om̃es mũdi ad immolandũ paſcha
vniũſis filijs transmigracõis. et fratribus
ſuis ſacerdotibꝫ. et ſibi. Et comederunt filij
iſrahel qui reuſi fuerant de transmigracõne:
et om̃es qui ſe ſeparauerant a cõmq̃natio-
ne gentiũ terre ad eos: ut quererent dñm
deũ iſrahel. Et fecerũt ſolemnitatẽ azimorum
ſeptem diebꝫ in leticia qm̃ letificauerat eos
dñs: et ↄũterat cor eius aſſur ad eos: ut ad-
iuuaret man⁹ eoꝝ ĩ ope domus dñi dei iſrl'.

P Oſt hec aũt verba in regno VII
artarxerſis regis pſarũ. eſdras filius
ſaraie. filij azarie. filij helchie. filij ſellũ. filij ſa-
doch. filij achitob. filij amarie. filij azarie. fi-
lij maraioth. filij zarie. filij ozi. filij bocci. filij
abiſue. filij finees. filij eleazar. filij aaron ſa-
cerdotis ab inicio: ipſe eſdras aſcẽdit de ba-
bilone: et ipſe ſcriba velox ĩ lege moyſi. quã
dominus deus dedit iſrahel. Et dedit ei rex
ſcd̃m manũ dñi dei eius bonã ſup eũ. omnẽ
petitionem eius. Et aſcenderũt de filijs iſra-
hel. et de filijs ſacerdotũ. et de filijs leuitarũ.
et de cantoribꝫ. et de ianitoribꝫ. et de nathin-
neis. in iherusalẽ anno ſeptimo artarxerſis
regis: et venerũt in iherusalẽ menſe quinto:
ipſe eſt ãnus ſeptimus regis. Quia in p̃mo
die menſis p̃mi. cepit aſcẽdẽ de babilone:
et in primo die menſis quinti venit in ihrl'm.
iuxta manũ dei ſui bonã ſup ſe. Eſdras autẽ
parauit cor ſuũ. ut inueſtigaret legem dñi:
et faceret. et doceret in iſrahel p̃ceptũ ⁊ iudi-
ciũ. Hoc eſt autẽ exemplar epiſtole edicti:
quod dedit rex artarxerſes eſdre ſacerdo-
ti. ſcribe erudito in ſermonibꝫ ⁊ p̃ceptis dñi.
et cerimonijs eius in iſrahel. Artarxerſes
rex regũ: eſdre ſacerdoti. ſcribe legis dei ce-
li doctiſſimo. ſalutẽ. A me decretũ eſt: ut cui-
cunq̃ placuerit ĩ regno meo de ꝑplo iſrahel.
et de ſacerdotibꝫ eius. et de leuitis ire in ihe-
ruſalẽ. tecũ vadat. A facie enim regis. et ſe-
sup ciuitatē secūdus. Et de sacerdotibꝫ idaia filius ioarib · iachin · saraia filius helchie · filius mosollam · filius sadoch · filius meraioth · filius abitob pn̄cipes domus dei: et fratres eoꝝ facientes opa templi · octingenti uiginti duo. Et adaia · filius ieroam · filius pheleia filius amsi · filius zacharie · filius phessur · filius melchie · et frēs eius pn̄cipes patrū: ducenti q̄draginta duo. Et amasai · filius azrihel · filius azi · filius mosollamoth · filius emmer · et fratres eoꝝ potētes nimis · centum uiginti octo: et ꝑpositus eoꝝ · zabdihel filius potentū. Et de leuitis: sebenia filius asob · filius azaricā · filius asabia · filius boni · et sabathai · et iozabeth · sup om̄ia opa q̄ erāt forinsecus in domo dei a principibꝫ leuitaꝝ. Et mathania filius micha · filius zebedei filius asaph princeps ad laudandū · et ad ꝯfitendū in oratione: et becbecias scd̄s de fratribꝫ eius: ⁊ abda filius samuha · filius galal · filius ydithun. Om̄es leuite i ciuitate sancta: ducenti octoginta q̄tuor. Et ianitores: accub telmon · et frēs eoꝝ qui custodiebāt hostia · centū septuaginta duo. Et reliqui ex israhel sacerdotes · et leuite in vniuersis ciuitatibꝫ iuda · vnusquisqꝫ i possessione sua: et nathinnei qui habitabāt in ofel · et syaha · et gaspha. De nathinneis · et ep̄is leuitaꝝ in iherusalē: azzi filius banni · filius asabie · filius mathanie · filius miche. De filijs asaph: cātores in ministerio domus dei. Preceptū quippe regis sup eos erat: et ordo i cantoribꝫ p dies singulos: et fathaia filius mesezebel · de filijs zara · filij iuda in manū regis iux̄ omne verbū ꝑpli: et i domibꝫ p omnes regiones eoꝝ. De filijs iuda habitauerūt in cariatharbe · et in filiabꝫ eius · et in dibon · et in filiabꝫ eius · et in capseel · et i viculis eius: et in iesue · et i molada · et i bethfaleth · et i asersual · et in bersabee ⁊ in filiabꝫ eius: et in sicelech ⁊ in mochona · et in filiabꝫ eius: et in remmō · et in sara · et in ierimuth · zonoa · odollam · et in villis eaꝝ: lachis · et in regionibꝫ eius · azecha et i filiabꝫ eius. Et manserūt in bersabee usqꝫ ad vallē ennon. Filij autem beniamin · ageba · mechmas · et hai · et bethel · et filiabꝫ eius: anathot · nob · anania · asor · rama · gethai · madid · seboim · neballath · et ono ville artificū: et de leuitis ꝑores

Hij sūt aūt XII tiones iude beniamin. Sacerdotes et leuite · q̄ ascenderūt cū zorobabel filio salathiel · ⁊ iosue: saraia · iheremias · esdras · amaria · melluch · accus · sechenias · reū · merimuth · addo · genthō · abya · miamin · madia · belga · semeia · et ioarib · et ydaia · sellū · amoch · elceia · adaia. Isti pn̄cipes sacerdotū ⁊ fratres eoꝝ in diebꝫ iosue. Porro leuite · iesua · bennui · cedmihel · sarabia · iuda · mathanias. sup ymnos ipi ⁊ fratres eorum: et becbecia · atqꝫ ethanni · et fratres eoꝝ vnusquisqꝫ i officio suo. Josue aūt genuit ioachim · et ioachim genuit eliasib · et eliasib genuit ioiada: et ioiada genuit ionathā ⁊ ionathā genuit ieddua. In diebꝫ aūt ioachim erāt sac̄dotes · pn̄cipes familiaꝝ saraie · maarie · iheremie · ananie · esdre mosollā · amarie iohanan · milico · ionathā · sebenie · ioseph · aran · edna · maraioth · elci · adaie · zacharie · genthon · mosollā abie · zecheri · miamin · ⁊ moadie felti · belge · sammua semeie · ioathan · ioarib · mathanai · iodaie · azzi · sellai: celaie · mocholer · elchie · asebie · ydaie · nathanahel. Leuite in diebꝫ eliasib · et ioiada · et ionathā · et ieddoa · scripti pn̄cipes familiaꝝ ⁊ sac̄dotes i regno darij ꝑse. Filij leui pn̄cipes familiaꝝ sc̄pti i libro verboꝝ dieꝝ: et usqꝫ ad dies ionathā · filij eliasib. Et pn̄cipes leuitaꝝ · asebia · serebia · et iesue filius cedmihel: et fratres eoꝝ p vices suas: ut laudarēt · et ꝯfiterent̄ iux̄ preceptū dauid viri dei: et obseruarēt eque p ordinē. Mathania · et becbecia · et obedia · mosollā · thelmon · accub · custodes portarū et vestibuloꝝ ante portas. Hij in diebꝫ ioachim filij iosue · filij iosedech: et i diebꝫ neemie ducis et esdre sacerdotis scribeqꝫ. In dedicacōne aūt muri iherusalē · requisierūt leuitas de om̄ibꝫ locis suis ut adducerēt eos in iherusalē: et facerēt dedicacōē ⁊ leticiā · in actōe grãꝝ · cantico · et i cymbalis · psalterijs ⁊ cytharis. Congregati sūt aūt filij cantoꝝ · et de campestribꝫ circa iherusalē · et de villis netuphati · et de domo galgal · et de regionibꝫ geba · et azmaueth: quoniā villas edificauerūt sibi cātores in circuitu iherusalē. Et mūdati sūt sac̄dotes et leuite: et

műdauerűt populű. et portas ⁊ murű. Ascē-
dere aűt feci pn̄cipes iuda sup murű: et sta-
tui duos magnos choros laudantiű. Et ie
rűt ad dexterā sup murű ad portā sterqui-
linij. Et iuit post eos osaias. et media pars
pn̄cipű iuda: et azarias. esdra. et mosollā. iu
da. et beniamin. et semeia. et iheremia. Et de
filijs sacerdotű ī tubis: zacharias filius io
nathan. filius semeie. filius mathanie. fili-
us michaie. filius zechur. filius asaph: ⁊ frēs
eius semeia. ⁊ azarel. malalai. galalai. maai.
nathanahel. et iuda. et anani. in vasis cātici
david viri dei: ⁊ esdras scriba āte eos ī por
ta fontis. Et ɔtra eos ascenderűt in gradi-
bus civitatis david. in ascensu muri sup do
mű david: et usq3 ad portā aquarű ad oriē-
tē. Et chorus scd̄s gr̄as referentiű ibat ex
adverso. et ego post eű: et media ps ꝑpli su
per murű. et super turrim furnoꝝ. et usq3 ad
murű latissimű. et sup portā ephraim. et sup
portā antiquā. et sup portā pisciű ⁊ turrim
ananehel. et turrim emath. et usq3 ad portā
gregis: et steterűt in porta custodie. Ste-
terűtq3 duo chori laudantiű in domo dei: et
ego ⁊ dimidia pars magistratuű mecű. Et
sacerdotes. eliachim. maasia. miamin. michea.
elioenai. zacharia. et anania ī tubis: et maa-
sia. et semeia. et eleazer. et azi. et iohānan. et
melchia. et elam. et ezer. Et clare cecinerűt
cantores: et iezraia ꝑpositus. Et immolaverűt
in die illa victimas magnas: et letati sunt:
Deus enim letificaverat eos leticia magna.
Sed ⁊ uxores eoꝝ ⁊ liberi gavisi sűt: ⁊ au
dita est leticia ihrl'm ꝑcul. Recensuerunt q3
in die illa viros sup gazophilacia thesauri
ad libamina. et ad primicias. et ad decīas.
ut introferrent p eos principes civitatis in
decore grāꝝ actiones sacerdotes ⁊ levi-
tas: qr letificatus est iuda in sacerdotib3. et le
vitis astantib3. Et custodierűt observacōēs
dei sui. et observacōēs expiationis: et canto
res ⁊ ianitores. iuxta p̄ceptű david et salo-
monis filij eius: qr in dieb3 david et asaph
ab exordio erant principes ɔstituti cantoꝝ.
in carmine laudantiű ⁊ ɔfitentiű deo. Et oīs
israhel in dieb3 zorobabel et in dieb3 neemie
dabant partes cantorib3 ⁊ ianitorib3 p dies
singulos: ⁊ sanctificabant levitas: et levite
sanctificabant filios aaron. XIII

In die autē illo lectű est in volumine moy-
si: audiēte populo. Et inventű est scriptű in
eo q nō debeant introire āmonites ⁊ moa-
bites in ecc̄iam dei usq3 in eternű eo q non
occurrerint filijs israhel cű pane ⁊ aqua: et
ɔduxerűt adversű eos balaam ad maledi
cendū eis: et ɔvertit deus noster maledi-
ctionē in benedictionē. Factū est autē cű
audissent legē: separaverűt omnē aliení
genā ab israhel. Et sup hoc erāt eliasib sacer-
dos qui fuerat ꝑpositus in gazophilatio do
mus dei nostri: ⁊ ꝑximus tobie. Fecit ergo
sibi gazophilaciű grāde: et ibi erāt ante eű
reponētes munera ⁊ thus. et vasa. et decimā
frumenti. vini ⁊ olei: partes levitaꝝ ⁊ cāto
rű et ianitoꝝ ⁊ p̄micias sacerdotales. In
omib3 autē hijs nō fui in iherusalē: quia in
anno tricesimo secūdo artarxersis regis ba
bilonis veni ad regē. Et in fine dieꝝ roga
vi regem. et veni in ihrl'm. Et intellexi malű
qđ fecerat heliasib tobie: ut faceret ei the-
saurű ī vestibulis domus dei: et malű michi
visum est valde. Et ꝑieci vasa domus to-
bie foras de gazophilatio: p̄cepiq3 ⁊ emű-
daverűt gazophilatiű. Et retuli ibi vasa do
mus dei. sacrificium ⁊ thus. Et cognovi q
partes levitaꝝ nō fuissent date: et fugisset
unusquisq3 in regionē suā de levitis ⁊ cāto
rib3 et de hijs q̄ ministrabāt: et egi causam
adversum magistratus. et dixi. Quare dere
liq̄mus domű dei? Et ɔgregavi eos: et feci
stare in stacōnib3 suis. Et omīs iuda appor
tabat decimā frumēti. vini. ⁊ olei. in horrea.
Et ɔstituimus sup horrea selemiā sacerdo
tē. et sadoch scribam. et fadaiam de levitis:
et iuxᵃ eos anan filiű zacchur filiű mathanie
qm̄ fideles ɔprobati sűt: et ipīs credite sűt
ptes fratrű suoꝝ. Memēto mei deus meus
ꝑ hoc: et ne deleas miseracōēs meas quas
feci in domo dei mei ⁊ in cerimonijs eius. In
dieb3 illis vidi in iuda calcantes torcularia
in sabbato: portantes acervos ⁊ onerātes
sup asinos vinű ⁊ uvas. et ficus ⁊ omē onus:
et inferētes ī ihrl'm in die sabbati. Et ɔtesta
tus sű ī ut die q̄ vendere liceret. venderent.
Et tirij habitaverűt ī ea: inferentes pisces.
et omnia venalia. Et vendebant in sabbatis

filijs iuda ⁊ iherusalē. Et obiurgaui optīates iuda: et dixi eis. Que est hec res mala quam vos facitis: et ꝓphanatis diē sabbati? Nunquid nō hec fecerūt pr̄es nr̄i: et adduxit deus noster sup nos om̄e malū hoc. et sup ciuitatē hanc? Et vos additis iracūdiā sup israhel: violando sabbatū. Factū est autē cū quieuissent porte ih'rl'm die sabbati: dixi. et clauserunt ianuas: et p̄cepi ut non aperirent eas usq₃ post sabbatum. Et de pueris meis ↄstitui sup portas: ut nullus inferret onus die sabbati. Et māserūt negociatores et vendentes vniūsa venalia foris iherusalē semel ⁊ bis: et ↄtestatus sū eos: et dixi eis. Quaē manetis ex adūso muri? Si secūdo hoc feceritis: manū mittam in vos. Itaq₃ ex tēpore illo nō venerūt in sabbato. Dixiq₃ leuitis ut mundarent̄ et venirēt ad custodiēdas portas: et sanctificandā diē sabbati. Et ꝓ hoc ergo memēto mei deus. et parce michi secundū multitudinē miserationū tuarū. Sȝ et in dieb₉ illis vidi iudeos ducentes vxores azotidas. ammonitidas et moabitidas. Et filij eorū ex media pte loquebāt̄ azotice: ⁊ nesciebāt loq̄ iudaice et loquebant̄ iuxta linguā populi ⁊ ꝓpli. Et obiurgaui eos: et maledixi. Et cecidi ex eis viros ⁊ decaluaui eos: et adiuraui in deō ut nō darēt filias suas filijs eorū: et nō acciperēt de filiab₉ eoꝝ filijs suis. et sibimetipsis dicēs. Nūquid nō in huiuscemodi peccauit salomon rex israhel? Et certe ī gentib₉ multis. non erat rex similis ei: et dilcūs deo suo erat: et posuit eū deus regē sup om̄em israhel. Et ip̄m ergo duxerūt ad peccatū mulieres alienigene. Nunquid ⁊ nos inobediētes faciemus om̄e malū grāde hoc. ut p̄uaricemur ī deo nr̄o: et ducamus vxores peregrinas? De filijs aūt ioiada filij eliasib sacd̄otis magni. gener eāt sanaballath oronitis: quē fugaui a me. Recordare domine deus meus aduersū eos qui polluūt sacerdotiū: iusq₃ sacd̄otale ⁊ leuiticū. Igit̄ mūdaui eos ab omnib₉ alienigenis: et ↄstitui ordines sacerdotū ⁊ leuitaꝝ vnūquēq₃ in ministerio suo: et ī oblacōe lignorū ī tp̄ib₉ ↄstitutis et ī p̄mitijs. Memēto mei deus me₉ ī bonū. Amē.

Et fecit iosias pascha ī iherosolimis domino: et immolauit phase q̄rtadecia luna p̄mi mēs: statuēs sacerdotes ꝑ vices dieꝝ stolis amictos ī tēplo dn̄i. Et dixit leuitis sacris fuis israhel: ut sanctificarent se dn̄o in positione sancte arche dn̄i in domo quā edificauit salomō filius dauid rex. Non erit vobis tollere sup humeros eam. Et nūc deseruite domino vr̄o ⁊ curam agite gētis illius israhel ex parte scd̄m pagos et trib₉ vr̄as secūdū scripturā dauid regis israhel. et secundū magnificētiā salomonis filij eius: omēs in tēplo ⁊ scd̄m particulā principatus paternā vr̄am. eoꝝ qui stāt ī ↄspcū fratrū filioꝝ israhel. Immolate pascha: et sacrificia parate fratrib₉ vr̄is: et facite secundū p̄ceptū dn̄i qd̄ datū est moysi. Et donauit iosias in plebem q̄ inuēta est ouiū. agnoꝝ et hedoꝝ. et caprarū. trigita milia: vitulos tria milia. Hec de regalib₉ data sūt secūdū ꝓmissionē ꝓpl'o ⁊ sacerdotib₉ in pascha: oues numero duo milia: ac vituli centū. Et iechonias ⁊ semeias. et nathanael fratres. ⁊ asabias. et oziel. et corabai ī phase. oues quīq₃ milia: vitulos quingētos. Et hec cū fierēt elegāter: steterūt sacerdotes ⁊ leuite habētes azima ꝑ trib₉. Et scd̄m partes p̄ncipatus patrū ī cōspcū ꝓpli offerebāt domino: secundū ea que in libro moysi sc̄p̄ta sūt. Et assauerīt phase igni ꝑ ut oportebat: et hostias coxerūt ī emolis et in ollis cū beniuolētia. Et attulerūt om̄ib₉ qui erant ex plebe: et post hec parauerīt sibi et sacerdotib₉. Sacerdotes eni offerebāt adipes usq₃ dū finita esset hora: et leuite parauerūt sibi ⁊ fratrib₉ suis filijs aarō. Et sacrificatores filias offerebāt. secundū ordinem. secundū preceptū dauid. ⁊ asaph: et zacharias. et ieddinus q̄ erat a rege. et hostiarij ꝑ singulas ianuas: ita ut nō p̄uaricaret vnusquisq₃ suā. Fratres eni eoꝝ parauerūt illis. Et ↄsūmata sūt que ptinebant ad sacrificiū domini. In illa die egerīt phase et offerebant hostias sup dn̄i sacrificiuȝ

secundū p̄ceptū regis iosie. Et egerūt filij
isrł̄ qui inuenti sūt in tēpore illo phase:
et diem festi azimoꝝ p dies septē. Et nō ē
celebratū phase tale in isrł̄ a temporibꝰ
samuel ꝓphete: et om̄es reges isrł̄ nō ce
lebrauerūt tale pascha quale ēgit iosias.
et sacerdotes. et leuite. et iudei. et omnis is-
rahel. q̄ inuenti sūt in cōmoracōne ihero so-
limis. Octauodecimo ãno regnãte iosia ce
lebratū ē phase. Et directa sūt opa iosie in
ɔspectu domini sui in corde pleno metuētis.
et que circa illū quidē ɔscripta sūt in p̄sti-
nis temporibꝰ de eis qui peccauerūt quiq̄
irreligiosi fuerūt in dominū pre om̄i gen-
te: et qui nō quesierūt verba dn̄i sup isrł̄.
Et post om̄e z actuz hūc iosie. ascēdit pha
rao rex egipti veniēs i carchamis abicere
sup eufraten: et exijt in obuiā illius iosias.
Et misit rex egipti ad iosiam dicēs. Quid
michi et tibi est rex iude? Nō sū missus a do
mino. Sup eufraten enim bellū meū est. Fe
stinans descende. Et nō est reuersus iosias
super currū: sed expugnare eū conabatur.
non attendēs verbū ꝓphete ex ore domini:
ꝫ ɔstituit ad eū bellū in campo mageddo.
Et descenderūt principes ad regem iosiaz.
Et dixit rex pueris suis. Amouete me a pre
lio. Infirmatus sum enim valde. Et statim
amouerūt eū pueri ipius de acie. Et ascen-
dit sup currū secūdariū suū: et puemēs ihe
rosolimã vita functus est: et sepultus est in
p̄rno sepulcro. Et in tota iudea lugebãt io
siam: et q̄ p̄sidebãt cū vxoribꝰ lamentabãt
eū usq̄ in hūc diē. Et datū est hoc fieri sem-
per i om̄e genus isrł̄. Hec aūt p̄scripta
sunt in libro historiaꝝ regū iude: et singu
la gesta. actus iosie et eius gloria. et intelle
ctus eius i legē domini: q̄ꝫ eque gesta sūt
ab eo et que non scripta sunt in libro reguz
isrł̄ et iude. Et assumētes qui erãt ex gē-
te iechoniam filiū iosie ɔstituerūt regē pro
iosia patre suo. cū esset ãnoꝝ trigintatriū:
et regnauit sup isrł̄ mēsibꝰ tribꝰ. Et amo
uit eū rex egipti ne regnaret i ihero solimis
et mulctauit gentē argenti talenta centū:
et auri talentū vnū. Et ɔstituit rex egipti re
gem ioakim frēm ipius regē iude et ihrłm:
et alligauit magistratus ioachim zaracelē

fratrē suū: et apprehendēs reduxit egiptū.
Annorum erat ioakim vigintiquinq̄ cū re-
gnare cepisset in terra iuda et in iherusalē:
et fecit malū in cōspectu domini. Post hūc
autē ascendit nabuchodonosor rex babi-
lonis: et alligans eū i aureo vinculo pdu-
xit in babiloniã: et sacra vasa domini acce-
pit nabuchodonosor. et tulit. et ɔsecrauit in
templo suo in babilonia. Nam de immūdi-
cia illius. et irreligiositate scriptū est in li-
bro tēporū regū. Et regnauit ioachim filiꝰ
eius ꝓ eo. Cū aūt ɔstitutus est erat ãnoꝝ
octo. Regnauit aūt menses tres et dies de-
cem in ihrłm: et fecit malū i ɔspectu dn̄i. Et
post annū mittens nabuchodonosor transm
grauit eū babiloniaz simul cū sacris vasis
domini: et ɔstituit sedechiam regem iuda
et iherusalē. cū esset annoꝝ vigintiunius.
Regnauit autem annis vndecim. Et fecit
malū in ɔspectu dn̄i: et nō est veritus a v̄bis
que dicta sūt ab iheremia ꝓpheta ex ore do
mini. Et adiuratus a rege nabuchodono-
sor piurãs discessit: et indurata ceruice sua.
et corde suo. trãsgressus est legitima dn̄i dei
isrł̄. Et duces populi domini multa inique
gesserūt et impie egerūt sup om̄es immūdi
cias gentiū: et polluerūt templū dn̄i qd̄ san-
ctū erat in ierosolimis. Et misit deus p̄rm
suoꝝ p angelū suū reuocare eos: ꝓpter qd̄
parceret illis et tabnaculo suo. Ipsi vero sb
sannabãt in angelis suis: et qua die locu-
tus ē dominus erãt illudentes ꝓphetis eius.
Qui usq̄ ad iracundiam ɔcitatus est. super
gentē suã ꝓpter irreligiositatē suam: et p̄-
cepit ascendere reges chaldeoꝝ. Hij oc-
ciderūt iuuenes eoꝝ in gladio. in circuitu
sancti templi eoꝝ: et nō pepcerūt iuueni et
seni. et virgini et adolescenti: sed om̄es tra-
diti sūt in manus ipoꝝ et omnia sacra vasa
dn̄i. et regales apothecas resumentes tule-
rūt i babiloniã: et incenderūt domū dn̄i et de-
molierūt muros iherusalē: et turres eius in-
cenderūt in igne. Et ɔsūmauerūt om̄ia ho-
norifica eius: et ad nichilū redigerūt: et reli-
quos a gladio i babilonē. Et erãt fui illius
usq̄ dū regnarēt perse. in replecōe v̄bi dn̄i
in ore ihēmie: quousq̄ benigne agēret ter-
ra sabbata sua. Omni tēpore desercōis sue

ſabbatizauit ī applicacōe ānoꝝ ſeptuagin=
ta. II
Regnāte cyro rege pſarū
in: ꝯſūmacōe verbi dñi ī ore iheremie.
ſuſcitauit dñs ſpiritū cyri regis perſarū: et
p̄dicauit in toto regno ſuo ſimul p ſcriptu=
rā dicēs. Hec dicit cyrus rex pſarum. Me
ꝯſtituit regem orbi terrarū dñs iſrahel dñſ
excelſus: et ſignificauit michi edificare do=
mū ſibi in ihrl'm q̄ eſt in iudea. Si quis eſt
ex genē vro: dñs ipius aſcendat cū eo in
ihrl'm. Quotquot ergo circa loca habitant
adiuuēt eos qui ſunt in loco ip̄o in auro et
argēto in dationibꝫ cum equis. et iumentiſ:
cūqꝫ alijs q̄ ſcd̄m vota apponūtur in edem
dñi que ē in ihrl'm. Et ſtantes principes tri
buū pagoꝝ et iudee ex tribū beniamin et
ſacerdotes ⁊ leuite. quos excitauit dñs aſ
cendē ⁊ edificare domū dñi que ē in ihrl'm:
et qui erāt in circuitu eoꝝ adiuuerūt ī omī
auro ⁊ argēto eius ⁊ iumētis ⁊ votis quā=
pluribꝫ: multi quoꝝ ſenſus excitatus ē. Et
cyrus rex ꝑtulit vaſa ſacra dñi que trāſtu
lit nabuchodonoſor rex babilonis ex ihe=
ruſalē. et ꝯſecrauit ea y dolo ſuo. Et ꝑferēs
ea cyrus rex perſaꝝ tradidit mitridato q̄
erat ſup theſauros ipſius. Per hūc autem
tradita ſūt ſalmanaſaro p̄ſidi iudee. Hoꝝ
aūt hic numerus. Libatoria argētea. duo
milia quadringēta: athiſce argentee trigi
ta: phiale auree triginta: item argentee
duo milia quadrigente: et alia vaſa mille.
Oīa aūt vaſa aurea. et argētea quīqꝫ mi=
lia octingentaſexagita. Et enumerata ſūt
ſalmanaſaro ſimul cū hijs q̄ ex captiuitate
babilonie venerāt in iheroſolimā. In artar=
xerſis autē regis perſarū tempibꝫ ſcripſert
ei de hijs q̄ inhabitabant in iudea ⁊ ihrl'm.
balſamus ⁊ mitridatus ⁊ ſabellius ⁊ rathi=
mus balthemus ſamelius ſcriba: et reliqui
inhabitātes in ſamaria. et ceteris locis ſub
iectā epiſtolaꝫ regi artarxerſi. Dñe pueri
tui rathimus ab accedētibꝫ. et ſabellius ſcri
ba: et reliqui curie tue iudices in celeuſiriaꝫ
et phenicē. Et nūc notū ſit dño regi: quoni=
am iudei q̄ aſcenderūt a vob ad nos veni=
entes in ihrl'm ciuitatē refugā ⁊ peſſimā edi
ficant furnos eiuſ: et ſtatuūt muros. et tem
plū ſuſcitāt. Qđ ſi ciuitas iſta ⁊ muri ꝯſum=
mati fuerint non tantū tributa nō ſuſtine=
būt pendere: ſed etiā regibꝫ reſiſtent. Et qꝛ
id agit' circa templū: recte haberi arbitra=
ti ſumus nō deſpicere hoc ip̄m. ꝫ notū face=
re dño regi: ut ſi videbitur rex. querat' in li=
bris patrū tuorū: et inuenies in ammonicō
nibꝫ ſcripta de hijs: ſcies qm̄ ciuitas iſta fu
it refuga. et reges ⁊ ciuitates ꝯcutiēs: et iu=
dei refuge ⁊ p̄lia cōmittētes ī eā ab eterno:
ob quā cauſaꝫ ciuitas iſta deſerta eſt. Nunc
ergo notū facimus dñe rex: qm̄ ſi ciuitas
hec edificata fueit ⁊ huius muri erecti fue=
rint: deſcenſus tibi non erit in celeuſiriā. et
phenicē. Tunc ſcripſit rex rathimo q̄ ſcribe
bat accedentia. et belthimo ⁊ ſabellio ſcri=
be: et ceteris ꝯſtitutis. et inhabitantibꝫ ī ſi=
ria. et phenice ea q̄ ſubiecta ſūt. Legi epi=
ſtolā quā miſiſtis michi. Precepi ergo in=
quiri: et inuentū eſt. qm̄ ciuitas illa ē ab euo
regibꝫ reſiſtēs ⁊ homines refuge. et p̄lia in
ea efficiētes: et reges fortiſſimi erāt ī ihrl'm
dñantes ⁊ tributa exigētes. a celeuſiria et
phenice. Nūc ergo p̄cepi ꝓhibere hoīes il=
los edificaē ciuitatē. et ꝓhibere ne quid vl
tra hec fiat: ꝫ nec ꝓcedāt ī plurimū: ex qua
ſūt malicie ita ut regibꝫ moleſtia importet'

III
Tunc recitatis hijs q̄ a rege
artarxerſis ſcp̄ta fuerāt rathimus et
ſabellius ſcriba ⁊ q̄ cū hijs ꝯſtituti erāt iun
gētes feſtinanter venerūt in ihrl'm. cū equi
tatu ⁊ turba. et agmine: ceperūtqꝫ edifican=
tes ꝓhibere. Et vacabāt ab edificacōe tem
pli in iheruſalez: uſqꝫ ſcđo anno regni darij
regis pſaꝝ. Rex darius fecit cenā magnā
oībꝫ vernaculis ſuiſ: et oībꝫ magiſtrati=
bus medie ⁊ pſidis ⁊ oībꝫ purpuratis. et
p̄toribꝫ et ꝯſulibus. et p̄fectis ſub illo ab in=
dia uſqꝫ ethiopiā: cēntū uigītiſeptē ꝓuīcijſ.
Et cū māducaſſent. ⁊ bibiſſent ⁊ ſaciati reu=
terēt'. tūc darius rex aſcēdit ī cubiculo ſuo
et dormiuit ⁊ expergefactus eſt. Tunc illi
tres iuuenes corporis cuſtodes qui cuſto
diebāt corpus regis: dixerīt alter alteri. Di
camus vnuſquiſqꝫ noſtrū ſermonē q̄ p̄cel=
lat: et cuiuſcūqꝫ apparuerit ſmo ſapientior
alterius: dabit illi rex darius dona magna.
purpura coopiri. et ī auro bibere ⁊ ſup aurū
dormire. et currum aureū freno. et cydarim

bissinam· et torquē circa colluꝫ: et scđo loco
sedebit a dario ꝓpter sapientiā suā: et co=
gnatus darij vocabit᷑. Tunc scribentes sin
guli suū v̄bū signauerūt: et posuerūt sub=
tus ceruical darij regis: et dixerūt. Cumqꝫ
surrexerit rex dabimus illi scripta nr̄a: et
quodcūqꝫ iudicauerit rex e tribꝰ· et magi=
stratus ꝑsidis· qm̄ verbū eius sapientius ē:
ipi dabitur victoria sicut scriptū ē. Unus
scripsit. Forte ē vinū. Alius scripsit. Forti=
or ē rex. Tercius scp̄sit. Fortiores sūt muli
eres: sup oīa aūt vincit veritas. Et cū sur
rexissꝫ rex accepꝰt scp̄ta sua: et dederūt illi.
et legit. Et mittēs vocauit oēs magistra
tus ꝑsaꝝ· et medos· et purpuratos· et p̄to=
res· et prefectos: et sederūt in ꝯcilio: et le=
cta sūt scripta corā ipis. Et dixit. Vocate
adolescentes· et ipi indicabūt v̄ba sua. Et
vocati sūt: ⁊ introierūt. Et dixit illis. Indica
te nob de hijs que scripta sūt. Et cepit p̄or
q̄ dixerat de fortitudine vini. Et dixit. Viri
quā p̄ualet vinū omnibꝰ hominibꝰ q̄ bibūt
illud. Seducit mentē. Itēqꝫ regis ⁊ orpha
ni facit mentē vanā. Itē serui ac liberi pau
peris ac diuitis ⁊ oēꝫ mentē ꝯuertit ī secu
ritatē· et iocunditatē: et nō meminit omnē
tristiciā ⁊ debitū: et omnia p̄cordia facit ho
nesta: et nō meminit regē nec magistratū:
et omnia ꝑ talenta loqui facit. Et nō memi
nerūt cū biberint amiciciā nec fraternitatē
sed post nō multū sumūt gladios: et cum a
vino merserint ⁊ surrexerint nō meminerꝰt
q̄ gesserūt. O viri num p̄cellit vinū? Quis
sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto. IIII

ET inchoauit sequēs dicere: qui dixit
de fortitudine regis. O viri: num p̄cel
lunt homines· qui terrā ⁊ mare obtinent· et
omnia q̄ in eis sūt? Rex aūt sup oīa pre=
cellit· et dominatur eoꝝ: et omne quodcū=
qꝫ dixerit illis faciūt. Et si miserit illos ad
bellatores: vadūt et demoliūt mōtes ⁊ mu
ros· et turres. Jugulant᷑ et iugulāt: et regis
verbū nō p̄tereūt. Nam si vicerint· afferūt
regi omnia quecūqꝫ p̄dati fuerint. Simili
ter et alij omnes et quotquot nō militant
nec pugnāt ſꝫ colūt terrā: rursuꝫ cū fuerint
metentes afferūt tributa regi. Et ipi vnus
solus si dixerit occidite occidunt· dixerit
remittite remittūt: dixerit ꝑcutite· ꝑcutiūt.
dixerit exterminate extermināt· dixerit edi
ficate edificāt· dixerit· excidite excidūt· di=
xerit plantate plantāt: et oīs plebs ⁊ v̄=
tutes eū obaudiūt: ⁊ sup hoc ipe recūbit· et
bibit et dormit. Hij aūt custodiūt in circui
tu eū: et non possunt ire singuli ⁊ facere opa
sua: sed in dicto obaudientes sūt ei. Viri:
quomodo nō p̄cellet rex qui sic diffamat᷑?
Et tacuit. Tercius qui dixerat de mulieri=
bus et veritate· hic est zorobabel: cepit lo=
qui. Viri· nō magnus rex· et multi homines:
nec vinū p̄cellit. Quis est ergo q̄ dominatur
eoꝝ? None mulieres genuerūt regem· et
omnē ꝑplm qui dominatur mari ⁊ terre: et
ex illis nati sūt· et ipe educauerūt eos qui
plātauerꝰt vineas ex quibꝰ vinū fit? Et ipe
faciūt stolas omniū hominū: et ipi faciūt
gloriā hominibꝰ: et nō possunt hoīes sepa=
rari a mulieribꝰ. Si ꝯgregauerint aurū et
argentū· et oēꝫ rem speciosam et viderint
mulierē vnam bono habitu· et bona specie:
oīa hec relinquētes ī eā intendūt· et apto
ore ꝯspiciūt: et eam alliciūt magis q̄ꝫ aurū
et argentū· et oēꝫ rem p̄ciosam. Hō suū
p̄rēꝫ relinquit q̄ enutrijt illū ⁊ suā regionē:
et ad mulierē se ꝯiūgit. Et cum muliere re=
mittit aīam: et neqꝫ p̄rēꝫ meminit· neqꝫ ma=
trē neqꝫ regionē. Et hinc oportet vos sciē:
qm̄ mulieres dominātur v̄ri. None doletis?
Et accipit hō gladiū suū et vadit in viā fa=
cere furta ⁊ homicidia ⁊ mare nauigaē ⁊ flu
mīa: et leonem videt et in tenebris ingredi
tur: et cū furtū fecerit ⁊ fraudes ⁊ rapinas·
amabili sue affert. Et iterū diligit hō vxo
rem suā magis q̄ꝫ p̄rēꝫ aūt matrē. Et multi
dementes facti sūt ꝓpter vxores suas: et ſui
facti sūt ꝓpter illas: et multi pierūt ⁊ iugu=
lati sūt· et peccauerꝰt ꝓpter mulieres. Et nūc
credite michi q̄ꝛ magnus est rex· in ꝑtāte
sua: qm̄ oēs regiones verentur tangere
eū. Videbā tamen apemen filiā bezacis· mi
rifici ꝯcubinā regis· sedentē iuxta regē ad
dexteram: et auferentē diadema de capite
eius· et imponentē sibi: et palmis cedebat re
gem de sinistra manu. Et sup hec apto ore
intuebatur eā: et si arriserit ei ridet: nā si in=
dignata ei fuerit blāditur· donec recōcilietᷣ·

in gratiā. O viri: cur nō sunt fortiores mu-
lieres? Magna est terra: et excelsū est celū.
Quis ista agit? Et tunc rex ⁊ purpurati in-
tuebant̄ in alterutrū. Et inchoauit loqui de
veritate. O viri: nōne fortes sūt mulieres?
Magna ē terra: et excelsū est celū: et velox
cursus solis ꝯuertit in gyro celū in locū suū
in vna die. Nōne magnificus est qui hec fa
cit? Et veritas magna: et fortior p̄ omnibꝫ.
Omis terra veritatē inuocat: celū etiā ipam
benedicit: ⁊ omīa opera mouent̄ et tremūt
eā: et nō est cū ea quicq̄ iniquū. Jniqū iniq-
quū: iniquus rex. Jniqui omnes filij hoīm:
et iniqua illoꝝ omīa opa: et nō ē in ipis ve-
ritas. Et in sua iniquitate pibūt: et veritas
manet et inualescit ineternū: et viuit. et opti
net in secula seculoꝝ. Nec est apud eā acci
pere psonas. neq3 differentias: ſ3 que iusta
sunt facit omibus. iniustis ac malignis. et
omēs benignāt̄ in opibꝫ eius. Et nō est in
iudicio eius iniquū: ſ3 fortitudo. ⁊ regnū. et
ptās. ⁊ maiestas oīm euoꝝ. Bñdictus deꝰ
veritatis. Et desijt loquēdo. Et omnes ppli
clamauerūt: et dixerūt. Magna est veritas
et p̄ualet. Tunc rex ait illi. Pete si quid vis
amplius q̄ que scp̄ta sūt: et dabo tibi scd̄z
qđ inuētus es sapiētior: et ꝓximus michi se
debis: et cognatus meus vocaberis. Tunc
ait regi. Memor esto voti tui quod vouisti
edificare iherusalē in die qua regnū acce-
pisti. ⁊ omīa vasa q̄ accepta sūt ex ihrlm re-
mittē: q̄ separauit cyrus quando mactauit
babiloniā3. et voluit remittere ea ibi. Et tu
vouisti edificaē teplū: qđ incenderūt ydu
mei quādo exterminata est iudea a chal-
deis. Et nūc hoc est quod postulo domine:
et qđ peto: hoc est maiestas a te quod po-
stulo: ut facias votū qđ vouisti regi celi ex
ore tuo. Tunc surgēs darius rex osculatus
est illū: et scripsit epistolā ad omēs dispen-
satores. et p̄fectos. et purpuratos. ut dedu-
cerēt eū: et eos q̄ cū illo erant. omēs ascen-
dentes edificare ihrlm. Et omnibꝫ p̄fectis
qui erant in syria ⁊ phenice ⁊ libano scripsit
epistolas: ut traherēt ligna cedrina a li-
bano i iherusalē: ut edificarēt cū eis ciuita-
tē. Et scripsit omībꝫ iudeis q̄ ascendebant
a regno in iudeā ꝓ libertate: omē3 potentē

et magistratū ⁊ p̄fectū nō supuenire ad ia-
nuas ipoꝝ: et omē3 regionē quā optinue-
rāt esse immunē eis: et ydumei relinquent
castella q̄ optinēt iudeoꝝ: et in structuram
tēpli dare p singulos annos talenta vigi
ti usq3 dū pedificaret̄: et super sacrariū olo-
caustomata vstilare quotidie sicut habent
p̄ceptū: alia talēta decē offerre p singulos
annos: et omnibꝫ qui ꝓcedūt a babilonia
condere ciuitatē: ut esset libertas tam ipis
q̄ filijs eoꝝ: et omībꝫ sacerdotibꝫ qui pre
cedūt. Scripsit aūt ⁊ quantitatē. et sacra3
stolā iussit dari in qua deseruirēt: et leuitis
scripsit dare p̄cepta usq3 in diem qua ꝯsū-
mabit̄ domus ⁊ iherusalē extruet̄: et omni-
bus custodiētibus ciuitatē scripsit dare ei
sortes ⁊ stipendia. Et dimisit omnia vasa q̄
separaueāt cyrus a babilonia: et omīa que
cūq3 dixit cyrus ⁊ ipe p̄cepit fieri: et mitti
ihrlm. Et cum ꝓcessiss3 ille adolescens. ele-
uās faciē in ihrlm: bñdixit regē celi ⁊ dixit.
Abs te est victoria: et abs te ē sapientia. et
claritas. Et ego seruus tuus sū. Bñdictus es
q̄ dedisti michi sapientiā: ⁊ tibi ꝯfitebor do-
mine deus patrū nroꝝ. Et accepit eplās:
et ꝓfectus est in babiloniā. Et venit ⁊ nūcia
uit fratribꝫ suis omnibꝫ qui fuerūt in babi-
lonia: et bñdixerūt deū patrū suoꝝ. quoniā
dedit illis remissionē ⁊ refrigeriū. ut ascen
derēt ⁊ edificarent ihrlm ⁊ tēplū vbi nomi-
natū est nomē eius in ipo: et exultauerunt
cū musicis et leticia diebꝫ septē. V

Post hec autē electi sunt ut ascende-
rent principes pagoꝝ p domus per
tribus suas: et vxores illoꝝ. et filij. et filie
eoꝝ. et serui et ancille ipoꝝ. et pecora illoꝝ.
Et darius rex misit vna cū eis eq̄tes mille
donec deducerēt eos i ihrlm cū pace et cū
musicis. et cū tympanis ⁊ tibijs: et omēs fra
tres erāt ludentes: et fecit eos ascendē si-
mul cū eis. Et hec sūt noīa viroꝝ q̄ ascēde
rūt p pagos suos i tribꝫ et i ptē p̄ncipatus
ipoꝝ. Sacēdotes: filij phinees. filij aaron.
ihesus filius iosedech: ioachim filius zoro-
babel filij salathiel de domo dauid. ex ꝓge
nie phares tribu aūt iuda: q̄ locutus est ſb
dario rege psaꝝ ſmones mirificos i secun
do āno regni ipius mēse nisan primo. Sūt

aūt hij qui aſcenderūt ex iudea de captiui
tate trāſmigracōis: quos tranſmigrauit
nabuchodonoſor rex babilonie i babilonē
et reuerſus eſt in ihrl̄m. Et requiſiuit partē
iudee vnuſquiſq; ciuitatē ſuā qui venerūt
cū zorobabel. et iheſu: neemias. areores. eli
meo. emmanio. mardocheo. beelſuro. mech
pſatochor. olioro emonia. vnus de princi-
pib; eoꝝ: et numerus a gentilib; eoꝝ ex
ꝑpoſitis eoꝝ. Filij phares: duo milia cen-
tūſeptuagitaduo. Filij ares: tria milia quī
quagintaſeptē. Filij femo: centūquadra-
gitaduo. In filijs iheſu. et ioabes. milletre
cētiduo. Filij demu: duo milia quadringē-
tiſeptuaginta. Filij choraba: ducentiquī-
q;. Filij banica: centū ſexagitaocto. Filij be-
bech: quadringētitres. Filij archad: qua-
dringētiuigintiſeptē. Filij chan: triginta
ſeptē. Filij zoroar: duo milia ſexagintaſe-
ptē. Filij admu: q̄dringētiſexagitaunus.
Filij aderectis: centūocto. Filij ciaſo et ze-
las: centūſeptē. Filij azoroc: quadringenti
trigintanouē. Filij iedarbone: centūtrigin
taduo. Filij aname: centūtriginta. Filij aſo
ni. Filij marſar: quadringentiuigintiduo.
Filij zabarus: nonagintaquīq;. Filij ſepole
mon: centūuigintitres. Filij nepopas: quī-
quagintaquīq;. Filij bechanatuſ: centūquī-
quagitaocto. Filij cebethamus: centūtri-
gintaduo. Filij crearpatros: q̄ enocadieſ
et modie: quadringentiuigintitres. Qui
ex gramas. et gabea: centumuigintiunus.
Qui ex beſſelon. et ceagge: ſexagitaquīq;
Qui ex baſtro: centūuigītiduo. Qui ex be-
chenobes: quinq̄gintaquinq;. Filij liptis:
centūquinq̄gintaquīq;. Filij labonni: tre-
centiquinquagintaſeptē. Filij ſichem: tre-
centiſeptuaginta. Filij ſuadon et cliomus.
trecentiſeptuagintaocto. Filij ericus: duo
milia centūquadragitaquinq;. Filij anaaſ:
trecentiſeptuaginta. Sacerdotes. Filij ied-
duſ. filij euther. filij eliaſib: trecētiſeptuagī
taduo. Filij emerus: ducentiquinquagita
duo. Filij faſurij: trecentiquinq̄gitaſeptē.
Filij caree: ducentiuigintiſeptē. Leuite. Fi-
lij iheſu i cadubel. et baniſ. et ſerebias. et edi
as: ſeptuagintaq̄tuor. Omnis numerus. a
duodecīo āno: triginta milia quadringēti

ſexagintaduo. Filij et filie. et vxores. omniſ
ꝯputacō. quadragita milia ducenti q̄dra-
gintaduo. Filij ſacerdotū qui pſallebāt in
templo. filij aſaph: centūuigītiocto. Oſtia
rij vero. filij eſmenni. filij azer. filij amon. filij
accuba. topa. filij tobi: omnes centūtrigin
tanouē. Sacerdotes ſuientes in templo.
Filij ſel. filij gaſpha. filij tabloch. filij carie.
filij ſu. filij bellu. filij labana. filij armacha. fi
lij accub. filij vtha. filij cetha. filij aggab. fi
lij obai. filij anam. filij canna. filij geddu. fi-
lij an. filij radin. filij deſanon. filij nechoba. fi
lij caſeba. filij gaze. filij ozi. filij ſinone. filij
attre. filij haſtez. filij aſiana. filij manei. filij
naſiſmi. filij accuſu. filij agiſta. filij azui. filij
ſauon. filij ſaſalon. filij meedda. filij ſuſa. fi-
lij caree. filij barcus. filij ſaree. filij coeſi. fi-
lij naſith. filij agiſti. filij pedon: ſalomō filij
eiuſ: filij āſophot. filij phazida. filij celi. filij
dedon. filij gapdabel. filij ſephegi. filij ag-
gia. filij ſachareth. filij ſabathen. filij caro-
netg. filij malſith. filij ame. filij ſaſus. filij ad
dus. filij ſuba. filij eura. filij rabotiſ. filij phaſ
phat. filij malmō. Omnes ſacro ſuiētes. et
pueri ſalomonis: q̄drīgentioctoginta-
duo. Hij ſūt filij q̄ aſcenderūt a thermel et
therſa. pncipes eoꝝ carmellam. et careth. et
nō poterāt edicere ciuitates ſuas. et ꝓgeni
es: quemadmodū ſint ex iſrahel: filij dala-
ri. filij tubal. filij nechodaici. ex ſacerdotib;
q̄ fungebant ſacdotio et nō ſūt inuenti: fi-
lij obya. filij achiſos. filij addin: q̄ accepit
vxorē ex filiab; phargeleu et vocati ſūt no
mine eius. Et hoꝝ queſita eſt generis ſcrip
ta in pedatura et nō eſt inuenta: et ꝓhibiti
ſūt ſacerdotio fungi. Et dixit illis neemiaſ.
et aſtharas ne participentur ſancta: donec
ſurgat pōtifex doctus in oſtēſionē et verita
tē. Omis aūt iſrl' erat duodecim milia: ex-
ceptis ſuis et ancillis q̄dragīnta milia tre
centiq̄dragīnta. Serui hoꝝ et ācille. ſeptē
milia trecētitrigintaſeptē: cantores et can-
tatriceſ. ducētiſexagintaquinq;. Cameli q̄
dringētitrigitaquinq;: equi ſeptē milia tri
gintaſex: muli ducenta milia quadragīta
quinq;: ſbiugalia q̄nq; milia vigintiquin-
q;. Et de ꝑpoſitis ipis ꝑ pagos. dū venirēt i
tēplū dn̄i quod erat in ihrl̄m: innouare et

suscitare tēplū in loco suo secundū suā vir-
tutē. et dari in tēplū thesaurū operū sacrū.
auri minas duodecī milia. et stolas sacer-
dotales centū. Et habitauerūt sacerdotes et
leuite. et qui exierāt de plebe in ihrlm et ī re
gione: et sacri cantores. et ostiarij. et omnis
isrl' in regionibꝫ suis. Instante aūt septimo
mense. cūq; essent filij israhel vnusquisq; in
suis rebꝫ: cōuenerūt vnanimes in atriū qd
erat ante ianuā orientalē. Et stantes ihesus
filius iosedech. et fratres eius sacerdotes.
et zorobabel filius salathiel. et huius frēs.
parauerūt altarē: ut offerent sup illud olo-
caustomata scdm que in libro moysi homi-
nis dei scpta sūt. Et cōuenerūt sibi ex alijs
nacōibꝫ terre: et erexerūt sacrariū in loco
suo omnes gentes terre: et offerebant ho-
stias et olocaustomata dño matutina. Et
egerūt scenophegia. et diem solemnē sicut
pceptū est in lege: et sacrificia quotidie sicut
oportebat: ⁊ post hec oblacōes institutas.
et hostias sabbatoꝝ. ⁊ neomeniaꝝ. et die-
rū solemniū omniū sanctificatoꝝ. Et quot
quot vouebāt domīo a neomenia septimi
mensis ceperūt hostias offerre deo: et tēplū
domini nondū erat edificatū. Et dederūt pe-
cuniā lapidarijs. et fabris: et potū et pabu-
la cū gaudio. Et dederūt carra sydonijs et
tyrijs. ut transueherēt illis de libano trabes
cedrinas ⁊ facerent rates in ioppe portū: se
cundū decretū quod scriptū erat eis a cyro
rege persaꝝ. Et in scdo anno venientes in
templū dei in iherusalem. mense secundo in-
choauit zorobabel filius salathiel. et ihesus
filius iosedech. et fratres ipsoꝝ. et sacerdo
tes. et leuite. et omnes qui aduenerāt de ca
ptiuitate in ihrlm: et fundauerūt tēplū dei.
nouilunio secundi mensis scdi anni cū venis
sent in iudeam ⁊ iherusalem. Et statuerūt
leuitas a viginti ānis sup opera domini. Et
stetit ihesus ⁊ filius eius. et frēs. omes leui-
te: cōspirantes. et executores legis. faciētes
opera in domo dñi. Et steterūt sacerdotes
habētes stolas cū tubis: ⁊ leuite filij asaph
habentes cymbala. collaudantes dominū
et benedicentes secundū dauid regem isra
hel. Et cantabant canticū domino: quoniā
dulcedo eius et honor in secula super omē
israhel. Et omis populus tuba cecinerūt: et
pclamauerūt voce magna: collaudantes
dominū in suscitacōne domus domini. Et ve
nerūt ex sacerdotibꝫ ⁊ leuitis. et psidētibꝫ
scdm pagos. senioribꝫ qui viderant pristi-
nā domū: et ad huius edificacōē cū clamo
re ⁊ planctu magno. et multi cū tubis ⁊ gau
dio magno: intantū ut populus nō audiēt
tubas pter planctū ppli. Turba enim erāt
tubis canens magnifice: ita ut longe audi
retur. Et audierūt inimici tribꝫ iude ⁊ ben-
iamin et venerūt scire que esset vox tubaꝝ.
Et cognouerūt: quoniā qui erāt ex captiui
tate edificāt templū domino deo israhel. Et
accedentes ad zorobabel. et ihesū. et ppositos
s pagoꝝ dixerūt eis. Edificabimus vna
vobiscū. Similiter enim audiuimus dnm
nostrū: et ipsi pariter incedimus a diebus
asbasareth regis assirioꝝ: qui trāsmigra
uit nos huc. Et dixit illis zorobabel. et ihus.
et principes pagoꝝ israhel. Non est nobis
et vobis edificare domū dei nostri. Nos eni
soli edificabimus domino israhel: scdm ea q
pcepit nob cyrus rex psarū. Gentes autē
terre incubantes hijs qui sūt in iudea. et le
uantes opus edificacōis et insidias ⁊ pplos
adducentes. phibebāt eos edificare: et ag
gressuras exercētes impedierūt ne cōsuma-
rent edificiū omi tpe vite cyri regis: et pro-
traxerūt structurā p bienniū usq; ad darij
VI In secūdo aūt anno regni regnū.
darij. pphauit aggeus ⁊ zacharias filius ad
do in pphete apud iudeaz ⁊ iherusalē: in noie
dei israhel sup eos. Tunc stans zorobabel fi
lius salathiel. et ihs filius iosedech: incho-
auerūt edificare domū domini que est in ihe-
rusalez: cū adessent eis pphete domini ⁊ ad-
iuuarent eos. In ipo tempore venit ad illos
sysennes subregulus syrie ⁊ phenicis. et sa-
trabozanes ⁊ sodales eius: et dixerunt eis.
Quo pcipiente vobis domū hāc edificare:
et tectū istud ⁊ alia omia pficitis? Et q sūt
structores qui hec edificant? Et habuerūt
gratiam. visitacōne facta sup eos qui erāt
ex captiuitate a domino seniores iudeoꝝ:
et nō sūt impediti edificare donec significa
rent dario de omibꝫ istis: et responsū acciperetur. Exemplū epistole: quā miserūt dario.

Sysennes subregulus syrie et phenicis. et
satrabozanes. et sodales eius: in syria et phe
nice p̄sides: regi dario salutē. Om̄ia nota
sint dn̄o regi: q̄ cū aduenissemus in regio=
nem iudee. et introissemus in iherusalē. in=
uenimus edificātes domū dei magnā et tē=
plū ex lapidibꝫ politis et magnis. et p̄ciosis
materijs in parietibꝫ. et opera illa instāter
fieri. et suffragare et ꝓsperare ī manibꝫ eo=
rū. et in omni gloria q̄ diligētissime perfici.
Tunc interrogauimus seniores. dicentes.
Quo p̄mittēte vobis edificatis domū istā:
et opera hec fundatis? Ideo aūt interroga
uimus: ut notū faceremus tibi homines et
ꝓpositos: et nominū scripturā ꝓpositoꝝ po=
stulauimus illos. At illi responderūt nobis
dicētes. Nos sumus serui domini qui fecit
celum et terrā: et edificabat̄ hec domus ante
annos istos multos a rege israhel magno
et fortissimo: et cōsummata est. Et quoniā
patres nostri exacerbantes erāt et pecca=
uerūt in deū israhel. tradidit eos in manus
nabuchodonosor regis babilonie. regis
chaldeoꝝ: et domū istā demolientes incēde
rūt: et populū captiuū duxerūt ī babilonē.
In primo anno regnāte cyro rege babilo
nie scripsit cyrus rex domū hanc edificare:
et illa sacra vasa aurea et argentea q̄ extule
rat nabuchodonosor de domo que ē in ihe=
rusalē. et ꝯsecrauerat ea in suo templo: rur
sus ꝓtulit ea cyrus rex de templo qḋ erat ī
babilonia. et tradita sūt zorobabel et salma=
nasaro subregulo. Et p̄ceptū est eis ut of
ferrent hec vasa. et reponerent in tēplo qḋ
erat in iherusalē: et ipm̄ templū dei edificaē
in loco suo. Tunc salmanasarus subiecit
fundamēta domus dn̄i q̄ est in iherusalem.
et exinde usq̄ nūc edificatur: et nō accepit
ꝯsummacōem. Nunc ergo si iudicat̄ a te o
rex. ꝑquirat̄ in regalibꝫ bibliothecis cyri
regis que sūt in babilonia: et si inuentū fue
rit consilio cyri regis ceptā esse structurā
domus domini que est in ih̄rl̄m. et iudicatur
a domino rege nr̄o: scribat de hijs nobis.
Tunc rex darius p̄cepit inquiri ī biblio=
thecis. et inuentus est ī egbathanis opido
qḋ est ī media regione locus vnus ī quo
scripta erāt ista. Anno p̄mo regnāte cyro
rex cyrus p̄cepit domū domini que ē in ihe
rusalem edificare. vbi incendebāt igni assi
duo: cuius altitudo sit cubitoꝝ decē et lati=
tudo cubitoꝝ sexaginta quadratū lapidi=
bus politis tribꝫ. et meniano ligneo eiusdē
regionis. et meniano vno nouo: et inpēdia
dari de domo cyri regis: et sacra vasa domꝰ
dn̄i tam aurea q̄ argētea que extulit na=
buchodonosor. in domū domini que ē in ihe
rusalem vbi erāt posita: ut ponant̄ illic. Et
p̄cepit curā agere sysennē subregulū syrie
et phenicis. et zatrabuzannā et sodales eius.
et qui ordinati erāt in syria et phenice presi=
des. ut abstinerēt se ab eodē loco. Et ego
q̄q̄ p̄cepi in totū edificare: et ꝓspexi ut adiu
uēt eos q̄ sūt ex captiuitate iudeoꝝ donec
ꝯsummet̄ templū edis domini: et a vexacō
ne tributoꝝ syrieceles. et phenice. diligē=
ter quantitatē dari hijs hominibus ad sa=
crificiū dn̄i zorobabel p̄fecto ad thauros et
arietes et agnos: similiter aūt et frumentū
et sal et vinū et oleū instanter ꝑ singulos an
nos. ꝓut sacerdotes q̄ sūt in ih̄rl̄m dicta=
uerūt consumi quotidie sine vlla dilacōe:
ut offerāt̄ libacōes sūmo deo ꝓ rege et pue
ris eius. et orēt ꝓ ipoꝝ vita. Et denūciet̄: ut
quicūq̄ trāsgressi fuerint aliquid ex hijs q̄
scripta sūt. aut spreuerint. accipiat̄ lignū
de suis ꝓprijs. et suspendant̄: et bona ipoꝝ
regi ascribāt̄. Propterea et dn̄s cuius no
mē inuocatū est ibi. extermīnet omēs regēs
et gentē. qui manū suā extenderit ꝓhibere
aut male tractare domū domini illam que
est in iherusalem. Ego darius rex decreui
q̄ diligentissime secundū hec fieri.

VII

Tunc sysennes s̄bregulus celesyrie
et phenicis. et satrabuzanes et soda=
les obsecuti hijs que a dario rege erāt de=
creta. insistebāt sacrosanctis opibꝫ diligē
tissime cooperātes cū senioribꝫ iudeoꝝ pri
cipibꝫ syrie: et ꝓsperata sūt sacrosancta ope
ra: ꝓphetantibꝫ aggeo et zacharia ꝓphetis.
Et ꝯsūmauerūt om̄ia ꝑ p̄ceptū dn̄i dei isr̄l: et
ex ꝯsilio cyri et darij. et artarxersis regis
persaꝝ. Et consūmata est domus nr̄a usq̄
ad terciā et vicesimā diē mensis adar: sex=
to anno darij regis. Et fecerūt filij israhel.
et sacerdotes. et leuite. et ceteri qui erāt ex

captiuitate qui appositi sūt: scōm ea q̄ scri-
pta sūt in libro moysi. Et obtulerūt in dedi
cacōe҃ templi domini thauros centū. arie-
tes ducentos. agnos quadringētos: et he-
dos p̄ pcc̄is vniuersi israhel duodecim: secū-
dū numerū tribuū israhel. Et steterūt sacer
dotes ⁊ leuite amicti stolis p tribꝫ sup opa
dn̄i dei israhel. secundū librū moysi: et ostia-
rij p singulas ianuas. Et egerūt filij israhel
cū hijs qui erāt ex captiuitate illud phase
quartadecīa luna mens̄ primi: quando san
ctificati sūt sac̄dotes ⁊ leuite. Omnes filij
captiuitatis nō sūt simul sanctificati: qr le-
uite om̄es simul sanctificati sūt. Et immola
uerūt phase vniuersi filij captiuitatis: et fra
tribꝫ suis sacerdotibꝫ ⁊ sibimetipis. Et mā-
ducauerūt filij israhel q̄ erant ex captiuitate
om̄es qui remanserāt ab om̄ibꝫ execratio-
nibꝫ gentiū terre. querentes dn̄m: et cele-
brauerūt diem festū azimoꝝ septē diebus
epulantes in ↄspectu domini. quoniā ↄuer
tit concilīū regis assirioꝝ in eos: ↄfortare
manus eoꝝ ad opera dn̄i dei isrl̄. Et post
hunc. regnāte artarxerse persaꝝ rege. ac
cessit esdras filius azarie. filie helchie. filij
solome. filij sadoch. filij achitob. filij ameri.
filij azahei. filij bocci. filij abysue. filij phine-
es. filij eleazari. filij aarō primi sacerdotis:
hic esdras ascēdit de babilonia. cū essꝫ scri
ba et ingeniosus in lege moysi q̄ data est
a dn̄o israhel: docere et facere. Et dedit ei
rex gloriā. ꝙ inuenissꝫ grām in omni digni
tate ⁊ desiderio: in ↄspectu eius. Et ascende
rūt simul cū ip̄o ex filijs isrl̄. et sacerdotibꝫ et
leuitis. et sacris cātoribꝫ tēpli: et ostiarijs.
et nat̄is tēpli ī ihrl̄m. Anno septīo regnāte
artarxerse in quīto mense: hic ānus septi-
mus ē regni: exeūtes de babilonia nouilu-
nio quīti mensis venerūt iherosolimā iuxta
p̄ceptū illius: secundū p̄speritatē itineris a
domino ip̄oꝝ datā eis. In hijs enī esdras
magnā disciplinā obtinebat ne p̄termitte
ret quicq̄ eoꝝ q̄ essent ex lege dn̄i ⁊ pre-
ceptis: et docēdo vniuersū isrl̄ om̄ez iusticī
am ⁊ iudiciū. Accedētes aūt q̄ scribebāt scri
pta artarxersis regis. tradiderūt scriptū qd̄
obuenerāt ab artarxerse rēge. ad esdrā sac̄
dotē ⁊ lectorē legis dn̄i: cuius exēplū sub-

Rex artarxerses. VIII iectū est.
esdre sacerdoti ⁊ lectori legis dn̄i sa
lutē. Humanior ego iudicās in beneficijs.
precepi eis q̄ desiderant ex gente iudeoꝝ
sua sponte. et ex sacerdotibꝫ ⁊ leuitis q̄ sūt
in regno meo: comitari tecū in ihrl̄m. Si q̄
ergo cupiūt ire tecū ↄueniāt et p̄ficiscantur
sic placuit michi. et septē amicis meis ↄsi-
liarijs: ut visitent ea q̄ agunt᷑ secūdū iude
am ⁊ ierusalē obs̄uātes sicut habes ī lege
dn̄i: et ferāt munera dn̄o israhel. q̄ voui ego
et amici iherusalē: et om̄e aurum ⁊ argentū
quod inuentū fuerit in regione babilonie.
domino in iherusalē cū illo quod est dona-
tū pro ip̄a gente in templū dn̄i eoꝝ quod
est in iherusalē: ut colligat᷑ hoc aurū ⁊ ar-
gentū ad thauros ⁊ arietes. et agnos ⁊ he-
dos. et que sūt ↄgruētia: ut offerāt hostias
dn̄o sup altare dn̄i ip̄oꝝ quod ē in iherusa
lem. Et omnia quecūqꝫ volueris cū fratri-
bus tuis facere auro ⁊ argento. p̄fice p̄ vo
lūtate tua secundū p̄ceptū dn̄i dei tui: et sa-
crosc̄a vasa q̄ data sūt tibi ad opera domus
dn̄i dei tui q̄ est ī iherusalē. et cetera quecūqꝫ
tibi subuenerint ad opera templi dei tui da
bis de regali gazophilacio: cū volueris cū
fratribꝫ tuis facere auro ⁊ argento p̄fice
scōm volūtatē dn̄i. Et ego quidē rex artar
xerses p̄cepi custodibꝫ thesauroꝝ syrie et
phenicis: ut quecūqꝫ scripserit esdras sacer
dos. ⁊ lector legis domini diligēter detur ei
usqꝫ ad argenti talenta centū similiter ⁊ au
ri: et usqꝫ ad frumēti modios centū. et vini
amphoras centū: et alia quecūqꝫ abundāt
sine taxacōne. Om̄ia secūdū legem dei fiāt
deo altissimo: ne forte exsurgat ira ī regno
regis. et filij et filioꝝ eius. Vobis aūt dici-
tur. ut om̄ibꝫ sac̄dotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ sacris cā-
toribꝫ ⁊ nat̄is tēpli ⁊ scribis tēpli huius nul
lū tributū neqꝫ vlla alia indictio irroget᷑:
nec habeat quisq̄ potestatem obicere eis
quicq̄. Tu aūt esdras secūdū sapientiā dei
ↄstitue iudices ⁊ arbitros ī tota syria ⁊ phe
nice. et omnes qui legē dei tui non nouerīt
doce: ut quotquot transgressi fuerint legē
diligēter plectant᷑: siue morte. siue cruciatu
siue etiam pecunie mulctacōe. vel abducti-
one. Et dixit esdras scriba. Bn̄dictus dn̄s

patrū nostrorū· qui dedit hanc volūtatē· in cor regis clarificare domū suā que ē in ihe rusalē: et me honorificauit in ɔspectu regis· et ɔsiliariorū· et amicorꝝ eius· et purpurato rū eius: et ego ɔstās animo factus sū scd̄m opitulacōem domini dei mei. Et ɔgregaui ex israhel viros: ut simul ascenderēt mecū. Et hij sūt ꝑpositi secundum suas patrias et pn̄cipatus portionales eorꝝ q̄ mecū ascen= derunt de babilonia: in regno artarxersis. Ex filijs phares: gersomus. Ex filijs hie= marith: amenus. Filiorꝝ dauid: accus filius secilie. Ex filijs phares· et zacharias: et cū eo reuersi sūt viri centūquinquaginta. Ex fi lijs ductoris moabilionis zaraei: et cū ip̄o viri ducentiqūquagīta. Ex filijs zacues ie chonias zechoeli: et cū ip̄o viri ducentiquin= quaginta. Ex filijs sala maasias gotholie: et cū ip̄o viri septuaginta. Ex filijs sapha= cie· zarias micheli: et cū ip̄o viri octoginta. Ex filijs iob abdias iecheli: et cum ipso viri ducenti duodecim. Ex filijs banie· salimoth filius iosaphie: et cū ip̄o viri centūsexagin ta. Ex filijs beer· zacharias bebei: et cū ipso viri ducentiocto. Ex filijs ezead iohānes acechan: et cū ip̄o viri centumdecem. Ex fi lijs adonicham ipsis postremis: et hec sūt nomina eorꝝ eliaphalam filius gebel et se= meias· et cū ipso viri septuaginta. Et con= gregaui eos ad fluuiū qui dicitur thia· et mechati: illic fuimus triduo· et recognoui eos. Et ex filijs sacerdotū ⁊ leuitarꝝ nō in= ueni illic. Et misi ad eleazarū ⁊ ecceloni· et masman· et maloban et enaathā· et samea· et ioribum nathan· enuagan· zachariam· et mosollamum: ip̄os ductores ⁊ peritos. Et di xi eis· ut venirent ad luddeū qui erat apud locū gazophilacij. Et mandaui eis· ut dice rēt luddeo· et fratribꝫ eius et illis qui erāt in gazophilacio: ut mitterēt nobis eos qui sacerdotio fungerentur ī domo domini dei nostri. Et adduxerūt nobis secūdū manū validam domini dei nostri viros peritos· ex filijs mooli· filij leui· filij israhel· sebebian· et filios ⁊ fratres qui erāt decē ⁊ octo· asbi= am et amin· ex filijs filiorꝝ chananei: et filij eorꝝ· viri viginti. Et ex hijs q̄ in tēplo fui ebant quos dedit dauid· et ipsi principes

ad opationē leuitis templo seruientiū: du centiuiginti. Oīa nomina significata sūt in scripturis. Et voui illic ieiuniū iuuenibus in conspectu domini: ut quererē ab eo bonū iter nobis ⁊ qui nobiscū erāt ⁊ filijs ⁊ peco= ribꝫ ꝓpter insidias. Erubui eni petere a re= ge pedites ⁊ equites ī comitatu tutele grā: ɔtra aduersarios nr̄os. Diximus eni regi: quoniā virtus domini erit cū eis· qui inqui= rūt eū in oīi affectu. Et iterū depcati sumꝰ dominū deū nostrū secūdū hec: quē ⁊ ꝓpiciū habuimus: et cōpotes facti sumus deo nr̄o. Et separaui ex plebis ꝑpositis· et sac̄dotibꝫ templi viros duodecī: et sedebian· et asan nan· ⁊ cū eis ex fratribꝫ eorꝝ viros decē. Et appendi eis aurū ⁊ argentū· et vasa sacer= dotalia domus dei nostri: q̄ donauerat rex· et ɔsiliarij eius· et pn̄cipes· et oīs israhel. Et cū appendissem· tradidi argenti talēta centūquinquaginta· et vasa argentea ta= lentorꝝ centū· et auri talenta centū: et vaso rū aureorꝝ septies viginti: et vasa erea de bono eramento splendētia duodecim· auri speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos san= cti estis domino et vasa sūt scā: et aurū ⁊ ar= gentū votū est dn̄o deo patrū nr̄orꝝ. Vigi late et custodite donec tradatis ex plebis ꝑpositis· et sac̄dotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ pn̄cipibꝫ ci= uitatū israhel in ihrl̄m: in pastoforio domꝰ dei nostri. Et hij qui susceperūt sacerdotes et leuite aurū ⁊ argentū· et vasa intulerūt in ihrl̄m in templum domini. Et pmouimus a fluuio thia die duodecia mēsis p̄mi: usque= quo introiuimus in iherusalē. Et cū factus fuisset tercius dies: quarta autē die ponde ratū aurū ⁊ argentū traditū est in domo do mini dei nostri· marimoth filio iori sacerdo ti: et cū ipso erat eleazar filius phinees· et erāt cū ipis iosadus filius ihesu· et medias· et banni filius leuite: ad numerū et ad pō= dus vniuersa. Et scriptū est pondus ip̄orꝝ eadē horā. Qui aūt venerūt ex captiuitate obtulerūt sacrificium dn̄o israhel thauros duodecim· p oīi israhel· arietes octogin= ta sex· agnos septuagintaduos· hircos p pecco duodecī· et p salute vaccas duodecim: oīa in sacrificiū dn̄i. Et relegerūt pcepta regis regalibꝫ dispensatoribꝫ: et sb regulis

celeusirie· et phenicis:et honorificauerūt gē-
tem ⁊ templū dn̄i. Et ꝯsūmatis hijs acces-
serūt ad me ꝑpositi dicentes. Nō segrega-
uerūt genus israhel ⁊ principes ⁊ sacdotes.
et leuite· et alienigene gētes ⁊ nacōes ter-
re immūdicias suas: a chananeis ⁊ etheis·
et pherezeis· et iebuseis· et moabitis· et egi-
ptijs· et ydumeis. Coniūcti enim sūt filia-
bus eoꝝ ⁊ ipi ⁊ filij eoꝝ: et mixtū est semē
sanctū alienigenis gētibꝰ terre: et partici-
pes erāt ꝑpositi ⁊ magistratus iniquitatis
eius ab inicio ipius regni. Et mox ut audi
ui ista ꝯscidi vestimenta ⁊ sacrā tunicā: et la
cerans capillos capitis· et barbam· sedi do-
lens ⁊ mestus. Et ꝯuenerūt quotquot tunc
mouebāt̄ in verbo dn̄i dei israhel ad me lu-
gentē sup iniquitatē istā: et sedebā tristis·
usq̄ ad vespertinū sacrificiū. Et surgēs a ie-
iunio ꝯscissa habens vestimēta· et sacrā tuni
cā: ingeniculans· et extendēs manus ad do
minū dicebā. Dn̄e cōfusus sum: et reueritus
sum ante faciē tuā. Peccata enim nr̄a multi
plicata sūt sup capita nostra: et iniquitates
nostre exaltate sunt usq̄ ad celū: quoniā
a temporibꝰ patrū nr̄oꝝ· sumus in magno
peccato· usq̄ ad diem hūc. Et ꝓpter peccata
nostra ⁊ patrū nostroꝝ sumus traditi cū
fratribꝰ nostris· et cū sacerdotibꝰ nostris·
regibꝰ terre in gladiū ⁊ captiuitatē ⁊ dep-
dacōem cū ꝯfusione: usq̄ in hodiernū diē.
Et nūc quantū est q̄ cōtigit nobis miscdia
abs te domine deus: et derelinque nobis ra
dicem· et nomen in locū sanctificacōnis tue·
detegere luminare nostrū in domo domini
dei nostri: dare nobis cibū in omni tēpore
seruitutis nostre. Et cū fuiremus nō fuimꝰ
derelicti a domino deo nostro: sed cōstituit
nos in grā· ponens nobis reges psaꝝ da-
re cibū· et clarificare templū domini dei nr̄i
et edificare deserta syon: dare nobis stabi
litatē in iudea ⁊ iherusalē. Et nūc quid dica
mus dn̄e habētes hec? Transgressi enī su-
mus ꝑcepta tua: que dedisti in manus pu-
eroꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens. Quoniā ter-
ra i quā introistis possidere hereditatē eius
terra polluta est coinquinacōnibꝰ alienige
narū terre: et immūdicie illoꝝ repleuerūt
eā tota immūdicia sua. Et nūc filias vestras
nō coniungētis filijs eoꝝ· et filias eoꝝ nō
accipietis filijs vestris: et nō inquiretis pa-
cē habere cū illis omi tēpore: ut inualescē-
tes manducetis optima terre· et heredita
tē distribuatis filijs vestris usq̄ in euū. Et q̄
ꝯtingūt nobis omīa fiunt ꝓpter opera nr̄a
maligna: et magna pecca nostra. Et dedi-
sti nobis talē radicē: et rursū reuersi sumus
transgredi legitima tua: vti ꝯmisceremur·
immūdicie alienigenaꝝ gentiū terre hu-
ius. Nonne irasceris nobis pdere nos· quo
adusq̄ non relinquat̄ radix· et nomē nr̄m?
Domine deus israhel verax es. Derelicta ē
enim radix usq̄ in hodiernū diē. Ecce nūc
sumus in ꝯspectu tuo i iniquitatibꝰ nostris.
Non est enī adhuc stare ante te i hijs. Et
cū adorando confiteretur esdras flens hu
mi ꝓstratus ante tēplū: ꝯgregati sūt ante
eū ex iherusalē turba magna valde viri et
mulieres· et iuuenes ⁊ iuuēcule. Fletus enī
erat magnus in ipa multitudine. Et cū cla-
masset iechonias iehеli ex filijs israhel: dixit
esdre. Nos i dominū peccauimus: q̄ colloca
uimus nob̄ in matrimoniū mulieres alieni
genas ex gētibꝰ terre. Et nūc es sup omēs
israhel. In hijs ergo sit iusiurādū a dn̄o ex-
pellere omēs vxores nr̄as q̄ ex alienigenis
sūt· cū filijs eaꝝ. Sicut tibi decretū ē a ma-
ioribꝰ secundū legē domini exsurgēs expli
ca: ad te enim spectat negociū: et nos tecū
sumus. Viriliter fac. Et exsurgēs esdras
adiurauit pncipes sacerdotū· et leuitas et
omēs israhel facere secūdū hec: et iurauerūt.

IX

Et exsurgēs esdras ab āte atriū
tēpli abijt in pastoforiū ionathe filij
nasabi: et hospitatus illic nō gustauit pa-
nē· nec aquā bibit· sup iniquitatē multitu-
dinis. Et facta est ꝑdicacō in omi iudea· et
in iherusalē omnibꝰ qui erāt ex captiuitate
in iherusalē ꝯgregati: ut quicūq̄ nō occur
rerit biduo vel triduo dici scd̄m iudiciū as-
sidentiū seniorū· tollerent̄ facultates sue: et
ipe alienus iudicaret̄ a multitudine capti-
uitatis. Et ꝯgregati sūt omēs q̄ erāt ex tri
bu iuda ⁊ beniamin in tribꝰ diebꝰ in ihr̄lm.
Hic mensis ē nonus: dies mens̄ vicesimꝰ
Et sedit omis multitudo in area tēpli tre-
mentes ꝓpter hyemē presentē. Et exsurgēs

esdras dixit illis. Vos inique fecistis collo
cando vobis in matrimoniū vxores alieni
genas: ut adderetis ad peccata israhel. Et
nūc date ꝯfessionē et magnificētiā dño deo
patrū nostroꝝ: et pficite voluntatē ipius:
et discedite a gentibꝰ terre ⁊ ab vxoribus
alienigenis. Et clamauit oīs multitudo: et
dixerunt voce magna. Sicut dixisti facie-
mus. Sed qm̄ multitudo magna est. et tps
hybernū: et nō possumus in subdiali sta-
re. et hoc opus nō est nobis vnius diei. ne-
qꝫ bidui. multū eni in hijs peccauimus: stēt
ꝑpositi multitudinis. et omēs qui nobiscum
in habitāt. et quotquot habēt vxores apd
se alienigenas: et assistāt accepto tempore
ex omni loco pſbiteri ⁊ iudices: usquequo
soluant iram domini negocij huius. Jona-
thas aūt filius ezeli. et ozias thecham susce
perūt secundū hec: et bosoramus. et leuis et
sabatheus. simul cooperati sūt cum illis. Et
steterūt secundū hec omnia vniuersi q̄ erāt
ex captiuitate. Et elegit sibi viros esdras
sacerdos principes magnos de pribꝰ eo-
rū secundū nomina: et ꝯsederūt nouilunio
mēsis decimi examinare negociuꝫ istud. Et
determinatū est de viris q̄ habebāt vxores
alienigenas usqꝫ ad neomeniā pmi mēsis:
et inuenti sūt ex sacerdotibꝰ pmixti qui ha
bebāt alienigenas vxores. Ex filijs ihesu fi
lij iosedech ⁊ fratribꝰ eius. maseas. et elie-
zerus. et loribus. et ioadeus: et inierūt ma-
nus ut expellerēt vxores suas: et ad litan-
dūm exoracōneꝫ arietē ꝓ ignorātia sua. Et
ex filijs semmeri: maseas. et esses ⁊ ieelech.
azarias. Et ex filijs fosere: lisomasias. his-
maenis. et nathanee. iussio reddus ⁊ talsas.
Et ex leuitis: iorabdus. et semeis. et colinis.
et calitas. et facteas. et coluas. et elionas.
Et ex sacris cantoribꝰ: eliasib. zaccarus. Et
ex ostiarijs: sallumus. et tolbanes. Et ex is
rahel: ex filijs foroosi ⁊ remias ⁊ geddias.
et melchias. et michelus. et eleazarus. et iem
mebias ⁊ bannas. Et ex filijs iolamaꝫ: cha
mas ⁊ zacharias iezrelus. et ioddius ⁊ em-
moth ⁊ helias. Et ex filijs zathoim: eliadas
et liasumus. zochias ⁊ larimoth et zabdis
et tebedias. Et ex filijs zebes: iohānes ⁊ ama
mas ⁊ zabdias ⁊ emēs. Ex hijs filijs banni

olamus et malluchus ⁊ ieddeus et iasub et
asabꝰ et ierimoth. Et ex filijs addin: naa-
thus et moosias ⁊ caleus et raanas maase-
as mathathias ⁊ beseel ⁊ bonnus ⁊ manas-
ses. Et ex filijs nuae: noneas ⁊ afeas ⁊ mel-
chias ⁊ sameas et symon beniamin et mal-
chus et marras. Et ex filijs asom: carianeus
mathathias et bānus ⁊ eliphalach ⁊ ma-
nasses ⁊ semei. Et ex filijs bāni: ihieremias
et moodias ⁊ abramus et iohel ⁊ baneas et
pelias ⁊ ionas et marimoth ⁊ eliasib et ma-
thaneus ⁊ eliasis et orisas ⁊ dielus et seme-
dius ⁊ sambris iosephus. Et ex filijs nobei:
idelus ⁊ mathathias ⁊ sabadus et zecheda
sedmi et iessei baneas. Omēs isti ꝯiunxerūt
sibi vxores alienigenas: ⁊ dimiserūt eas cū fi
lijs. Et inhabitauerūt sacerdotes et leuite et
q̄ erāt ex isrl' in ihrlm et in tota vna regione:
nouilunio mēsis septimi. Et erāt filij israhel
in ꝯmoracōnibꝰ suis. Et ꝯgregata ē omīs
multitudo simul in areā que ē ab oriente por
te sacre. Et dixerūt esdre pontifici. et lectori.
ut afferret legē moysi q̄ tradita est a dño
deo isrl. Et attulit esdras pontifex legē omi
multitudini eoꝝ a viro usqꝫ ad mulierez et
omnibꝰ sacerdotibꝰ: audire legē nouilunio
mēsis septimi. Et legebat in area q̄ est an-
te sacrā portā tēpli a pma luce usqꝫ ad vespe
rā. corā viris ⁊ mulieribꝰ. Et dederūt omēs
sensū ad legē. Et stetit esdras sacerdos et le-
ctor legis sup ligneū tribunal qd fabrica-
tū erat. Et steterūt ad eū mathathias et sa-
mus anamas. azarias. vrias. ezechias ⁊ bal
samus ad dexterā: et ad sinistrā faldeus mi-
sael. malachias. abusthas. sabus. nabadi-
as. et zacharias. Et assumpsit esdras librū
corā omi multitudie: psidebat eni in gloria
in ꝯspectu oīm. Et cū absoluisset legē omēs
recti steterūt: et bñdixit esdras dñm deū al-
tissimū: deū sabaoth omnipotentē. Et rñdit
omnis populus amē. Et eleuatis sursū ma-
nibꝰ: ꝓcidentes in terrā adorauerūt dñm.
ihesus ⁊ banaeus ⁊ sarabias ⁊ iadinus et
accubus et sabbatheus ⁊ calithes ⁊ azarias
et ioradus et ananias ⁊ filias leuite. q̄ doce
bant legē domini: ⁊ in multitudine legebāt
legē domini: et pferebant singuli eos qui in
telligebāt lectionem. Et dixit ad tharates

esdre pontifici ⁊ lectori: et leuitis qui docebãt multitudinē dicēs. Dies hic sanctus ē dño. Et omēs flebant cū audissent legem. Digressi ergo mãducate pinguissima queqꝫ: et bibite dulcissima queqꝫ: et mittite munera hiis qui non habent. Sanctus enim est hic dies dñi: ⁊ nolite mesti esse. Dñs enī clarificabit vos. Et leuite denunciabant in publico omībꝫ dicētes. Dies hic sanctus ē. Nolite mesti esse. Et abierūt omnes manducare ⁊ bibere ⁊ epulari: et dare munera hiis q̄ nō habebant ut epulentᷣ. Magnifice enim sunt exaltati verbis quibꝫ edocti sunt. Et cōgregati sūt vniuersi in iherusalē celebrare leticiā: scđꝫ testamentū dñi dei isrł.

Expł. liber esdre tercius. Incipit esdre

Liber esdre quartus prophete secundus filij sarei filij azarei filij elchie filij sadamie filij sadoch filij achitob filij achie filij finees filij heli filij amerie filij asiei filij marimoth filij arna filij ozie filij borith filij abissei filij finees filij eleazar filij aarō ex tribu leui: qui fuit captiuus in regione medoꝝ in regno artarxersis regis persarū. Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Vade ⁊ nūcia ꝑplō meo facinora ipoꝝ et filijs eoꝝ iniquitates quas in me admiserunt: ut nūcient filijsølioꝝ quia peccata parentū ipoꝝ in illis creuerūt. Obliti enī mei sacrificauerūt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipsi autē irritauerunt me: et consilia mea spreuerūt. Tu aūt excute comā capitis tui: et proice oīa mala sup illos: quoniā non obedierūt legi mee. Populus aūt est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo quibus tanta beneficia contuli? Reges multos ꝓpter eos subūte: pharaonē cū pueris suis et omēꝫ exercitū eius ꝑcussi. Omnes gētes a facie eoꝝ ꝑdidi: ⁊ in oriēte ꝓuinciaꝝ duaꝝ ꝑplos tyri ⁊ sydonis dissipaui: et omēs aduersarios eoꝝ interfeci. Tu vero loq̄re ad eos dicēs. Hec dicit dñs. Nempe ergo vos ꝑ mare transmeaui: et plateas vobis inicio munitas exhibui. Ducēꝫ vobis dedi moysen ⁊ aarōn sacerdotē: lucem vobis ꝑ columnā ignis prestiti: et magna mirabilia feci in vob. Vos aūt mei obliti estis dicit dñs. Hec dicit dñs omnipotēs. Coturnix vobis ī signo fuit: castra vob ad tutelā dedi ⁊ illic murmurastis: et nō triūphastis in nomine meo de ꝑdicōe inimicoꝝ vroꝝ: sed adhuc nūc usqꝫ murmurastis. Vbi sūt beneficia que ꝑstiti vobis? Nonne in deserto cū esuriretis ꝓclamastis ad me dicētes: ut quid nos in desertū istud adduxistis interficere nos? Melius nobis fuerat seruire egiptijs: q̄ʒ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vros: et dedi vob mãna in escam. Panē angeloꝝ mãducastis. Nōne cū sitiretis petrā excidi: et fluxerūt aque in saturitatē? Propter estus folijs arboꝝ vos texi. Diuisi vobis terras pingues: chananeos ⁊ pherezeos ⁊ philistinos a facie vra pieci. Quid faciam vobis adhuc dicit dñs? Hec dicit dñs omnipotēs. In deserto cū essetis in flumine amorreo sitiētes ⁊ blasphemãtes nomē meū: nō ignē vobis pro blasphemijs dedi sed mittens lignū ī aquā dulce feci flumē. Quid tibi faciā iacob? Noluisti obedire iuda. Transferā me ad alias gentes: et dabo eis nomē meū: ut custodiāt legitima mea. Quoniā me dereliquistis: et ego vos derelinquā. Petentibꝫ vobis a me misericordiā nō miserebor: quãdo inuocabitis me ego non exaudiā vos. Maculastis enim manꝰ vestras sanguine: et pedes vri impigri sūt ad cōmittenda homicidia. Non quasi me dereliquistis: sed vosipsos dicit dñs. Hec dicit dñs omnipotēs. Nonne ego vos rogaui ut pater filios ⁊ ut mater filias ⁊ ut nutrix puulos suos: ut essetis michi in ꝑplm et ego vobis in deū. et vos michi in filios. et ego vob in patrē? Ita vos collegi: ut gallina pullos suos sub alas suas. Modo aūt q̄d faciā vob? Proiciā vos a facie mea. Oblacōeꝫ cū michi attuleritis auertā faciē meā a vobis. Dies enim festos vestros ⁊ neomeniã ⁊ circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos ꝓphetas ad vos: quos acceptos interfecistis: et laniastis corpora eoꝝ: quorū sanguinē exquirā dicit dñs. Hec dic dñs omnipotēs. Domus vra deserta ē. Proiciam

vos sicut ventus stipulā: et filij ꝓ creacōem
non faciēt: quoniā mandatū meū neglexe-
rūt. et quod malū est corā me fecerūt. Tra
dā domus vrās populo venienti q̄ me nō au
diētes credūt: quib9 signa nō ostendi fa-
ciēt que ꝑcepi. Prophetas nō viderūt: et me
morabūtur iniquitatū eorꝫ. Testor populi
venientis gratiā: cuius paruuli exultāt cum
leticia me nō vidētes oculis carnalib9: sed
spū credētes que dixi. Et nūc frater aspice
que gloria: et vide populū venientē ab ori-
ente: quib9 dabo ducatū abrahā ysaac et ia
cob et osee et amos et michee et iohel et abdie
et ione et naum et abacuc sophonie aggei za-
charie et malachim q̄ et āgelus dn̄i vocatus

II

Hec dicit dn̄s. Ego est.
eduxi populū istū de ſuitute: quibus
mādata dedi ꝑ pueros meos ꝓphetas q̄s
audire noluerūt: sed irrita fecerūt mea cō
silia. Mater q̄ eos generauit dicit illis. Ite
filij: quia ego vidua sū et derelicta. Educaui
vos cū leticia: et amisi vos cū luctu et tristi-
cia. Quoniā peccastis corā domino deo vr̄o:
et quod malū est corā eo fecistis. Modo
aūt quid faciam vobis? Ego vidua sū et de
relicta. Ite filij: et petite a domino misericordiā.
Ego aūt te pater testem inuoco sup matrē
filiorꝫ qui noluerūt testamentū meū ſuaē:
ut des eis confusionē et matrē eorꝫ in dire-
ptōem: ne generacō eorꝫ fiat. Dispgant
in gentes nomina eorꝫ: deleantur a terra:
qm̄ spreuerūt sacramentū meū. Ve tibi assur:
q̄ abscondis iniquos penes te. Gens mala
memorare quid fecerim zodome et gomor
re: quorꝫ terra iacet in piceis glebis et ag
gerib9 cinerū. Sic dabo eos qui me nō au
dierūt: dicit dominus oīpotēs. Hec dicit
dominus ad esdram. Nuncia populo meo:
quoniā dabo eis regnū iherusalē quod da
turus eram israhel. Et sumā michi gloriam
illorꝫ: et dabo eis tabernacula eterna q̄ ꝑpa
raueram illis. Lignū vite erit illis i odore
vngenti: et nō laborabūt neq3 fatigabunt.
Ite: et accipietis. Rogate vob' dies paucos.
ut immorentur. Jam paratū est vob' regnū.
Vigilate. Testare celū et terrā. Contriui
eni malū et creaui bonū: quia viuo ego dicit
dn̄s. Mater amplectere filios tuos: educa

illos cū leticia. Sicut columba ɔfirma pedes
eorꝫ: quoniā te elegi dicit dn̄s. Et resuscita
bo mortuos de locis suis: et de monumentis
educā illos: qm̄ cognoui nomē meū in isra
hel. Noli timere mater filiorꝫ: quoniam te
elegi dicit dominus. Mittam tibi adiutoriū
pueros meos ysaiam et iheremiā: ad quo-
rū cōsiliū sanctificaui et paraui tibi arbores
duodecim. granatas varijs fructib9: et toti
dem fontes fluentes lac et mel: et mōtes im-
mēsos septē. habentes rosam et liliū. in qui-
bus gaudio implebo filios tuos. Viduā
iustifica: pupillo iudica. egenti da. orpha-
nū tuere. nudū vesti: ɔfractū et debilē cura.
claudū irridere noli: tutare mancū: et cecū
ad visionē claritatis mee admitte. Senez
et iuuenē intra muros tuos serua: mortuos
vbi inueneris signās ɔmēda sepulcro: et
dabo tibi primā cessionē i resurrectōe mea.
Pausa et quiesce ꝑplus meus: quia veniet reqes
tua. Nutrix bona nutri filios tuos: ɔfirma
pedes eorꝫ. Seruos quos tibi dedi: nemo
ex eis interiet. Ego eni eos requirā de nume
ro tuo. Noli fatigari. Cū enim venerit dies
pressure et angustie alij plorabūt et tristes
erūt: tu aūt hilaris et copiosa eris. Zelabūt
gētes: et nil aduersus te poterūt dicit dn̄s.
Manus mee tegent te: ne filij tui gehennā
videāt. Jocūdare mater cū filijs tuis: quia
ego te eripiā dicit dn̄s. Filios tuos dormi-
entes memorare: qm̄ ego eos educā de la-
terib9 terre et misericordiā cū illis faciā: qm̄
misericors sū dicit dn̄s oīpotēs. Ample-
ctere natos tuos usq3 dū venio et prestē illis
misericordiā: qm̄ exuberāt fontes mei: et gr̄a
mea nō deficiet. Ego esdras preceptū acce
pi a dn̄o in monte oreb: ut irē ad israhel. Ad
quos cū venirē reprobauerūt me: et respue
rūt mandatū dn̄i. Ideoq3 vobis dico gētes:
q̄ auditis et intelligitis. Exspectate pastorē
vestrū: requiē eternitatis dabit vobis: quo-
niā in proximo est ille q̄ in fine seculi adueni-
et. Parati estote ad p̄mia regni: quia lux ꝑpe
tua lucebit vob': ꝑ eternitatē tēporis. Fugi-
te vmbrā seculi huius. Accipite iocūditatē
glorie vr̄e. Ego testor palā saluatorē meū
ɔmēdatū donū accipite et iocūdamini: gr̄as
agētes ei q̄ vos ad celestia regna vocauit.

Surgite et state: et videte numerũ signa-
torũ in cõuiuio dñi. Qui se de vmbra seculi
trãstulerũt: splendidas tunicas á dño acce
perunt. Recipe syon numerũ tuũ: et cõclude
candidatos tuos qui legẽ domini ɔpleue-
rũt. Filiorũ tuorũ q̃s optabas plenus est
numerus. Roga imperiũ dñi: ut sanctificet᷑
ꝑplus tuus q̃ vocatus est ab inicio. Ego es-
dras vidi ĩ monte syõ turbã magnã quam
numerare nõ potui: et om̃es canticis collau
dabãt dñm. Et in medio eoꝝ erat iuuenis
statura celsus eminẽtior om̃ibꝫ illis: et singu
lis capitibꝫ eoꝝ imponebat coronas: et ma
gis exaltabat᷑. Ego autẽ miraculo tene-
bar. Tunc interrogaui angelũ: et dixi. Qui
sũt hij dñe? Qui r̃ndens dixit michi. Hij
sũt q̃ mortalẽ tunicã deposuerũt: et immor-
talẽ sũpserũt: et ɔfessi sũt nomẽ dei. Modo
coronãtur et accipiũt palmas. Et dixi an-
gelo. Ille iuuenis quis est qui eis coronas
imponit: et palmas ĩ manus tradit? Et r̃n-
dens dixit michi. Ipse est filius dei: quẽ in
seculo ɔfessi sũt. Ego autẽ magnificare eos
cepi: q̃ fortiter pro noĩe dñi steterũt. Tunc
dixit michi angelus. Vade: annũcia ꝑplo
meo q̃lia ⁊ quãta mirabilia dñi dei vidisti.

III

Anno tricesimo ruine ciuitatis. Eram in babilone: et ɔturbatus sũ super
cubiculo meo recumbens. Et cogitacões
mee ascendebãt sup cor meũ: quoniã vidi
desercõez syon: et abundantiã eoꝝ qui ha-
bitabãt in babilone. Et ventilatus est spũs
meus valde. Et cepi loqui ad altissimũ ver
ba timorata. Et dixi. O dominator dñe tu di
xisti ab inicio quãdo plantasti terrã ⁊ hoc
solus: et imperasti populo et dedisti adã cor
pus mortuũ. ꝫ et ipsũ figmentũ manuũ tua
rũ erat. et insufflasti ĩ eũ spiritũ vite. et fcũs
est viuẽs corã te: et induxisti eũ in paradi-
so quẽ plãtauerat dextera tua. anteq̃ terra
aduẽtaret. Et huic mãdasti diligere viam
tuã ⁊ p̄teruit eam: et statim instituisti ĩ eũ
mortẽ ⁊ in nacõibꝫ eius: et nate sũt gẽtes
et tribꝫ ⁊ populi ⁊ cognacões quaꝝ nõ est
numerus. Et ambulauit vnaqueqꝫ gens ĩ
volũtate sua: ⁊ mira agebãt corã te: et sper
nebãt p̄cepta tua. Iterũ autẽ in tempore in
duxisti diluuiũ sup inhabitantes seculũ: et
ꝑdidisti eos. Et factũ est in vnoquoqꝫ eo-
rũ sicut ade mori: sic hijs diluuiũ. Dereliq̃-
sti autẽ vnũ ex hijs noe cũ domo sua: et ex
eo iusti om̃es. Et factũ est cũ cepissent mul
tiplicari qui habitabãt sup terrã ⁊ multipli
cauerũt filios ⁊ populos ⁊ gẽtes multas:
et ceperũt iterato impietatẽ facere plus q̃
priores. Et factũ est cũ iniq̃tatẽ facerent
corã te: elegisti tibi virũ ex hijs cui nomen
erat abrahã. Et dilexisti eũ: et demõstrasti
ei soli volũtatez tuã. Et disposuisti ei testa-
mentũ eternũ: et dixisti ei ut nõ vnq̃ derelin
quẽtes semẽ eius. Et dedisti ei ysaac: et ysa
ac dedisti iacob ⁊ esau. Et segregasti tibi ia
cob esau aũt sepasti. Et factus ẽ iacob ĩ mul
titudine magna. Et factũ est cũ educeres
semẽ eius ex egipto: adduxisti sup montẽ
syna. Et inclinasti celos ⁊ statuisti terrã. et
ɔmouisti orbem. et tremere fecisti abissos.
et ɔturbasti seculũ: et transijt gloria tua por
tas quatuor ignis ⁊ terremotus. et spũs. et
gelu. ut dares semini iacob legem: et gña
tioni israhel diligentiã. Et nõ abstulisti ab
eis cor malignũ: ut faceret lex tua ĩ eis fru
ctũ. Cor enĩ malignũ baiulãs p̄mus adaz
transgressus et victus est: ꝫ et om̃es qui de
eo nati sũt. Et facta est ꝑmanẽs infirmitas
et lex cũ corde ꝑpli cũ malignitate radicis:
et discessit quod bonũ ẽ: et mãsit malignũ.
Et transierũt tempora ⁊ finiti sũt ãni: et susci
tasti tibi seruũ noĩe dauid: et dixisti ei edifi
care ciuitatẽ nominis tui. et offerrẽ ibi in ea
dem thus ⁊ oblacões. Et factũ est hoc ãnis
multis: et deliquerũt qui habitabãt ciuita
tẽ in om̃ibꝫ faciẽtes sicut fecit adam ⁊ om̃es
generacões eius. Vtebant᷑ enĩ ⁊ ipi cor-
de maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuã ĩ ma-
nibꝫ inimicoꝝ tuoꝝ. Nũquid meliora faci
ũnt qui habitant babilonez? Et ꝓpter hoc
dominabit᷑ syon. Factũ est cũ venissem huc
et vidissem impietates quaꝝ nõ est nume
rus et delinquentes multos: vidit aĩa mea
hoc tricesimo anno ⁊ excessit cor meũ: q̃m vi
di quomodo sustines eos peccãtes ⁊ pepci-
sti impie agentibꝫ: et ꝑdidisti populũ tuũ
et ɔſuasti inimicos tuos: et nõ significasti.
Nichil memĩ quomõ debeat derelinqui via
hec. Nũq̃d meliora facit babilõ q̃ syõ aut

alia gēs cognouit te p̄ter israhel? Aut q̄ tri
bus crediderūt testamētis tuis sicut iacob?
Quarū merces nō cōparuit: neq3 labor fru-
ctificauit. Pertransiēs enim ptransiui in gē
tibus: et vidi abūdātes eas: et nō memorā
tes mandatoꝝ tuoꝝ. Nunc ergo pondera
in statera nostras iniquitates ⁊ eoꝝ q̄ ha-
bitant in seculo: et nō inuenietur nomē tuū
nisi in israhel. Aut quādo non peccauerunt
in cōspectu tuo qui habitant terrā: aut que
gens sic obseruauit mādata tua? Hos qui-
dem p nomina inuenies seruasse mandata
tua: gentes autē non inuenies.

IIII

Et rn̄dit ad me angelus qui missus ē
ad me cui nomē huriel: et dixit michi.
Excedēs excessit cor tuū in seculo hoc: et cō
prehendere cogitas viam altissimi. Et dixi.
Ita dn̄e meus. Et rn̄dit michi ⁊ dixit. Tres
vias missus sū ostēdere tibi: et tres silitudi
nes ꝓponere corā te. de quibꝫ michi si renū
ciaueris vnā ex hijs: et ego tibi demōstra-
bo viam quā desideras videre: et docebo te
vnde sit cor malignuz. Et dixi. Loquē dn̄e
meus. Et dixit ad me. Vade pondera michi
ignis pondus: aut mensura michi flatū ven
ti: aut reuoca michi diē que p̄terijt. Et rn̄di
et dixi. Quis natoꝝ poterit facere ut me in
terroges de hijs? Et dixit ad me. Si essem
interrogās te. dicens. quante habitacōes
sunt in corde maris. aut quante vene sūt in
principio abissi. aut quāte vene sunt sup fir-
mamentū. aut qui sūt exitus paradisi: dice
res michi fortassis. in abissum nō descendi.
neq3 in infernū adhuc: neq3 in celum nunq̄
ascendi. Nūc autē nō interrogaui te nisi de
igne ⁊ vento. et die p quē transisti: et a qui-
bus separari nō potes: et non rn̄disti michi
de eis. Et dixit michi. Tu que tua sūt. tecum
coadolescētia nō potes cognoscere. Et quō
poterit vas tuū capere altissimi viam: et iam
exterius corrupto seculo intelligē corrupti-
onē euidentē in facie mea? Et dixi illi. Me-
lius erat nos nō esse q̄ adhuc viuentes vi-
uere in impietatibꝫ ⁊ pati: et nō intelligere
de q̄ re. Et rn̄dit ad me ⁊ dixit. Proficiscens
ꝓfectus sū ad siluā lignorū cāpi: et cogita-
uerūt cogitacōez: et dixerūt. Venite ⁊ eamꝰ
et faciamus ad mare bellū. ut recedat coraz
nobis: et faciamus nobis alias siluas. Et
similiter fluctus maris: et ipsi cogitauerūt
cogitacōem ⁊ dixerūt. Venite ascendētes
debellemus siluas campi: ut et ibi cōsūmemus
nobismetipsis aliā regionē. Et factus est co
gitatus silue in vanū. Venit enim ignis: et
cōsūpsit eā. Similiter ⁊ cogitatus fluctuū
maris. Stetit enim arena: et ꝓhibuit eos.
Si enim esses iudex hoꝝ: quē inciperes iu
stificare aut quē cōdemnare? Et rn̄di ⁊ dixi.
Vtiq3 vanā cogitacōem cogitauerūt. Ter-
ra enim data est silue: et mari locus. portare
fluctus suos. Et rn̄dit ad me: et dixit. Bene
tu iudicasti. Et q̄re nō iudicasti tibimetipsis?
Quēadmodū eni terra silue data ē. et mare
fluctibꝫ suis: sic q̄ sup terrā inhabitāt q̄ sūt
sup t'raz intelligē solūmō possunt: ⁊ q̄ sup ce-
los q̄ sup altitudinē celoꝝ. Et rn̄di ⁊ dixi. De
p̄cor te dn̄e: ut michi det' sensus intelligēdi.
Non enim volui interrogare de superioribꝫ
tuis. sed de hijs q̄ ptranseūt p nos quotidie:
ꝓpter quid israhel datus in opprobriū gēti-
bus quē dilexisti ꝑplm: datus ē tribubꝫ im-
pijs. et lex patrū nostroꝝ in interitū dedu-
cta ē. et disposicōes scripte nusq̄ sūt: et ptrā
siuimus de seculo ut locuste: et vita nostra
stupor ⁊ pauor: et nec digni sumus misc'diaz
cōsequi. Sed quid faciet nomini suo quod
inuocatū ē sup nos? Et de hijs interrogaui:
et rn̄dit ad me ⁊ dixit. Si fueris plurimum
scrutatus. frequēter miraberis. Quoniā fe-
stinās festinat seculū ptransire. et nō capit
portare que i futuris tpibꝫ. iustis repromis-
sa sūt: quoniā plenū iniusticia est sclm hoc ⁊
infirmitatibꝫ. De quibꝫ autē interrogas di-
cam. Seminatū est eni malū: et necdū venit
destructō ipsius. Si ergo nō inuersū fuerit
quod seminatū est ⁊ discesserit locus ubi se-
minatuz est malū: non veniet ubi seminatum
est bonū. Quoniā granē seminis mali semi
natū est in corde adam ab inicio: et quantuz
impietatis generauit usq3 nunc: et generat
usq3 cum veniat area. Estima autē apud te
granen mali seminis quantū fructū impie-
tatis generauit: quādo secate fuerint spice
quarū nō est numerus. q̄ magnā areā inci-
pient facere. Et rn̄di ⁊ dixi. Quo. et quādo
hec? Quare modici ⁊ mali anni nostri? Et

respondit ad me: ⁊ dixit michi. Nō festines tu sup altissimū. Tu enim festinas inaniter esse sup ipm. Nā excessus tuus multus. Nōne de hijs interrogauerūt anime iustoꝝ in promptuarijs suis dicentes: usquequo spero sic. et quādo veniet fructus aree mercedis nostre? Et rn̄dit ad ea ieremiel archāgelus ⁊ dixit. Quādo impletus fuerit numerus seminū in vobis: quoniam in statera ponderauit seculū ⁊ mensura mensurauit tēpora. et numero numerauit tpa: et nō commouit nec excitauit usqȝ dū impleatur p̄dicta mensura. Et rn̄di ⁊ dixi. O dominator domine: sed ⁊ nos omes pleni sumus impietate. Et ne forte ꝑpter nos nō impleatur iustoꝝ aree: ꝑpter pc̄ca inhabitantiū super terrā. Et rn̄dit ad me. et dixit. Vade ⁊ interroga pregnantē: si quādo impleuerit nouē menses suos adhuc poterit matrix eius retinere partū in semetipa. Et dixi. Nō potest domine. Et dixit ad me. In inferno ꝓmptuaria aīarū. matrici assimilata sunt. Queadmodum enim illa festinat que parit effugere necessitatez partus: sic ⁊ hec festinat reddere ea q̄ commendata sūt. Ab inicio tibi demonstrabitur de hijs q̄ cōcupiscis videre. Et rn̄di et dixi. Si inueni gratiā ante oculos tuos. et si possibile est ⁊ si idoneus sum: demonstra michi si plus q̄ p̄teritū sit habet venire: aut plura ptransierūt supra q̄ futurū est. Quid pertransiuit scio: quid aūt futurū sit ignoro. Et dixit ad me. Sta sup dexteram partem: et demōstrabo tibi interp̄tacōez similitudinis. Et steti ⁊ vidi: et ecce fornax ardens trāsijt coram me. Et factū est cū transiret flamma: vidi ⁊ ecce superauit fumus. Post hec transijt coraz me nubes plena aq̄: et immisit pluuiā impetu multā. Et cū transissȝ impetus pluuie: superauerūt in ea gutte. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia amplius q̄ gutte ⁊ ignis q̄ fumus: sic supabūdauit que transiuit mensura. Supauerūt aūt gutte ⁊ fumus. Et oraui ⁊ dixi. Putas viuo usqȝ in diebus illis? Vel quis erit in diebꝰ illis? Respondit ad me ⁊ dixit. De signis de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

De signis aūt: ecce dies venient. in quibꝰ apprehendētur qui inhabitāt terram incēnso multo: et abscondetur veritatis via ⁊ sterilis erit a fide regio: et multiplicabit᷑ iniusticia sup hāc quā ipe tu vides ⁊ sup quā audisti olim: ⁊ erit imposito vestigio quā nūc vides regnare regionē: et videbūt eā desertam. Si autē tibi dederit altissimus viuere videbis post terciam tubā: et relucescet subito sol noctu. et luna ter in die: et de ligno sanguis stillabit. et lapis dabit vocem suā: et populi commouebūtur. et regnabit quem non sperant qui inhabitant sup terrā: et volatilia commigracōem faciet: et mare sodomiticū pisces reiciet: et dabit vocez noctu quam non nouerāt multi. Omes aūt audiēt vocē eius. Et chaos fiet p loca multa. et ignis frequēter remittetur. et bestie agrestes trāsmigrabunt. et mulieres menstruate parient monstra: et in dulcibꝰ aquis salse inuenientur: et amici omes semetipos expugnabūt: et abscōdetur tūc sensus. ⁊ intellectus separabit᷑ in ꝓmptuariū suū: et queretur a multis ⁊ nō inuenietur: et multiplicabit᷑ iniusticia ⁊ incōtinētia sup terrā. Et interrogabit regio ꝓximam suā ⁊ dicet. Nūquid p te ptransijt iusticia iustuz faciēs? Et hoc negabit. Et erit in illo tēpore: et sperabūt homines ⁊ non impetrabunt: laborabunt. et non dirigentur vie eoꝝ. Hec signa dicere tibi pmissum est michi. Et si oraueris iterū ⁊ ploraueris sicut et nūc. et ieiunaueris septē diebꝰ: audies iterato horum maiora. Et euigilaui. et corpus meū horruit valde: et aīa mea laborauit ut deficeret. Et tenuit me qui venit angelus q̄ loquebatur in me: et confortauit me ⁊ statuit me sup pedes. Et factuz ē in nocte scd̄a: et venit ad me salathiel dux populi: et dixit michi. Vbi eras? Et q̄re vultus tuus tristis? Aut nescis quoniā tibi creditus ē israhel in regione transmigracōnis eoꝝ? Exsurge ergo ⁊ gusta panē: et nō derelinquas nos sicut pastor gregez suū in manibꝰ lupoꝝ malignorū. Et dixi ei. Vade a me: et non appropies ad me. Et audiuit ut dixi: et recessit a me. Et ego ieiunauí diebꝰ septē vlulāns ⁊ plorās: sicut michi mādauit vriel angelus. Et factū est post dies septem: et iterum cogitacōnes

cordis mei moleste erant michi valde. Et
resumpsit aīa mea spm̄ intellectus: et iteruʒ
cepi loqui coram altissimo sermones. Et di-
xi. Dominator domīe ex omī silua terre ⁊ ex
omībꝫ arboribꝫ eius elegisti vineā vnicā: ⁊
ex omī terra orbis elegisti tibi foueā vnaʒ:
et ex omībꝫ floribꝫ orbis elegisti tibi lilium
vnū: et ex omībꝫ abissis maris replesti tibi
riuū vnū: et ex omībꝫ edificatis ciuitatibus
sanctificasti tibimetipi syon: et ex omībꝫ cre
atis volatilibꝫ nomīasti tibi columbā vnaʒ:
et ex omnibus plasmatis pecoribꝫ ꝓuidisti
tibi ouem vnā: et ex omībꝫ multiplicatis po
pulis acquisiuisti tibi ꝓplm̄ vnū: et ab omī-
bus ꝓbatam legē donasti huic quē deside
rasti populo. Et nūc domine ut quid tradi-
disti vnū pluribꝫ? Et ꝑparasti sup vnā radi-
cē alias: et dispdidisti vnicū tuū ī multis. Et
conculcauerūt eū qui cōtradicebāt sponsioni-
bus tuis: quiqꝫ tuis testamētis nō credebāt.
Et si odiēs odisti populū tuū: tuis manibus
debet castigari. Et factū est cū locutus esseʒ
sermones: et missus ē angelus ad me q̄ āte
venerat ad me p̄terita nocte: et dixit michi.
Audi me ⁊ instruam te: et intende michi et
adiciam coram te. Et dixi. Loquere domīe
meus. Et dixit ad me. Valde tu in excessu
mētis factus es ꝓ israhel. An plus dilexisti
eū: q̄ꝫ qui eū fecit? Et dixi ad eū. Nō domine:
sed dolens locutus sum. Torquēt enim me
renes mei p omnem horā querentē apphen-
dere semitam altissimi: et inuestigare partē
iudicij eius. Et dixit ad me. Non potes. Et
dixi. Quare domīe? Ad quid nascebar: aut
quare nō fiebat matrix matris mee michi
sepulcruʒ. ut nō viderem laborem iacob. et
defatigacōem generis israhel? Et dixit ad
me. Numera michi que necdum venerant. et
collige michi dispersas guttas. Et reuirida
michi aridos flores: ⁊ aperi michi clausa ꝓm
ptuaria: et ꝓduc michi inclusos ī eis flatus.
Demonstra michi vocis ymagineʒ: et tunc
ostendā tibi laborē quē rogas videre. Et
dixi. Dominator domine: quis enim est qui
potest hec scire. nisi qui cū hominibꝫ habita
tionē nō habet? Ego autē insipiens: et quō
potero dicere de hijs quibꝫ me interroga-
sti? Et dixit ad me. Quō non potes facere
vnū de hijs que dicta sūt: sic nō poteris in-
uenire iudiciuʒ meū: aut in fine caritatē quā
populo ꝓmisi. Et dixi. Sed ecce domine: tu
ꝓpe es hijs qui in finem sunt. Et quid faci-
ent qui ante me fuerūt: aut nos aut hij qui
post nos? Et dixit ad me. Corone assimi-
labo iudiciū meū. Sicut non nouissimorum
tarditas: sic nec priorū velocitas. Et rn̄di et
dixi. Nec poteras facere eos qui facti sunt.
et qui sūt. et futuri sūt ī vnū: ut celerius iudi-
ciuʒ tuū ostendas? Et rn̄dit ad me: et dixit.
Nō potest festinare creatura sup creatoreʒ:
nec sustinere seculū eos q̄ in eo creandi sūt
in vnū. Et dixi. Quomodo dixisti seruo tuo
quoniā viuificans viuificasti a te creatā cre
aturam in vnū ⁊ sustinebat creatura: poterit ⁊
nunc portare p̄ntes in vnū. Et dixit ad me.
Interroga matricē mulieris: et dices ad eā.
Et si paris: quare p tēpus? Roga ergo eā:
ut det decē in vnū. Et dixi. Non vtiqꝫ poterit:
sed secundū tempus. Et dixit ad me. Et ego
dedi matricē terre hijs qui seminati sūt sup
eam p tempus. Quēadmodū enim infans
non parit ea que senū sunt: sic ego disposui
a me creatū seculū. Et interrogaui ⁊ dixi. cū
iam dederis michi viā: loquar coraʒ te. Nā
mater nr̄a de q̄ dixisti michi. adhuc iuuenis
est: iā senectuti appropinquat. Et rn̄dit ad
me. et dixit. Interroga eam que parit: et di-
cet tibi. Dices enī ei. Quare quos peperisti
nūc nō sūt similes hijs qui ante te. si mino-
res statura? Et dicet tibi ⁊ ipa. Alij sunt q̄ in
iuuētute virtutis nati sūt: et alij qui sub tp̄e
senectutis deficiēte matrice sūt nati. Cōside-
ra ergo ⁊ tu quoniā minori statura estis pre
hijs q̄ ante vos: et q̄ post vos minori q̄ꝫ vos.
quasi iam senescentes creature ⁊ fortitudinē
iuuētutis p̄tereūtes. Et dixi. Rogo domine
si inueni gratiā ante oculos tuos: demōstra
seruo tuo p quē visites creaturā tuā.

VI

Et dixit ad me. Inicio terreni orbis et
antequā starent exitus seculi. et antequā
spiraret cōuencōnes ventorū. et antequā sona
rent voces tonitruū ⁊ antequā splenderēt ni-
tores chorusicationū: et antequā cōfirmarētur
fundamenta paradisi. antequā viderētur de-
cori flores. et antequā ɔfirmarētur motē vir-
tutes. ātequā colligerētur innumerabiles milicie

angelorū: et anteq̄ extollerētur altitudines aeris. ⁊ anteq̄ nominarentur mensure firmamētorum: ⁊ anteq̄ estuarent camini in syō et anteq̄ inuestigarētur p̄ntes ām: et āteq̄ abalienarentur eorum qui nūc peccant adinuencōes ⁊ ꝯsignati essent qui fidem thesaurizauerūt tūc cogitaui ⁊ facta sūt p me solū ⁊ nō per aliū: et finis p me ⁊ non p aliū. Et respondi ⁊ dixi. Que erit seperacō temporum? Aut quādo prioris finis: et sequētis iniciū? Et dixit ad me. Ab abraham usq₃ ad ysaac quando nati sūt ab eo iacob ⁊ esau: manus iacob tenebat ab inicio calcaneū esau. Finis enim huius seculi esau: et principiū sequētis iacob. Hominis manus inter calcaneum et manū. Aliud noli querere esdra. Et r̄ndi et dixi. O dominator dn̄e. si inueni gratiā ante oculos tuos: oro ut demonstres seruo tuo finē signorum tuorū: quorū ptē michi demonstrasti nocte p̄cedēte. Et r̄ndit: et dixit ad me. Surge sup pedes tuos: ⁊ audi vocē plenissimā sonitus. Et erit sicut ꝯmocō: nec ꝯmouebitur locus in quo stes sup eū. Ideo cum loquitur tu non expaueas: quoniā₃ de fine verbū: ⁊ fundamentū terre intelligitur: qm̄ de ipsis sermo tremescit ⁊ cōmouetur. Scit enim quoniā finē eorū oportet commutari. Et factū est cū audissem surrexi sup pedes meos: et audiui. et ecce vox loquēs: et sonus eius sicut sonus aquarū multarū. Et dixit. Ecce dies veniūt: et erit quādo appropinq̄re incipiam ut visitem habitantes in terra: et quādo inquirere incipiā ab eis qui iniuste nocuerūt iniusticia sua. et quando suppleta fuerit humilitas syon ⁊ cum sup signabitur seculū quod incipiet ptrāsire: hec signa faciam. Libri aperiētur ante facie₃ firmamēti. et om̄es videbūt simul: et anniculi infantes loquentur vocib₉ suis: et pregnātes inmaturos parient infantes triū ⁊ quatuor mensiū. et viuēt ⁊ suscitabūtur. Et s̄bito apperebūt seminata loca nō seminata: et plena ꝓmtuaria subito inuenientur vacua: et tuba canet cū sono. quā cū om̄es audierint subito expauescent. Et erit: in illo tempore debellabunt amici amicos. ut inimici: et expauescet terra cū hijs. Et vene fontiū stabūt: et nō decurrēt in horis trib₉. Et erit: om̄is q̄ derelictus fuerit ex omnib₉ istis quib₉ p̄dixi tibi: ipse saluabitur: et videbit salutare meu₃ ⁊ finē seculi vr̄i. Et videbūt qui recepti sūt homies q̄ morte₃ nō gustauerūt a natiuitate sua: et mutabitur cor inhabitantiū: et ꝯuertetur in sensu₃ aliū. Delebitur enim malū: et extinguetur dolus. Florebit autē fides: et vincetur corruptela: et ostēdetur veritas q̄ sine fructu fuit dieb₉ tantis. Et factu₃ est cū loqueretur michi: et ecce paulatim intuebar sup eū ante quē stabam: et dixit ad me hec. Veni tibi ostēdere tps vēture noctis. Si ergo iterū rogaueris. et iterū ieiunaueris septē dieb₉: iterum tibi renūciabo horum maiora p diem quā audiui. Audita est enim vox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directōem tuā ⁊ ꝓuidit pudiciciā quam a iuuentute tua habuisti: et ꝓpter hoc misit me demōstrare tibi hec oīa. et dicere tibi. Confide ⁊ noli timere: et noli festinare tu p̄orib₉ tpibus cogitare vana: ut non ꝓperes a nouissimis temporibus. Et factū est post hec ⁊ fleui iterū: ⁊ similiter ieiunaui septe₃ dieb₉: ut suppleam tres ebdomadas q̄ dicte sūt michi. Et fcm̄ ē in octaua nocte ⁊ cor meū turbabatur iterato in me: ⁊ cepi loqui corā altissimo. Inflammabatur eni spūs meus valde: ⁊ anima mea anxiabatur: et dixi. O dn̄e loquens locutus es ab inicio creature in p̄mo die dicēs. Fiat celū ⁊ terra: et tuū verbū opus pfectū. Et erat tunc spūs: et tenebre circūferebātur ⁊ silentium: sonus vocis hominis nondū erat abs te. Tūc dixisti de thesauris tuis ꝓferri lumē luminosū: quo apparēt opus tuum. Et die scd̄o creasti spm̄ firmamēti: ⁊ imperasti ei ut diuideret et diuisionē faceret inter aquas: ut ps quedā sursū recederet pars vero deorsu₃ maneret. Et tercia die imperasti aquis cōgregari. in septima parte terre: sex vero partes siccasti et ꝯseruasti: ut ex hijs sint corā te ministrātia seminata a deo ⁊ culta. Verbū eni tuū ꝓcessit: et opus statim fiebat. Processit eni s̄bito fructus multitudis immēsus: ⁊ ꝯcupiscētie gustus multiformes: ⁊ flores colore immutabili ⁊ odores odoramēti inuestigabilis. Et die tercio hec facta sunt. Quarta autem die imperasti fieri solis splēdorē: lune lumē stellarum disposicōnem: et imperasti eis ut

deseruirent futuro plasmato homini. Quito
aūt die dixisti septime parti ubi erat aqua
ꝯgregata ut ꝑ crearet animalia ⁊ volatilia
et pisces: et ita fiebat. Aqua muta. et sine
aīa que dei nutu iubebātur aīalia faciebat:
ut ex hoc mirabilia tua nacōnes enarrent.
Et tūc cōseruasti duas animas: nomen vni
vocasti enoch. et nomen scd̄e vocasti leuia-
than: et separasti ea ab alterutro. Nō eni
poterat septīa pars vbi erat aq̄ cōgregata
capere ea. Et dedisti enoch vnam partem q̄
siccata ē tercō die ut habitet in ea: vbi sunt
mōtes mille. Leuiathan aūt dedisti septīaꝫ
parteꝫ humidam: et seruasti eā ut fiat in de
uoracōem quibus vis ⁊ quādo vis. Sexto
autē die imperasti terre ut crearet coram te
iumēta ⁊ bestias ⁊ reptilia: et sup hijs adaꝫ.
quē ꝯstituisti ducem sup omībꝫ factis que
fecisti: et ex eo educimur nos omes quenqꝫ
elegisti populū. Hec aūt omia dixi coram
te domine: quia ꝑpter nos creasti seculum.
Residuas aūt gentes ab adā natas dixisti
eas nil esse: et quomā salme assimilate sūt:
et q̄si stillicidiū de vase similasti abūdātiaꝫ
eoꝝ. Et nūc domine ecce iste gētes que in
nichilū deputate sūt ceperūt domiari nostri
et deuorare: nos auteꝫ populus tuus quem
vocasti ꝑmogenitū. vnigenitū emulatoreꝫ
tuū traditi sumus in manibꝫ eoꝝ. Et si ꝑpter
nos creatū ē seculū: q̄re nō hereditatē possi
demus cū seculo? Vsquequo hec? VII

Et factū est cū finisseꝫ loqui v̄ba hec:
missus est ad me angelus qui missus
fuerat ad me ꝑmis noctibꝫ: et dixit ad me.
Surge esdra: et audi sermones quos veni
loqui ad te. Et dixi. Loquere deus meus. Et
dixit ad me. Mare positum est in spacioso
loco ut esset altuꝫ ⁊ immensū: erit autem ei in-
troitus in angusto loco positus: ut esset filis
fluminibꝫ. Quis eni volens voluerit ingre
di mare ⁊ videre eū vel dominari eius: si non
transierit angustū. in latitudinē venire quō
poterit? Item aliud. Ciuitas est edificata.
et posita in loco cāpestri: est aūt plena oīm
bonoꝝ. Introitus eius angustus ⁊ in pre-
cipiti positus: ut esset a dextris quidē ignis.
a sinistris aqua alta: semita autē ē vna sola
inter eos posita. hoc est inter ignē ⁊ aquaꝫ:
ut non capiat semita nisi solūmodo vestigiū
hoīs. Si aūt dabitur ciuitas homini in he-
reditatē: si nunq̄ ante positū periculū ꝑtran-
erit. quomodo accipiat hereditatem suā?
Et dixi. Sic domine. Et dixit ad me. Sic ē
et israhel pars. Propter eos eni feci sectm:
et quādo transgressus est adam ꝯstitucōes
meas: iudicatuꝫ est quod factū est. Et facti
sunt introitus huius seculi āgusti ⁊ dolētes
et laboriosi: pauci aūt ⁊ mali ⁊ piclo꞉ plem.
et labore magno ope fulti: nā maiores seculi
introitus spacōsi. ⁊ securi: et faciētes immor
talitatis fructū. Si ergo igredietes ingres-
si nō fuerunt qui viuūt. āgusta ⁊ vana hec:
non poterūt recipe que sūt reposita. Nūc er
go tu quare cōturbaris cū sis corruptibilis:
et quid moueris tu cū sis mortalis? Et q̄re
nō accepisti in corde tuo quod futurū: sed
quod in ꝑntis? Rn̄di ⁊ dixi. Dominator dn̄e:
ecce disposuisti lege tua: qm̄ iusti heredita-
būt hec. Impij aūt ꝑibūt: iusti autē ferēt an
gusta sperantes spaciosa. Qui enim impie
gesserūt: et angusta passi sūt: et spaciosa nō
videbunt. Et dixit ad me. Nō est iudex sup
deū: neqꝫ intelligēs sup altissimū. Pereunt
eni multi ꝑntes: qꝛ negligitur q̄ anteposita ē
dei lex. Mandans enim mandauit deus ve-
nientibꝫ. quando venerunt: quid facientes
viuerent ⁊ quid obſuantes nō punirentur.
Hij autē non sūt ꝑsuasi ⁊ cōtradixerūt ei: et
ꝯstituerūt sibi cogitamē vanitatis. et ꝑposu
erūt sibi circūuēcōes delictoꝝ: et sup dixerūt
altissimo nō esse. et vias eius nō ꝯgnouerūt:
et legem eius spreuerunt ⁊ sponsiones eius
abnegauerunt: et in legitimis eius fidē nō
habuerūt. et opa eius nō ꝑfecerūt. Propter
hoc esdra vacua vacuis: et plena plenis. Ec
ce tempus veniet: et erit quādo veniēt signa
que ꝑdixi tibi. Et apparebit sponsa: et appa-
rescens ostendetur que nūc sbducitur terra:
et omnis qui liberatus est de ꝑdictis malis
ipse videbit mirabilia mea. Reuelabitur eni
filius meus ihesus cū hijs q̄ cū eo sūt: et io-
cundabūtur qui relicti sūt in ānis quadrin
gētis. Et erit post ānos hos ⁊ morietur fili9
meus cristus: et oēs qui spiramentū habent
homines: et ꝯuertetur seculū in antiquū silē-
tiū diebꝫ septeꝫ sicut in prioribꝫ iudicijs. ita

ut nemo derelinq̄tur ⁊ erit post dies septē: et excitabitur quod nondū vigilat seculū: et morietur corruptum. Et terra reddet que in ea dormiūt: et puluis qui in eo silētio habitāt: et ꝓmptuaria reddēt q̄ eis comēdate sūt aīe. Et reuelabit᷑ altissimus sup sedē iudicij: et ptransibūt miserie: et longanimitas ꝯgregabitur. Judiciū autē solū remanebit: veritas stabit: et fides conualescet. Et opus subsequetur. et merces ostēdetur: et iusticie vigilabūt: et iniusticie nō dn̄abūtur. Et dixi. Primus abraham ꝓpter sodomitas orauit ⁊ moyses ꝓ pribꝫ qui in deƀto peccauerūt: et qui post eū ꝓ israhel in diebꝫ achaz ⁊ samuelis ⁊ dauid ꝓ confractōne: et salomon ꝓ eis qui venerūt in sanctōnem: et helias ꝓ hijs qui pluuiā acceꝑunt et pro mortuo ut viueret: et ezechias pro populo in diebꝫ sennacherib: et multi ꝓ multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit. et iniusticia multiplicata est. ⁊ orauerūt iusti ꝓ impijs. quare ⁊ nunc sic nō erit? Et rn̄dit ad me et dixit. Presens seculū nō est finis: glīa i eo frequēs manet: ꝓpter hoc orauert ꝓ inualidis. Dies eni iudicij erit finis tpis huius: et iniciū tpis future immortalitatis: in quo ptransiuit corruptela. soluta est intēꝑantia. abscisa est incredulitas: creuit autem iusticia. orta est veritas. Tunc enim nemo poterit saluare eum qui perijt: neq̄ demergere qui vicit. Et rn̄di ⁊ dixi. Hic sermo meus p̄mus ⁊ nouissimus: quoniam melius erat nō dare terrā adam: vel cū iam dedisset coercere eū. ut non peccaret. Quid eni ꝓdest omibꝫ in p̄nti viuere in tristicia: et mortuos sperare punicōem. O tu quid fecisti adam. Si enim tu peccasti non ē fc̄ūs solius tuus casus: sed ⁊ noster qui ex te aduenimus. Quid eni ꝓdest nobis si ꝓmissū est nobis immortale tempus: nos autem mortalia opa egimus? Et quoniā p̄dicta ē nobis perennis spes: nos vero pessime vani facti sumus. Et quoniā reposita sūt nobis habitacula sanitatis ⁊ securitatis: nos vero male ꝯuersati sumus. Et quoniam reposita glīa altissimi ꝓtegere eos q̄ tarde ꝯuersati sūt: nos autē pessimis vijs ambulauimus. Et qm̄ ostēdetur paradisus cuius fructus

incorruptus pseuerat in quo est securitas et medela: nos vero non ingredimur. In ingratis eni locis ꝯuersati sumus. Et qm̄ sup stellas fulgebūt facies eorū qui abstinētiā habuerūt: nostre autē facies sup tenebras nigre. Non eni cogitauimus viuētes qm̄ iniquitatē faciebamus: q̄ incipiemus post mortē pati. Et rn̄dit ⁊ dixit. Hoc est cogitamētū certaminis quod certabit q̄ sup terrā natus est homo: ut si victus fuerit patiatur quod dixisti. Si autē vicerit recipiet quod dico: quoniā hec est via. quā moyses dixit cū viueret ad populū dicēs. Elige tibi vitā ut viuas. Nō crediderūt aūt ei: sed nec post eū ꝓphetis. Sed nec michi qui locutus sum ad eos: quoniā nō esset tristicia in pdicōem eorū sicut futurū est gaudiū sup eos quibꝫ ꝑsuasa est salus. Et rn̄di ⁊ dixi. Scio domine quoniā vocatus est altissimus misericors in eo miseriatur hijs q̄ nondū in seculo aduenerūt: et q̄ miseretur illis q̄ ꝯuersionē faciūt in lege eius: et longanimis est quoniā longanimitatē p̄stat hijs q̄ peccauerūt quasi suis opibꝫ: et munificus est quoniā quidē donare vult ꝓ exigētijs: et multe misericordie: quoniā multiplicat magis misericordias hijs qui p̄ntes sūt ⁊ qui p̄terierūt: et q̄ futuri sūt. Si enim non multiplicauerit misericordias suas nō viuificabitur seculū cū hijs q̄ inhereditabāt in eo. Et donat: quoniā si nō donauerit de bonitate sua. ut alleuētur hij q̄ iniquitatē fecerūt de suis iniquitatibꝫ: non poterit decies millesima ps viuificari hoim. Et iudex si non ignorauerit hijs qui curati sūt verbo eius. et deleuit multitudinē ꝯtēptionū: nō fortassis derelinquerētur innumerabili multitudine nisi pauci valde. VIII

Et respondit ad me: ⁊ dixit. Hoc seculū fecit altissimus ꝓpter multos: futurū autē ꝓpter paucos. Dicam autem coram te similitudinē esdra. Quomodo autē interrogabis terrā ⁊ dicet tibi. quoniā dabit terrā multā magis vnde fiat fictile. paruū autē puluerē vnde aurū fit: sic ⁊ actus p̄sentis seculi. Multi quidē creati sūt: pauci autem saluabūt᷑. Et rn̄di ⁊ dixi. Absorbe ergo aīa sensū: et deuora quod sapit. Conuenisti eni obaudire: et ꝓphetare voles? Nec eni tibi ē

Chromatio ⁊ heliodoro episcopis: ieronimus presbiter in dn̄o salutez. Mirari nō desino exactōnis vestre instantiā. Exigitis eni ut librū chaldeo ſmone ꝯscriptū ad latinū stilū trahā: libruꝫ utiqꝫ tobie: quē hebrei de cathalogo diuinarū scripturarū secātes. hiis que agyographa memorant manciparūt. Feci satis desiderio vestro: non tamen meo studio. Arguūt enim nos hebreoꝝ studia: et imputant nobis cōtra suū canonē latinis auribꝫ ista transferre. Sed melius esse iudicans phariseoꝝ displicere iudicō. et episcoporꝝ iussionibus deseruire: institi ut potui. Et qꝛ vicina ē chaldeoꝝ lingua ſmoni hebraico: vtriusqꝫ lingue pitissimū loquacē repiens. vnius diei laborē arripui: ⁊ quicq̄d ille michi hebraicis v̄bis expssit. hoc ego accito notario. ſmonibꝫ latinis exposui. Oracōibꝫ vr̄is mercedē huius opis ꝯpēsabo: cū gratū vobis didicero me qđ iubere estis dignati complesse. Expl̄. ꝓloḡ. Incipit liber tobie

Tobias ex tribu ⁊ ciuitate neptalim. que est in superioribus galilee supra naason. post viaꝫ que ducit ad occidentem. in sinistro habens ciuitatem sephet: cum captus essꝫ in diebꝫ salmanasar regis assiriorū. in captiuitate tamē positus viā veritatis nō deseruit: ita ut om̄ia que habere poterat quotidie ꝯcaptiuis fratribꝫ q̄ erant ex eius genere impertiret. Cumqꝫ essꝫ iunior om̄ibꝫ in tribu neptalim: nichil tamē puerile gessit in ope. Deniqꝫ cū irent oēs ad vitulos aureos quos ihero boā fecerat rex israhel hic solus fugiebat cōsortia oīm: et pgebat ad ihr̄lm ad templū domini. et ibi adorabat dominū deū israhel: om̄ia p̄mitiua sua ⁊ decimas suas

fideliter offerēs·ita ut in tercio āno ꝓselitis
et aduenis ministraret omnem decima cō em.
Hec ⁊ hijs similia scđm legez dei puerulus
obseruabat. Cū vero factus fuiſſ; vir acce-
pit vxorez annam de tribu sua: et genuit ex
ea filiū nomē suū imponēs ei: quē ab infan-
tia timere deum docuit ⁊ abstinere ab omni
peccato. Igitur dū ꝑ captiuitatē deueniſſ; cū
vxore sua ⁊ filio in ciuitatē niniuen cū omni
tribu sua·et cū omēs ederēt ex cibis gētiliū:
iste custodiuit animā suā: et nūꝙ̄ ɔtaminat9
ē in escis eoꝝ. Et quoniā memor fuit domini
in toto corde suo·dedit illi deus gratiam in
ɔspectu salmanasar regis: et dedit illi pote-
statē quocūqʒ vellet ire: habens libertatem
quecūqʒ facere voluiſſ;. Pergebat ergo ꝑ
omēs qui erāt in captiuitate: et monita salu-
tis dabat eis. Cum autem venisset in rages
ciuitatem medorum·et ex hijs quibus ho-
noratus fuerat a rege habuiſſ; decē talenta
argēti: et cū in multa turba generis sui ga-
belū egentē videret qui erat ex tribu eius:
sub cirographo dedit illi memoratū pōdus
argenti. Post multū vero temporis mortuo
salmanasar rege·cū regnaret sennacherib
filius eius ꝑ eo·et filios israhel exosos habe-
ret in ɔspectu suo: tobias ꝑgebat ꝑ omnem
ɔgnacōez suā·et ɔsolabatur eos: diuidebat
qʒ vnicuiqʒ ꝓut poterat de facultatibꝫ suis.
Esurientes alebat: nudisqʒ vestimenta p̄be-
bat: et mortuis atqʒ occisis sepulturā sollici
tus exhibebat. Denīqʒ cū reuersus esset rex
sennacherib fugiēs a iudea plagā·quā circa
eum fecerat deus ꝓpter blasphemiam suam:
et iratus multos occideret ex filijs israhel:
tobias sepeliebat corp̄a eorum. At ubi nun-
ciatū est regi·iussit eū occidi: et tulit omnem
substantiā eius. Tobias vero cū filio suo et
cū uxore fugiens nudus latuit: quia multi
diligebant eū. Post dies vero quadragin-
taquīqʒ occiderūt regem filij ipius. Et reu-
sus est tobias ad domuz suā: omnisqʒ facul-
tas eius restituta est ei. II

Post hec vero cū eſſ; dies festus domini
et factū esset prandiū bonū in domo tobie:
dixit filio suo. Vade ⁊ adduc aliquos de
tribu nostra timentes deū: ut epulentur no-
biscū. Cūqʒ abisset: reuersus nūciauit ei vnū
ex filijs isrł iugulatū iacere ī platea. Stati
qʒ exiliēs de accubitu suo·relinquēs prādiū
ieiunus puenit ad corpus: tollensqʒ illud.
portauit ad domū suam occulte: ut dum sol
occubuiſſ; caute sepeliret eū. Cūqʒ occultaſſ;
corpus·manducauit panē cū luctu ⁊ tremo
re: memorans illū sermonē quē dixit domi-
nus ꝑ amos ꝓpħam. Dies festi vestri ɔuertē
tur in lamentacōem ⁊ luctum. Cum vero sol
occubuiſſ;: abijt ⁊ sepeliuit eum. Arguebāt
autē eū onmes ꝓximi sui·dicētes. Iā huius
rei causa interfici iussus es·et vix effugisti
mortis imperiū: et iterum sepelis mortuos?
Sed tobias plus timēs deū ꝙ̄ regē: rapie-
bat corpora occisoꝝ ⁊ occultabat in domo
sua: ⁊ medijs noctibꝫ sepeliebat ea. Cōtigit
autem ut quadaz die fatigatus a sepultura
veniēs domū iactaſſ; se iuxta parietez ⁊ ob-
dormisset: et ex nido hirundinū dormiēti illi
calida stercora inciderēt sup oculos eius:
fieretqʒ cecus. Hāc aūt temptacōem ideo
ꝑmisit dn̄s euenire illi: ut posteris daretur
exemplū paciētie eius: sicut ⁊ sancti iob. Nā
cū ab infantia sua semꝑ deū timuerit·et mā-
data eius custodierit·nō ē ɔtristatus ɔtra
deū ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: ꝫ immo-
bilis in dei timore ꝑmansit: agens gratias
deo omnibꝫ diebꝫ vite sue. Nam sicut beato
iob insultabant reges: ita isti parētes et co-
gnati eius irridebāt vitā eius dicētes. Vbi
est spes tua ꝓ qua elimosinas ⁊ sepulturas
faciebas? Tobias vero increpabat eos di-
cens. Nolite ita loqui: quoniā filij sanctoꝝ
sumus·et vitā illam exspectamus: quā deus
daturus est hijs qui fidem suā nūꝙ̄ mutant
ab eo. Anna vero uxor eius ibat ad opus
textrinū quotidie: et de labore manū suaruz
victum quem consequi potuisset deferebat.
Vnde factuz est: ut hedū caprarū accipiēs·
detuliſſ; domi. Cuius cū vocē balātis vir ei9
audisset·dixit. Videte ne forte furtiuus sit.
Reddite eū dominis suis: qꝛ nō licet nobis
aut edere ex furto aliquid aut ɔtingere. Ad
hec uxor eius irata rn̄dit. Manifeste vana
fcā est spes tua: et elimosine tue paruerīt. At-
qʒ hijs ⁊ alijs hmōi verbis exprobrabat ei. III

Tunc tobias ingemuit: et cepit
orare cum lacrimis dicēs. Iustus es

dñe: et omĩa iudicia tua vera sũt: et omes vie tue misericordia et veritas et iudiciũ. Et nũc dñe memor esto mei: et ne vindictã sumas de peccatis meis: neq3 reminiscaris delicta mea vel parentũ meorũ. Quoniã nõ obediui mus pceptis tuis ideo traditi sumus in dere ptionẽ et captiuitatẽ et mortẽ et in fabulam: et in improperiũ omĩbus nacõibus in quibus dispsisti nos. Et nũc domĩe magna iudicia tua: quia non egimus scdm̃ pcepta tua: et non ambulauimus sinceriter corãm te. Et nunc domine scdm̃ voluntatem tuam fac mecũ: et pcipe in pace recipi spiritũ meũ. Expedit eñi michi mori magis q̃ viuere. Eadem itaq3 die contigit ut sara filia raguelis in rages ciuitate medorũ. et ipa audiret improperiũ ab vna ex ancillis patris sui: qm̃ tradita fu erat septẽ viris: et demoniũ noĩe asmodeus occiderat eos. mox ut ingressi fuissent ad eã. Ergo cũ p culpa sua increparet puellã: rñdit ei dicẽs. Amplius ex te nõ videamus filiũ aut filiã sup terrã: interfectrix virorũ tuorũ. Nũquid et occidere me vis sicut etiã occidisti septẽ viros? Ad hãc vocẽ perrexit in supius cubiculũ domus sue: et tribus diebus et tribus noctibus nõ manducauit neq3 bibit: sed in oracõne psistens cũ lacrimis depcabã tur deũ. ut ab isto improperio liberaret eam. Factũ est autẽ die tercia dũ cõpleret oratio nem: benedicẽs dominũ dixit. Bñdictuz est nomẽ tuũ deus patruz nostrorũ: q̃ cũ iratus fueris misericordiam facies: et in tempore tribulacõis peccata dimittis hijs qui inuocãt te. Ad te domine faciẽ meã conuerto: ad te oculos meos dirigo. Peto dñe ut de vinclo improperij huius absoluas me: aut certe desuper terram eripias me. Tu scis domine quia nunq̃ concupiui virũ: et mũdã seruaui aĩam meam ab omĩ concupiscentia. Nunq̃ cũ ludẽ tibus miscui me: neq3 cũ hijs q̃ in leuitate am bulãt participẽ me pbui. Virũ aũt cũ timo re tuo nõ cũ libidine mea consensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis: aut illi forsitan michi non fuerũt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim in hominis potestate cõsiliũ tuũ. Hoc aũt p certo habet omnis qui colit te: quia vita eius si in pbatio ne fuerit coronabitur: si autẽ in tribulacõne fuerit liberabitur: et si in correpcõe fuerit ad misericordiam tuã puenire licebit. Non eñi delectaris in pdicõibus nrĩs: quia post tẽpesta tem tranquillũ facis: et post lacrimacõnem et fletũ exultacõem infundis. Sit nomẽ tuũ deus israhel benedictuz in secula. In illo tpe exaudite sũt pces amborũ in cõspectu glorie summi dei: et missus est angelus dñi sanctus raphahel ut curaret eos ambos quorũ vno tpe sũt oracões in cõspectu dñi recitate. IIII

Igitur cũ tobias putaret oracõem suam ex audiri ut mori potuisset: vocauit ad se tobiaz filiũ suũ: dixitq3 ei. Audi fili mi verba oris mei et ea in corde quasi fundamentũ construe. Cũ acceperit deus animã meã. corpus meũ sepeli: et honorem habebis matri tue: omĩbus diebus vite eius. Memor enim esse debes: q̃ et quãta picula passa sit propter te in vtero suo. Cũ aũt et ipa cõpleuerit tempus vite sue: se pelias eã circa me. Omĩbus aũt diebus vite tue in mente habeto deum: et caue ne aliquãdo peccato cõsentias: et pt̃ermittas pcepta dei nostri. Ex substãtia tua fac elimosinã: et no li auertere faciẽ tuã ab ullo paupe. Ita eñi fiet: ut nec a te auertatur facies dñi. Quomõ potueris: ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit abũdanter tribue: si exiguũ tibi fuerit: etiã exiguũ libenter impartiri stude. Premiũ eñi bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniã elimosina ab omĩ peccõ et a morte li berat: et nõ patietur aĩam ire in tenebras. Fi ducia magna erit corã sũmo deo elimosina: omĩbus facientibus eam. Attẽde tibi fili mi ab omĩ fornicacõe: et pt̃er uxorẽ tuã nũq̃ patia ris crimẽ scire. Supbiã nunq̃ in tuo sensu aut in tuo verbo dominari pmittas. In ipa eñi iniciũ sumpsit omnis pditio. Quicũq3 tibi aliquid opatus fuerit. statĩ ei mercedẽ resti tue: et merces mercenarij tui apd̃ te oĩno nõ remaneat. Qd̃ ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliquãdo alteri facias. Panẽ tuum cũ esurientibus et egentibus comede: et de vesti mẽtis tuis nudos tege. Panẽ tuũ et vinũ tuuz sup sepulturã iusti cõstitue: et noli ex eo man ducare et bibere cũ peccatoribus. Consiliũ sem per a sapiẽte pquire. Omĩ tempore benedic deũ: et pete ab eo ut vias tuas dirigat: et oĩa consilia tua in ipo pmaneãt. Indico etiã tibi

fili mi dedisse me decē talēta argenti dū ad
huc infantulus esses gabelo ī rages ciuita
te medoꝝ: et cirogͣphū eius apud me ha-
beo. Et ideo pquire quomō ad eū puenias:
et recipias ab eo supra memoratū pondus
argenti: et restituas ei cirographuȝ suum.
Noli timere fili mi: pauperē quidē vitam
gerimus: sed multa bona habebimus si ti-
muerimus deū. et recesserimus ab omī pec-
cato: et fecerimus bene.

V

Tunc rūdit tobias patri suo ⁊ dixit.
Omnia quecūqȝ p̄cepisti michi. faciā pater.
Quō aūt pecuniā hanc inquirā. ignoro. Ille
me nescit: et ego eū ignoro. Quod signū da
bo ei? Sed neqȝ viā p quā pgatur illuc. ali
quādo cognoui. Tūc pater suus rūdit illi.
et dixit. Cirographū quidē illius apud me
habeo: qd̄ dū illi ostēderis statī restituet.
Sȝ pge nūc ⁊ inquire tibi aliquē fidelē vi-
rū: qui eat tecū salua mercede sua. dū ad-
huc viuo: ut recipias eā. Tūc egressus to-
bias. inuenit iuuenē stantē splendidū pre
cinctū: et q̄i paratū ad ambulādū. Et igno
rās q angelus dei essȝ: salutauit eū. ⁊ dixit.
Vnde te habemus bone iuuenis? At ille re-
spondit. Ex filijs isrl̄. Et tobias dixit ei. No
sti viā que ducit in regionē medoꝝ? Cui
rūdit. Noui: et omnia itinera eius frequē-
ter ambulaui: et mansi apud gabelū fra-
trē nr̄m qui moratᷣ in rages ciuitate medo
rū q̄ posita est in mōte egbathanis. Cui to
bias ait. Sustine me obsecro: donec hec
ipa nunciē prī meo. Tūc ingressus tobias.
indicauit vniūsa hec prī suo. Sup que ami
ratus pater: rogauit ut introiret ad eū. In-
gressus itaqȝ salutauit eū ⁊ dixit. Gaudiuȝ
tibi sit semp. Et tobias ait. Quale gaudiū
michi erit: qui in tenebris sedeo. et lumen
celi nō video? Cui ait iuuenis. Forti animo
esto: in pximo est ut a deo cureris. Dixit ita
qȝ illi tobias. Nunquid poteris pducere fi
liū meū ad gabelū in rages ciuitātē medo-
rū? Et cū redieris. restituā tibi mercedē tuā.
Et dixit ei angelus. Ego ducā: et reducā eū
ad te. Cui tobias rūdit. Rogo te: indica mi
chi. De qua domo: aut de q̄ tribu es tu? Cui
raphael āgelus dixit. Genus queris mer-
cennarij: an ipm mercennariuȝ qui cū filio
tuo eat? Sȝ ne forte solicitū te reddā: ego
sum azarias. anamie magni filius. Et tobias
rūdit. Ex magno genere es tu. Sed peto
ne irascaris: q voluerim cognoscere genꝰ
tuū. Dixit aūt illi angelus. Ego sanū ducā:
et sanū tibi reducam filiū tuū. Rūdens autē
tobias ait. Bene ambuletis: et sit dominus
in itinere vestro: et angelus eius comitetur
vobiscū. Tunc paratis omībꝫ q̄ erāt in via
portāda: fecit tobias vale patri suo. et mrī
sue: et ambulauerūt ambo simul. Cūqȝ pfe-
cti essent: cepit mater eius flere ⁊ dicere.
Baculū senectutis nostre tulisti: ⁊ transmi-
sisti a nobis. Nūq̄ȝ fuissȝ ipa pecunia: p qua
misisti eū. Sufficiebat nobꝭ pauptas nr̄a:
ut diuitias cōputaremus hoc. q videba-
mus filiū nr̄m. Dixitqȝ tobias. Noli flere.
Saluus perueniet filius noster: et saluus re-
uertetᷣ ad nos: et oculi tui videbūt illū. Cre
do enī q angelus dei bonus comitetur ei: et
bene disponet omnia q̄ circa eū gerūtᷣ: ita ut
cū gaudio reuertatᷣ ad nos. Ad hāc vocē
cessauit mater eius flere. et tacuit.

VI

Profectus est autē tobias: et canis se-
cutus est eū: et mansit prima mansiōe iuxta
fluuiū tigrim. Et exiuit ut lauaēt pedes su-
os: et ecce piscis immanis exiuit ad deuorā
dū eū. Quē expauescēs tobias: clamauit vo
ce magna dicēs. Domine: inuadit me. Et di
xit ei angelus. Apphende branchiaȝ eius: et
trahe eū ad te. Quod cū fecissȝ attraxit eū in
siccum: et palpitare cepit ante pedes eius.
Tunc dixit ei āgelus. Exentera hūc piscē:
et cor eius. et fel. et iecur repone tibi. Sunt
enī hec necessaria ad medicamēta vtiliter.
Quod cū fecissȝ assauit carnes eius. et secū
sustulerūt in via: cetera salierūt q̄ sufficerēt
eis: quousqȝ puenirēt in rages ciuitatē me
doꝝ. Tunc interrogauit tobias āgelū: et
dixit ei. Obsecro te azaria frater: ut dicas mi-
chi qd̄ remediū habebūt ista que de pisce
seruare iussisti. Et rūdens angelus dixit ei
Cordis eius particulā si sup carbones po-
nas. fumus eius extricat omne genus demo
nioꝝ siue a viro siue a muliere: ita ut vltra
nō accedat ad eos. Et dixit ei tobias. Vbi
vis ut maneamus? Respōdēsqȝ āgelus ait.
Est hic raguel noīe vir ppinquus de tribu tua

et hic habet filiam nomine saram: sed neqȝ
masculū neqȝ feminā vllā habet aliā preter
eā. Tibi debet' omīs substātia eius: et opor=
tet eā te accipere ↄiugē. Pete ergo eam a
patre eius: et dabit tibi eā vxorē. Tunc re
spondit tobias. et dixit. Audio ꝙ tradita
est septē viris. et mortui sunt: sed et hoc au=
diui. ꝙ demoniū occidit illos. Timeo ergo
ne forte ⁊ michi hoc eueniat: et cū sim vni=
cus parentibꝫ meis: deponā senectutē illo=
rū cū tristicia ad inferos. Tunc āgelus ra=
phahel dixit ei. Audi me et ostendā tibi. q̄
sūt quibꝫ ꝑualere potest demoniū. Hij nā=
qȝ qui ↄiugiū ita suscipiūt. ut deum a se et a
sua mēte excludāt. et sue libidini ita vacēt
sicut equus ⁊ mulus quibꝫ nō ē intellectus:
habet potestatē demoniū sup eos. Tu autē
cū acceperis eā. ingressus cubiculuȝ ꝑ tres
dies continēs esto ab ea: et nichil aliud ni=
si orationibꝫ vacabis cū ea. Ipsa aūt nocte.
incēso iecore piscis fugabit' demoniū. Se=
cūda vero nocte. in copulacōe scōꝝ patri=
archarum admitteris. Tercia vero nocte
bn̄dictionē ↄsequeris: ut filij ex vobꝭ ꝑcre
ent' incolumes. Trāsacta aūt tercia nocte
accipies ꝟginē cū timore dn̄i. amore filiorū
magis q̄ꝫ libidinis ductus: ut ī semine abra
he bn̄dictionē in filijs ↄsequaris. VII

INgressi sūt aūt ad raguelē: et suscepit eos
raguel cū gaudio. Intuensqȝ tobiā raguel:
dixit anne vxori sue. Quā similis ē iuuenis
iste consobrino meo. Et cū hec dixisset. ait.
Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi
dixerūt. Ex tribu neptalim sumus: ex capti
uitate niniue. Dixitqȝ illis raguel. Nostis
tobiā fratrē meū? Qui dixerunt. Nouimus.
Cūqȝ multa bona loqueret' de eo: dixit an=
gelus ad raguelē. Tobias de quo inter=
rogas. pater istius est. Et misit se raguel.
et cū lacrimis osculatus est eū: ⁊ plorās su=
pra collū eius dixit. Benedictio sit tibi fili
mi: ꝙ boni ⁊ optimi viri filius es. Et anna
vxor eius ⁊ sara ipsorū filia lacrimate sunt.
Postq̄ꝫ aūt locuti sūt: ꝑcepit raguel occi=
di arietē. et parari ↄuiuiū. Cūqȝ hortaret'
eos discūbere ad prādiū: tobias dixit. Hic
ego hodie nō manducabo neqȝ bibam: nisi
prius petitionē meā ↄfirmes: et promittas
michi dare saram filiā tuā. Quo audito ꝟbo
raguel expauit. sciēs quid euenerit illis se
ptē viris q̄ ingressi sūt ad eā: et timere ce=
pit: ne forte et huic similiter ↄtingeret. Et
cū nutaret ⁊ nō daret ullū ꝑtēti responsū: di
xit ei angelus. Noli timere dare eā isti: qm̄
huic timēti deū debet' ↄiunx filia tua. Pro=
pterea alius nō potuit habere illā. Tūc di=
xit raguel. Nō dubito ꝙ deus preces et la=
crimas meas in ↄspectu suo admiserit. Et
credo qm̄ ideo fecit vos venire ad me: ut et
ista ↄiūgetur ↄgnacōni sue. secundū legē
moysi. Et nūc noli dubiū gerere: ꝙ tibi eā
tradā. Et apprehendēs dextrā filie sue: dextre
tobie tradidit dicēs. Deus abrahā ⁊ deus
ysaac ⁊ deus iacob vobiscū sit. et ipe ↄiūgat
vos: impleatqȝ bn̄dictionē suā in vobꝭ. Et
accepta carta. fecerūt ↄscriptionē ↄiugij.
Et post hec epulati sūt: bn̄dicētes deū. Vo=
cauitqȝ raguel ad se annā vxorē suā: et ꝑce=
pit ei ut ꝑpararet alterū cubiculū. Et intro=
duxit illuc saram filiā suā: et lacrimata ē. Di
xitqȝ ei. Forti animo esto filia mea. Dn̄s celi
det tibi gaudiū pro tedio quod ꝑpessa es.

POstq̄ꝫ vero cenauerūt: intro VIII
duxerūt iuuenē ad eā. Recordatus ita=
qȝ tobias ꝟmonū angeli. ꝑtulit de cassidili
suo partē iecoris: posuitqȝ eā sup carbones
viuos. Tūc raphael āgelus apprehendit de
moniū: et religauit eū in deserto superioris egi=
pti. Tūc hortatus est ꝟginē tobias: dixit=
qȝ ei. Sara exsurge et deprecemur deū hodie
et cras ⁊ secūdum cras: ꝙ hijs tribꝫ noctibus
deo iūgimur: tercia autē trāsacta nocte. in
nr̄o erimus coniugio. Filij quippe scōꝝ su=
mus: et nō possumus ita ↄiungi sicut gentes
q̄ ignorāt deū. Surgētes aūt pariter instā
ter orabāt ambo simul: ut sanitas daretur
eis. Dixitqȝ tobias. Dn̄e deus patrū nr̄oꝝ
bn̄dicāt te celi terre mareqȝ et fontes ⁊ flu=
mina: et omēs creature tue q̄ in eis sunt. Tu
fecisti adā de limo t̄re dedistiqȝ ei adiutoriū
euā. Et nūc dn̄e tu scis ꝙ nō luxurie causa ac
cipio sororē meā ↄiugē: ſꝫ sola posteritatis
dilectione ī qua bn̄dicatur nomē tuū ī sc̄la
seculoꝝ. Dixit itaqȝ sara. Miserere nobꝭ dn̄e.
miserere nobis: et ↄsenescamus ābo pariter
sani. Et factū ē circa pulloꝝ cantū accersiri

iussit raguel seruos suos: et abierūt cum eo pariter ut foderēt sepulcrū. Dicebat enim: ne simili mō euenerit ei. quod ⁊ ceteris alijs septē viris qui sūt ingressi ad eam. Cunqꝫ parasset fossam: reuersus raguel ad vxorē suā. dixit ei. Mitte vnam ex ancillis tuis. et videat si mortuus ē: ut sepeliā eum anteq̄ illucescat. At illa misit vnā ex ancillis suis. Que ingressa cubiculū reperit eos saluos et incolumes: secū pariter dormiētes. Et reuersa nunciauit bonū nunciū. Et benedixerūt dn̄m. raguel videlicet ⁊ anna vxor eius et dixerunt. Bn̄dicimus te dn̄e deus israhel q̄ nō ↄtigit nobis quēadmodū putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiā tuā: et exclusisti a nobis inimicū ꝑsequentē nos. Misertus es aūt duobꝫ vnicis. Fac eos dn̄e īplenius bn̄dicē te: et sacrificiū laudis tue ⁊ sue sanitatis offerre: ut ↄgnoscat vniuersitas gentiū. q̄ tu es deus solus in vniuersa terra. Statimqꝫ ꝑcepit seruis suis raguel ut replerent terra fossaꝫ quā fecerāt: priusq̄ illucesceret. Vxori aūt sue dixit ut instrueret conuiuiū: et ꝑpararet oīa que ī cibos erant iter agentibꝫ necessaria. Duas quoqꝫ pingues vaccas. et quatuor arietes occidi fecit: et parari epulas oīibꝫ vicinis suis. cūctisqꝫ amicis. Et adiurauit raguel tobiā: ut duas ebdomadas moraret̄ apud eum. De oībꝫ autē que possidebat raguel dimidiam partem dedit tobie: et fecit hanc scripturā: ut pars dimidia q̄ superat. post obitū eoꝝ tobie domino deueniret.

IX

Tunc vocauit tobias angelum ad se. quē quidē hominē existimabat: dixitqꝫ ei. Azaria frater: peto ut auscultes verba mea. Si meipm tradā tibi seruū: nō ero condignus ꝓuidentie tue. Tamē obsecro te ut assumas tibi animalia siue seruicia: et vadas ad gabelū in rages ciuitatē medoꝝ. reddasqꝫ ei cirographū suū: et recipias ab eo pecuniā. et roges eū venire ad nupcias meas. Scis enī ipse quoniā numerat pr̄ meus dies: et si tardauero vna die plus ↄtristat̄ anima eius. Et certe vides quō adiurauit me raguel: cuius adiuramentū spernere nō possum. Tūc raphael assumēs quatuor ex seruis raguelis et duos camelos. in rages ciuitatē medoꝝ ꝑrexit: et inueniēs gabelū dedit ei cirographū suū: ⁊ recepit oēm ꝑ pecuniā. Indicauitqꝫ ei de tobia filio tobie oīa que gesta sūt: fecitqꝫ eū secū venīe ad nuptias. Cūqꝫ ingressus esꝫ domū raguelis. inuenit tobiā discumbentē: et exiliēs osculati sūt se inuicē. Et fleuit gabelus: benedixitqꝫ deū et dixit. Bn̄dicat te deus israhel: q̄ filius es optimi viri ⁊ iusti. et timētis deū: et elimosinas facientis. Et dicat̄ bn̄dictio sup vxorē tuā. et sup parētes vestros: et videatis filios vestros ⁊ filios filioꝝ vestroꝝ usqꝫ in terciā ⁊ quartā gn̄ationē: et sit semē vr̄m benedictū a deo israhel. qui regnat ī secula seculorū. Cūqꝫ oēs dixissent amē: accesserunt ad conuiuiū. Sed ⁊ cū timore domini nuptiarū conuiuiū exercebant.

X

Cum vero moras faceret tobias causa nupciaꝝ: solicitus erat pater eius tobias dicens. Putas quare moratur filius meus: aut quare detētus est ibi? Putas ne gabelus mortuus ē. et nemo reddit illi pecuniā? Cepit aūt ↄtristari nimis ipe ⁊ anna vxor eius cū eo: ⁊ ceperūt ambo simul flere: eo q̄ die statuto minime reuerteretur filius eoꝝ ad eos. Flebat igit̄ mater eius irremediabilibꝫ lacrimis: atqꝫ dicebat. Heu me fili ut quid te misimus ꝑegrinari. lumē oculorū nostrorū. baculū senectutis nr̄e: solaciū vite nr̄e. spem posteritatis nostre? Omnia simul in te vno habentes: te non debuimus dimittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace ⁊ noli turbari: sanus est filius noster: satis fidelis ē vir ille cū quo misimus eū. Illa autē nullo modo consolari poterat ꝫ quotidie exiliēs circūspiciebat. et circuibat vias oēs ꝑ quas spes remeādi videbatur: ut ꝓcul videret eū si fieri posset venientē. At vero raguel dicebat ad generū suum. Mane hic: et ego mittā nūciū salutis de te ad tobiam patrē tuū. Cui tobias ait. Ego noui q̄ pater meus ⁊ mater mea modo dies computant: et cruciat̄ spūs eoꝝ in ipis. Cūqꝫ verbis multis rogaret raguel tobiā. et ille eū nulla racōne vellet audīe: tradidit ei sarā et dimidiā ꝑtē oīs sb̄stātie sue. in pueris. in puellis. ī pecudibꝫ. in camelis. et in vaccis et pecunia multa: et saluū atqꝫ gaudentē dimisit

cū a se dicens. Angelus domini sanctus sit in itinere vestro: pducatq3 vos incolumes. et inueniatis oīa recte circa parētes vr̄os: et videāt oculi mei filios vr̄os priusq̄ͣ moriar. Et apphendētes parētes filiā suā. osculati sūt eā. et dimiserūt ire: monētes eā honorare soceros. diligere maritū. regē familiā. gubnare domū: et seipam irrephensibilē exhibē.

XI

Umq3 reuerterētur: puenerūt ad charrā que est in medio itinere ptra niniuen vndecimo die. Dixitq3 angelus. Tobia frater: scis quemadmodū reliquisti patrē tuū. Si placet itaq3 tibi pcedamus: et lento gradu insequantur iter nr̄m familie simul cū piuge tua: et cū animalibȝ. Cūq3 hoc placuissȝ ut irēt: dixit raphael ad tobiam. Tolle tecū ex felle piscis: ē rit enim necessariū. Tulit itaq3 tobias ex felle illo: et abierūt. Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis: vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularetur aduentū eius: vidit a longe et ilico cognouit venientē filiū suū: currensq3 nunciauit viro suo dicens. Ecce venit filius tuus. Dixitq3 raphael ad tobiam. At vbi introieris domū tuā. statim adora dominuȝ deū tuū: et gratias agēs ei. accede ad patrē tuū: et osculare eū. Statimq3 lini super oculos eius ex felle isto piscis. qd̄ portas tecū. Scias enim qm̄ aperientur mox oculi eius: et videbit pater tuus lumē celi: et in aspectu tuo gaudebit. Tūc pcucurrit canis q̄ simul fuerat in via: et quasi nūcius adueniēs blandimēto sue caude gaudebat. Et exsurgens cecus pater. cepit offendens pedibȝ currere: et data manu puero. occurrit in obuiam filio suo. Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua: et ceperūt flere pre gaudio. Cumq3 adorassent deum. et gratias egissent: consederūt. Tūc sumens tobias de felle piscis. liniuit oculos patri suo. Et sustinuit quasi dimidiam fere horam: et cepit albugo ex oculis eius quasi membranū oui egredi. Quod apprehendens tobias traxit ab oculis eius: statimq3 visum recepit. Et glorificabant deum ipe videlicet ⁊ vxor eius: et omēs q̄ sciebāt eū. Dicebatq3 tobias. Benedico te dn̄e deus israhel qz tu castigasti me: et tu saluasti me. Et ecce ego video tobiā filiū meū. Ingressa est etiā post septē dies sara vxor filij eius. et omnis familia ⁊ pecora sana: et cameli. et pecunia multa vxoris: ȝ et illa pecunia quā receperat a gabelo. Et narrauit parentibȝ suis omnia beneficia dei: que fecisset circa eū per hominem qui eum duxerat. Venerūtq3 achior et nabath consobrini tobie. gaudentes ad tobin: et cōgratulātes ei de omībus bonis que circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauisi sūt.

XII

Unc vocauit ad se tobias filiuȝ suū: dixitq3 ei. Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum? Respondens tobias. dixit patri suo. Pater quam mercedem dabimus ei: aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit et reduxit sanū: pecuniā a gabelo ipse recepit: vxorem ipe me habere fecit. et demoniū ab ea ipse cōpescuit: gaudiū parentibus eius fecit me ipm a deuoracōne piscis eripuit: te q3 videre fecit lumē celi: et bonis omībȝ p eū repleti sumus? Quid illi ad hec poterimus dignū dare? Sed peto te pater mi: ut roges eū. si forte dignabit̄ medietatē de omībus que allata sūt sibi assumere. Et vocātes eū pater scilicet ⁊ filius. tulerūt eum in partē: et rogare ceperūt ut dignaretur dimidiaȝ partē omniū que attulerat acceptā habere. Tunc dixit eis occulte. Benedicite deū celi et coram omībus viuentibus cōfitemini ei: quia fecit vobiscū misericordiā suam. Etenim sacramentū regis abscondere bonū ē: opa aūt dei reuelaē ⁊ ɔfiteri honorificū est. Bona est oratio cū ieiunio et elemosina. magis q̄ thesauros auri recondere: qm̄ elimosina a morte liberat. et ipa est que purgat pccā: et facit inuenire vitā eternā. Qui aūt faciūt peccatū ⁊ iniquitatē: hostes sunt aīe sue. Manifesto ergo vobis veritatē: et non abscōdā a vobȝ occultū ꝟmonē. Quādo orabas cū lacrimis ⁊ sepeliebas mortuos. et derelinqbas prādiū tuū ⁊ mortuos abscōdebas p diez in domo tua ⁊ nocte sepeliebas eos: ego obtuli oracōȝ tuā dn̄o. Et qz acceptus eras deo: necesse fuit ut tēptacō pbaret te.

Et nūc misit me dn̄s ut curarē; te: et saram
vxorem filij tui a demonio liberarem. Ego
enim sū raphael angelus: vnus ex septem
q̄ astamus ante dn̄m. Cumq; hec audissent
turbati sūt: et tremētes ceciderūt sup terrā
in faciē suā. Dixitq; eis āgelus. Pax vobis.
Nolite timere. Etenim cū essem vobiscum
p voluntatē dei. ipm benedicite ꝛ cantate illi:
videbar quidē vobiscū manducare. ꝛ bibē:
sed ego cibo inuisibili ꝛ potu q̄ ab hominibꝫ
videre nō potest vtor. Tempus ē ergo ut
reuertar ad eū qui me misit: vos aūt bn̄di
cite deū: et narrate om̄ia mirabilia eius. Et
cū hec dixisset. ab aspectu eoꝝ ablatus est:
et vltra eū videre nō potuerūt. Tunc pstrati
p horas tres in faciē: bn̄dixerūt deū. Et ex=
surgētes: narrauerūt om̄ia mirabilia eius.

XIII

Aperiēs aūt tobias senior os
suū: bn̄dixit dominū ꝛ dixit. Magnus
es domine in eternū. et in oīa secula regnū
tuū: qm̄ tu flagellas ꝛ saluas. deducis ad in
feros ꝛ reducis: et nō est qui effugiat manū
tuā. Confitemini domino filij israhel. et ī cō=
spectu gentiū laudate eū: qm̄ ideo dispsit
vos inter gentes que ignorant eū. ut vos
enarretis mirabilia eius: et faciatis scīe eos
qꝛ nō est alius deus om̄ipotēs pter eū. Ipe
castigauit nos ꝑpter iniquitates nostras:
et ipe saluabit nos ꝑpter misericordiā suā.
Aspicite ergo q̄ fecit vobiscū et cū timore et
tremore. ꝯfitemini illi: regēq; seculoꝝ ex=
altate in opibꝫ vestris. Ego aūt in terra ca=
ptiuitatis mee ꝯfitebor illi: qm̄ ostēdit ma=
iestatē suā in gentē peccatricē. Conuertimini
itaq; pc̄cores. et facite iusticiā coram dn̄o:
credētes qꝛ faciat vobiscū misericordiam
suā. Ego aūt ꝛ anima mea in eo letabimur.
Bn̄dicite dn̄o om̄es electi eius: et agite di
es leticie: et ꝯfitemini illi. Iherusalē ciuitas
dei: castigauit te dn̄s ī operibꝫ manuū tua=
rū. Confitere dn̄o in bonis tuis et benedic
deum seculoꝝ: ut reedificet ī te tabnaculū
suū. et reuocet ad te om̄es captiuos: et gau
deas ī om̄ia secula seculoꝝ. Luce splēdida
fulgebis: et om̄es fines terre adorabūt te.
Nationes ex longinquo ad te venient: et
munera deferētes adorabūt in te dominū:
et terram tuam in sanctificacōē; habebunt.

Nomē enim magnū inuocabūt in te. Ma=
ledicti erūt qui ꝯtempserint te: et ꝯdemna
ti erūt om̄es q̄ blasphemauerit te: bn̄dicti
q; erūt qui edificauerint te. Tu aūt letabe=
ris in filijs tuis: quoniā om̄es bn̄dicent᷑. et
ꝯgregabūtur ad dn̄m. Beati om̄es q̄ dili=
gūt te: et qui gaudēt sup pace tua. Anima
mea bn̄dic dn̄m: quoniā liberauit iherusalē
ciuitatē suā. Beatus ero: si fuerint reliquie
seminis mei ad videndā claritatē iherusa=
lē. Porte ihrl'm ex saphiro ꝛ smaragdo edi
ficabūtur: et ex lapide p̄cioso om̄is circuitus
muroꝝ eius. Ex lapide candido ꝛ mundo
om̄es platee eius sternētur: et p vicos eius
alleluia cantabitur. Benedictus dn̄s q̄ ex=
altauit eam: ut sit regnū eius in secula secu
loꝝ sup eam amen.

XIIII

Et consūmati sūt sermones tobie. Et
postq̄ illuminatus est tobias vixit annis q̄
dragintaduobꝫ: et vidit filios nepotū suo=
rū. Cōpletis itaq; ānis centūduobꝫ. sepul=
tus ē honorifice in niniue. Quinq̄ginta nāq;
et sex ānoꝝ lumē ocloꝝ amisit: sexagena=
rius vero recepit. Reliquū; vero vite sue in
gaudio fuit: et cū bono pfectu timoris dei
perexit in pace. In hora aūt mortis sue voca
uit ad se tobiā filiū suū. et septē iuuenes fili
os suos nepotes: dixitq; eis. Prope erit in=
teritus niniue. Nō enim excidit verbū dn̄i:
et frēs nr̄i qui dispersi sūt a terra israhel. re=
uertēt᷑ ad eā. Om̄is aūt terra eius deserta
replebit᷑: ꝛ domus dei q̄ in ea incensa ē iterū
reedificabit᷑: ibiq; reuertētur om̄es timen
tes deū. Et relinquēt gētes ydola sua: et ve
nient ī ihrl'm. et inhabitabūt ī ea: et gaude=
būt in ea om̄es reges terre. adorātes regē
isrl'. Audite ergo filij mei. patrē vr̄m. Ser=
uite domino in veritate: et inquirite ut facia
tis q̄ placita sūt illi. Et filijs vestris mādate=
te. ut faciāt iusticias ꝛ elimosinas: ut sint
memores dei: et bn̄dicant eū in om̄i tēpore ī
veritate et ī tota virtute sua. Nunc ergo fi=
lij audite me: et nolite manē hic. Sz qua=
cūq; die sepelieritis matrē vr̄az. circa me in
vno sepulcro: ex eo dirigite gressus vr̄os
ut exeatis hinc. Video enī: qꝛ iniq̄tas ei9
finem dabit ei. Factū est aūt post obitū ma
tris sue. tobias abscessit ex niniue cū vxore

sua et filijs. et filioꝝ filijs: et reuersus est ad
soceros suos. Inuenitqꝫ eos incolumes in
senectute bona: et curã eoꝝ gessit. Et ipse
clausit oculos eoꝝ: et omẽ hereditatẽ do-
mus raguelis ipe ꝑcepit: viditqꝫ quintam
generacõnẽ filios filioꝝ suoꝝ. Et cõpletis
annis nonagita et nouẽ in timore domini:
cũ gaudio sepelierũt eũ. Omĩs aũt cogna-
tio eius ⁊ omĩs gñatio eius in bona vita et
in scã cõuersacõne ꝑmãsit: ita ut accepti essent
tã deo q̃ hominibꝫ: ⁊ cũctis habitãtibꝫ terrã

Explic liber tobie Incip. ꝓlogus in librũ iudith.

Apud hebreos liber iudith
inter agyographa
legit: cuius auctoritas ad
roborãda illa que in cõtẽtionẽ
veniũt minus ydonea iudi-
cat. Chaldeo tñ ſmone cõscriptus: inter hi-
storias cõputatur. Sꝫ qꝛ hũc librũ sinodus
nicena. in numero sanctaꝝ scripturaꝝ legi-
tur computasse. acquieui postulacõni vr̃e.
immo exactõni: et sepositis occupationibꝫ
quibꝫ vehementer artabar. huic vnã lucu-
braciũculã dedi: magis sensũ e sensu q̃ ex
verbo v̱bũ trãsferẽs. Multoꝝ codicũ vari
etatẽ viciosissimã amputaui: sola ea q̃ intel
ligẽtia integra in v̱bis chaldeis inuenire
potui. latinis expressi. Accipite iudith vi-
duã. castitatis exemplũ: et triũphali laude
ꝑpetuis eã ꝑconijs declarate. Hanc eñi non
solũ femis ſꝫ et viris imitabilẽ dedit: q̃ casti-
tatis eius remunerator v̱tutẽ talẽ tribuit. ut
inuictũ omnibꝫ hominibꝫ vincẽt: insupabilẽ
superaret. Expl. ꝓlog. Incipit liber iudith.

Arphaxat itaqꝫ rex me
doꝝ subiugauerat mul
tas gẽtes imꝑio suo:
et ipse edificauit ciuitatẽ
potẽtissimã quã appel-
lauit egbatanis. Ex la
pidibꝫ quadratis ⁊ se-
ctis fecit muros eius: in altitudine cubito-
rũ septuagita. et in latitudine cubitoꝝ tri-
gita: turres vero eius posuit in altitudine cu-
bitoꝝ centũ. Per quadrũ vero eaꝝ. latus
vtrũqꝫ vicenoꝝ pedũ spacio tẽdebat: po-
suitqꝫ portas eius in altitudine turrũ. Et glo
riabat quasi potẽs in potẽtia exercitus sui: et
in gloria quadrigarum suaꝝ. Anno igitur
duodecĩo regni sui. nabuchodonosor rex
assirioꝝ qui regnabat in niniue ciuitate ma
gna pugnauit cõtra arphaxat: et obtinuit
eũ in campo magno qui appellat ragau. cir-
ca eufraten ⁊ tigrim. et iadason in campo eri-
och regis elicoꝝ. Tũc exaltatũ est regnũ
nabuchodonosor: et cor eius eleuatũ ẽ. Et
misit ad omẽs q̃ habitabãt in cilicia. et da-
masco. et libano. et ad gẽtes que sũt in car-
melo et cedar. et inhabitantes galileã. in
cãpo magno esdrelon: et ad omẽs q̃ erãt in
samaria. et trãs flumẽ iordanẽ. usqꝫ ihrlm.
et omẽ terram yesse. quousqꝫ ꝑueniatur ad
montes ethiopie. Ad hos omẽs misit nun-
cios nabuchodonosor. rex assirioꝝ: q̃ omẽs
vno animo cõtradixerũt. et remiserunt eos
vacuos: ac sine honore abiecerũt. Tũc in-
dignatus nabuchodonosor rex ad omnẽ
terram illã. iurauit ꝑ regnũ ⁊ tronũ suũ: q
defenderet se de omnibꝫ hijs. II

Anno tercio decĩo nabuchodonosor
regis. vicesima ⁊ scd̃a die mens primi. fcm̃
est verbũ in domo nabuchodonosor regis
assirioꝝ: ut defenderet se. Vocauitqꝫ omẽs
maiores omẽsqꝫ duces bellatores suos: et
habuit cũ eis misteriũ cõsilij sui. Dixitqꝫ co
gitacõem suã in eo esse: ut omẽ terrã suo
subiugaret imperio. Qđ dictũ cũ placuissꝫ
omibꝫ: vocauit nabuchodonosor rex holo
fernẽ principẽ milicie sue: et dixit ei. Egre
dere aduersũ omẽ regnũ occidentis: et cõ-
tra eos ꝑcipue qui contempserũt imperiũ
meum. Nõ parcet oculus tuus vlli regno:
omẽmqꝫ vrbem munitã subiugabis michi.
Tũc holofernes vocauit duces ⁊ magistra
tus v̱tutis assirioꝝ: et dinumerauit viros in
expeditione sicut ꝑcepit ei rex. centũ vigiti
milia peditũ pugnatoꝝ: et equites sagit-
tarios duodecĩ milia. Omẽmqꝫ expeditio
nẽ suã fecit p̃ire in multitudine innumerabi-
liũ cameloꝝ. cũ hijs q̃ exercitibꝫ sufficerẽt
copiose: boũqꝫ armẽta. gregesqꝫ ouiũ. quo
rũ nõ erãt numerus. Frumentũ ex omi siria in
trãsitu suo parari cõstituit. Aurũ vero ⁊ argẽ
tũ de domo regis assumpsit multũ nimis. Et
profectus ẽ ipe et omĩs exercitus cũ q̃drĩ-
gis et eq̃tibꝫ et sagittarijs: qui cooperuert

faciem terre sicut locuste. Cūq; ꝑtransisset
fines assirioꝝ venit ad magnos mōtes an
ge qui sūt a sinistro cilicie: ascenditq; omīa
castella eoꝝ: ⁊ obtinuit omēʒ muni cōeʒ. Ef
fregit aūt ciuitatē opinatissimaʒ melothi:
p̄dauitq; omēs filios tharsis. et filios ysma
hel qui erāt cōtra faciē deserti. et ad austrū
terre celeon. Et transiuit eufraten. et venit ī
mesopotamiam: et effregit omēs ciuitates
excelsas q̄ erant ibi a torrente mambre us=
quequo peruenia‍t̄ ad maē: et occupauit ter
minos eius a cilicia usq; ad fines iaphet. q̄
sunt ad austrum. Adduxitq; omnes filios
madian. et p̄dauit omēʒ locupletationem
eoꝝ: omesq; resistentes sibi occidit in ore
gladij. Et post hec descendit ī campos da=
masci in dieb; messis. ⁊ succēdit omīa sata:
omesq; arbores ⁊ vineas fecit incidi: et ce=
cidit timor illius sup omēs inhabitātes ter

Tunc miserūt legatos suos III rā.
vniuersaꝝ vrbiū ac ꝓuinciaꝝ reges
ac principes sirie. scilicet ⁊ mesopotamie. et
sirie sobal. et libie. atq; cilicie: qui veniētes
ad holofernē dixerūt. Desinat indignatio
tua circa nos. Melius est enim ut viuentes
seruiamus nabuchodonosor regi magno.
et subditi simus tibi: q̄ morientes cū interitu
nostro ipi huiutis nostre dāna patiamur.
Omīs ciuitas nrā omisq; possessio. omnes
colles ⁊ montes. et campi. et armenta boū.
gregesq; ouiū. et capraꝝ. equorūq; ⁊ came
lorū et vniuerse facultates nostre atq; fa=
milie ī ɔspectu tuo sūt. Sint omīa sb lege
tua. Nos etiā et filij nostri. serui tui sumus.
Veni nob pacificus dn̄s: et vtere seruitio
nostro sicut placuerit tibi. Tunc descendit
de montib; cū equitib;. in virtute magna: et
obtinuit omnē ciuitatē. et omnē inhabitā=
tem terrā. De vniuersis autē vrbib; assum=
psit sibi auxiliarios viros fortes ⁊ electos
ad bellū. Tantusq; metus ꝓuincijs illis in=
cubuit: ut vniūsaꝝ vrbiū habitatores pri
cipes ⁊ honorati simul cū populis exirent ī
obuiam venienti. excipiētes eū cū coronis
et lampadib;: ducētes choros in timpanis
et tibijs. Nec ista tamē faciētes. ferocitatē
eius pectoris mitigare potuerūt. Nā ⁊ ci=
uitates eoꝝ destruxit: et lucos eoꝝ exci=
dit. Preceperat eni illi nabuchodonosor rex.
ut omēs deos terre exterminaret: videli=
cet ut ipe solus diceret deus ab hijs natio
nib; q̄ potuissent holofernis potētia subiu=
gari. Pertrāsiens aūt siriā sobal et omem
appamiā. omemq; mesopotamiaʒ venit ad
ydumeos ī terra gabaa: accepitq; ciuita=
tes eoꝝ. et sedit ibi p triginta dies: in quib;
dieb; adunari p̄cepit vniūsū exercitū v̄tutis

Tunc audiētes hec filij IIII sue.
israhel q̄ habitabāt terrā iudee: timue
rūt valde a facie eius. Tremor etiā ⁊ horror
inuasit sensus eoꝝ: ne hoc faceret ihrlm et
tēplo dn̄i: qd̄ fecerat ceteris ciuitatibus et
tēplis eaꝝ. Et miserūt in omēʒ samariā p
circuitū usq; ihericho: et p̄occupauerūt omēs
v̄tices mōtiū. Et muris circūdederūt vicos
suos: et ɔgregauerūt frumēta in p̄paratio=
nē pugne. Sacerdos etiā eliachim scripsit
ad vniūsos qui erāt cōtra esdrelon. que est
contra faciem campi magni iuxta dotaim:
et vniūsis p quos vie transitus esse poterat:
ut obtinerent ascensus montiū p quos via
esse poterat ad iherusalē: et illic custodirēt
vbi angustū iter esse poterat inter mōtes.
Et fecerūt filij israhel: scd̄m q̄ ɔstituerat eis
sacerdos domini eliachim. Et clamauit oīs
populus ad dn̄m instātia magna: et humi=
liauerūt animas suas in ieiunijs. ipsi ⁊ muli
eres eoꝝ. Et induerūt se sacerdotes cili=
cijs: et infantes ꝓstrauerūt contra faciē tē=
pli dn̄i: et altare domini operuerunt cilicio.
Et clamauerūt ad dn̄m deū israhel vnanimi=
ter: ne darent in predam infantes eoꝝ. et
vxores eoꝝ in diuisionē. et ciuitates eoꝝ
in exterminiū. et sancta eoꝝ in pollucōneʒ:
et fierēt in opprobriū gētibus. Tunc elia=
chim sacerdos dn̄i magnus circuiuit omēʒ
isrl̄: allocutusq; est eos dicēs. Scitote qm̄
exaudiet dn̄s p̄ces vestras: si manētes per=
manseritis ī ieiunijs ⁊ oracōnib; ī cōspectu
domini. Memores estote moysi serui domi:
qui amalech ɔfidentē in v̄tute sua ⁊ in potē
tia sua et in exercitu suo. et in clipijs suis et ī
currib; suis ⁊ in equitib; suis nō ferro pu=
gnando: sed p̄cib; sanctis orando deiecit.
Sic erūt vniuersi hostes israhel si p̄seuera=
ueritis in hoc opere qd̄ cepistis. Ad hanc

igitur exhortationem eius deꝑcantes dn̄m.
pmanebāt in ꝯspectu dn̄i: ita ut etiā hij qui
offerebāt domino olocausta. p̄ cīcti ciliciꝭs
offerrēt sacrificia domino: et erat cinis sup
capita eoꝝ. Et ex toto corde suo om̄es ora
bāt deū: ut visitaēt ꝑplm suū israhel. V

N Unciatumqꝫ est holoferni principi
milicie assiriorū ꝙ filij israhel ꝑpararēt
se ad resistendū. ac montiū itinera ꝯclusis-
sent: et furore nimio exarsit in iracūdia ma-
gna. Vocauitqꝫ om̄es principes moab et
duces ammon: et dixit eis. Dicite michi q̄s
sit ꝑplus iste q̄ mōtana obsidet: aut que et
quales ⁊ quante sint ciuitates eoꝝ q̄ etiam
sit virtus eoꝝ aut q̄ sit multitudo eoꝝ vel
quis rex militie illoꝝ. Quare p̄ om̄ib; qui
habitāt in oriente isti ꝯtēpserūt me. et nō
exierūt in obuiam nobis: ut susciperēt nos
cū pace? Tunc achior dux omniū filiorum
amon rn̄dēs ait. Si digneris audire dn̄e.
dicam veritatē ī ꝯspectu tuo de populo isto
qui in montanis habitat: et nō egredietur
verbū falsum ex ore meo. Populus iste ex
ꝓgenie chaldeoꝝ est. Hic primū in me-
sopotamia habitauit: qm̄ noluerunt sequi
deos patrū suoꝝ qui erāt in terra chaldeo
rū. Deserētes itaqꝫ cerimonias patrū suo-
rū q̄ in multitudīe deoꝝ erāt vnū deū celi co
luerūt: q̄ et p̄cepit eis ut exirēt inde: et ha-
bitarent in carram. Cūqꝫ operuisset om̄em
terrā fames. descenderūt in egiptū: illicqꝫ
p quadringētos ānos sic multiplicati sunt:
ut dinumerari eoꝝ nō posset exercitus. Cūqꝫ
ḡuaret eos rex egipti atqꝫ in edificacōnib;
vrbiū suaꝝ in luto ⁊ latere subiugassꝫ eos:
clamauerunt ad dominū suum et percussit
totam terram egipti. plagis varijs. Cunqꝫ
eiecissent eos egiptij a se. et cessasset pla-
ga ab eis ⁊ iterum eos vellent capere et ad
suū seruiciū reuocaē. fugiētib; hijs deus ce-
li mare aperuit: ita ut hinc inde aque quasi
murus solidarētur: et isti pede sicco fundū
maris pambulando trāsirent. In quo loco
dū innumerabilis exercitus egiptioꝝ eos
ꝑsequeretur. ita aquis coopertus est: ut non
remaneret vel vnus. qui factū posteris nū-
ciaret. Egressis etiā mare rubrū deserta syna
montis occurrerunt: in quib; nunq̄ homo
habitare potuit: vel filius hominis requie-
uit. Illic fontes amari obdulcati sūt eis ad
bibendū: et p annos quadragita annonā
de celo ꝯsecuti sūt. Vbicūqꝫ ingressi sūt: sine
arcu ⁊ sagitta. et absqꝫ scuto ⁊ gladio. deus
eoꝝ pugnauit ꝓ eis et vicit. Et nō fuit qui
insultaret ꝑplo isti: nisi quādo recessit a cul-
tu dn̄i dei sui. Quotienscūqꝫ aūt p̄ter ipsum
deū suū alterū coluerūt: dati sūt in p̄dam et
in gladiū et ī opprobriū. Quotienscūqꝫ aūt
penituerūt se recessisse a cultura dei sui: dedit
eis deus celi virtutē resistēdi. Denīqꝫ cana-
neū regē ⁊ iebuseū. et phereseū ⁊ eueū ⁊ etheū
et amorreū ⁊ om̄es potētes in esebon ꝓstra
uerūt: et terras eoꝝ ⁊ ciuitātes eoꝝ ipi pos
sederūt: et usqꝫ dū non peccarēt ī conspectu
dei sui erāt cum illis bona. Deus enim illoꝝ
odit iniq̄tatē. Nam ⁊ ante hos annos cū re
cessissent a via quam dederat illis deus ut
ambularēt ī ea. exterminati sūt p̄lijs a mul-
tis nacōnib;: et plurimi eoꝝ captiui abdu-
cti sūt in terrā nō suā. Nup autē reuersi ad
dn̄m deū suū ex dispsione qua dispsi fuerant
adunati sūt: et ascenderūt mōtana hec oīa:
et iterū possidēt iherusalē. vbi sunt sancta
sanctorū. Nunc ergo mi dn̄e ꝑquire si ē
aliqua iniquitas eoꝝ in conspectu dei eoꝝ
ascēdamus ad illos quoniā tradēs tradet
illos deus eoꝝ tibi: et subiugati erūt sub iu-
go potētie tue. Si vero nō est offensio ꝑpli
huius corā deo suo nō poterimus resistere
illis: qm̄ deus eoꝝ defendet illos: et erimus
in opprobriū vniuerse terre. Et factū est cū
cessasset loqui achior ūba hec: irati sūt om̄es
magnates holofernis. et cogitabāt interfi
cere eū dicētes ad alterutrū. Quis est iste
qui filios israhel posse dicat resistere regi na
buchodonosor. et exercitib; eius: homines
inermes et sine virtute. et sine peritia artis
pugne? Ut ergo agnoscat achior quoniā
fallit nos. ascendemus in mōtana: et cum
capti fuerint potentes eoꝝ. tunc cū eisdem
gladio transuerberabit: ut sciāt om̄es gē-
tes quoniā nabuchodonosor deus terre ē
et p̄ter ipsū alius nō est. VI

F Actū est autē cū cessassent loqui: in-
dignatus holofernes vehementer dixit ad
achior. Quoniā ꝓphetasti nobis dicēs ꝙ

gens israhel defendat' a deo suo: ut ostēdam tibi quoniā nō est deus nisi nabuchodonosor: cū ꝑcusserimus eos om̄es sicut hoīem vnū. tūc et ipse cū illis assiriorū gladio interibis: et om̄is israhel tecū ꝑdicōne dispiet: et probabis quoniā nabuchodonosor dn̄s sit vniuerse terre. Tuncq; gladius milicie mee transiet ꝑ latera tua: et confixus cades inter vulneratos israhel: et nō respirabis vltra donec extermineris cū illis. Porro autem si ꝓphetiā tuam veram existimas non concidat vultus tuus: et pallor qui faciē tuā obtinet abscedat a te: si verba mea hec putas impleri non posse. Vt autem noueris quia simul cū illis hec expieris: ecce ex hac hora illorum populo sociaberis: ut dū dignas mei gladij penas exceperint. ipe simul vltioni subiaceas. Tunc holofernes p̄cepit seruis suis: ut ꝯphenderēt achior et ducerent eū in bethuliā: et traderēt eū in manus filiorum israhel. Et accipiētes eū serui holofernis. ꝓfecti sūt ꝑ campestria: sꝫ cū appropinquassent ad mōtana. exierūt ꝯtra eos fundibularij. Illi autē diuertētes a latere montis. ligauerūt achior ad arborē manib; et pedibus: et sic vinctum de restib; dimiserūt eū: et reuersi sūt ad dn̄m suū. Porro filij israhel descēdentes de bethulia. venerūt ad eū. Quē soluentes duxerunt ad bethuliam: atq; in mediū populi illū statuētes ꝑcunctati sūt. quid rerū esset quod illū vinctū assirij reliquissent. In dieb; illis erāt illic principes. ozias filius micha de tribu symeon: et charmi qui et gothoniel. In medio itaq; seniorū et in ꝯspectu omniū achior dixit omnia que locutus fuerat ab holoferne interrogatus: et qualiter ꝑplus holofernis voluisset ꝓpter hoc verbū interficere eū: et quēadmodū ipe holofernes iratus iusserit eū israhelitis hac de causa tradi: ut dū vinceret filios israhel. tūc et ipsū achior diuersis iubeat supplicijs interire: ꝓpter hoc quod dixisset. deus celi defensor eorum ē. Cūq; achior vniūsa hec exposuisset: om̄is ꝑplus cecidit in faciē adorantes dn̄m: et cōmuni lamentacōne et fletu vnanimes p̄ces suas domino effuderūt dicētes. Domine deus celi et terre intuere supbiam eorum et respice ad nostrā humilitatem. et faciē sanctorū tuorum attēde: et ostende quoniā nō derelinquis p̄sumentes de te: et p̄sumētes de se et de sua ꝟtute gloriātes humilias. Finito itaq; fletu: et ꝑ totam diē oracōne ꝑplorum completa: consolati sūt achior dicentes. Deus patrū nostrorum cuius tu ꝟtutem p̄dicasti. ipse tibi hanc dabit vicissitudinē: ut eorum magis tu interitū videas. Cum vero dn̄s deus noster dederit hanc libertatē seruis suis: sit et tecum deus in medio nr̄i: ut sicut placuerit tibi ita cū tuis omib; conuerseris nobiscū. Tūc ozias finito cōcilio suscepit eū in domū suā: et fecit cenam magnā. Et vocatis omib; p̄sbiteris. simul expleto ieiunio refecerūt. Postea vero cōuocatus ē om̄is ꝑpls: et ꝑ totā noctē intra ecc̄iam orauerūt: petētes auxilium a deo.

VII

Holofernes aūt altera die p̄cepit exercitib; suis: ut ascenderēt ꝯtra bethuliā. Erāt autē pedites bellatorum centūuiginti milia et equites viginti duo milia: p̄ter ꝑparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas: et abducti fuerāt de ꝓuincijs et vrbibus vniuerse iuuētutis. Om̄es parauerūt se pariter ad pugnā ꝯtra filios isrl̄: et venerūt ꝑ crepidinē mōtis usq; ad apicē qui respicit sup dothaim a loco qui dicit' belma. usq; ad chelmon qui est cōtra esdrelō. Filij autē israhel ut viderūt multitudinē illorum ꝓstrauerūt se sup terrā mittentes cinerē sup capita sua: vnanimes orātes ut deus israhel misericordiā suā ostenderet super ꝑplm suū. Et assumētes arma sua bellica. sederūt ꝑ loca que angusti itineris tramitē dirigūt inter mōtuosa: et erant custodiētes ea tota die et nocte. Porro holofernes dū circuit ꝑ gyrū. repperit quod fons qui influebat aq̄ductū illorum a parte australi extra ciuitatē dirigēt: et incidi p̄cepit aqueductū illorum. Erāt tamē nō longe fontes a muris ex quib; furtim videbāt' haurire aquā: ad refocillandū potius quam ad potādum. Sed filij ammō et moab. accesserūt ad holofernē dicētes. Filij israhel nō i lancea nec i sagitta ꝯfidūt: sꝫ mōtes defendūt illos et muniūt illos colles in p̄cipicio constituti. Vt ergo sine ꝯgressione pugne possis supare eos pone custodes fontiū ut nō hauriant ex eis: et sine gladio interficies eos: vel certe

fatigati tradent ciuitatẽ suã quã putant in
mõtibꝫ positã superari nõ posse. Et placue-
rũt ꝟba hec corã holoferne ⁊ corã satelliti-
bus eius: ⁊ ɔstituit ꝑ gyrũ cẽtenarios ꝑ sin
gulos fontes. Cunq; ista custodia ꝑ dies
viginti fuisset expleta. defecerũt cisterne et
collectiones aquaꝝ omnibꝫ inhabitanti-
bus bethuliã: ita ut nõ esset intra ciuitatez
vnde satiarentur vel vna die: quoniam ad
mensurã dabat᷑ ipsis aqua quotidie. Tũc
ad oziam congregati omes viri femineq;
iuuenes ⁊ paruuli. omes simul vna voce di
xerũt. Judicet deus inter nos ⁊ te: qm̃ feci-
sti in nos mala. nolens loqui pacifice cũ as
sirijs: et ꝓpter hoc vendidit nos deus ĩ ma-
nibꝫ eoꝝ. Et ideo nõ est qui adiuuet: cum
ꝓsternamur ante oculos eoꝝ in siti et ĩ ꝑ-
dicõne magna. Et nũc ɔgregate vniuer-
sos qui in ciuitate sũt: ut sponte tradamus
nos omes ꝓpl'o holofernis. Melius est eñi
ut captiui bñdicamus dñm viuẽtes: q̃ mo-
riamur ⁊ simus opprobriũ omi carni: cũ vi-
deamus vxores nr̃as ⁊ infantes nr̃os mori
ante oculos nr̃os. Cõtestamur hodie celũ
et terrã et deũ patrũ nr̃oꝝ q̃ vlciscit᷑ nos se
cũdũ pecc̃a nr̃a. ut iam tradatis ciuitatez in
manũ milicie holofernis: ut sit finis noster
breuis in ore gladij: q̃ longe efficit᷑ in ari-
ditate sitis. Et cũ hec dixissent: fcũs ẽ fletus
et vlulatus magnus in ecclesia omibꝫ: et ꝑ
multas horas vna voce clamauerũt ad deũ
dicentes. Peccauimus cũ patribꝫ nr̃is:
iniuste egimus: iniquitatẽ fecimus. Tu q̃
pius es miserere nostri. et in tuo flagello
vindica iniquitates nr̃as: et noli tradẽ cõ-
fitẽtes te ꝓpl'o qui ignorat te: ut non dicant
inter gentes vbi ẽ deus eoꝝ. Et cũ fatiga-
ti hijs clamoribꝫ. et hijs fletibꝫ lassati siluis-
sent: exsurgẽs ozias infusus lacrimis dixit.
Equo animo estote fr̃es: et hos quinq; di-
es exspectemus a dño misericordiã. Forsi-
tã eñi indignacõem suã abscidet: et dabit
gloriã nomini suo. Si aũt trãsactis quinq;
diebus non venerit adiutorium: faciemus
hec verba que locuti estis.

VIII

Et factũ ẽ cũ audisset hec ꝟba iudith
vidua. q̃ erat filia merari. filij ydox filij io-
seph filij ozie filij elai filij iamnor. filij gede
on filij rafoim filij achitob filij melchie filij
enam filij nathanie filij salathiel filij symeõ
filij ruben et vir eius fuit manasses. q̃ mortu
us ẽ in diebꝫ messis ordeacee: instabat eñi
sup alligantes manipulos in cãpo et venit
estus sup caput eius: et mortuus ẽ in bethu
lia ciuitate sua ⁊ sepultus est illic cũ prĩbus
suis. Erat aũt iudith relicta eius vidua iã
annis tribꝫ ⁊ mensibꝫ sex. Et in superioribꝫ
domus sue fecit sibi secretũ cubiculũ in quo
cum puellis suis clausa morabat᷑: et habẽs
sup lumbos suos ciliciũ. ieiunabat omnibꝫ
diebus vite sue: preter sabbata et neome-
nias. et festa domus israhel. Erat autẽ ele-
ganti aspectu nimis: cui vir suus reliquer-
rat diuitias multas ⁊ familiã copiosam: ac
possessiões armẽtis boũ ⁊ gregibꝫ ouiũ ple
nas. Et erat hec in omibꝫ famosissima. qm̃
timebat dñm valde: nec erat q̃ loqueret᷑ de
illa verbũ malũ. Hec itaq; cũ audisset qm̃ ozi
as ꝓmisisset q̃ transacto quinto die. trade
ret ciuitatẽ: misit ad presbiteros chabri et
charmi. Et venerũt ad illã: et dixit illis. Q̃d
est hoc ꝟbũ in quo cõsensit ozias. ut tradat
ciuitatẽ assirijs: si intra quĩq; dies nõ vene-
rit vobis adiutoriũ? Et qui estis vos qui
temptatis dñm? Nõ est iste s᷑mo qui mise-
ricordiã ꝓuocet: ꝫ potius qui irã excitet. et
furorem accendat. Posuistis vos tempus
miseratiõis domini: et in arbitriũ vestrum
diem cõstituistis ei. Sed quia patiens do
minus est. in hoc ipo peniteamus: et indul-
gentiã eius lacrimis postulemus. Non eñi
quasi homo deus sic comminabit᷑: neq; sic
filius hominis ad iracundiã inflammabit᷑.
Et ideo humiliemus illi animas nostras: et
in spiritu cõstituti humiliato. seruientes illi.
dicamus flẽtes dño. ut scd̃ꝫ volũtatẽ suã sic
faciat nobiscũ cito misericordiaz suã: ut sicut cõ-
turbatũ est cor nr̃m in sup̃bia eoꝝ: ita etiam
de nostra humilitate gloriemur: qm̃ nõ su-
mus secuti peccata patrũ nr̃oꝝ q̃ dereliq̃-
rũt deũ suũ. et adorauerũt deos alienos: ꝓ
quo scelẽ dati sunt in gladiũ. et in rapinã. et
in confusionez inimicis suis. Nos autem
alterum deum nescimus preter ipsũ. Exspe-
ctemus humiles consolationez eius. et ex-
quiret sanguinez nostrũ de afflictionibus

inimicoꝝ nostroꝝ: et humiliabit omnes gētes quecūqꝫ insurgūt ꝯtra nos: et faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniam vos estis presbiteri in ꝑplo dei. et ex vobis pendet aīa illoꝝ: ad eloquiū vr̄m corda eoꝝ erigite: ut memores sint qꝛ temptati sūt patres nr̄i. ut ꝓbarent̄ si vere colerēt deū suū. Memores esse debent quō pater noster abraham tēptatus ē: et ꝑ multas tribulacōnes ꝓbatus. dei amicus effectus ē. Sic ysaac. sic iacob. sic moyses: et oēs qui placuerūt deo. ꝑ multas tribulacōes transierūt fideles. Illi aūt qui temptacōes non susceperūt cū timore domini. et impacientiā suam ⁊ improperiū murmuracōnis sue contra dominū ꝓtulerūt. exterminati sunt ab exterminatore: ⁊ a serpentibꝫ perierūt. Et nos ergo nō vlciscamur nos ꝓ hijs que patimur: sꝫ reputātes peccatis nostris hec ipsa supplicia minora esse: flagella dn̄i quasi serui q̄ corripimur ad emēdacōnem et nō ad ꝑdicōnē nostrā euenisse credamus. Et dixerunt illi ozias et p̄sbiteri. Oīa que locuta es vera sūt: et nō est in sermonibꝫ tuis. vlla reprehensio. Nūc ergo ora ꝓ nobis: quoniā mulier sancta es. et timēs deū. Et dixit iudith. Sicut illis q̄d potui loqui dei esse cognoscitis: ita quod facē disposui ꝓbate si ex deo ē: et orate ut firmū faciat deus consiliū meū. Stabitis vos ad portā nocte ista: et ego exeā cū abra mea: et orate ut sic dixistis in diebꝫ quīqꝫ respiciat dominus populū suū israhel. Vos autē nolo scrutemini actū meū: et usqꝫ dū renūciē vobis. nil aliud fiat nisi oratio pro me ad dn̄m deū nr̄m. Et dixit ad eā ozias princeps iude. Vade ī pace: et dn̄s sit tecū in vltionē inimicoꝝ nr̄oꝝ. Et reuertētes abierūt. IX

Quibus abscedētibꝫ. iudith ingressa est oratoriū suū: et induens se cilicio posuit cinerē sup caput suū: et ꝓsternēs se domino clamabat ad dn̄m dicēs. Domine deus p̄ris mei symeō. qui dedisti illi gladiū in defensionē alienigenaꝝ qui violatores extiterūt in coinquinacōe sua. et denudauerūt femur virginis in confusionē: et dedisti mulieres illoꝝ in p̄dam. et filias illorum ī captiuitatē. et oēm p̄dam ī diuisionē fuis tuis qui zelauerūt zelū tuū: subueni queso te domine deus meus michi vidue. Tu enī fecisti priora: et illa post illa cogitasti: et hoc factū est. quod ipe voluisti. Oēs enī vie tue parate sūt: et tua iudicia in tua ꝓuidētia posuisti. Respice castra assirioꝝ nūc. sic tūc castra egiptioꝝ vidē dignatus es: quādo post seruos tuos armati currebāt. ꝯfidētes in quadrigis et ī equitatu suo ⁊ in multitudine bellatoꝝ. Sed aspexisti sup castra eoꝝ: et tenebre fatigauerūt eos. Tenuit pedes eoꝝ abissus: ⁊ aque operuerūt eos. Sic fiāt et isti dn̄e. qui ꝯfidūt ī multitudine sua. et ī curribꝫ suis. et ī contis. et ī sagittis suis. et in lanceis gloriantur: et nesciūt qꝛ tu ipse es deus noster qui conteris bella ab inicio: et dn̄s nomen est tibi. Erige brachiū tuum sicut ab inicio: et allide virtutē eoꝝ in v̄tute tua. Cadat virtus eoꝝ in iracūdia tua. qui ꝓmittūt se violaē sanctā tua: et polluere tabernaculū nominis tui: et deicē gladio suo cornu altaris tui. Fac dn̄e: ut gladio ꝓprio eius superbia amputet̄. Capiatur laqueo oculoꝝ suoꝝ in me: et ꝑcuties eū ex labijs caritatis mee. Da michi in animo ꝯstantiā: ut ꝯtemnā illū: et virtutē: ut euertā illū. Erit enī hoc memoriale nominis tui: cū manus femine deiecerit eū. Non enī in multitudine est v̄tus tua domine: neqꝫ in equorū viribꝫ volūtas tua. Nec sup̄bi ab inicio placuerūt tibi: sed humiliū et mansuetoꝝ semper tibi placuit dep̄catio. Deus celoꝝ. creator aq̄rū. et dn̄s totius creature. exaudi me miseram dep̄cantē: et de tua mis̄cd̄ia p̄sumentē. Memēto domine testamēti tui. et da verbū in ore meo. et in corde meo ꝯsiliū corrobora: ut domus tua in sanctificacōne permaneat: et oēs gentes agnoscant quia tu es deus et nō est alius p̄ter te. X

Factū est autē cū cessasset clamare ad dn̄m: surrexit de loco ī quo iacuerat ꝓstrata ad dn̄m. Vocauitqꝫ abrā suā: et descendēs in domū suā abstulit a se ciliciū: et exuit se vestimētis viduitatis sue. Et lauit corpus suū. ⁊ vnxit se mirro optimo: et discriminauit crinē capitis sui ⁊ imposuit mitrā sup caput suū: ⁊ induit se vestimētis iocūditatis sue. Et induit sādalia pedibꝫ suis: assumpsitqꝫ dextraliola

et lilia·et inaures et anulos: et omnibus or=
namentis suis ornauit se. Cui etiã dominus
contulit splendorē: quoniã omis ista com=
positio non ex libidine: sed ex virtute pen=
debat. Et ideo dominus hanc in illam pul=
critudinē ampliauit: ut incomparabili de=
core omniũ oculis appareret. Imposuit itã=
q; abre sue ascopam vini·et vas olei et po=
lentam et lapates·et panes ⁊ caseũ: et ꝓfe=
cta est. Cumq; venisset ad portas ciuitatis:
inuenerũt exspectantem oziam·et presbite
ros ciuitatis. Qui cum vidissent eam: stu=
pentes mirati sũt nimis pulcritudinē eius.
Nichil tamen interrogantes eam: dimise=
runt transire dicentes. Deus patrũ nostro
rum det tibi gratiã: et omne consiliũ tui cor=
dis sua virtute corroboret: et glorietur sup
te iherusalem·et sit nomen tuum in numero
sanctorum ⁊ iustorum. Et dixerunt hij qui
illic erãt·omnes vna voce fiat fiat. Judith
vero orans dominum: transiuit per portas·
ipsa et abra eius. Factum est autem cum des
cenderet montem circa ortum diei: occurre
runt ei exploratores assiriorum: et tenue=
runt eam dicentes. Unde venis: aut quo
vadis? Que respondit. Filia sum hebreo=
rum. Ideo ego fugi a facie eorum: quoniã
futurum agnoui ꝙ dentur vobis in depre=
dationem·pro eo ꝙ ꝯtemnẽtes vos nolue
rũt ultro tradere seipos: ut inuenirent mi=
sericordiã in conspectu vestro. Hac de cau=
sa cogitaui mecum dicens. Uadam ad fa
ciem principis holofernis ut indicem illi
secreta illorum: et ostendam illi quo adi=
tu possit obtinere eos: ita ut non cadat vir
vnus de exercitu eius. Et cum audissent vi
ri illi verba eius·considerabant faciem eius:
et erat ĩ oculis eorum stupor: quoniam pul=
critudinem eius mirabantur nimis. Et dix=
erunt ad eam. Conseruasti animã tuã: eo
ꝙ tale reperisti consilium ut descenderes
ad dominũ nostrum. Hoc autẽ scias: quo=
niam cũ steteris in conspectu eius bene tibi
faciet: et eris gratissima ĩ corde eius. Dux=
erũtq; illã ad tabernaculũ holofernis: nũ=
ciantes eam. Cumq; intrasset ante faciem
eius: statim captus est in suis oculis holo=
fernes. Dixerũtq; ad eum satellites eius.

Quis contemnat populum hebreorum qui
tam decoras mulieres habent: ut non pro
hijs merito pugnare ꝯtra eos debeamus?
Uidens itaq; iudith holofernẽ sedentem
in conopeo quod erat ex purpura et auro·
et smaragdo et lapidibꝯ preciosis intextũ:
et cum in faciem eius intendisset·adorauit
eũ ꝓsternens se super terrã: et eleuauerũt
eã serui holofernis iubẽte dño suo. XI

Tunc holofernes dixit ei. Equo ani=
mo esto et noli pauere in corde tuo:
qm̃ ego nunꝙ̃ nocui virũ qui voluit serui=
re nabuchodonosor regi. Populus autem
tuus si nõ ꝯtempsisset me: nõ alleuassem lan
ceam meã sup eũ. Nunc autem dic michi
quã ex causa recessisti ab illis: et placuit tibi
ut venires ad nos. Et dixit illi iudith. Su=
me verba ancille tue: quoniã si secutus fueris
verba ancille tue: ꝑfectã rem faciet dominꝰ
tecũ. Uiuit enim nabuchodonosor rex ter
re·et viuit virtus eius que est in te ad cor=
reptionẽ oĩm animarũ errantiũ: quoniam
nõ solũ homines seruiẽt illi ꝑ te: sed et bestie
agri obtẽperãt illi. Nunciatur enim animi
tui industria·vniuersis gentibꝯ: ⁊ indicatũ
est oĩ seculo qm̃ tu solus bonus ⁊ potẽs es
in oĩ regno eius: et disciplina tua oĩbꝯ
ꝓuincijs ꝑdicatur. Nec hoc latet qđ locutus
est achior: nec illud ignoratur qđ ei iusseris
euenire. Constat enim deũ nostrũ sic pecca
tis offensũ: ut mandauerit ꝑ ꝓphetas suos
ad populũ: ꝙ tradat eũ ꝓ peccatis suis. Et
quoniã sciũt se offendisse deum suũ filij isrl:
tremor tuus sup ipos ẽ. Insup etiam fames
inuasit eos: ⁊ ab ariditate aq· iã inter mor=
tuos ꝯputantur. Denique hoc ordinãt· ut inter
ficiant pecora sua ⁊ bibãt sanguinẽ eorũ: et
sancta domini sui que ꝑcepit deus nõ conti
gi·in frumẽto vino ⁊ oleo. Hec cogitaue=
rũt impendere: et volũt ꝯsumere q̃ nec ma=
nibꝯ deberent ꝯtingere. Ergo qm̃ hec faci=
unt: certũ ẽ ꝙ in ꝑdicõnẽ dabuntur. Quod
ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis: et
misit me dñs hec ipa nũciare tibi. Ego eni
ancilla tua deũ colo etiã nũc apud te: et ex=
iet ãcilla tua·et orabo deũ: ⁊ dicet michi·quã
do eis reddat peccatũ suũ·et veniẽs nũciabo
tibi: ita ut ego adducã te ꝑ mediam ihrlm.

Et habebis omnē populū isrł sicut oues quib9 nō est pastor: et nō latrabit vel vnus contra te: qm̄ hec michi dicta sūt p prouidē tiam dei: Et qm̄ iratus est illis deus: hec ipsa missa sū nūciare tibi. Placuerūt autē om̄ia verba hec coram holoferne ⁊ coram pueris eius. et mirabant̄ ad sapientiā eius: et di= cebāt alter ad alterū. Non est talis mulier sup terram in aspectu. in pulcritudine et in sensu verboꝝ. Et dixit ad illā holofernes. Benefecit deus qui misit te ante populū: ut des illū tu in manib9 nostris. Et qm̄ bona ē promissio tua: si fecerit michi hoc. deus tuus erit et meus deus. et tu in domo nabuchodo nosor magna eris: et nomē tuū nominabit̄ in vniūsa terra.

XII

Tunc iussit eā introire vbi repositi erant thesauri eius: et iussit illic manere eam: et constituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respon= dit iudith et dixit. Nūc nō potero māduca= re ex hijs q̄ michi p̄cipis tribui: ne veniat sup me offensio. Ex hijs aūt que michi de= tuli manducabo. Cui holofernes ait. Si de fecerint tibi ista que tecū detulisti: quid fa= ciemus tibi? Et dixit iudith. Viuit anima tua dn̄e meus: qm̄ nō expendet om̄ia hec an= cilla tua: donec faciat deus in maū mea hec que cogitaui. Et induxerūt illam serui eius in tabnaculū quo p̄ceperat: et petijt dum in introiret ut daret̄ ei copia nocte ⁊ ante lu cem egredi foras ad orationē: et dep̄candi dn̄m. Et precepit cubicularijs suis ut sicut placeret illi exiret ⁊ introiret ad adorādu3 deū suū per triduu3. Et exibat noctibus in vallem bethulie: et baptizabat se in fonte aque. Et ut ascendebat. orabat dn̄m deum isrł ut dirigeret viā eius ad liberacōnē ꝑpli sui. Et introiens mūda manebat in tabna culo. usq3 dū acciperet escam suā in vesperū. et factū ē quarta die holofernes fecit cenā suis suis: et dixit ad vagao eunuchū. Va de ⁊ suade hebreā illā ut sponte consentiat habitare mecū. Fedū est eni apud assirios si femina irrideat virū agēdo: ut immunis ab eo trāseat. Tūc introiuit vagao ad iu= dith et dixit. Non vereatur bona puella in= troire ad dn̄m meū ut honorificet̄ ante fa= ciem eius: et māducet cū eo ⁊ bibat vinū in iocūditate. Cui iudith respōdit. Que ego sū ut cōtradica3 dn̄o meo? Om̄e qđ erit an= te oculos eius bonū ⁊ optimū faciā. Quic= quid aūt illi placuerit hoc michi erit opti= mū om̄ib9 dieb9 vite mee. Et surrexit ⁊ or= nauit se vestimēto suo: et ingressa stetit āte faciē eius. Cor aūt holofernis cōcussum ē: erat enim ardens in ↄcupiscentia eius. Et dixit ad eā holofernes. Bibe nūc ⁊ accūbe in iocūditate: qm̄ inuenisti gr̄iā corā me. Et dixit iudith. Bibā dn̄e qm̄ magnificata est anima mea hodie pre om̄ib9 dieb9 meis. Et accepit ⁊ manducauit et bibit corā ipo. ea que parauerat illi ancilla eius. Et iocūdus fcūs ē holofernes ad eā: bibitq3 vinū mul tū nimis quātū nūq̄ biberat ī vita sua.

XIII

Ut aūt sero factum est festinauerūt serui illius ad hospicia sua: et cōclusit vagao ostia cubiculi et abijt. Erant autem om̄es fatigati a vino. Eratq3 iudith sola ī cubiculo. Porro holofernes iacebat in le= cto nimia ebrietate sopitus. Dixitq3 iudith puelle sue: ut staret foris ante cubiculu3 et obseruaret. Stetitq3 iudith ante lectū. orās cū lacrimis ⁊ labioꝝ motu in silētio dicēs. Cōfirma me dn̄e deus isrł. et respice in hac hora ad opā manuū meaꝝ: ut sicut ꝓmisi= sti ihrlm ciuitatē tuā erigas: et hoc qđ cre= dens p te posse fieri cogitaui pficiā. Et cū hec dixisset: accessit ad colūnā que erāt ad ca put lectuli eius: et pugionē eius q̄ in ea li= gatus pēdebat exsoluit. Cūq3 euaginasset il lū: app̄hendit comā capitis eius ⁊ ait. Con firma me dn̄e deus ī hac hora. Et percussit bis in ceruicē eius. ⁊ abscidit caput eius: et abstulit canopeū eius a colūnis. et euoluit corpus eius truncū. Et post pusillu3 exiuit et tradidit caput holofernis āncille sue et ius sit ut mitteret illud ī perā suā. Et exiert due scđm ↄsuetudine3 suā quasi ad orationē. et transierūt castra et gyrātes vallē venerunt ad portā ciuitatis. Et dixit iudith a longe custodib9 muroꝝ. Aperite portas qm̄ nobis= cū est deus: q̄ fecit virtutē in israhel. Et factū est cū audissent viri vocē eius: vocauerunt p̄sbiteros ciuitatis. Et occurrerūt ad eam omnes a minimo usq3 ad maximum: quoni am sperauerunt eam iam non esse venturam

Et accendẽtes luminaria ↄgirauerũt circa
eam vniũsi. Illa aũt ascendẽs in eminẽtio=
rem locũ: iussit fieri silentiũ. Cũqȝ oĩes ta
cuissent: dixit iudith. Laudate dominũ deũ
nostrũ qui non deseruit sperantes in se: et in
me ancillã suã adimpleuit misericordiam
suã quã ꝓmisit domui israhel: et interfecit in
manũ mea hostem ꝑpli sui in hac nocte. Et
ꝓferens de pera caput holofernis: ostẽdit
illis dicẽs. Ecce caput holofernis pncipis
milicie assyriorũ. Et ecce canopeum illius in
quo recumbebat in ebrietate sua: vbi et ꝑ
manũ femine ꝑcussit illũ dñs deus noster.
Viuit autẽ ipe dñs quomã custodiuit me
angelus eius ⁊ hinc euntẽ ⁊ ibi ↄmorantẽ
et inde huc reuertentẽ: et nõ ꝑmisit me dñs
ancillã suã coinquinari: sed ꝑ pollucõe pecca=
ti reuocauit me vobis. gaudentẽ in victo=
ria sua: in euasione mea: in liberatione vr̃a.
Confiteamur illi oẽs quomã bonus. qm̃
in seculũ misericordia eius. Vniuersi autẽ
adorantes dñm dixerũt ad eã. Benedixit
te dominus in virtute sua: qui ꝑ te ad nichi
lũ redegit inimicos nostros. Porro ozias
princeps populi israhel dixit ad eã. Bene=
dicta es tu filia a dño deo excelso. pre om̃i=
bus mulieribꝰ sup terrã. Benedictus dñs
q̃ creauit celũ ⁊ terrã: q̃ te direxit in vulne=
ra capitis principis inimicoꝝ nostrorũ: qꝛ
hodie nomẽ tuũ ita magnificauit. ut nõ re=
cedat laus tua de ore hominũ. qui memores
fuerint vꝛtutis domini in eternuȝ: pro quibꝰ
nõ ꝑpercisti anime tue ꝓpter angustias ⁊ tri
bulacõeȝ generis tui: sed subuenisti ruine
ante ↄspectũ dei nostri. Et dixit om̃is ꝑplus
fiat fiat. Porro achior vocatus venit. Et di=
xit ei. Deus israhel cui tu testimoniũ dedisti.
quod vlciscat̃ se de inimicis suis: ipe caput
omniũ incredul oꝝ incidit in hac nocte in
manu mea. Et ut probes quia ita est: ecce
caput holofernis qui in contemptu supbie
sue deum israhel contempsit: et tibi interitũ
minabatur dicens: cum captus fuerit ꝑplus
israhel. gladio ꝑforari ꝓcipiam latera tua.
Videns autẽ achior caput holofernis an=
gustiatus pre pauore cecidit in facieȝ suã
super terrã: et estuauit anima eius. Postea
vero q̃ resumpto spũ recreatus est: ꝓcidit
ad pedes eius. et adorauit eã et dixit. Be=
nedicta tu a deo tuo in omni tabnaculo ia=
cob: qm̃ in om̃i gente q̃ audierit nomẽ tuũ.
magnificabitur sup te deus israhel. XIIII

Dixit aũt iudith ad oẽȝ ꝑplm. Audi
te me frẽs. Suspendite caput hoc su=
per muros nr̃os: et erit cũ exierit sol. acci=
piat vnusquisqȝ arma sua ⁊ exite cũ impetu:
nõ ut descendatis deorsũ ȝ quasi impetũ fa=
ciẽtes. Tũc exploratores necesse erit ut fu=
giãt ad principẽ suũ excitandũ ad pugnã.
Cũqȝ duces eoꝝ ↄcurrerint ad tabnaculũ
holofernis. ⁊ inuenerint eũ truncũ i suo san
guine volutatũ: decidet sup eos timor. Cũ=
qȝ cognoueritis fugere eos ite post illos
securi: quomã dominus conteret eos sb̃ pe=
dibꝰ vestris. Tũc achior vidẽs vꝛtutẽ quã
fecit deus israhel relicto gẽtilitatis ritu cre=
didit deo: ⁊ circũcidit carnẽ ꝓpucij sui. et ap
positus ẽ ad ꝑplm israhel: et om̃is successio
generis eius. usqȝ i hodiernũ diẽ. Mox aũt
ut ortus ẽ dies. suspẽdert̃ sup muros caput
holofernis: accepitqȝ vnusquisqȝ vir arma
sua: et egressi sũt cũ grãdi strepitu et vlula
tu. Q̃d videtes exploratores: ad tabnaculũ
cucurrerũt. Porro hij q̃ in tabnaculo erãt
venietes ⁊ ante ingressum cubiculi ꝑstrepẽ
tes. excitãdi gratia inquietudinẽ arte moli
ebant̃: ut nõ ab excitãtibꝰ ȝ a sonantibꝰ ho
lofernes euigilaret. Nullus eni audebat
cubiculũ vꝛtutis assyriorũ pulsando aut in=
trãdo aperire. Sȝ cũ venissent eius duces
ac tribuni et vniũsi maiores exercitus assy
roꝝ: dixerũt cubicularijs. Intrate ⁊ excita=
te illũ: qm̃ egressi mures de cauernis suis
ausi sũt ꝓuocaẽ nos ad ꝓliũ. Tunc ingres=
sus vagao cubiculũ eius stetit ãte cortinã
et plausũ fecit manibꝰ suis: suspicabat̃ eni il
lũ cũ iudith dormiẽ. Sȝ cũ nullũ motũ iacẽtis
sensu auriũ capet. accessit ꝓximãs ad corti=
nã ⁊ eleuãs eã vidit cadauer absqȝ capite ho
lofernis i suo sangne tabefactũ iacẽ sup t̃=
rã: exclamauit voce magna cũ fletu. ⁊ scidit
vestimẽta sua. Et igressus tabnaculũ iudith
nõ inuenit eã. Et exiliuit foras ad ꝑplm. ⁊ di
xit. Vna mulier hebrea fecit ↄfusionẽ i do=
mo regis nabuchodonosor. Ecce eni holo=
fernes iacet i terra: ⁊ caput eius nõ ẽ in illo.

Quod dū audissent pn̄cipes ꝟtutis assirio
rū·sciderūt om̄es vestimēta sua: et intolera=
bilis timor ꝛ tremor cecidit sup eos: et tur=
bati sūt animi eoꝝ valde. Et factus est cla
mor incōparabilis ī medio castroꝝ eoꝝ.

XV

Cumqꝫ om̄is exercitus decollatū
holofernē audissꝫ·fugit mens et cōsi=
liū ab eis: et solo tremore ꝛ metu agitati fu
ge ꝑsidiū sumūt: ita ut nullus loqueret̄ cū
ꝓximo suo: ſꝫ inclinato capite relictis om̄i=
bus euadere festinabāt hebreos·quos ar
matos sup se venire audierāt: fugiētes ꝑ vi
as cāpoꝝ et semitas colliū. Vidētes itaqꝫ
filij isrł̄ fugiētes secuti sūt illos: descēde=
runtqꝫ clangentes tubis ꝛ vlulantes post
ipos. Et quoniā assirij nō adunati in fugaꝫ
ibant p̄cipites: filij aūt isrł̄ vno agmine ꝑ=
sequētes·debilitabāt om̄es quos inuenire
potuissent. Misitqꝫ ozias nūcios per om̄es
ciuitates et regiones israhel. Omnis itaqꝫ
regio·om̄isqꝫ vrbs electā iuuentutē arma
tā misit post eos: et ꝑsecuti sunt eos in ore
gladij quousqꝫ ꝑuenirēt ad extremitateꝫ
finiū suorū. Reliqui aūt qui erant ī bethulia·
ingressi sunt castra assyrioꝝ: et predā quā
fugientes assirij reliquerāt abstulerunt: et
onustati sunt valde. Hij vero qui victores
reuersi sūt ad bethuliā·om̄ia que erāt illo=
rū abstulerūt secū: ita ut nō esset numerus
in pecorib᷒ in iumentis et vniuersis mobili=
bus eorum: ut a minimo usqꝫ ad magnum
om̄es diuites fierent de p̄dationib᷒ eoꝝ.
Joachim autē sūmus pontifex de ihrl̄m ve=
nit in bethuliā cū vniūsis p̄sbiteris suis: ut
videret iudith. Que cū exisset ad illū: bn̄=
dixerūt illā om̄es vna voce dicētes. Tu glo
ria ihrl̄m·tu leticia israhel·tu honorificentia
ꝑpli nr̄i: q̄ fecisti viriliter ꝛ cōfortatū est cor
tuū eo q̄ castitatē amaueris·et post virum
tuū alterū nescieris: ideo et manus domini
confortauit te·et ideo eris bn̄dicta ī eter=
nū. Et dixit om̄is populus fiat fiat. Per di=
es aūt triginta vix collecta sūt spolia assi=
rioꝝ a populo israhel. Porro autē vniuer=
sa que holofernis peculiaria fuisse ꝓbata
sūt·dederūt iudith in auro ꝛ argēto ꝛ vesti=
bus ꝛ gemmis et om̄i suppellectili: et tradi
ta sūt om̄ia illi a ꝑplo. Et omnes ꝑpli gau=
debāt cū mulierib᷒ ꝛ virginib᷒: ꝛ iuuenib᷒:
in organis et citharis.

XVI

Tunc cantauit cāticū hoc dn̄o iudith·
dicēs. Incipite dn̄o in tympanis·cātate do
mino ī cȳbalis. Modulamini illi psalmū no
uū: exultate ꝛ inuocate nomē eius. Dn̄s cō
terēs bella·dn̄s nomē est illi. Qui posuit ca=
stra sua in medio ꝑpli sui: ut eriperet nos de
manu omniū inimicoꝝ nostroꝝ. Venit as
sur ex montib᷒ ab aquilone in multitudine
fortitudinis sue: cuius multitudo obturauit
torrētes: et equi eoꝝ cooperuerūt valles. Di=
xit se incēsurū fines meos·et iuuenes meos
occisurū gladio. Infantes meos dare ī pre
dam: et virgines in captiuitatē. Dn̄s auteꝫ
omnipotēs nocuit eū: et tradidit eū in ma=
nus femine: et ꝯfudit eū. Non enim cecidit
potens eoꝝ a iuuenib᷒·nec filij tytan ꝑcus
serūt eū. Nec excelsi gigātes imposuerūt se
illi: ſꝫ iudith filia merari in specie faciei sue
dissoluit eū. Exuit enī se vestimēta viduita
tis: et induit se vestimēta leticie ī exultacōe
filioꝝ isrł̄. Vnxit faciē suā vngēto colligā
uit cincinnos suos mitra ad decipiendū il=
lū. Sandalia eius rapuerūt oculos eius:
pulcritudo eius captiuā fecit animā eius:
amputauit pugione ceruicē eius. Horrue
rūt ꝑse ꝯstantiā eius: et medi audaciā eius.
Tūc vlulauerūt castra assirioꝝ quādo appa
ruerūt humiles mei: arescentes in siti. Filij
puellaꝝ compunxerūt eos: et sicut pueros
fugiētes occiderūt eos: pierūt in ꝓlio a fa=
cie dn̄i dei mei. Ymnū cantemus dn̄o: ymnū
nouū cātemus deo nostro. Adonai domine·
magnus es tu et p̄clarus in virtute: et quē
supare nemo potest. Tibi seruiat om̄is crea
tura tua·q̄ dixisti ꝛ facta sūt· misisti spiritū
tuū ꝛ creata sūt: et non est qui resistat voci=
tue. Montes a fundamētis mouebuntur cū
aquis: petre sicut cera liquescent ante faciē
tuam. Qui aūt timēt te: magni erunt apud
te ꝑ om̄ia. Ve genti insurgenti sup genus
meū. Dn̄s enim om̄ipotēs vindicabit ī eis:
in die iudicij visitabit illos. Dabit enī ignē
et vermes ī carnes eoꝝ: ut vrant̄ et sentiāt
usqꝫ in sempiternū. Et factum est post hec·
omnis populus post victoriā venit in ihrl̄m
adorare dominuꝫ: et mox ut purificati sunt

obtulerūt omēs olocausta. et vota ⁊ repro
missiones suas. Porro iudith vniuersa va=
sa bellica holofernis que dedit illi ꝑplus. et
canopeū quod ipsa sustulerat posuit in ana
thema obliuionis. Erat aūt ꝑplus iocūdus
scōꝫ faciē sanctorū: et ꝑ tres mēses gaudiū
huius victorie celebratū ē cū iudith. Post
dies autē illos vnusquisqꝫ rediit in sua: et
iudith magnificata est in bethulia: et ꝑ̄cla=
rior erat vniuerse terre israhel. Erat etiā v̄tu
ti castitatis adiūcta: ita ut nō cognoscēt vi
rū omībꝫ diebꝫ vite sue: ex quo defunctus ē
manasses vir eius. Erat autem diebꝫ festis
ꝓcedens cū magna gloria. Mās̄it autē in
domo viri sui annos centūquīqꝫ et dimisit
abram suā liberā: et defuncta est ac sepulta
cū viro suo in bethulia: luxitqꝫ illam omnis
populus diebꝫ septē. In omī autem spacio
vite eius nō fuit q̄ ꝑturbaret israhel: et post
mortē eius annis multis. Dies aūt victorie
huius festiuitatis. ab hebreis ī numero scōꝝ
rū dierꝫ accipitur: ⁊ colitur a iudeis ex illo
tēpore usqꝫ ī ꝑn̄tē diē. Expl. liber iudith
secundū ieronimū. Incip. ꝓlogus in librū
hester.

Librū hester varijs trāslatoribꝫ ꝯstat esse viciatū: quē ego de archiuis hebreorū reuelās verbū e verbo expressius trāstuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde v̄borꝝ funibꝫ trahit. addēs ea que ex tempore dici poterāt. et audiri: sicut solitum est scolaribꝫ disciplinis sūpto themate excogitare. quibꝫ v̄bis vti potuit q̄ iniuriā passus est: vel ille qui iniuriā fecit. Vos aūt o paula et eustochiuꝫ quoniā ⁊ bibliothecas hebreorꝫ studuistis intrare. et interpretū certamina ꝯprobastis. tenētes hester hebraicū librū ꝑ singula v̄ba nostrā translacōeꝫ aspicite: ut possitis agnoscē me nichil etiā augmētasse addēdo: ꝫ fideli testimonio simpliciter sicut in hebreo habet᷑. historiaꝫ hebraicā latine lingue tradidisse. Nec affectamus laudes hominū nec vituperacōes expauescimus: deo enim placere curantes minas hoīm penitus nō timemus: qm̄ deus dissipat ossa eorꝫ q̄ hominibꝫ placere desiderāt: et scd̄m apostoluꝫ qui eiusmodi sunt: serui cristi esse nō possunt. Rursū in libro hester alphabetū ex minio usqꝫ ad theta litteraꝫ fecimus diuersis in locis: volentes scilicet septuaginta interp̄tum ordinē ꝑ hec insinuare studioso lectori. Nos enī iux morē hebraicū ordinē ꝑsequi etiā ī septuaginta edicōe maluimꝯ. Explicit ꝓlog. Incip. liber hester.

In diebus assueri qui regnauit ab india usqꝫ ethiopiā sup centūuiginti septē ꝓuīcias: quādo sedit ī solio regni sui: susa ciuitas regni eius exordiū fuit. Tercio igitur anno imperij sui fecerat grande ꝯuiuiū cūctis p̄ncipibꝫ. et pueris suis fortissimis ꝑsarꝫ ⁊ medorꝫ inclitis et ꝑ̄fectis ꝓuinciarꝫ corā se: ut ostendēt diuitias glorie regni sui ac magnitudinē. atqꝫ iactantiā potētie sue multo tp̄e: centū videlicet ⁊ octoginta diebꝫ. Cūqꝫ implerent᷑ dies cōuiuij. inuitauit omēꝫ ꝑplm̄ q̄ inuētus est ī susis a maximo usqꝫ ad minimū: et iussit septē diebꝫ ꝯuiuiū ꝑparari in vestibulo orti ⁊ nemoris. qđ regio cultu et manū consitū erat. Et pendebāt ex omī parte tentoria aerei coloris ⁊ carbasini ac iacincti. sustētata funibꝫ bissinis atqꝫ purpureis: q̄ eburneis circulis inserti erāt ⁊ colūnis marmoreis fulciebant᷑. Lectuli qꝫ aurei et argētei sup pauimētuꝫ smaragdino ⁊ pario stratū lapide dispositi erāt: qđ mira varietate pictura decorabat. Bibebāt aūt qui inuitati erāt. aureis poculis: et alijs atqꝫ alijs vasis cibi inferebāt᷑. Vinū qꝫ ut magnificētia regia dignū erat abundās ⁊ ꝑ̄cipuū ponebat᷑: nec erat q̄ nolētes cogeret ad bibēdū ꝫ sic rex statuerat ꝑponens mensis singulos de p̄ncipibꝫ suis: ut sumeret vnusquisqꝫ qđ vellet. Vasthi qꝫ regina fecit cōuiuiū feminarꝫ in palacio vbi rex assuerus manere ꝯsueuerat. Itaqꝫ die septimo cū rex esset hilarior ⁊ post nimiā potionē incaluissꝫ mero. ꝑ̄cepit maumā ⁊ bazatha ⁊ arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha ⁊ zaratha ⁊ charchas septē eunuchis q̄ in ꝯspcū eius ministrabāt. ut introduceret vasthi reginā corā rege. posito sup caput eius diademate: ut ostenderet cūctis ꝑplis ⁊ p̄ncipibꝫ eius pulcritudinē. Erat enī pulcra valde. Que renuit: et ad regis imperiū qđ ꝑ eunuchos mādauerat venire ꝯtēpsit. Vnde iratus rex ⁊ nimio

furore succensus. interrogauit sapiētes q̄
ex more regio semp ei adherebant ⁊ illoꝝ
faciebat cūcta consilio. scientiū leges ac iu
ra maiorū: erant autē primi ⁊ ꝓximi charse
na ⁊ sethar ⁊ admatha et tharsis ⁊ mares
et marsena ⁊ mamucha septē duces ꝑsaꝝ
atq; medoꝝ. q̄ videbant faciē regis ⁊ p̄mi
post eū residere soliti erant: cui sententie va=
sthi regina sb̄iaceret q̄ assueri regis impe=
riū quod ꝑ eunuchos mandauerat. facere
noluiss;. Rn̄ditq; mamucha audiēte rege
atq; principib;. Nō solū regē lesit regina
vasthi: s; omes populos et principes q̄ sūt
in cūctis ꝓuincijs regis assueri. Egredietur
enim sermo regine ad omnes mulieres ut
ꝯtemnāt viros suos ⁊ dicāt. Rex assuerus
iussit ut regina vasthi intraret ad eū. et illa
noluit: atq; hoc exēplo omes principū cō=
iuges ꝑsaꝝ atq; medoꝝ paruipendēt im
peria maritoꝝ. Unde regis iusta est indi=
gnatio. Si tibi placet egrediatur edictuȝ
a facie tua. ⁊ scribatur iuxta legē ꝑsaꝝ atq;
medoꝝ quā p̄terire illicitū est: ut nequaq̄
vltra vasthi ingrediatur ad regē: s; regnū
illius altera q̄ melior est illa accipiat. Et hoc
in omē qḋ latissimū est ꝓuinciaꝝ tuaꝝ di=
uulgetur imperiū: et cūcte vxores tā maiorū
q̄ minorū deferāt maritis suis honorē. Pla
cuit cōsiliū eius regi ⁊ p̄ncipib;. Fecitq; iux̄
consiliū mamucha ⁊ misit epistolas ad vni
uersas ꝓuincias regni sui: ut queq; gens
audire ⁊ legere poterat diuersis linguis et
lr̄is. esse viros principes ac maiores ī domi=
bus suis: et hoc ꝑ cūctos ꝑplos diuulgari.

II

His ita gestis postq̄ regis as=
sueri indignacō deferbuerat. recorda
ta ē vasthi q̄ fecisset vel q̄ passa esset: dixerūt
q; pueri regis ac ministri eius. Querātur re
gi puelle v̄gines ac speciose. et mittātur q̄
cōsiderēt ꝑ vniuersas ꝓuincias puellas spe
ciosas et v̄gines: et adducant eas ad ciui
tatē susan. et tradant in domū feminaꝝ sb̄=
manu egei eunuchi q̄ est ꝓpositus ⁊ custos
mulieꝝ regiaꝝ: et accipiāt mundū mulie
brē ⁊ cetera ad vsus necessaria. Et quecūq;
inter omnes oculis regis placuerit: ipa re
gnet pro vasthi. Placuit sermo regi: et ita
ut suggesserant iussit fieri. Erat vir iudeus
in susis ciuitate vocabulo mardocheus fi=
lius iair filij semei. filij cis. de stirpe iemini. q̄
trāslatus fuerat de ierusalē. eo tēpore quo
iechoniā regeȝ iuda nabuchodonosor rex
babilonis transtulerat: qui fuit nutricius fi
lie fratris sui edisse que altero nomīe voca
batur hester. et vtrūq; parentē amiserat: pul
cra nimis ⁊ decora facie. Mortuisq; p̄re ei9
ac matre: mardocheus sibi eā adoptauit ī
filiā. Cūq; percrebruiss; regis imperiū. et iux̄
mandatū illius multe pulcre v̄gines ad=
ducerētur susan et egeo traderētur eunucho:
hester quoq; inter ceteras puellas ei tra=
dita est: ut seruaretur in numero feminaꝝ.
Que placuit ei: et inuenit gratiam in con=
spectu illius. ut acceleraret mundum mu=
liebrem et traderet ei partes suas. et septeȝ
puellas speciosissimas de domo regis: et tā
ipam q̄ pedissequas eius ornaret atq; ex=
coleret. Que noluit indicare ei ꝑplm ⁊ patri
am suā. Mardocheus enim p̄cepat ei ut de
hac re omnino reticeret: qui deambulabat
quotidie ante vestibulū domus in q̄ electe
virgines seruabantur: curā agens salutis he=
ster. et scire volens quid ei accideret. Cum
aūt venisset tēpus singulaꝝ ꝑ ordinē puel=
laꝝ ut intrarēt ad regē. expletis omibus q̄
ad cultū muliebrē ꝑtinebāt mensis duode=
cimus vertebatur: ita dūtaxat ut sex mēses
oleo vngerētur mirtino: et alijs sex quibus=
dā pigmētis ⁊ aromatib; vterentur. Ingre
dientesq; ad regē. quicquid postulassent ad
ornatū ꝑtinēs accipiebāt: et ut eis placue=
rat cōposite: de triclinio feminaꝝ ad regis
cubiculū transiebant. Et q̄ intrauerat vespe
egrediebatur mane: atq; inde in scḋas edes
deducebātur que sb̄ manū sasagazi eunuchi
erāt. q̄ ꝯcubinis regis p̄sidebat: nec habe=
bat potestatē ad regē vltra redeūdi nisi vo
luiss; rex et eā venire iussiss; ex noīe. Euolu=
to aūt tp̄e ꝑ ordinē: instabat dies quo he=
ster filia abiahel fratris mardochei. quā si=
bi adoptauerāt ī filiā. deberet intraē ad re=
gē. Que nō q̄siuit muliebrē cultū: s; quecūq;
voluit egeus eunuchus custos v̄ginū: hec
ei ad ornatū dedit. Erat enī formosa valde
et incredibili pulcritudīe: oīm oculis g̃tio
sa et amabilis videbatur. Ducta est itaq; ad

cubiculū regis assueri mense decimo q̄ vo=
cat̄ thebeth· septimo āno regni eius: et ad=
amauit eā rex plusq̄ om̄es mulieres: ha=
buitq̄ȝ gratiā ⁊ misericordiā corā eo super
om̄es mulieres: et posuit diadema regni in
capite eius: fecitq̄ȝ eā regnare in loco va=
sthi. Et iussit conuiuiū p̄parari p̄magnificū
cūctis p̄ncipibꝫ ⁊ s̄uis suis: p̄ coniūctione et
nuptijs hester. Et dedit requiē vniūs̄ p̄uin
tijs: ac dona largitus est iuxta magnificē=
tiam p̄ncipalē. Cumq̄ȝ et s̄cdo quererētur
v̄gines· et cōgregarent̄· mardocheus ma=
nebat ad ianuā regis: necdū p̄diderat he=
ster patriā et populū suū· iuxta mandatum
eius. Quicq̄d enī ille p̄cipiebat obs̄uabat
hester: et ita cūcta faciebat ut eo tēpore so
lita erat quo eam paruulā nutriebat. Eo
igit̄ tempore quo mardocheus ad regis ia
nuā morabat̄· irati sūt bagathan ⁊ thares
duo eunuchi regis· qui ianitores erāt et in
p̄mo palatij limine residebāt: volueꝛ̄tq̄ȝ in=
surgē in regē et occidē eū. Qd̄ mardocheū
nō latuit. Statiq̄ȝ nūciauit regine hester: et
illa regi ex nomine mardochei qui ad se rē
detulerat. Quesitū est ⁊ inuentū: et appēsus
est vterq̄ȝ eoꝝ in patibulo. Et iussit rex ut
in libro memoriali scriberet̄: ut p̄ vita sua
aliq̄d repensaret ei. Mādatūq̄ȝ ē historijs:
et annalibꝫ traditū corā rege. III

Post hec rex assuerus exaltauit aman
filiū amadathi qui erat de stirpe agag: et
posuit soliū eius sup omnes p̄ncipes quos
habebat. Cūctiq̄ȝ s̄ui regis qui ī foribꝫ pa
latij v̄sabant̄ flectebāt genua: et adora=
bant aman. Sic enī p̄cepāt eis imperator.
Solus mardocheus nō flectebat genu:
neq̄ȝ adorabat eū. Cui dixeꝛ̄t pueri regis
q̄ ad fores palatij residebant. Cur p̄ter ce=
teros nō obs̄uas mādatū regis? Cūq̄ȝ hoc
crebrius diceret̄· et ille nollet audiē: nunci
auerūt aman scire cupiētes vtrum p̄seuera
ret in sentētia. Dixerat enī eis se esse iudeū.
Quod cū audiss̄ȝ aman et expimēto p̄bas=
set q̄ mardocheus nō sibi flecterēt genu nec
se adoraret· iratus ē valde: et p̄ nichilo dux=
it in vnū mardocheū mittē manus suas: au
dierat enī q̄ ess̄ȝ gentis iudee: magisq̄ȝ vo=
luit om̄ē iudeoꝝ q̄ erant in regno assueri
p̄dere nacōē. Mense p̄mo cuius vocabu=
lū est nisan: āno duodecimo regni assueri·
missa est sors ī vrnā q̄ hebraice dicit̄ phur
corā aman· quo die ⁊ quo mēse gens iude=
orū deberet interfici: et exiuit mens̄ duode
cimus q̄ vocat̄ adar. Dixitq̄ȝ aman regi as
suero. Est p̄plus p̄ om̄es p̄uīcias regni tui
disp̄sus et a se mutuo separatus· nouis vtēs
legibꝫ ⁊ cerimonijs· insup ⁊ regis scita cōtē
nēs: et optime nosti q̄ nō expediat regno
tuo ut insolescat p̄ licentiam. Si tibi placet
decerne ut p̄eat: et decē milia talētoꝝ appē
dā archarijs gaze tue. Tulit ergo rex anu
lū quo vtebat̄ de manū sua: ⁊ dedit eū aman
filio amadathi de p̄genie agag hosti iude
orū: dixitq̄ȝ ad eū. Argentū qd̄ tu pollicer̄is
tuū sit: de populo age quod tibi placet. Vo
catiq̄ȝ sūt scribe regis mēse p̄mo nisan ter=
ciadecima die eiusdē mensis: et scriptū ē ut
iusserat aman ad om̄es satrapas regis· et
iudices p̄uīciaꝝ diu̇sarūq̄ȝ gentiū· ut que
q̄ȝ gens legē poterat ⁊ audire· p̄ varietate
linguaꝝ ex noīe regis assueri: et lr̄e signa
te ip̄ius anulo misse sūt p̄ cursores regis ad
vniu̇sas p̄uīcias· ut occiderēt atq̄ȝ delerēt
om̄es iudeos a puero vsq̄ȝ ad senē paruu=
los ⁊ mulieres vno die hoc ē terciodecimo
mens̄ duodecimi qui vocatur adar: et bona
eoꝝ diriperēt. Sūma autē epistolaꝝ hec
fuit: ut om̄es p̄uīcie scirēt ⁊ pararent se ad
p̄dictā diem. Festinabāt cursores qui missi
erāt regis imperiū explere. Statiq̄ȝ ī susis
pependit edictū: rege ⁊ aman celebrāte cōui=
uiū: et cūctis iudeis q̄ erāt in vrbe flentibꝫ.
Que cū audiss̄ȝ mardocheus IIII
scidit vestimēta sua: et indutus ē sac=
co· spargēs cinerē capiti: et ī platea medie
ciuitatis voce magna clamabat ostendēs
amaritudinē animi sui: et hoc eiulatu vsq̄ȝ
ad fores palatij ḡdiēs. Nō enī erāt licitū in
dutū sacco aulā regis intraē. In om̄ibꝫ q̄ȝ p̄
uīcijs oppidis ac locis ad q̄ crudele regis
dogma p̄uenerat· plāctus ingēs erat apd̄
iudeos: ieiuniū· vlulatus· et fletus: sacco et
cinē multis p̄ stratu vtētibꝫ. Ingressi aūt sūt
puelle hester ⁊ eunuchi: nūciaueꝛ̄tq̄ȝ ei. Qd̄
audiēs cōsternata ē: et vestē misit ut ablato
sacco induerēt eā. Quā accipe noluit. Accitoq̄ȝ·

athach eunucho quē rex ministrū ei dede-
rat: ꝑcepit ut iret ad mardocheū ⁊ disceret ab
eo cur hoc faceret. Egressusq; athach iuit
ad mardocheū: et inuenit eū stantē in pla-
tea ciuitatis ante ostiū palatij. Qui indica-
uit ei omīa q̄ acciderāt. quō aman ꝓmisisset
ut in thesauros regis ꝓ iudeoꝝ nece infer-
ret argentū: exemplarq; edicti qd̄ pende-
bat i susis dedit ei ut regine ostenderet: et
moneret eam ut intraret ad regē. et dep̄ca-
retur eū ꝓ ppl'o suo. Regressus athach nū-
ciauit hester omīa q̄ mardocheus dixerat.
Que r̄ndit ei: et iussit ut dicēt mardocheo.
Omnes serui regis et cūcte que sub ditione
eius sūt norunt ꝓuīcie. qd̄ siue vir siue mu-
lier non vocatus interius atriū regis intra-
uerit. absq; vlla cunctacōe statim interfici-
atur: nisi forte rex aureā v̄gam ad eū teten-
derit ꝓ signo clm̄etie: atq; ita possit viuere.
Ego igit̄ quō ad regē intrare potero: que
triginta iam dieb; nō sum vocata ad eum?
Quod cū audisset mardocheus: rursū man-
dauit hester dicēs. Ne putes q̄ animā tuā
tantū liberes: q̄ in domo regis es p̄ cunctis
iudeis. Si enī nūc silueris p aliā occasio-
nem liberabūt̄ iudei: et tu ⁊ domus p̄ris tui
ꝑibitis. Et q̄s nouit vtrū idcirco ad regnū
veneris: ut in tali tēpore parareris? Rursū-
q; hester hec mardacheo verba mandauit.
Vade ⁊ ꝯgrega omēs iudeos quos ī su-
sis reperis: ⁊ orate ꝓ me. Nō comedetis et
nō bibetis trib; diebus ⁊ trib; noctib;: et
ego cū ācillulis meis siliter ieiunabo: et tūc
ingrediar ad regē ꝯtra legē faciēs nō vo-
cata. tradensq; me morti ⁊ piculo. Iuit ita-
q; mardocheus ⁊ fecit oīa q̄ hester p̄cepat.

V

Die aūt tercio induta ē hester
regalib; vestimētis: et stetit in atrio do-
mus regie qd̄ erat interius contra basilicā
regis. Et ille sedebat sup soliū suū in ꝯsisto-
rio palatij ꝯtra ostiū domus. Cūq; vidisset
hester reginā stantē placuit oculis eius: et
extendit contra eam v̄gam aureā quā te-
nebat manū. Que accedens osculata est sū-
mitatē v̄ge eius: dixitq; ad eā rex. Quid
vis hester regina? Que est petitio tua? Etiā
si dimidiā partē regni petieris dabitur tibi
At illa respōdit. Si regi placet obsecro ut
venias ad me hodie ⁊ aman tecū ad ꝯuiuiū
qd̄ paraui. Statimq; rex: vocate inquit ci-
to aman ut hester obediat volūtati. Vene-
rūt itaq; rex et aman ad ꝯuiuiū quod eis
regina parauerat. Dixitq; ei rex postq̄ vi-
nū biberat abundāter. Quid petis ut detur
tibi: et ꝓ qua re postulas? Etiā si dimidiam
partē regni mei petieis impetrabis. Cui re-
spondit hester. Peticō mea. et p̄ces sūt iste.
Si inueni i conspcū regis gratiā. et si regi
placet ut det michi qd̄ postulo ⁊ meā imple-
at petitionē: veniat rex ⁊ aman ad cōuiuiū
qd̄ paraui eis: et cras aperiā regi volūtatē
meā. Egressus est itaq; illo die aman letus
et alacer. Cūq; vidisset mardocheū sedentē
ante fores palatij. et nō solū nō assurrexis-
se sibi ꝫ nec motū quidē de loco sessionis sue
indignatus ē valde: et dissimulata ira reu̇-
sus in domū suā conuocauit ad se amicos
suos et zares vxorē suā: et exposuit illis ma-
gnitudinē diuitiaꝝ suaꝝ filiorūq; turbā: et
quanta eum gloria sup omēs p̄ncipes ⁊ s̄-
uos suos rex eleuasset. Et post hec ait. Re-
gina q̄q; hester nullū aliū vocauit ad ꝯuiuiū
cū rege p̄ter me: apd̄ quā etiā cras cū rege
p̄ransurus sū. Et cū hec oīa habeā nichil me
habē puto quādiu videro mardocheū iu-
deū sedentē ante foras regias. R̄nderūtq; ei
zares vxor eius: et ceteri amici. Iube parari
excelsā trabē habentē altitudinis quinq̄gin-
ta cubitos: et dic mane regi ut appendat̄
sup eā mardocheus: et sic ibis cū rege letus
ad cōuiuiū. Placuit ei ꝯsiliū: et iussit excel-

VI

sam ꝑparari crucē.
Noctem illā duxit rex in somnē: iussitq; sibi af-
ferri historias ⁊ annales p̄orū tēporū. Que
cū illo presente legerent̄: ventū est ad illū
locū vbi scriptū erat quomō nūciasset mar-
docheus insidias bagathā ⁊ thares eunu-
choꝝ: regē assuerū iugulaē cupientiū. Qd̄
cū audisset rex ait. Quid ꝓ hac fide honoris
ac p̄mij mardocheus ꝯsecutus ē? Dixerunt
ei serui illius ac ministri. Nichil omnino mer-
cedis accepit. Statimq; rex. quis ē inquit
in atrio? Aman quippe interius atriū do-
mus regie intrauerāt: ut suggerēt regi ⁊ iu-
beret mardocheū affigi patibulo qd̄ ei fue-
rat ꝑparatū. R̄nderūt pueri. Amā stat i atrio.

Dixitq; rex. Ingrediatur. Cūq; esset ingres-
sus ait illi. Quid debet fieri viro quē rex ho
norare desiderat? Cogitans autē in corde
suo aman et reputās q nullū aliū rex nisi se
vellet honorare. rn̄dit. Hō quē rex honora
re cupit debet indui vestib; regiis et imponi
sup equū qui de sella regis est. et accipere
regiū diadema sup caput suū: et primus de
regiis principib; ac tyrannis teneat equū
eius: et p plateā ciuitatis incedēs clamet
et dicat. Sic honorabitur: quencūq; rex vo
luerit honorare. Dixitq; ei rex. Festina: et sū-
pta stola et equo fac ut locutus es mardo
cheo iudeo q sedet āte fores palacii. Caue
ne quicq; de hiis q locutus es p̄termittas.
Tulit itaq; aman stolā et equū: indutumq;
mardocheū in platea ciuitatis. et impositū
equo p̄cedebat atq; clamabat. Hoc hono
re condignus ē: quencūq; rex voluerit hono
rare. Reuersusq; est mardocheus ad ianuā
palatii: et aman festinauit ire i domū suam
lugēs. et operto capite: narrauitq; zares vxo-
ri sue et amicis omnia q euenissent sibi. Cui
rn̄derūt sapiētes quos habebat in cōsilio
et vxor eius. Si de semine iudeorū ē mar-
docheus ante quē cadere cepisti. nō ei pote
ris resistere: sed cades in conspectu eius. Ad
huc illis loquentib; venerunt eunuchi re-
gis: et cito eum ad conuiuiū quod regina
parauerat pergere compulerūt. VII

Intrauit itaq; rex et aman ut biberent cum
regina. Dixitq; ei rex etiā secūda die postq;
vino incaluerat. Que est peticio tua hester
ut detur tibi: et quid vis fieri? Etiā si dimidi
am partē regni mei petieris impetrabis. Ad
quē illa rn̄dit. Si inueni gratiam in oculis
tuis o rex et si tibi placet: dona michi aīam
meā pro qua rogo: et populū meū p quo
obsecro. Traditi enim sumus ego et ppłus
meus: ut conteramur iugulemur et pereamus.
Atq; vtinā in seruos et famulas venderemur
esset tolerabile malū et gemēs tacerē: nunc
autē hostis noster est cuius crudelitas re-
dūdat in regē. Rn̄densq; rex assuerus ait.
Quis ē iste et cuius potentie: ut hec aude-
at facere? Dixitq; hester. Hostis et inimicus
noster pessimus iste est aman. Quod ille
audiēs ilico obstupuit: vultū regis et regie
ferre non sustinēs. Rex aūt surrexit iratus:
et de loco conuiuii intrauit in ortū arborib;
cōsitū. Aman q; surrexit ut rogaret hester
reginam p aīa sua: intellexit enim a rege
paratū sibi malū. Qui cū reuersus esset de
orto nemorib; consito. et intrasset conuiuii locū:
repperit aman sup lectū corruisse i quo ia-
cebat hester: et ait. Etiā reginā vult oppri-
mere me p̄nte in domo mea. Necdū verbū
de ore regis exierat: statim operuerunt faciē
eius. Dixitq; arbona vnus de eunuchis qui
stabāt i ministerio regis. En lignū qd pa
rauerat mardocheo qui locutus est p rege.
stat in domo aman. habens altitudinis quī
quaginta cubitos. Cui dixit rex. Appēdite
eū i eo. Suspensus ē itaq; aman i patibulo
qd parauerat mardocheo: et regis ira requieuit.

Die illo dedit rex assuerus VIII euit.
hester regie domū aman aduersarii iu-
deorū: et mardocheus ingressus ē ante fa-
ciē regis. Confessa est enim hester. qd esset
patruus suus. Tulitq; rex anulum quē ab
amā recipi iusserat: et tradidit mardocheo.
Hester aūt constituit mardocheū sup domū
suā. Nec hiis contenta p cidit ad pedes re
gis: fleuitq; et locuta ad eū orauit ut ma-
liciam aman agagite et machinacōes eius
pessimas quas excogitauerat contra iude-
os: iuberet irritas fieri. At ille ex more sce
ptrū aureū p̄tendit manū: quo signū clemē
tie mōstrabat. Illaq; consurgēs stetit āte eū
et ait. Si placet regi et si inueni gratiam in
oculis eius et dep̄catio mea non ei videtur
esse contraria: obsecro ut nouis ep̄lis veteres
aman littere insidiatoris et hostis iudeorū.
quib; eos in cūctis regis p̄uinciis perire p̄ce
perat corrigātur. Quō enim potero sustinere
necē et interfectionē ppłi mei? Rn̄ditq; rex
assuerus hester regine et mardocheo iudeo.
Domū aman concessi hester et ipm iussi affigi
cruci: quia ausus est manū mittere in iudeos.
Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex
regis noīe: signātes lr̄as anulo meo. Hec
enim consuetudo erat: ut epistolis q ex regis
noīe mittebātur et illius ānulo signate erāt ne
mo audēt cōtradicē. Accitisq; scribis et li-
brariis regis. erāt aūt tps tercii mēs q appel
latur siban: vicesima et tercia die illius septe

sūt ep̄le ut mardocheus voluerat ad iudeos et ad prīcipes · procuratoresq̄ꝫ ⁊ iudices · qui centūuigintiseptem ꝓuincijs ab india usqꝫ ethiopiam p̄sidebant: prouincie atqꝫ prouincie · ꝑſo ⁊ populo · iuxta linguas ⁊ līras suas · ⁊ iudeis: ꝓut legere poterant ⁊ audire. Ipeqꝫ epistole que ex regis nomīe mittebantur · anulo illius obſignate sūt ⁊ misse ꝑ veredarios: qui per om̄es ꝓuincias discurrentes · veteres litteras nouis nūcijs preuenirent. Quibus imperauit rex · ut conuenirent iudeos ꝑ singulas ciuitates · ⁊ in vnuz preciperent cōgregari · ut starent pro animabus suis: et om̄es inimicos suos cū coniugib; ac liberis · ⁊ vniūsis domibus interficerent atqꝫ delerent. Et constituta est per omnes ꝓuincias vna ultionis dies · id est terciadecima die mensis duodecimi adar. Sūmaqꝫ epistole fuit ut in omib; terris ac ꝑplis qui regis aſſueri subiacebāt imperio: notum fieret paratos esse iudeos ad capiēdam vindictaz de hostibus suis. Egressiqꝫ sunt veredarij celeres nūcios perferentes: et edictum regis pependit in susis. Mardocheus aūt de palacio et de conspectu regis egrediens fulgebat vestib; regijs iacinctinis videlicet ⁊ aerinis: coronam auream portās capite: et amictus serico pallio atqꝫ purpureo. Omnisqꝫ ciuitas exultauit atqꝫ letata ē. Iudeis aūt noua lux oriri visa est: gaudium · honor · et tripidiū. Apud omnes populos urbes atqꝫ proūcias quocūqꝫ regis p̄ceptā veniebant · mira exultatio epule atqꝫ conuiuia ⁊ festus dies: intantum ut plures alterius gentis ⁊ secte · eorū religioni ⁊ cerimonijs iungerētur. Grandis enim cūctos iudaici nōis terror inuaserat.

IX

Igitur duodecimi mensis quem adar vocari ante iam diximus · terciadecima die quādo cunctis iudeis interfectio parabatur ⁊ hostes eorū inhiabant sanguini · versa vice iudei superiores esse ceperūt: ⁊ se de adūsarijs vindicare. Congregatiqꝫ sūt per singulas ciuitates · et oppida ⁊ loca: ut extenderent manū contra inimicos ⁊ persecutores suos. Nullusqꝫ ausus est resistere: eo quod om̄s populos magnitudinis eorū formido penetraret. Nam ⁊ ꝓunciarū iudices duces et procuratores · omnisqꝫ dignitas que singulis locis ⁊ operib; preerat · extollebāt iudeos timore mardochei: quem principem esse palacij ⁊ plurimuz posse cognouerant. Famaqꝫ nominis eius crescebat quotidie: et ꝑ cunctorū ora volitabat. Itaqꝫ ꝑcusserunt iudei inimicos suos plaga magna ⁊ occiderūt eos · reddētes eis qđ sibi parauerāt facere: intantū ut etiā in susis quingentos viros interficerent: extra decez filios aman agagite hostis iudeoꝝ. Quorū ista sūt nomina: pharsandatha ⁊ delphon ⁊ esphata et phorata ⁊ adalia ⁊ aridatha ⁊ ephermescha arisai ⁊ aridai ⁊ vaisatha. Quos cum occidissent: p̄das de substātijs eorū agere noluerūt. Statimqꝫ numerus eoꝝ qui occisi erant in susis ad regem relatus est. Qui dixit regine. In urbe susis interfecerūt iudei quingētos viros · et alios decē filios aman. Quantā putas eos exercere cedem in vniuersis prouincijs? Quid ultra postulas: et quid vis ut fieri iubeam? Cui illa respondit. Si regi placet detur potestas iudeis · ut sicut fecerunt hodie in susis sic ⁊ cras faciant: et decē filij aman ī patibulis suspendātur. Precepit rex ut ita fieret. Statimqꝫ in susis pependit edictum: et decem filij aman suspensi sūt. Congregatis iudeis quartadecima die mensis adar interfecti sunt in susis trecenti viri: nec eoꝝ ab illis direpta substātia est: sed ⁊ ꝑ omnes ꝓuincias · que ditioni regis subiacebant pro animab; suis steterunt iudei · interfectis hostib; ac ꝑsecutoribus suis: intantū ut septuagintaquinqꝫ milia occisoꝝ implerentur: et nullus de substantijs eorum quicꝙ̄ cōtingeret. Dies autē tercius decim⁹ mensis adar vnus apud om̄es interfectionis fuit: et quartadecima die cedere desierūt. Quem constituerūt esse solemnem: ut in eo om̄i tempore deinceps vacarent epulis gaudio atqꝫ conuiuijs. At hij qui in urbe susis cedem exercuerāt terciodecimo ⁊ quartodecimo die eiusdē mensis in cede v̄sati sūt: decimoquinto aūt die ꝑcutere desierūt. Et idcirco eundē diē cōstituerunt solemnē epularū atqꝫ leticie. Hij vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabātur · quartumdecimū diē mensis adar cōuiuiorū ⁊ gaudij

decreuerūt:ita ut exultēt in eo ꝛ mittant sibi
mutuo partes epularū ꝛ ciborū. Scripsit
itaqꝫ mardocheus omnia hec:et lrīs ↄphen=
sa misit ad iudeos qui in omībꝫ regis ꝓuin=
cijs morabantur:tam in vicino positis q̄ꝫ ꝓ=
cul:ut quartādecimā ꝛ quintamdecimam
diē mensis adar ꝓ festis susciperēt.et reuer
tente semꝑ āno solemni honore celebrarēt:
qꝛ in ipis diebus se ulti sūt iudei de inimicis
suis.et luctus atqꝫ tristicia in hilaritatem
gaudiūqꝫ ↄuersi sūt: essentqꝫ dies isti epu=
larū atqꝫ leticie:ꝛ mitterēt sibi inuicē ciboꝝ
partes:et pauperibꝫ munuscula largirētur.
Susceperūtqꝫ iudei in solemnē ritū cuncta
q̄ eo tempore facere ceperāt:et q̄ mardoche=
us litteris facienda mādauerat. Aman enī
filius amadati stirpis agag hostis ꝛ aduer
sarius iudeoꝝ cogitauit contra eos malū.
ut occideret illos atqꝫ deleret: ꝛ misit phur
quod nostra lingua vertit̄ in sortē:et postea
ingressa est hester ad regē:obsecrās ut co=
natus eius litteris regis irriti fierēt: et malū
quod cōtra iudeos cogitauerat reūteretur
in caput eius. Deniqꝫ ꝛ ipm ꝛ filios eius af=
fixerēt cruci:atqꝫ ex illo tp̄e dies isti appella
ti sūt phurim id ē sortiū:eo q̄ phur id ē sors
in vrnā missa fuerit. Et cuncta q̄ gesta sunt
epistole id est libri huius volumīe ↄtinētur:
queqꝫ sustinuerint ꝛ q̄ deinceps immutata
sint.susceperūt iudei suꝑ se ꝛ semen suū.et su
per cunctos q̄ religioni eoꝝ voluerint co=
pulari:ut nulli liceat duos hos dies absqꝫ
solēnitate transigere quos scriptura testa
tur: et cetera expetūt tempora annis sibi iu=
giter succedētibꝫ. Isti sūt dies quos nulla
vnq̄ꝫ delebit obliuio. et ꝑ singlas gn̄acōes
cuncte in toto orbe ꝓuincie celebrabūt: nec
est ulla ciuitas in qua dies phurim id est
sortiū nō obseruētur a iudeis: et ab eorū ꝓ=
genie q̄ hijs cerimonijs obligata ē. Scri=
pserūtqꝫ hester regina filia abiahil ꝛ mar=
docheus iudeus etiam secundam epistolā:
ut omī studio dies ista solēnis sanxiretur ī
posterū. Et miserūt ad omes iudeos qui in
centūuigintiseptē ꝓuīcijs regis assueri ver
sabantur.ut haberent pacē ꝛ susciperēt ve=
ritatem.obseruātes dies sortiū:et suo tem=
pore cū gaudio celebrarēt:sicut cōstituerat
mardocheus ꝛ hester. Et illi obseruāda susce
perūt a se ꝛ a semine suo ieiunia.atqꝫ clamo
res ꝛ sortiū dies:et oīa que libri huius q̄
vocatur hester historia continentur. X

Rex vero assuerus omnem terrā ꝛ cun=
ctas maris insulas fecit tributarias:
cuius fortitudo ꝛ imperiū ꝛ dignitas atqꝫ
sublimitas qua exaltauit mardocheū scp̄ta
sūt in libris medoꝝ atqꝫ persarū:et quomō
mardocheus iudaici generis secūdus a re
ge assuero fuerit ꝛ magnus apud iudeos.
et acceptabilis plebi fratrū suorū:querens
bona ꝑplō suo:et loquens ea que ad pacem
seminis sui ꝑtinerēt. Que habētur in hebreo
plena fide exp̄ssi:hec autē q̄ secūtur scripta
repperi ī edicōe vulgata q̄ grecoꝝ lingua
et litteris continētur:et interim post finem li
bri hoc capitulū ferebatur.quod iuxta ↄsue=
tudinē nostrā obelo id est veru ꝑnotauimus.
Dixitqꝫ mardocheus. A deo facta sunt ista.
Recordatus sū somnij quod viderā hec eadē
significātis:nec eoꝝ quicq̄ꝫ irritū fuit. Par=
uus fons qui creuit in fluuiū ꝛ in lucē solēqꝫ
conuersus est.et in aquas plurimas redun=
dauit.hester est: quam rex accepit uxorem
et voluit esse reginā. Duo autem dracones:
ego sū ꝛ aman. Gētes que ↄuenerāt: hij sūt
qui conati sūt delere nomē iudeoꝝ. Gens
aūt mea isrl̄ est q̄ clamauit ad dn̄m:et saluū
fecit dn̄s ꝑplm suū. liberauitqꝫ nos ab om̄i=
bus malis.et fecit signa magna atqꝫ portēta
inter gētes:et duas sortes esse p̄cepit.vnā
populi dei ꝛ alterā cūctarū gentiū. Venit=
qꝫ vtraqꝫ sors in statutū ex illo iam diē tp̄e
coram deo vniuersis gentibꝫ: et recordatus
est dn̄s ꝑpli sui:ac misertus hereditatis sue.
Et obseruabūtur dies isti ī mense adar quar
tadecima ꝛ quintadecīa die eiusdē mensꝭ:cū
omī studio ꝛ gaudio in vnū cetū ꝑpli ↄgre=
gati:in cūctas deinceps gn̄acōes ꝑpli isrl̄.

XI

Anno quarto regnātibꝫ ptolo=
meo ꝛ cleopatra.attulerunt dositheus
qui se sacerdotē ꝛ leuitici generis ferebat.
et ptolomeus filius eiꝰ hāc ep̄lam phurim:
quam dixerūt interp̄tatum esse lisimachum
ptolomei filium in iherusalem. Hoc qꝫ prin
cipium erat in editione vulgata: quod nec
in hebreo nec apud ullum fertur interp̄tum.

Anno secūdo regnāte artarxerse maximo.
pⁱma die mensis nisan: vidit sompnium. mar-
docheus filius iairi filij semei. filij cis de tri-
bu beniamin. homo iudeus qui habitabat
in urbe susis: vir magnus. et inter pⁱmos au
le regie. Erat aūt de eo numero captiuorum
quos transtulerat nabuchodonosor rex ba
bilonis de iherusalem cū iechonia rege iuda:
et hoc eius sompniū fuit. Apparuerūt voces
et tumultus. tonitrua et terre motus et contur
batio sup terraꝫ: et ecce duo dracones ma-
gni paratiqꝫ contra se in pliū: ad quorꝫ cla-
moré cuncte concitate sunt nacōnes. ut pu-
gnarēt contra gentem iustorū. Fuitqꝫ dies
illa tenebrarū et discriminis: tribulacōnis et
angustie: et ingens formido sup terrā. Cō
turbataqꝫ ē gēs iustorꝫ timentiū mala sua:
et pparata ad mortē. Clamaueruntqꝫ ad deū:
et illis vociferātibus fons paruus creuit in
fluuiū maximū: et in aquas plurimas redū
dauit. Lux et sol ortus est et humiles exalta-
ti sunt: et deuorauerūt inclitos. Quod cū vi
dissꝫ mardocheus et surrexissꝫ de stratu. cogi
tabat quid deus facere vellet: et fixuꝫ habe-
bat in animo scire cupiēs quid significaret
sompniū.

XII

Morabatur aūt
eo tempore in aula regis. cū bagatha
et thara eunuchis regis: qui ianitores erāt
palacij. Cūqꝫ intellexissꝫ cogitacōnes eorū
et curas diligentius puidissꝫ: didicit qđ co-
narētur in regem artarxersen manus mit-
tere: et nūciauit sup eo regi. Qui de vtroqꝫ
habita questione. confessos iussit duci ad
mortē. Rex autē quod gestū erat scripsit in
commentarijs. Sed et mardocheus rei me-
moriam litteris tradidit. Precepitqꝫ ei rex
ut in aula palacij moraretur: datis ei p de-
lacōne muneribꝫ. Aman vero filius amada
thi bugeus erat gloriosissimus corā rege:
et voluit nocere mardocheo et pplo eius pro
duobꝫ eunuchis regis qui fuerāt interfecti.
Hucusqꝫ pemiū. Que secūtur in eo loco po-
sita erāt ubi scriptū est in volumine: et diri-
puerūt bona vel substantias eorꝫ. Que in
sola vulgata edicōne reperimus. Epistole
autem hoc exemplar fuit.

XIII

Rex maximus artarxerses ab india usqꝫ
ethiopiā centūuigintiseptē puinciarum:
principibꝫ et ducibꝫ. qui eius imperio subie
cti sūt. salutē. Cū plurimis gentibꝫ impera-
rem. et vniuersū orbeꝫ mee ditioni subiugas
sem: volui nequaquā abuti potentie magni
tudine. sed clementia et lenitate gubernare
subiectos: ut absqꝫ ullo terrore vitā silencō
transigentes. optata cūctis mortalibꝫ pace
fruerētur. Querente autē me a consiliarijs
meis quō posset hoc impleri: vnus qui sapi
entia et fide ceteros precellebat. et erat post
regem secūdus aman nomine. indicauit mi-
chi in toto orbe terrarū populū esse dispersū
qui nouis vteretur legibꝫ: et contra omniuꝫ
gentiū osuetudinē faciens. regum iussa cō-
temneret: et vniūsarū concordiā nacōnū sua
dissensione violaret. Quod cū didicissemus.
videntes vnā gentē rebellem adūsus omē
hominū genus puersis uti legibꝫ. nostrisqꝫ
iussionibꝫ contraire. et turbare subiectarum
nobis puinciarū pacē atqꝫ cōcordiaꝫ: iussi-
mus ut quoscūqꝫ aman qui omibꝫ puincijs
ppositus est et secundus a rege. et quē patris
loco colimus monstrauerit. cū coniugibꝫ ac
liberis deleātur ab inimicis suis nullusqꝫ eo-
rū misereatur. quartadecima die duodeci-
mi mensis adar anni presentis: ut nepharij
homines vno die ad inferos descendentes.
reddant imperio nr̄o pacē quā turbauerāt.
Hucusqꝫ exemplar epistole. Que secūtur
post eū locuꝫ scripta reperi ubi legitur. per-
gensqꝫ mardocheus fecit omnia que ei mā-
dauerat hester: nec tamē habētur in hebra-
ico: et apud nullū penitus ferūtur interptuꝫ.
Mardocheus autē depcatus ē dnm: memor
omniū operū eius. et dixit. Dn̄e dn̄e rex omi
potens. in ditione enim tua cūcta sūt posita:
et nō est qui possit tue resistere volūtati: si de
creueris saluare isrl̄. Tu fecisti celū et terrā et
quicquid celi ambitu cōtinetur: dn̄s omniuꝫ
es: nec est qui resistat maiestati tue. Cuncta
nosti et scis qꝛ non pro supbia et cōtumelia et
aliqua glorie cupiditate fecerim hoc. ut nō
adorarem aman supbissimū: libenter enim
pro salute israhel etiā vestigia pedū eius de-
osculari paratus essem: sed timui ne honoreꝫ
dei mei transferrem ad hominē. et ne quenqꝫ
adorareꝫ excepto deo meo. Et nunc dn̄e rex
deus abraham miserere populi tui: qꝛ volūt

nos inimici nostri ꝑdere: et hereditatē tuā
delere. Ne despicias partē tuā: quā redemi-
sti tibi de egipto. Exaudi dep̄cacōem meā ⁊
ꝓpicius esto sorti ⁊ funiclo tuo: et ꝯuerte lu-
ctum nrm̄ in gaudiū. ut viuētes laudemus
nomē tuū domine: et ne claudas ora canen-
tium te. Omnis quoq; israhel pari mente et
obsecracōne clamauit ad dominū: eo ꝙ eis
certa mors impenderet. XIIII

Hester quoq; regina ꝯfugit ad dominum:
pauēs piculū quod imminebat. Cūq; depo-
suiss; vestes regias. fletibus ⁊ luctui apta in-
dumēta suscepit: et ꝓ vngētis varijs cinere
et stercore impleuit caput. et corpus suum
humiliauit ieiunijs: omniaq; loca in quibus
ante letari consueuerat crinium laceracōne
cōpleuit. Et dep̄cabatur dominū deū israhel
dicens. Domine mi qui rex noster es solus
adiuua me solitariā: et cuius p̄ter te nullus
auxiliator ē alius. Periculū meū in manib;
meis ē. Audiui a p̄re meo ꝙ tu dn̄e tulisses
israhel de cūctis gentib;. et patres nr̄os ex
omnib; retro maiorib; suis. ut possideres he
reditatē sempiternā: fecistiq; eis sicut locu
tus es. Peccauimus in conspectu tuo: et id-
circo tradidisti nos in manus inimicoꝝ no
strorū. Coluimus enim deos eorum. Justus
es domine. Et nūc non eis sufficit ꝙ durissi-
ma nos opprimūt seruitute: s; robur manuū
suarū ydoloꝝ potētie deputātes volunt tua
mutare ꝓmissa. ⁊ delere hereditatē tuam: et
claudere ora laudantium te. atq; extinguē
gloriā tēpli ⁊ altaris tui: ut aperiāt ora gen
tiū ⁊ laudēt ydolorū fortitudinem: et p̄dicēt
carnalem regē in sempiternū. Ne tradas
domine sceptrū tuū hijs qui non sūt. ne ri-de
ant ad ruinā nostrā: sed ꝯuerte ꝯsiliū eorū
sup eos: et eū q̄ in nos cepit seuire disperde.
Memento domine ⁊ ostende te nobis in tē-
pore tribulacōnis nr̄e: et da michi fiduciā
dn̄e rex deoꝝ ⁊ vniuerse potestatis: tribue
sermonē ꝯpositū in ore meo in conspectu le-
onis: et trāsfer cor illius in odiū hostis no-
stri: ut ⁊ ipse peat ⁊ ceteri qui ei consentiūt.
Nos autē libera in manu tua: et adiuua me
nullū aliū auxiliū habentē nisi te domine. qui
habes oīm scientiā. et nosti ꝙ oderim glo-
riā iniquoꝝ: et detester cubile incircūcisoꝝ

et omnis alienigene. Tu scis necessitatē meā
q̄d abominer signū supbie. ⁊ glorie mee q̄d
est sup caput meū in dieb; ostētacōnis mee:
et detester illud quasi pannū menstruate. et
non portem in dieb; silentij mei: et quod nō
comederim in mensa aman. nec michi placu
erit ꝯuiuiū regis. et non biberim vinū liba-
minum: et nunq̄ letata sit ancilla tua ex quo
huc translata sū usq; in p̄sentē diē: nisi in te
domine deus abraham. Deus fortis sup oēs
exaudi vocē eoꝝ q̄ nullā aliā spem habent:
et libera nos de manu iniquoꝝ: et erue me a
timore meo. Hec q̄ addita reperi in edicōe
vulgata. XV

Et mandauit ei
haut dubiū quin hester mardocheus.
ut ingrederetur ad regē: ut rogaret ꝓ ꝑplo
suo ⁊ ꝓ patria sua. Memorare inquit dierū
humilitatis tue. quomodo nutrita sis in ma-
nu mea: q̄ aman secundus a rege locutus ē
cōtra nos in mortē: et tu inuoca dn̄m ⁊ loq̄re
regi pro nobis. et libera nos de morte. Nec
nō ⁊ ista que subdita sunt. Die autem tercio
deposuit vestimēta ornatus sui: et circūdata
est gloria sua. Cūq; regio vulgeret habitu
et inuocasset omniū rectorē ⁊ saluatorē deū:
assumpsit duas famulas. et sup vnā quidē
innitebatur quasi p̄ delicijs. et nimia teneri-
tudine corpus suū ferre nō sustinēs: altera
autē famularū sequebatur dominā defluētia
in humū indumēta sustētans. Ipsa autē ro-
seo colore vultū ꝑfusa. et gratis ac nitentib;
oculis tristē celabat animū: et nimio timore
contractū. Ingressa igitur cuncta p̄ ordinē
ostia stetit contra regem. ubi ille residebat
sup soliū regni sui. indutus vestib; regijs au
roq; fulgens ⁊ p̄ciosis lapidib;: eratq; terri
bilis aspectu. Cūq; eleuass; faciē ⁊ ardētib;
oculis furorē pectoris indicass;. regina cor-
ruit ⁊ in pallorē colore mutato. lassum super
ancillulā reclinauit caput. Conuertitq; deus
spūm regis in mansuetudinē: et festinus ac
metuēs exiliuit de solio ⁊ sustētans eā ulnis
suis donec rediret ad se: hijs verbis blan-
diebatur. Quid habes hester? Ego sū fra-
ter tuus: noli metuere. Non morieris. Non
enim pro te: sed pro omnibus hec lex con-
stituta est. Accede igitur ⁊ tange sceptrū.
Cūq; illa reticeret. tulit aureā virgā ⁊ posuit

sup collū eius: et osculatus ē eam ⁊ ait. Cur michi non loqueris: Que respondit. Vidi te dn̄e quasi angelū dei: et coturbatū est cor meū pre timore glorie tue. Valde eni mirabilis es dn̄e: et facies tua plena ē gratiarū. Cumqꝫ loquētur rursus corruit: et pene exanimata ē. Rex aūt turbabatur: et oēs ministri eius consolabātur eū. Exemplar epistole regis artarxersis quam ꝑ iudeis ad totas regni sui ꝓuincias misit: qd̓ ⁊ ipsū in hebraico volumine non habetur. XVI

Rex magnꝰ artarxersis ab india usqꝫ ethiopiā centū uigīti septē ꝓuīciaruꝫ ducibꝫ ac principibꝫ. q̄ nr̄e iussioni obediunt: salutē dicit. Multi bonitate principū et honore q̄ in eos collatus ē abusi sūt in superbiam: et nō solum subiectos regibꝫ nitūtur opprimere: sed datam sibi gloriam nō ferētes in ipsos qui dederūt moliūtur insidias. Nec cōtenti sūt gratias nō agere bn̄ficijs. et humanitatis in se iura violare: sed dei qꝫ cūcta cernētis arbitrātur se posse fugē sententiā. Et in tantū vesanie ꝓruperūt ut eos q̄ credita sibi officia diligenter obseruant. et ita cūcta agunt ut omniū laude digni sint. mendaciorꝫ cuniculis conentur sbuertē: dū aures p̄ncipū simplices ex sua natura alios estimātes callida fraude decipiūt. Que res et ex veteribꝫ ꝓbatur historijs. et ex hijs q̄ gerūtur quotidie: quō malis quorūdā suggestionibꝫ regū studia deprauētur. Unde prouidendū est paci omniū ꝓuīciarū. Nec putare debetis si diuersa iubeāmus ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate et necessitate tēporuꝫ. ut rei publice poscit utilitas ferre sententiaꝫ. Et ut manifestius qd̓ dicimus intelligatis. aman filius amadathi et animo ⁊ gēte macedo alienusqꝫ a ꝑsarū sanguine. et pietatē nostrā sua crudelitate ꝯmaculans. peregrinus a nobis susceptus est: et tantā in se expertus humanitatem ut pater noster vocaretur ⁊ adoraretur ab oībus post regem secūdus: q̄ in tantū arrogātie tumoreꝫ sublatus est: ut regno priuare nos niteretur ⁊ spū. Nam mardocheū cuius fide ⁊ bn̄ficijs viuimus ⁊ consortem regni nostri hester. cū omni gente sua nouis quibusdam atqꝫ inauditis machinis expetiuit in mortē: hoc cogitās ut illis interfectis insidiaretur nostre solitudini: et regnū ꝑsaruꝫ transferret in macedonas. Nos autē a pessimo mortaliū iudeos neci destinatos. in nulla penitus culpa reperimus: sed econtrario iustis utentes legibꝫ ⁊ filios altissimi ⁊ maximi sempqꝫ viuētis dei cuius. bn̄ficio et patribꝫ nostris. et nobis regnuꝫ est traditum et usqꝫ hodie custoditur. Unde eas litteras quas sub nomine nr̄o ille direxerat sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius urbis id est susis. et ipe qui machinatus est ⁊ omis cognatio eius pendet in patibulis: nō nobis sed deo reddēte ei qd̓ meruit. Hoc aūt edictū qd̓ nūc mittimus in cūctis urbibus ꝓponatur. ut liceat iudeis uti legibus suis: quibus debetis esse amminiculo ut eos q̄ se ad necem eorꝫ parauerāt possint interficere. tercia decima die mensis duodecimi q̄ vocatur adar. Hanc eni diē deus omipotens meroris ⁊ luctus eis vertit ī gaudiū. Unde ⁊ vos inter ceteros festos dies. hāc habitote diem. et celebrate eam cū omi leticia: ut ⁊ in posterū ꝯgnoscatur omēs q̄ fideliter persis obediūt dignā pro fide recipere mercedem: qui aūt insidiantur regno eorꝫ perire pro scelere. Omnis aūt ꝓuincia ⁊ ciuitas que nolueit solēnitatis huius esse particeps gladio ⁊ igne pereat: et sic deleatur ut nō solū hominibꝫ ſꝫ etiā inuia bestijs sit in sempiternū: ꝓ exēplo ꝯtēptus ⁊ inobediētie.

Explicit liber hester. Incip̄ ꝓlogus in Job scd̓m trāslacōeꝫ septuaginta.

Cogor ꝑ singulos scripture diuine libros adūsariorꝫ respondere maledictis. q̄ interpretacōem meam reprehensionē septuaginta interp̄tum criminātur: quasi non ⁊ apud grecos aquila simmachus et theodocion. vel verbū e verbo vel sensū e sensu vel ex vtroqꝫ cōmixtū ⁊ medie temperatū. genus translacōnis expresserint: et omnia veteris instrumenti volumina origenes obelis asteriscisqꝫ distinxerit: quos vel additos vel de theodocōne sūptos translacōni antiq̄ inseruit: probans defuisse qd̓ additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto qd̓ in partibꝫ susceperūt: aut interp̄tacōꝫ

meam cū asteriscis suis radere. Neq̧ enim
fieri potest ut quos plura intermisisse ↄspe-
xerint. non eosdē etiam in quibusdā errasse
fateantur. ꝑcipue in iob: cui si ea q̃ sub aste
riscis addita sūt subtraxeris pars maxima
detrūcabitur: ⁊ hoc dumtaxat aput grecos.
Ceterū apud latinos ante eā translacōnem
quā sub asteriscis ⁊ obelis nuꝑ edidimus.
septingenti ferme aut octingenti versus de-
sunt: ut decurtatus ⁊ laceratus corrosusq̧
liber feditatē sui publice legentibꝫ ꝓdat.
Hec aūt translacō nulluz de veteribꝫ sequit̃
interꝑtem: sed ⁊ ex ipo hebraico arabicoq̧
sermone ⁊ interdū siro. nūc verba nunc sen-
sus. nunc simul vtrūq̧ resonabit. Obliquus
enim apud hebreos totus liber fertur ⁊ lubri-
cus: ⁊ quod greci rethores vocant scematis-
menos: dūq̧ aliud loquitur aliud agit. Ut
si velis anguillā vel murenulā strictis tene-
re manibꝫ: quāto fortius ꝓsseris tāto citius
elabitur. Memini me ob intelligentiā hu9
voluminis liddeum quendā ꝑceptorem. q̃
apud hebreos ꝑmus haberi putabatur. nō
paruis redemisse nūmis: cuius doctrina an
aliquid ꝓfecerim nescio. Hoc vnū scio: non
potuisse me interꝑtari. nisi quod ante intel-
lexerā. A pricipio itaq̧ voluminis usq̧ ad
verba iob: apud hebreos ꝓsa oracō ē. Por-
ro a verbis iob in quibus ait. pereat dies in
qua natus sum. et nox in qua dictum est cō-
ceptus est homo. usq̧ ad illū locū ubi ante
finem voluminis scriptū est. idcirco ipe me
reprehendo ⁊ ago penitentiā in fauilla ⁊ cinē.
exametri versus sūt. dactilo spondeoq̧ cur
rentes: et ꝓpter lingue ydioma crebro reci-
piētes ⁊ alios pedes. nō earundē sillabarū
sed eorundē temporꝝ. Interdū q̧ rithmus
ipse dulcis ⁊ tinnulus fertur numeris lege
solutis: quod metrici magis q̃ simplex le-
ctor intelligūt. A supradicto autem versu
usq̧ ad finem libri paruū comma qd̄ rema
net: ꝓsa oracōne contexitur. Quod si cui vi
detur incredulū metra scilicet esse apud he-
breos. et in morem nostri flacci greciq̧ pin
dari ⁊ alchei ⁊ safpho vel psalteriū vel lamē-
tacōes ieremie. vel omia ferme scripturarū
cantica comprehendi: legat philonē iosephū
origenem. cesariensem eusebium: et eorum

testimonio me verum dicere comprobabit.
Audiāt quapropter canes mei idcirco me
in hoc volumine laborasse. nō ut interꝑtati-
onem antiquā reprehenderē: sed ut ea que in
illa aut obscura sūt aut omissa. aut certe scri
ptorꝝ vicio deprauata. manifestiora nostra
interꝑtacōe fierēt: qui ⁊ hebreū sermonē ex
parte didicimus. ⁊ in latino pene ab ipis cu
nabulis inter gramaticos ⁊ rethores ⁊ phi-
losophos detriti sumus. Quod si apud gre
cos post septuaginta edicōem. iā cristi euā
gelio chorruscāte iudeus aquila. ⁊ simmach9
ac theodocion iudaizantes heretici sūt rece-
pti. qui multa misteria saluatoris subdola
interꝑtacōne celarūt. et tamen in exaplois
habentur apud ecclesias. et explanātur ab
ecclesiasticis viris: quāto magis ego cristi-
anus ⁊ de parētibꝫ cristianis natus. et vexil-
lū crucis in mea frōte portās. cuius studiū
fuit omissa repetere. deprauata corrigere. et
sacramēta ecclesie puro ⁊ fideli aperire ser-
mone: vel a fastidiosis vel a malignis lecto
ribꝫ non debeo reprobari. Habeāt q̃ volunt
veteres libros vel in membranis purpureis.
auro argētoq̧ descriptos: vel vncialibꝫ ut
vulgo aiūt litteris onera magis exarata q̃
codices: dummodo michi meisq̧ ꝑmittant
pauperes habere cedulas. et non tam pul-
cros codices q̃ emendatos. Utraq̧ enim
editio ⁊ septuaginta iuxta grecos et mea
iuxta hebreos. in latinum meo labore trans-
lata est. Eligat vnusquisq̧ quod vult: et
studiosum me magis q̃ maliuolum ꝓbet.

Prologus in Job secūdū hebraicū

Si autē fiscellā iunco texerem
aut palmarū folia cōplicarē
aut in sudore vultus mei co-
mederē panē. et vētris opus
sollicita mente ꝑtractarē: nullus morderet:
nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta
sententiā saluatoris volo operari cibum qui
non perit ⁊ antiquā diuinorū voluminuz viā
sentibꝫ virgultisq̧ purgare. error michi ge
minus infigitur: corrector viciorꝝ falsarius
vocor: et errores nō auferre ꝯserere. Tāta
est enim vetustatis consuetudo ut etiā con-
fessa plerisq̧ vicia placeāt: dū magis pul-
cros volūt habere codices q̃ emendatos.

Quapropter o frēs dilectissimi vni cū nobi
litatis ⁊ hūilitatis exemplar ⁊ pro flabello
calatis sportellisqꝫ munusculis monacho-
rum · spūlaia hec ⁊ mansura dona suscipite:
ac beatū iob qui adhuc apud latinos iace
bat in stercore ⁊ vermibus scatebat errorū:
integrū immaculatūqꝫ gaudete. Quomō
enim post ꝓbacōem atqꝫ victoriā duplicia
sūt ei vniūsa reddita: ita ego in lingua nr̄a
ut audacter loquar · feci eū habere q̄ amise
rat. Igitur ⁊ vos ⁊ vnūquenqꝫ lectorē soli-
ta ꝑfatione cōmoneo ⁊ in p̄ncipijs librorū
eādē semꝑ annectēs rogo: ut ubicūqꝫ sem-
per p̄cedētes virgulas videritis · sciatis ea
que subiecta sunt in hebraicis voluminibus
non haberi. Porro ubi stelle ymago ꝑfulse
rit: ex hebreo in sermone nr̄o addita sunt.
Necnō ⁊ illa que haberi videbantur · et ita
corrupta erāt ut sensū legentibꝫ tollerent ·
orantibꝫ vobis magno labore correxi: ma-
gis utile quid ex odio meo ecclesijs cristi
venturum ratus: quam ex aliorū negocio.

Expl̄ ꝓloḡ. Incipit liber Iob. Ca. p̄mū.

Vir erat in terra hus no
mine iob. Et erat vir
ille simplex et rectus
ac timens deum: et rece
dens a malo. Natiqꝫ
sunt ei septem filij: et
tres filie. Et fuit posses-
sio eius septem milia ouium · et tria milia ca-
melorū: quingēta quoqꝫ iuga boum ⁊ quin
gente asine: ac familia multa nimis. Eratqꝫ
vir ille magnus inter om̄es orientales. Et
ibant filij eius ⁊ faciebant conuiuiū ꝑ domos:
vnusquisqꝫ in die suo. Et mittētes vocabāt
tres sorores suas: ut comederent ⁊ biberēt
cū eis. Cūqꝫ in orbē transissent dies cōuiuij
mittebat ad eos iob ⁊ sanctificauit illos: cō
surgensqꝫ diluculo offerebat olocausta ꝑ
singulos. Dicebat enim. Ne forte peccaue-
rint filij mei: et bn̄dixerint deo in cordibus
suis. Sic faciebat iob cūctis diebus. Qua-
dam autē die cū venissent filij dei ut assiste-
rent corā dn̄o: affuit inter eos etiā sathan.
Cui dixit dn̄s. Vnde venis? Qui respondēs
ait. Circuiui terrā: et ꝑambulaui eā. Dixitqꝫ
dn̄s ad eū. Nūquid ꝯsiderasti seruū meum
iob qꝫ nō sit ei similis in terra: homo simplex
et rectus ⁊ timens deū ac recedens a malo?
Cui respondēs sathan ait. Nūquid frustra
timet iob deū? Nonne tu vallasti eū ac domū
eius: vniūsamqꝫ substantiā ꝑ circuitū? Ope
ribꝫ manuū eius bn̄dixisti: et possessio eius
creuit in terra. Sed extende paululū manū
tuā ⁊ tange cūcta que possidet: nisi in faciē
benedixerit tibi. Dixit ergo dn̄s ad sathan.
Ecce vniuersa que habet ī manu tua sūt: tm̄
in eū ne extendas manū tuā. Egressusqꝫ est
sathan a facie dn̄i. Cum aūt quadā die filij
et filie eius comederent · et biberent vinū in
domo fratris sui primogeniti: nūcius venit
ad iob qui diceret. Boues arabant ⁊ asine
pascebātur iuxta eos: et irruerūt sabei tule-
rūtqꝫ om̄ia · et pueros ꝑcusserunt gladio: et
euasi ego solus ut nūciarē tibi. Cūqꝫ adhuc
ille loqueretur: venit alter ⁊ dixit. Ignis dei
cecidit e celo: et tactas oues puerosqꝫ con-
sumpsit: et effugi ego solus ut nūciarē tibi.
Sed ⁊ adhuc illo loquente: venit alius et
dixit. Chaldei fecerūt tres turmas ⁊ inuase-
rūt camelos ⁊ tulerūt eos: necnon ⁊ pueros
ꝑcusserūt gladio: et ego fugi solus ut nūcia
rē tibi. Adhuc loquebatur ille: et ecce alius
intrauit ⁊ dixit. Filijs tuis ⁊ filiabus vescen-
tibꝫ ⁊ bibentibꝫ vinū in domo fratris sui pri-
mogeniti · repente ventus vehemens irruit a
regione deserti ⁊ concussit quatuor angulos
domus: que corruēs oppressit liberos tuos ·
et mortui sūt: et effugi ego solus ut nūciarē
tibi. Tunc surrexit iob · et scidit tunicā suam:
et tonso capite corruēs in terram · adorauit
et dixit. Nudus egressus sū de utero matris
mee: et nudus reuertar illuc. Dn̄s dedit dn̄s
abstulit: sicut dn̄o placuit ita factum est: sit
nomen domini benedictum. In omnibꝫ hijs
non peccauit iob labijs suis: neqꝫ stultū q̄d
contra deum locutus est. II

Factū est aūt cū quadam die venissent
filij dei ⁊ starent coram dn̄o: venisset quoqꝫ
sathan inter eos ⁊ staret in cōspectu eius: ut
diceret dn̄s ad sathan. Vnde venis? Qui re
spondēs ait. Circuiui terram: et ꝑambulaui
eam. Et dixit dn̄s ad sathan. Nūquid con-
siderasti seruū meū iob qꝫ nō sit ei similis in
terra · vir simplex ⁊ rectus ⁊ timens deum ac

recedens a malo: et adhuc retinēs innocē-
tiam? Tu autē cōmouisti me aduersus eū:
ut affligerē eū frustra. Cui rn̄dens sathan
ait. Pellem ꝓ pelle: et cuncta q̄ habet homo
dabit ꝓ anima sua. Alioquin mitte manum
tuā ⁊ tange os eius. et carnē: et tūc videbis
ꝙ in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dn̄s
ad sathan. Ecce in manu tua est: verūtamē
animā illius serua. Egressus igitur sathan
a facie domini ꝑcussit iob ulcere pessimo: a
plāta pedis usqꝫ ad verticē eius. Qui testa
saniē radebat: sedens in sterquilinio. Dixit
autem illi uxor sua. Adhuc tu permanes in
simplicitate tua? Bn̄dic deo ⁊ morere. Qui
ait ad illā. Quasi vna de stultis mulieribus
locuta es. Si bona suscepimus de manū dn̄i:
mala q̄re non sustineamus? In om̄ibꝫ hijs
nō peccauit iob labijs suis. Igitur audiētes
tres amici iob omne maluȝ quod accidisset
ei venerunt singuli de loco suo: eliphas the-
manites ⁊ baldad suites ⁊ sophar naama-
thites. Cōdixerāt enim: ut pariter veniētes
visitarēt eū ⁊ ꝯsolarētur. Cumqꝫ eleuassent
ꝓcul oculos suos: non cognouerūt eū. Et
exclamantes plorauernnt: scissisqꝫ vestibus
sparserunt puluerē sup caput suū in celū. Et
sederūt cū eo in terra septē diebꝫ ⁊ septem
noctibꝫ: et nemo loquebatur ei verbū. Vide
bāt enim dolorem esse vehementem. III

Post hec aperuit iob os suū: et maledi
xit diei suo: et locutus ē. Pereat dies
in qua natus sū: et nox in qua dictū est con-
ceptus est homo. Dies illa vertatur in tene-
bras. Non requirat eū deus desup: et nō il-
lustret lumine. Obscurēt eū tenebre: et vm-
bra mortis. Occupet eū caligo: ⁊ inuoluatur
amaritudine. Noctē illā tenebrosus tur-
bo possideat. Non cōputetur in diebꝫ anni:
nec numeretur in mensibꝫ. Sit nox illa soli-
taria: nec laude digna. Maledicant ei qui
maledicūt diei: qui parati sūt suscitare leui-
athan. Obtenebrentur stelle caligine eius.
Exspectet lucem ⁊ non videat: nec ortū sur
gētis aurore. Quia non conclusit ostia ven
tris qui portauit me: nec abstulit mala ab
oculis meis. Quare non in vulua mortuus
sū. egressus ex utero nō statiȝ perij? Quare
exceptꝰ genibꝫ: cur lactatus vberibꝫ? Nūc
enim dormiens silerē. et somno meo requie-
scerem cū regibꝫ ⁊ ꝯsulibꝫ terre. qui edificāt
sibi solitudines: aut cū principibꝫ qui possi-
dent aurū: et replent domos suas argento.
Aut sicut abortiuū absconditū non subsiste
rem: vel qui concepti nō viderūt lucem. Ibi
impij cessauerūt a tumultu: et ibi requieuerūt
fessi robore: et quondam vincti pariter sine
molestia. Non exaudierūt voceȝ exactoris.
Paruus ⁊ magnus ibi sunt: et seruus liber a
domino suo. Quare misero data est lux. et
vita hijs q̄ in amaritudine anime sūt? Qui
exspectāt mortē ⁊ nō venit: quasi effodiētes
thesaurū: gaudētqꝫ vehemēter cū inuenerint
sepulcrū. Viro cuius abscondita est via: et
circūdedit eū deus tenebris. Anteq̄ꝫ comedā
suspiro. et quasi inundātes aque sic rugitus
meus: q̄ꝛ timor quē timebā euenit michi: ⁊ q̄d
verebar accidit. Nonne dissimulaui? Nōne
silui? Nōne q̄eui? Et venit sup me indignacō.

Respondēs aūt eliphas thema- IIII
nites dixit. Si ceperimus loqui tibi:
forsitan moleste accipies. Sed conceptum
sermoneȝ tenere quis poterit. Ecce docuisti
multos: et manus lassas roborasti. Vacillā-
tes confirmauerunt sermones tui: et genua
tremētia confortasti. Nūc aūt venit super te
plaga ⁊ defecisti: tetigit te ⁊ cōturbatus es.
Timor tuus. fortitudo tua. et paciētia tua: et
ꝑfectio viarū tuarū. Recordare obsecro te.
quis vnq̄ꝫ innocēs perijt: aut quando recti
deleti sūt? Quin potius vidi eos q̄ operantur
iniquitatē ⁊ semināt dolores ⁊ metūt eos flā
te deo perisse: et spiritu ire eius esse ꝯsūptos.
Rugitus leonis ⁊ vox leene: ⁊ dentes catulo-
rū leonū cōtriti sūt. Tigris perijt eo q̄ non
haberet p̄dam: et catuli leonis dissipati sūt.
Porro ad me dictū est verbū absconditū: et
quasi furtiue suscepit auris mea venas susur
rij eius. In horrore visionis nocturne q̄n
solet sopor occupare homines. pauor tenuit
me ⁊ tremor: et om̄ia ossa mea ꝑterrita sūt.
Et cū sp̄us me p̄nte transiret: inhorruerūt pi
li carnis mee. Stetit quidā cuius nō agno-
scebā vultū: imago corā oculis meis: et vocē
quasi aure lenis audiui. Nūquid homo dei
cōparacōe iustificabitur: aut factore suo pu-
rior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non sunt

stabiles: et in angelis suis reperit prauita-
tē. Quāto magis hij qui habitant domos
luteas q̄ terrenū habent fundamentū con-
sumētur velut a tinea: de mane usq; ad vespe
ram succidentur: et quia nullus intelligit in
eternū peribunt. Qui autem reliqui fuerint
auferētur ex eis: morientur et nō in sapientia.
Voca ergo si est qui tibi respon- V
deat: et ad aliquē sanctorū cōuertere.
Virū stultū interficit iracūdia: et paruulum
occidit inuidia. Ego vidi stultū firma radi
ce: et maledixi pulcritudini eius statim. Lō
ge fient filij eius a salute: et conterentur in
porta: et non erit qui eruat. Cuius messem
famelicus comedet: et ipm rapiet armatus:
et bibent sitientes diuicias eius. Nichil in
terra sine causa fit: et de humo nō orietur do-
lor. Homo ad laborem nascitur: et auis ad
volatū. Quāobrem ego depcabor dn̄m: et
ad deū ponam eloquiū meum. Qui facit ma
gna et inscrutibilia: et mirabilia absq; nume
ro. Qui dat pluuiam super faciē terre: et ir-
rigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles
in sublime: et merētes erigit sospitate. Qui
dissipat cogitacōes malignorū: ne possint
implere manus eorū qd̄ ceperāt. Qui appre
hendit sapientes in astutia eorū: et consiliū
prauorū dissipat. Per diem incurrent tene-
bras: et quasi in nocte sic palpabūt in me-
ridie. Porro saluū faciet egenum a gladio
oris eorū: et de manu violenti paupem. Et
erit egeno spes: iniquitas autē otrahet os
suum. Beatus homo qui corripitur a dn̄o.
Increpacōnem ergo dn̄i ne reprobes: qr
ipse vulnerat et medetur: percutit et manus
eius sanabunt. In sex tribulacōnibꝰ libera-
bit te: et in septima non tanget te malū. In
fame eruet te de morte: et in bello de manu
gladij. A flagello lingue absconderis: et
non timebis calamitatē cū venerit. In vasti-
tate et fame ridebis: et bestias terre non for-
midabis. Sed cū lapidibus regionum pa
ctū tuū: et bestie terre pacifice erunt tibi. Et
scies qr pacē habeat tabernaculū tuū: et vi-
sitans speciem tuā non peccabis. Scies q̄
qm̄ multiplex erit semē tuum: et progenies
tua quasi herba terre. Ingredieris in abū-
dātia sepulcrū: sicut infertur aceruus in tē-
pore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus ita ē:
quod auditū mēte pertracta. VI
Respondens autē iob dixit. Vtinā ap-
penderētur peccata meā quibꝰ iram merui:
et calamitas quā patior ī statera: quasi are-
na maris hec grauior apparēt. Vnde et verba
mea dolore sūt plena: quia sagitte dn̄i in me
sūt. quarū indignacō ebibit spiritū meū: et
terrores dn̄i militāt cōtra me. Nunquid ru-
giet onager cū habuerit herbā: aut mugiet
bos cū ante p̄sepe plenū steterit? Aut pote-
rit comedi insulsū: quod nō est sale cōditū?
Aut potest aliquis gustare: quod gustatū
affert mortē? Anime enim esurienti etiā ama-
ra dulcia esse videtur. Que prius nolebat
tangē anima mea: nūc p̄ angustia cibi mei
sūt. Quis det ut veniat petitio mea. et quod
expecto tribuat michi deus: et qui cepit ipe
me conterat? Soluat manū suā et succidat
me: et hec michi sit consolatio ut affligens
me dolore nō parcat: nec contradicam ſmo-
nibus sancti. Que est enim fortitudo mea
ut sustineā: aut quis finis meus ut patiēter
agā? Nec fortitudo lapidū fortitudo mea:
nec caro mea enea ē. Ecce nō est auxiliū mi-
chi in me: et necessarij quoq; mei recesserūt
a me. Qui tollit ab amico suo misericordiā:
timorem dn̄i derelinquit. Fratres mei p̄terie-
rūt me: sicut torrens qui raptim trāsit in cō-
uallibꝰ. Qui timent pruinā: irruet sup eos
nix. Tempore quo fuerint dissipati peribūt:
et ut incaluerint soluētur de loco suo. Inuo-
lute sūt semite gressuū eorū: ambulabūt in
vacuū et peribūt. Considerate semitas the-
man itinera saba: et expectate paulisper. Cō
fusi sunt: quia speraui. Venerunt quoq; usq;
ad me: et pudore cooperti sūt. Nūc venistis:
et modo videntes plagam meā timetis? Nū-
quid dixi afferte michi: et de substantia vr̄a
donate michi: vel liberate me de manu hostis
et de manu robustorū eruite? Docete me et
ego tacebo: et si quid forte ignoraui instrui
te me. Quare detraxistis ſmonibꝰ veritatis:
cū e vobis nullus sit qui possit arguere? Ad
increpandū tantū eloquia concinnatis: et in
ventū verba p̄fertis. Sup pupillū irruitis:
et ſbuertere nitimini amicū vr̄m. Verūtamē
qd̄ cepistis explete. Prebete aurē: et videte

an mentiar. Respondete obsecro absq; con-
tencōe: et loquētes id qd iustū est iudicate.
Et nō inuenietis in lingua mea iniquitatē:
nec in faucibus meis stulticia personabit.

VII

Milicia ē vita hōis sup terrā: ⁊ sicut dies mercenarij dies eius. Sicut
ceruus desiderat umbrā ⁊ sicut mercenarius
pstolatur finē opis sui: sic ⁊ ego habui mē-
ses vacuos: et noctes laboriosas enumera-
ui michi. Si dormiero dico quādo ɔsurgā:
et rursū exspectabo vesperā: et replebor dolo-
ribꝰ usq; ad tenebras. Induta est caro mea
putredine ⁊ sordibꝰ pulueris: cutis mea a-
ruit ⁊ contracta est. Dies mei velocius trans-
ierūt q̄ a texente tela succiditur: et ɔsumpti
sunt absq; ulla spe. Memento q2 ventus est
vita mea: et nō reuertetur oclus meus ut vi-
deat bona: nec aspiciet me visus hōis. Oculi
tui in me: et non subsistam. Sicut ɔsumitur
nubes ⁊ ptransit: sic qui descenderit ad infe-
ros nō ascendet: nec reuertetur ultra in do-
mū suā: neq; ɔgnoscet eum amplius locus
eius. Quapropter ⁊ ego non parcam ori
meo: loquar in tribulacōne spūs mei: ɔfa-
bulabor cū amaritudine anime mee. Nūquid
mare ego sū aut cetus: q2 circundedisti me
carcere? Si dixero ɔsolabitur me lectulus
meus ⁊ reuelabor loquens mecum in stratu
meo: terrebis me p sompnia: ⁊ p visiones hor-
rore concuties. Quamobrem elegit suspen-
diū anima mea: et mortem ossa mea. Despe-
raui. Nequaq̄ ultra iam viuā. Parce michi:
nichil enim sūt dies mei. Quid est homo q2
magnificas eū: aut quid apponis erga eū
cor tuū? Visitas eū diluculo: et sbito pbas
illū. Usq; quo nō parcis michi: nec dimittis
me ut glutiā saliuā meam? Peccaui. Quid
faciā tibi o custos hominū? Quare posuisti
me contrariū tibi: ⁊ factus sū michimetipsi
grauis? Cur nō tollis peccatū meū: et quare
nō aufers iniq̄tatē meā? Ecce nūc in puluē
dormiā: et si mane me quesieris nō subsistā.

VIII

Respondens aūt baldath suites dixit. Usq; quo loqueris talia: et
spūs multiplex sermonis oris tui? Nūquid
deus supplantat iudiciū: aut omīpotens sb-
uertit quod iustū est? Etiam si filij tui pecca-
uerūt ei et dimisit eos i manu iniq̄tatis sue:
tu tamē si diluculo ɔsurrexeris ad deum et
omnipotentē fueris depcatus: si mundus et
rectus incesseris statim euigilabit ad te: et
pacatū reddet habitaculū iusticie tue: inta-
tū ut si priora tua fuerit parua: ⁊ nouissima
tua multiplicētur nimis. Interroga eni gn̄a-
tionē pristinā: ⁊ diligēter inuestiga patrum
memoriā: hesterni quippe sumus ⁊ ignora-
mus. qm̄ sicut umbra dies nostri sūt sup terrā:
et ipsi docebūt te. Loquētur tibi: et de corde
suo pferent eloquia. Nunquid virere po-
test scirpus absq; humore: aut crescere care-
ctū sine aqua? Cū adhuc sit in flore nec car-
patur manu ante omnes herbas arescit: sic
vie omniū qui obliuiscuntur deū: et spes ypo-
crite peribit. Nō ei placebit vecordia sua:
sicut tela aranearū fiducia eius. Innitetur
sup domū suā ⁊ non stabit: fulciet eam ⁊ non
consurget. Humectus videtur anteq̄ veniat
sol: et in ortu suo germē eiꝰ egredietur. Sup
aceruū petrarū radices eius densabūtur: et
inter lapides ɔmorabitur. Si absorbuerit
eū de loco suo: negabit eum ⁊ dicet. Non
noui te. Hec est enim leticia vie eius: ut
rursum de terra alij germinentur. Deus non
proiciet simplicem: nec porriget manū mali-
gnis: donec impleatur risu os tuum: et labia
tua iubilo. Qui oderūt te induentur ɔfusiōe:
et tabernaculū impiorū nō subsistet.

IX

Et respondēs iob ait. Vere scio q̄ ita
sit: et q̄ nō iustificetur hō ɔpositus deo.
Si voluerit contendere cū eo: non poterit
respondere ei vnū p mille. Sapiens corde
est: et fortis robore. Quis restitit ei: et pacē
habuit? Qui transtulit montes: et nescierūt
hij quos subuertit in furore suo. Qui ɔmo-
uet terram de loco suo: et columne eius ɔcu-
tiuntur. Qui pcipit soli ⁊ nō oritur: et stellas
claudit quasi sub signaculo. Qui extendit
celos solus: et graditur sup fluctus maris.
Qui facit arcturum ⁊ oriona ⁊ hyadas: et
interiora austri. Qui facit magna ⁊ incom-
phensibilia: et mirabilia quorū nō ē numerus.
Si venerit ad me nō videbo eū: si abierit nō
intelligā. Si repēte interroget: quis respō-
debit ei? Uel quis dicere potest cur facis?
Deus cuius ire nemo resistere potest: et sub
quo curuātur qui portant orbem. Quantus

ergo sum ego ut respondeam ei: et loquar
verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero
quippiam iustū non respondebo. sed meum
iudicē deprecabor. Et cū invocantē me exau-
dierit: non credo q audierit vocem meam.
In turbine enim conteret me: et multiplica-
bit vulnera mea etiam sine causa. Non con-
cedit requiescere spūm meū: et implet me a-
maritudinibus. Si fortitudo queritur: robu-
stissimus est. Si equitas iudicij: nemo au-
det pro me testimoniū dicere. Si iustifica-
re me voluero: os meū condēnabit me. Si
innocentē ostendero: pravū me cōproba-
bit. Etiam si simplex fuero. hoc ipsū ignora-
bit anima mea: et tedebit me vite mee. Unū
est qd locutus sum: et innocentē et impiū ipse
consumit. Si flagellat occidat semel: et nō
de penis innocentū rideat. Terra data est
in manus impij: vultū iudicum eius operit.
Quod si nō ille ē. quis ergo est? Dies mei
velociores fuerūt cursore: fugerūt et non vi-
derūt bonū. Pertransierūt quasi naves po-
ma portantes: sicut aquila volans ad escam.
Cum dixero nequaquā ita loquar. commuto
faciem meā: et dolore torqueor. Verebar
omnia opa mea: sciens q non parceres de-
linquēti. Si autē et sic impius sū. quare fru-
stra laboravi? Si lotus fuero quasi aquis
nivis. et fulserint velut mundissime manus
mee: tamen sordibus intingues me: et abomi
nabuntur me vestimēta mea. Neqz enim vi
ro qui similis mei est respondebo: nec qui
mecū in iudicio ex equo possit audiri. Nō
est qui utrūqz valeat arguē: et ponē manū
suā in ambobus. Auferat a me virgam suā: et
pavor eius nō me terreat. Loquar: et nō ti-
mebo eū. Neqz enī possū metuēs respōdere.

X

Tedet animā meā vite mee: di-
mittā adversū me eloquiū meū. Loq̄r
in amaritudine anime mee: dicam deo: noli
me condemnare. Indica michi: cur me ita iu-
dices. Nūquid bonū tibi videtur si calūnie-
ris et opprimas me. opus manuum tuarum:
et consiliū impiorū adiuves? Nūquid ocu-
li carnei tibi sunt. aut sicut videt homo et tu
videbis? Nūquid sicut dies hominis dies
tui. et anni tui sicut humana sunt tempora: ut
queras iniquitatē meam et peccatum meum
scruteris? Et scias q nichil impiū fecerim.
cū sit nemo q de manu tua possit eruere. Ma
nus tue fecerūt me et plasmaverunt me totū
in circuitu: et sic repente precipitas me. Me
mento queso qd sicut lutum feceris me: et in
pulverē reduces me. Nonne sicut lac mul-
sisti me. et sicut caseū me coagulasti? Pelle et
carnibus vestisti me: ossibus et nervis compe-
gisti me. Vitam et misericordiā tribuisti mi-
chi: et visitacō tua custodivit spiritū meū. Li
cet hec celes in corde tuo: tamē scio q univ-
sorū memineris. Si peccavi et ad horam pep
cisti michi: cur ab iniquitate mea mūdū me
esse nō pateris? Et si impius fuero ve michi
est: et si iustus non levabo caput: saturatus
afflictione et miseria. Et pter superbiā quasi
leena capies me: reversusqz mirabiliter me
crucias. Instauras testes tuos contra me: et
multiplicas iram tuā adversū me: et pene mi
litant in me. Quare de vulva eduxisti me?
Qui utinam consūptus essem: ne oculus me
videret. Fuissem quasi q non essem: de utero
translatus ad tumulū. Nūquid nō paucitas
dierū meorū finietur brevi? Dimitte ergo me
ut plangā paululū dolorem meū antequā va
dam et non revertar ad terrā tenebrosam et
optam mortis caligine: terrā miserie et tene
brarū: ubi umbra mortis et nullus ordo. sed
sempiternus horror inhabitās.

XI

Respondens aūt sophar naamathites
dixit. Nūquid q multa loquitur nō audiet: aū
vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebūt
homines: et cū ceteros irriseris a nullo con-
futaberis? Dixisti enim. Purus ē sermo meus:
et mūdus sū in cōspectu tuo. Atqz utinā deus
loqueretur tecū et aperiret labia sua tibi: ut
ostenderet tibi secreta sapientie et q multi-
plex esset lex eius: et intelligeres q multo
minora exigaris ab eo quā meretur iniquitas
tua. Forsitan vestigia dei comprehendes: et
usqz ad pfectū omnipotentē reperies? Excel-
sior celo est. et qd facies? Profundior infer
no: et unde cognosces? Longior terra mē-
sura eius: et latior mari. Si subverterit omia
vel in unū coartaverit quis contradicet ei:
vel quis dicere ei potest cur ita facis? Ipse
enim novit hominū vanitatē: et videns in-
iquitatem nonne considerat? Vir vanus in

ſupbiam erigitur: et tanꝗ̄ pullū onagri ſe
liberū natū putat. Tu aūt firmaſti cor tuū:
et expandiſti ad eū manus tuas. Si iniqui=
tatem que eſt in manu tua abſtuleris a te ⁊
non manſerit in tabernaculo tuo iniuſticia:
tūc leuare poteris faciem tuā abſqꝫ macula:
et eris ſtabilis ⁊ nō timebis. Miſerie qꝫ ob=
liuiſceris: et quaſi aquarū q̄ pterierunt non
recordaberis: et quaſi meridianus fulgor
conſurget tibi ad veſperā. Et cū te ↄſumptū
putaueris orieris ut lucifer: et habebis fi=
duciā ꝓpoſita tibi ſpe: ⁊ defoſſus ſecurus dor
mies. Requieſces ⁊ nō erit qui te exterreat:
et dep̄cabūtur faciē tuā plurimi. Oculi autē
impiorꝫ deficient: et effugiū pibit ab eis: et
ſpes illorꝫ abominaciō anime. XII

Respondēs autem iob dixit. Ergo vos
eſtis ſoli homines: et vobiſcū orietur ſapiē=
tia? Et michi eſt cor ſicut ⁊ vobis: nec infe=
rior veſtri ſū. Quis enim hec q̄ noſtis igno=
rat? Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego:
inuocabit deū ⁊ exaudiet eū. Deridetur enim
iuſti ſimplicitas: lāpas cōtempta apud co=
gitacōnes diuitū: parata ad tempus ſtatu=
tū. Abūdant tabernacula p̄donū: et auda=
cter ꝓuocant deū: cū ipe dederit oīa in ma
nus eorꝫ. Nimirū interrogā iumenta ⁊ do=
cebunt te: ⁊ volatilia celi ⁊ indicabunt tibi.
Loquere terre ⁊ rn̄debit tibi: ⁊ narrabūt pi=
ſces maris. Quis ignorat ꝙ oīa hec ma=
nus dn̄i fecit? In cuius manu anima omnis
viuētis: et ſpūs vniuerſe carnis hoīs. Non=
ne auris verba diiudicat: ⁊ fauces ↄmedētis
ſaporē? In antiquis eſt ſapiētia: et in multo
tempore prudentia. Apud ipm̄ eſt ſapiētia
et fortitudo: et ipſe habet conſiliū ⁊ intelli=
gentiā. Si deſtruxerit nemo ē qui edificet:
ſi incluſerit hominē nullus ē qui apiat. Si
continuerit aquas oīa ſiccabūtur: ſi emiſe
rit eas ſubuertēt terrā. Apud ipm̄ eſt forti
tudo ⁊ ſapiētia. Ipſe nouit ⁊ decipientem: et
eū qui decipitur. Adducit ↄſiliarios in ſtul=
tū finē: et iudices in ſtuporē. Balthēū regum
diſſoluit: et p̄cingit fune renes eorꝫ. Ducit
ſacerdotes inglorios: et optimates ſupplā=
tat. Cōmutans labiū veraciū: ⁊ doctrinā ſe=
nū auferēs. Effundit deſpectōem ſup prin=
cipes: et eos qui oppreſſi fuerant releuans.

Qui reuelat ꝓfunda de tenebris: et ꝓducit
in lucē umbrā mortis. Qui multiplicat gen
tes ⁊ pdit eas: et ſubuiſas in integrū reſtitu=
it. Qui immutat cor principū populi terre:
et decipit eos ut fruſtra incedāt per inuium.
Palpabūt quaſi in tenebris ⁊ nō in luce: et
errare eos faciet quaſi ebrios. VIII

Ecce oīa hec vidit oculus meus ⁊ au
diuit auris mea: et intellexi ſingula. Scd̄m
ſcientiā vr̄am ⁊ ego noui: nec inferior vr̄i ſū.
Sed tamē ad oīpotentē loquar: et diſpu=
tare cū deo cupio: prius vos oſtendēs fabri
catores mēdacij ⁊ cultores puerſorꝫ dogma
tū. Atqꝫ vtinā taceretis: ut putaremini eſſe
ſapiētes. Audite ergo correpcōnes meas:
et iudiciū labiorꝫ meorꝫ attēdite. Nunquid
deus indiget veſtro mendacio: ut ꝓ illo lo=
quamini dolos? Nunquid faciē eius accipi=
tis: et ꝓ deo iudicare nitimini? Aut placebit
ei quē celare nichil poteſt: aut decipietur ut
homo veſtris fraudulētijs? Ipſe vos argu=
et: quoniā in abſcondito faciē eius accipitis.
Statim ut ſe ↄmouerit turbabit vos: et ter=
ror eius irruet ſup vos. Memoria veſtra cō=
parabitur cineri: et redigētur ī lutū ceruices
veſtre. Tacete paulisp: ut loquar quodcūqꝫ
michi mens ſuggeſſerit. Quare lacero car=
nes meas dentibꝰ meis: et animā meā porto
in manibꝰ meis? Etiā ſi occiderit me: in ipſo
ſperabo. Verūtamē vias meas ī conſpectu
eius arguā: et ipſe erit ſaluator meus. Non
enī veniet in conſpectu eius oīs ypocrita.
Audite ſermonē meū: et enigmata pcipite
auribꝰ veſtris. Si fuero iudicatus: ſcio ꝙ iu=
ſtus inueniar. Quis eſt qui iudicetur mecū?
Veniat. Quare tacēs conſumor? Duo tātū
ne facias michi: et tūc a facie tua nō abſcon
dar. Manū tuā longe fac a me: et formido
tua non me terreat. Voca me ⁊ rn̄debo tibi:
aut certe loquar: et tu rn̄de michi. Quātas
habeo iniquitates ⁊ pccā: ſcelera mea ⁊ deli=
cta oſtēde michi? Cur faciē tuā abſcondis:
et arbitraris me inimicū tuū. Cōtra foliū qḋ
vento rapitur oſtendis potētiā tuā: et ſtipu=
lam ſiccam perſequeris. Scribis enim con=
tra me amaritudines: et conſumere me vis
peccatis adoleſcentie mee. Poſuiſti in ner=
uo pedem meū: ⁊ obſeruaſti oēs ſemitas

meas⁊ veſtigia pedum meoꝝ conſideraſti.
Qui quaſi putredo ɔſumēdus ſū: et quaſi
veſtimentū quod comeditur a tinea. Homo
natus de muliere breui viuens tēpore: reple
tur multis miſerijs. Qui quaſi flos egredi
tur ⁊ conteritur: et fugit velut umbra: et nun
q̄ in eodē ſtatu pmanet. Et dignum ducis
ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos: et
adducere eū tecū in iudiciū? Quis poteſt
facere mūdum de immūdo ɔceptū ſemine?
Nonne tu qui ſolus es? XIIII

Breues dies hominis ſūt: numerus mē
ſiū eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos
eius qui preteriri non poterūt. Recede pau
lulū ab eo ut quieſcat: donec optata veniat
ſicut mercennarij dies eius. Lignum habet
ſpem. Si preciſum fuerit rurſum vireſcit: et
rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra ra
dix eius ⁊ in puluere emortuus fuerit trun
cus illius: ad odorem aque germinabit:
et faciet comā quaſi cū primū plantatū eſt.
Homo vero cum mortuus fuerit ⁊ nudatus
atq; ɔſūptus: ubi queſo eſt? Quomō ſi rece
dant aque de mari ⁊ fluuius vacuefactus
areſcat: ſic homo cū dormierit non reſurget.
Donec atteratur celum non euigilabit: nec
conſurget de ſomno ſuo. Quis michi hoc
tribuat ut in inferno ꝓtegas me ⁊ abſcon
das me donec ptranſeat furor tuus: ⁊ ɔſtitu
as michi tēpus in quo recorderis mei? Pu
tāſne mortuus homo rurſū viuet? Cūctis di
ebus quib; nūc milito: expecto donec veni
at immutacō mea. Vocabis me: et ego re
ſpondebo tibi. Operi manuū tuarū porriges
dexterā. Tu quidē greſſus meos dinumera
ſti: ſꝫ parce peccatis meis. Signaſti quaſi in
ſacculo delicta mea: ſꝫ curaſti iniq̄tatē meā.
Mons cadens defluit: et ſaxum transfertur
de loco ſuo. Lapides excauant aque: et allu
uione paulatim terra conſumitur: et homīes
ergo ſimiliter pdes. Roboraſti eū paululū:
ut in ꝑpetuū trāſiret. Immutabis faciē eius:
et emittes eum. Siue nobiles fuerint filij
eius ſiue ignobiles: nō intelliget. Attamē
caro eius dum viuet dolebit: et anima illius
ſuper ſemetipſo lugebit. XV

Reſpondens autē eliphaz themanites
dixit. Nunquid ſapiens rūdebit quaſi in
ventū loquens: et implebit ardore ſtoma
chū ſuū? Arguis verbis eū qui nō eſt equa
lis tui: et loq̄ris qđ tibi nō expedit. Quantū
in te ē euacuaſti timorē: et tuliſti pces corā
deo. Docuit enī iniquitas tua os tuū: et imi
taris linguā blaſphemātiū. Condēnabit te
os tuū ⁊ nō ego: et labia tua rūdebunt tibi.
Nunquid primus homo tu natus es ⁊ ante
colles formatus? Nunquid ɔſiliū dei audi
ſti: et inferior te erit eius ſapientia? Quid
noſti qđ ignoremus: quid intelligis quod
neſciamus? Et ſenes ⁊ antiqui ſūt in nobis:
multo vetuſtiores quā patres tui. Nunquid
grande eſt ut ɔſoletur te deus? Sed verba
tua praua hoc ꝓhibent. Quid te eleuat cor
tuū: et quaſi magna cogitans attonitos ha
bes oculos? Quid tumet contra deum ſpūs
tuus ut ꝓferas de ore tuo huiuſcemodi ſer
mones? Quid eſt homo ut immaculatus ſit.
et ut iuſtꝰ appareat natus de muliere? Ecce
inter ſanctos eius nemo immutabilis ⁊ ce
li non ſūt mūdi in ɔſpectu eius: quanto ma
gis abominabilis ⁊ inutilis homo qui bibit
quaſi aquā iniquitatē. Oſtendam tibi audi
me: quod vidi narrabo tibi. Sapientes cō
fitentur: et nō abſcondūt patres ſuos. Quib;
ſolis data eſt terra: et non tranſiuit alienus
per eos. Cunctis dieb; ſuis impius ſupbit:
et numerus annoꝝ incertus eſt tyrannidis
eius. Sonitus terroris ſemp in aurib; illi
us: et cū pax ſit ille ſemp inſidias ſuſpicatur.
Non credit q̄ reuerti poſſit de tenebris ad
lucē circūſpectās vndiq; gladiū: cū ſe mo
uerit ad querendum panem. Nouit q̄ pa
ratus ſit in manu eius tenebrarū dies. Ter
rebit eū tribulatio: et anguſtia vallabit eū
ſicut regē qui ꝑparatur ad ꝑliū. Tetendit
adūſus deū manū ſuā: et contra omīpotentē
roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eū erecto
collo: et pingui ceruice armatus ē. Operuit
faciem eius craſſitudo: et de lateribus eius
aruina dependet. Habitauit in ciuitatib; de
ſolatis: et in domib; deſertis que in tumulos
ſunt redacte. Non ditabitur nec perſeuera
bit ſubſtātia eius: nec mittet in terram radi
cem ſuā. Non recedet de tenebris. Ramos
eius areſaciet flamma: et auferetur ſpū oris
eius. Non credet fruſtra errore deceptus:

ꝗ aliquo ꝑcio redimēdus fit. Anteꝗ̄ dies eius impleātur ꝑibit: ⁊ manus eius arescēt. Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius: ⁊ quasi oliua ꝓiciēs florē suū. Cōgregatio enim ypocrite sterilis: ⁊ ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui munera libēter accipiūt. Concepit dolorē ⁊ peperit iniquitatem: et uterus eius ꝑparat dolos. XVI

Respondēs autē iob dixit. Audiui frequenter talia. Consolatores onerosi oēs vos estis. Nūquid habebūt finē verba ventosa? Aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poterā ⁊ ego similia vr̄i loqui. Atqꝫ vtinā esset anima vestra ꝓ anima mea. Consolarer ⁊ ego vos sermonibꝫ: et mouerem caput meū sup vos. Roborarē vos ore meo: et mouerē labia mea quasi parcēs vobis. Sed quid agā? Si locutus fuero, non quiescit dolor meus: ⁊ si tacuero non recedet a me. Nunc autē oppressit me dolor meus: ⁊ in nichilū redacti sunt oēs artus mei. Ruge mee testimoniū dicūt contra me: ⁊ suscitatur falsiloquus aduersus faciē meā ꝯtra dicens michi. Collegit furorem suū in me: ⁊ comminans michi infremuit ꝯtra me dētibꝫ suis. Hostis meus terribilibꝫ oculis me intuitus est. Aperuerūt sup me ora sua: et exprobrantes ꝑcusserūt maxillam meā: satiati sunt penis meis. Conclusit me deus apud iniquū: et manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondā opulētus repente ꝯtritus sum: tenuit ceruicem meā. Confregit me: et posuit sibi quasi in signū. Circūdedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos. Nō pepcit: et effudit in terra viscera mea. Conscidit me vulnere sup vulnus: irruit in me quasi gygas. Saccū consui sup cutē meā: et operui cinere carnē meā. Facies mea intumuit fletu: et palpebre mee caligauerunt. Hec passus sum absqꝫ iniquitate manus mee: cū haberē mundas ad deū ꝑces. Terra ne opias sanguinē meum: neqꝫ inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in celo testis meus: et conscius meus in excelsis. Verbosi amici mei: ad deū stillat ocul9 meus. Atqꝫ vtinā si iudicaretur vir cū deo: quomodo iudicatur filius hominis cū collega suo. Ecce enim breues anni transeunt: et semitā ꝑ quā nō reuertar ābulo. XVII

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solū michi supest sepulcrū. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me ⁊ pone me iuxta te: et cuiuſuis manus pugnet ꝯtra me. Cor eoꝝ longe fecisti a disciplina: ꝓpterea non exaltabūtur. Predam pollicetur sociis: et oculi filioꝝ eius deficient. Posuit me q̄si in ꝓuerbiū vulgi: et exemplū sum corā eis. Caligauit ad indignacōem oculus meus: et membra mea quasi ī nichilū redacta sūt. Stupebant iusti sup hoc: et innocēs contra ypocritā suscitabitur. Et tenebit iustus viā suam: et mundus manibus addet fortitudinem. Igitur oēs vos cōuertimini ⁊ venite: et non inueniam in vobis ullū sapientē. Dies mei transierūt: cogitacōes mee dissipate sūt torquētes cor meū. Noctē verterūt in diem: ⁊ rursū post tenebras spero lucē. Si sustinuero infernus domus mea ē: et in tenebris straui lectulum meū. Putredini dixi pater meus es: mater mea ⁊ soror mea vermibus. Vbi est ergo nūc ꝑstolacō mea: et paciētiam meam quis considerat. In ꝓfundissimū infernum descendent omnia mea. Putasne saltem ibi erit requies michi? XVIII

Respondens autē baldad suites dixit. Vsqꝫ ad quē finē verba iactabis? Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumēta: et sorduimus corā te? Qui ꝑdis animā tuam in furore tuo. Nūquid ꝓpter te derelinquet terra. Et trāsferētur rupes de loco suo? Nōne lux impii extinguetur: nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna que sup eū est extinguetur. Artabūtur gressus virtutis eius: et ꝑcipitabit eum consiliū suū. Immisit enī in rete pedes suos: et in maculis eius ambulat. Tenebitur plāta illius laqueo: et exardescet cōtra eū sitis. Abscōdita ē in terra pedica eius: et decipula illius super semitam. Vndiqꝫ terrebunt eū formidines: et inuoluēt pedes eius. Attenuetur fame robur eius: et inedia inuadat costas illius. Deuoret pulcritudinem cutis eius: et consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo

fiducia eius: et calcet sup eū quasi rex interi
tus. Habitēt in tabernaculo illius socij eius
qui nō est: aspgatur in tabnaculo eius sul=
phur. Deorsū radices eius siccentur: sursū
autē atteratur messis eius. Memoria illius
pereat de terra: et nō celebretur nomē eius
in plateis. Expellet eū de luce in tenebras:
et de orbe transferet eū. Non erit semen eius
neqȝ progenies in populo suo: nec ulle re=
liquie in regionibꝫ eius. In die eius stupe=
būt novissimi: et pͥmos invadet horror. Hec
sūt ergo tabnacl'a iniqui: et iste locus eius
qui ignorat deū.

XIX

Respondēs autem iob dixit. Usquequo affligitis
animā meā: et atteritis me sermonibus? En
decies ↄfunditis me: et nō erubescitis opprī=
mentes me. Nempe et si ignoravi: mecū erit
ignorantia mea. At vos contra me erigimi=
ni: et arguitis me opprobrijs meis. Saltem
nūc intelligite quia deus non equo iudicio
afflixerit me: et flagellis suis me cinxerit.
Ecce clamabo vim patiens et nemo audiet:
vociferabor: et nō est qui iudicet. Semitā
meā circumsepsit et transire non possum: et in
calle meo tenebras posuit. Spoliavit me
gloria mea: et abstulit coronā de capite me=
o. Destruxit me undiqȝ et pereo: et quasi e=
vulse arboris abstulit spem meā. Iratus est
contra me furor eius: et sic me habuit quasi
hostem suū. Simul venerūt latrones eius:
et fecerūt sibi viam per me: et obsederunt in
gyro tabernaclm meū. Fratres meos longe
fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserūt
a me. Dereliquerunt me ꝓpinqui mei: et qui
me noverāt obliti sūt mei. Inquilini domus
mee et ancille mee sicut alienū habuerūt me:
et quasi peregrinus fui in oculis eoꝝ. Ser=
vū meū vocavi et nō respondit: ore ꝓprio de=
precabar illū. Halitum meū exhorruit uxor
mea: et orabam filios uteri mei. Stulti quoqȝ de
spiciebant me: et cū ab eis recessissem detra=
hebant michi. Abominati sunt me quondā
consiliarij mei: et quem maxime diligebam
aversatus est me. Pelli mee consūptis car=
nibus adhesit os meū: et derelicta sunt tan=
tummodo labia circa dentes meos. Misere=
mini mei miseremini mei saltē vos amici mei:
quia manus dn̄i tetigit me. Quare psequi=
mini me sicut deus: et carnibꝫ meis saturamini?
Quis michi tribuat ut scribātur sermones
mei? Quis michi det ut exarentur in libro
stilo ferreo et plūbi lamina: vel certe sculpā=
tur in silice? Scio enim quod redemptor meus
vivat: et in novissimo die de terra surrecturus
sim. Et rursū circūdabor pelle mea: et in car=
ne mea videbo deū. Quem visurus sū ego=
ipse: et oculi mei cōspecturi sūt: et non alius.
Reposita est hec spes mea in sinu meo. Qua
re ergo nūc dicitis psequamur eū: et radicē
verbi inveniamus contra eū? Fugite ergo
a facie gladij: quoniam ultor iniquitatum
gladius est: et scitote esse iudicium.

XX

Respondens aūt sophar naamathites
dixit. Idcirco cogitacōnes mee varie
succedūt sibi: et mēs in diversa rapitur. Do=
ctrinā qua me arguis audiā: et spūs intelli
gentie mee rn̄debit michi. Hoc scio a prin=
cipio ex quo est positus homo sup terrā: quod
laus impioꝝ brevis sit: et gaudiū ypocrite
ad instar pūcti. Si ascenderit usqȝ ad celū
supbia eius. et caput eius nubes tetigerit:
quasi sterquilīniū in fine pdetur: et qui eum
viderant dicent. Ubi est? Velut somniū
avolās nō invenietur: trāsiet sicut visio noctur
na. Oculus qui eū viderat nō videbit: neqȝ
ultra intuebitur eū locus suus. Filij eius at=
terētur egestate: et manus illius reddent ei
dolorem suū. Ossa eius implebūtur vicijs a
dolescentie eius: et cū eo in pulvere dormient.
Cum enim dulce fuerit in ore eius malū: ab=
scondit illud sub lingua sua. Parcet illi et nō
derelinquet illud: et celabit in gutture suo.
Panis eius in utero illius vertetur in fel aspi=
dum intrinsecus. Divitias quas devoravit
evomet: et de vētre illius extrahet eas deus.
Caput aspidum suget: et occidet eum lin=
gua vipere. Non videat rivulos fluminis
torrentis: mellis et butiri. Luet que fecit omnia:
nec tamē cōsumetur. Iuxta multitudinē ad=
inventionū suarū sic et sustinebit: quoniam confrin=
gens nudavit pauperis domū: rapuit et non
edificavit eam. nec est satiatus venter eius.
Et cū habuerit que concupierat: possidere
non poterit. Non remansit de cibo eius: et
ꝓpterea nichil pmanebit de bonis eius. Cū
satiatus fuerit artabitur: estuabit: et omnis

dolor irruet sup eū. Utinā impleatur venter
eius ut emittat in eū irā furoris sui: et pluat
sup illū bellū suū. Fugiet arma ferrea ⁊ irru-
et in arcū ereū: eductus ⁊ egrediēs de vagi
na sua: et fulgurās in amaritudine sua. Va-
dent ⁊ venient sup eum horribiles: omes te-
nebre absconditе sunt in occultis eius. De-
vorabit eū ignis qui non succenditur: affli-
getur relictus ī tabernaculo suo. Revelabūt
celi iniquitatē eius: ⁊ terra ꝯsurget adūsus
eum. Apertum erit germen domus illius: de
trahetur ī die furoris dei. Hec est pars hoīs
impij a deo: et hereditas vboꝝ eius a dño.

Respondens aūt iob dixit. XXI

Audite queso sermones meos: et agi
te penitētiā. Sustinete me ut ⁊ ego loquar:
et post mea si videbitur verba ridete. Nūq̄d
contra hominē disputacō mea est. ut merito
non debeam contristari? Attēdite me ⁊ ob-
stupescite: et supponite digitū ori vestro. Et
ego quando recordatus fuero ptimesco: ⁊
concutit carnem meā tremor. Quare ergo
impij vivūt: sublevati sūt. ꝯfortatiq3 diviciis?
Semē eoꝝ pmanet coram eis: ꝓpinquoꝝ
turba ⁊ nepotū in ꝯspectu eoꝝ. Domus eoꝝ
secure sunt ⁊ pacate: et non est virga dei sup
illos. Bos eoꝝ concepit et non abortivit:
vacca pepit ⁊ non est ꝑvata fetu suo. Egre-
diūtur quasi greges parvuli eoꝝ: et infan
tes eoꝝ exultāt lusib9. Tenēt tympanū et
cytharam: et gaudēt ad sonitū organi. Du-
cunt in bonis dies suos: et ī pūcto ad infer
nū descendunt. Qui dixerunt deo recede a
nobis: et sciētiā viarū tuarū nolumus. Quis
est omipotens ut serviamus ei? Et quid no
bis ꝓdest si oraverimus illū? Verūtamen
quia nō sūt in manu eorū bona sua: consiliū
impiorū longe sit a me. Quotiens lucerna
impiorū extinguetur: et superveniet eis inun-
datio: et dolores dividet furoris sui. Erunt
sicut palee ante faciem venti: et sicut favilla
quam turbo dispgit. Deus servabit filijs illi
us dolorē patris: et cū reddiderit tūc sciet.
Videbūt oculi eius interfectōem suā: et de
furore omipotentis bibet. Quid enī ad eū
pertinet de domo sua post se? Et si numerus
mensiū eius dimidietur? Numquid deū do-
cebit quispiā scientiā qui excelsos iudicat?
Iste moritur robustus ⁊ sanus dives ⁊ felix:
viscera eius plena sunt adipe: et medullis
ossa illius irrigātur. Alius vero moritur in
amaritudine anime sue absq3 ullis opibus:
et tamē simul in pulvere dormiēt: et vermes
operient eos. Certe novi cogitacōes vr̄as:
et sententias contra me iniquas. Dicitis eni.
Ubi est domus pn̄cipis: et ubi tabernacula
impiorū? Interrogate quēlib3 de viatorib9:
et hec eadē illū intelligē ꝯgnoscetis. Quia
in diē pditionis servatur malus: et ad diem
furoris ducetur. Quis arguet corā eo vias
eius: et que fecit quis reddet illi? Ipse ad
sepulcra ducetur: et in congerie mortuorum
vigilabit. Dulcis fuit glaries cocyti: et post
se omem hoīem trahet: et ante se innumera-
biles. Quō igitur consolamini me frustra: cū
respōsio vestra repugnare ostēsa sit veritati?

Respondēs aūt eliphas XXII

themanites dixit. Nunquid deo potest
ꝯparari homo: etiā cū pfecte fuerit sciencie?
Quid ꝓdest deo si iustus fueris: aut quid ei
confers si immaculata fuerit vita tua? Nu-
quid timens arguet te. et veniet tecū in iudi-
ciū: et non ꝓpter maliciā tuā plurimā ⁊ infi-
nitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pi-
gnus fratrū tuorū sine causa: et nudos spoli
asti vestib9. Aquā lasso nō dedisti: et esuriēti
subtraxisti panē. In fortitudine brachij tui
possidebas terrā: et potētissimus obtinebas
eam. Viduas dimisisti vacuas: et lacertos
pupillorū ꝯminuisti. Propterea circūdatus
es laqueis: et conturbat te formido subita.
Et putabas te tenebras non visurū: et impe
tu aquarū inundantiū nō oppressum iri. An
cogitas q᷑ deus excelsior celo sit. et sup stel-
larū verticē sublimetur? Et dicis. Quid enim
novit deus? Et quasi p caliginē iudicat. Nu
bes latibulū eius: nec nr̄a considerat: et circa
cardines celi pābulat. Nūq̄d semitā secloꝝ
custodire cupis quā calcaverūt viri iniqui? q
sublati sunt ante tempus suū: et flumius sub
vertit fundamentū eoꝝ? Qui dicebant deo
recede a nobis: et quasi nichil possit facere
omipotens. estimabāt eū: cū ille implesset do-
mos eoꝝ bonis. Quorū sententia ꝓcul sit a
me. Videbūt iusti ⁊ letabūtur: et innocens
subsannabit eos. Nonne succisa ē erectio

eoꝝ: et reliquias eorum deuorauit ignis?
Acquiesce igitur ei ⁊ habeto pacem: et per
hec habebis fructus optimos. Suscipe ex
ore illius legem: et pone sermones eius in
corde tuo. Si reuersus fueris ad omīpotē-
tem edificaberis: et longe facies iniquitatē
a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem:
et pro silice torrentes aureos. Eritq; omni-
potens contra hostes tuos: et argentū coa-
ceruabitur tibi. Tūc sup omīpotentē delicijs
afflues: ⁊ eleuabis ad deū faciem tuam. Ro-
gabis eū ⁊ exaudiet te: et vota tua reddes.
Decernes rem ⁊ veniet tibi: et in vijs tuis
splendebit lumen. Qui enim humiliatus fu-
erit erit in gloria: et qui inclinauerit oculos
ipse saluabitur. Saluabitur innocēs: salua
bitur aūt mūdicia manuū suarū. XXIII

Respondens aūt iob ait. Nūc quoq;
in amaritudine est sermo meus: et ma
nus plage mee aggrauata est sup gemitū
meū. Quis michi tribuat ut cognoscam et
inueniā illū: et veniā usq; ad soliū eius? Po-
nam coram eo iudiciū. et os meū replebo in-
crepacōibus: ut sciam verba que michi re-
spondeat: et intelligā quid loquatur michi.
Nolo multa fortitudine contendat mecum:
nec magnitudinis sue mole me pmat. Pro
ponat equitatē contra me: et pueniet ad vi-
ctoriā iudiciū meū. Si ad orientē iero non
apparet: si ad occidentē non intelligam eū.
Si ad sinistrā quid agam? Non apprehen-
dam eū. Si me vertā ad dexterā: non vide-
bo illum. Ipse vero scit viam meā: et ꝓbabit
me quasi aurū quod per ignē transit. Ve-
stigia eius secutus est pes meus: viam eius
custodiui: et nō declinaui ex ea. A mandatis
labioꝝ eius nō recessi: et in sinu meo abscō
di verba oris eius. Ipse enim solus est: et ne-
mo auertere potest cogitacōnem eius: et
anima eius qđcūq; voluit hoc fecit. Cumq;
expleuerit in me volūtatē suā: et alia multa
similia presto sunt ei. Et idcirco a facie eius
turbatus sū: et considerans eū timore sollici
tor. Deus molliuit cor meum: et omnipotens
cōturbauit me. Non enim perij ꝓpter immi-
nētes tenebras: nec faciē meā opuit caligo.

Ab omīpotente nō sūt XXIIII
absondita tēpora: qui autem nouerūt
eum ignorāt dies illius. Alij terminos trās-
tulerūt: diripuerūt greges: ⁊ pauerūt eos.
Asinū pupilloꝝ abegerūt: et abstulerūt ꝓ
pignore bouem vidue. Subuerterūt pau-
perū viam: et oppresserūt pariter mansuetos
terre. Alij q̄si onagri in deserto egrediūtur
ad opus suū: vigilantesq; ad predam ꝑpa-
rant panē liberis. Agrū non suū demetūt: et
vineam eius quē vi oppresserūt vindemiāt.
Nudos dimittūt homines indumenta tol-
lentes: quibꝰ non est opimentū in frigore.
quos ymbres montiū rigant: et nō habētes
velamen amplexātur lapides. Vim fecerūt
depredātes pupillos: et vulgus pauperem
spoliauerūt. Nudis ⁊ incedētibꝰ absq; ve-
stitu ⁊ esurientibꝰ tulerūt spicas. Inter acer
uos eoꝝ meridiati sūt: qui calcatis torcula-
ribꝰ sitiūt. De ciuitatibus fecerūt viros ge-
mere: et anima vulneratoꝝ clamauit: ⁊ deus
inultū abire nō patitur. Ipsi fuerūt rebelles
lumini. Nescierunt vias eius: nec reuersi sūt
per semitas illius. Mane primo consurgit
homicida: interficit egenū ⁊ pauperem: per
noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri
obseruat caliginem dicens non me videbit
oculus: et operiet vultū suū. Perfodit in te-
nebris domos sicut in die condixerant sibi:
et ignorauerūt lucem. Si subito apparuerit
aurora arbitrātur umbrā mortis: et sic in te-
nebris quasi in luce ambulant. Leuis ē sup
faciē aque. Maledicta sit pars eius in ter-
ram: nec ambulet per viam vinearū. Ad ni-
miū calorem transiet ab aquis niuiū: et usq;
ad inferos peccatū illius. Obliuiscatur eius
misericordia. Dulcedo illius vermes. Nō
sit in recordacōe: sed conteratur sicut lignū
infructuosū. Pauit enim sterilem ⁊ que non
parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit fortes
in fortitudine sua: et cū steterit nō credet vi-
te sue. Dedit ei deus locū penitētie: et ille ab-
utitur eo in supbia. Oculi aūt eius sūt in vijs
illius. Eleuati sūt ad modicū ⁊ nō subsistēt:
et humiliabūtur sicut omnia ⁊ auferentur: et
sicut sūmitates spicarū conterētur. Quod si
non est ita quis me potest arguere esse mē-
titū: et ponere ante deū verba mea? XXV

Respondēs autem baldad suites dixit.
Potestas ⁊ terror apud eū est: q̄ facit

concordiaʒ in sublimibꝰ suis. Nunquid est numerus militū eius: et sup quē non surget lumē illius? Nūquid iustificari potest homo cōparatus deo: aut apparere mūdus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet et stelle non sūt mūde in conspectu eius: quāto magis hō putredo. et filius hōis vermis?

XXVI

Respondens aūt iob dixit. Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis: et sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consiliuʒ? Forsitan illi qui non habet sapientiā: et prudentiā tuā ostēdisti plurimā. Quem docere voluisti? Nonne eum qui fecit spiramentū? Ecce gigātes gemūt sub aquis: et qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: et nullum est operimentū perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum: et appendit terram super nichili. Qui ligat aquas in nubibus suis: ut non erumpāt pariter deorsum. Qui tenet vultum solij sui: et expandit sup illud nebulam suā. Terminū circundedit aquis: usqʒ dum finiantur lux et tenebre. Columne celi contremiscunt: et pauēt ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: et prudentia eius pcussit supbū. Spiritus eius ornauit celos: et obstetricāte manu eius edictus ē coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus quis poterit tonitruuʒ magnitudinis illius intueri?

XXVII

Addidit qʒ iob assumēs parabolaʒ suā et dixit. Viuit deus qui abstulit iudiciū meū et omīpotēs qui ad amaritudinem adduxit animā meam: qr donec supest alitus in me et spiritus dei in naribꝰ meis non loquentur labia mea iniquitatē: nec lingua mea meditabitur mendaciū. Absit a me: ut iustos esse vos iudicem. Donec deficiaʒ: nō recedā ab innocentia mea. Iustificacōem meam quam cepi tenere. non deseram. Neqʒ enim repꝛehendit me cor meū: in omī vita mea. Sicut impius inimicus meus: et aduersarius meꝰ quasi iniquus. Que est enim spes ypocrite si auare rapiat: et nō liberet deus aīam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius cum venerit super eum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari: et inuocare deū omni tempore? Docebo vos p manū dei que omnipotens habeat: nec abscondam. Ecce omēs vos nostis: et qd sine causa vana loq̄mini? Hec est pars hominis impij apud deum: et hereditas violentoruʒ quam ab omīpotēte suscipiēt. Si multiplicati fuerint filij eius in gladio erūt: et nepotes eius nō saturabūtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu: et vidue illius non plorabūt. Si cōportauerit quasi terra argentū et sicut lutum pparauerit vestimenta: pparabit quidem sed iustus vestietur illis: et argentū innocēs diuidet. Edificauit sicut tinea domū suā: et sicut custos fecit vmbraculum. Diues cū voluerit nichil secū auferet: apiet oclos suos et nichil inueniet. Apphendet eū quasi aqua inopia: nocte opprimet eū tempestas. Tollet eū vētus vrēs et auferet: et velut turbo rapiet eū de loco suo. Et mittet sup eū. et nō pcet: de manū eius fugiēs fugiet. Stringet sup eū manꝰ suas: et sibilabit sup illū intuens locū eius.

XXVIII

Habet argentū venarū suarū principia: et auro locus ē in quo conflatur. Ferrū de terra tollitur: et lapis solutus calore in es vertitur. Tempus posuit tenebris: et vniūsoꝝ finē ipe cōsiderat. Lapidē qʒ caliginis et vmbrā mortis diuidet torrēs a pplo pegrināte: eos quos oblitus est pes egētis hoīs et inuios. Terra de qua oriebatur panis: in loco suo igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius: et glebe illius aurum. Semitā ignorauit auis: nec intuitus ē oculos vulturis. Non calcauerūt eā filij institoꝝ: nec ptransiuit p eā leena. Ad silicē extēdit manū suā: subuertit a radicibꝰ mōtes. In petris riuos excidit et omē pciosū vidit oculus eius. Profunda qʒ fluuioꝝ scrutatus ē: et abscondita pduxit in lucē. Sapiētia vero ubi inuenitur: et quis est locus intelligētie? Nescit homo precium eius: nec inuenitur in terra suauiter viuentiuʒ. Abissus dicit non est in me: et mare loquitur non est mecum. Non dabitur aurum obrizum p ea: nec appendetur argentum in commutacōne eius. Nō conferetur tinctis indie coloribꝰ: nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphiro. Non adequabitur ei aurum vel vitrum: nec

cõmutabũtur vasa ꝑ ea auri excelsa ⁊ emi-
nẽtia: non ꝯmemorabũtur cõparacõe eius.
Trahitur autẽ sapientia de occultis. Non
adequabitur ei topasion de ethiopia: nec tĩ-
cture mundissime componetur. Unde ergo
sapiẽtia venit: ⁊ quis est locus intelligentie?
Abscondita est ab oculis omniũ viuentiũ:
volucres q̃q3 celi latet. Perditio ⁊ mors di-
xerũt: auribus nostris audiuimus famam
eius. Deus intelligit viã eius: et ipse nouit
locũ illius. Ipse enim fines mũdi intuetur: et
omnia que sub celo sunt respicit. Qui fecit
ventis pondus: et aquas appendit mensura.
Quãdo ponebat pluuijs legẽ ⁊ viã ꝓcellis
sonantibꝰ: tunc vidit illã ⁊ enarrauit: et pre-
parauit ⁊ inuestigauit. et dixit homini. Ecce
timor dñi ipsa est sapiẽtia: et recedere a ma-

XXIX

Addidit lo intelligẽtia.
quoq3 iob assumens parabolam suam
et dixit. Quis michi tribuat ut sim iuxta mẽ-
ses pristinos: secundum dies quibus deus
custodiebat me? Quãdo splendebat lucer-
na eius sup caput meũ: et ad lumẽ eius am-
bulabã in tenebris. Sicut fui in diebꝰ ado-
lescentie mee: quando deus secreto erat in
tabernaculo meo. Quando erat omnipotẽs
mecũ: et in circuitu meo pueri mei. Quando
lauabam pedes meos butiro: et petra funde-
bat michi riuos olei. Quãdo ꝓcedebam
ad portam ciuitatis: et in platea parabant
cathedram michi. Videbant me iuuenes et
abscondebãtur: et senes assurgẽtes stabãt.
Principes cessabant loqui: et digitũ suppo-
nebãt ori suo. Vocẽ suam cohibebãt duces:
et lĩgua eorũ gutturi suo adherebat. Auris
audiẽs beatificabat me: et oculus vidẽs te-
stimoniũ reddebat michi: eo q᷑ liberassem
paupem vociferantẽ: et pupillum cui nõ eẽt
adiutor. Bñdictio pituri sup me veniebat:
et cor vidue consolatus sũ. Iusticia indutus
sũ: et vestiui me sicut vestimẽto ⁊ dyademate
iudicio meo. Oculus fui ceco: et pes claudo.
Pater erã pauperũ: et causam quam nescie-
bam diligentissime inuestigabã. Contere-
bam molas iniqui: et de dentibꝰ illius aufe-
rebam predam. Dicebamq3. In nidulo meo
moriar: et sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta ẽ secus aquas: et ros mo-
rabitur in messione mea. Gloria mea semp
innouabitur: et arcus meus in manu mea in-
staurabitur. Qui me audiebant exspecta-
bant sententiã: et intenti tacebant ad ꝯsiliũ
meũ. Verbis meis addere nichil audebãt:
et sup illos stillabat eloquiũ meũ. Exspecta-
bant me sicut pluuiã: et os suũ aperiebãt q̃si
ad ymbrẽ serotinũ. Si quãdo ridebam ad
eos non credebãt: et lux vultus mei non ca-
debat in terram. Si voluissem ire ad eos se-
debã p̃mus. Cũq3 sederẽ quasi rex circũstãte
exercitu: eram tamen merentiũ consolator.

XXX

Nunc aũt deridẽt me iuniores
tempore: quoꝝ nõ dignabar patres
ponere cũ canibꝰ gregis mei. Quorũ ṽtus
manuũ michi erat ꝓ nichilo: ⁊ vita ipa puta-
bantur indigni. Egestate ⁊ fame steriles:
qui rodebant in solitudine squalẽtes calami-
tate ⁊ miseria. Et mandebant herbas ⁊ ar-
borũ cortices: et radix iuniperoꝝ erat cibus
eorũ. Qui de conuallibꝰ ista rapientes: cum
singula repperissent. ad ea cũ clamore curre-
bant. In desertis habitabãt torrentium: et in
cauernis terre. vel sup glareã. Qui inter hu-
iuscemodi letabãtur: et esse sb sentibꝰ delici-
as computabãt. Filij stultoꝝ ⁊ ignobiliũ:
et in terra penitus nõ parẽtes. Nunc in eorũ
cãticũ versus sũ: et factus sũ eis in ꝓuerbiũ.
Abominãtur me ⁊ longe fugiũt a me: et fa-
ciem meã cõspuere non verentur. Pharetrã
enim suã aperuit ⁊ afflixit me: et frenum po-
suit in os meũ. Ad dextrã oriẽtis calamita-
tis mee ilico surrexerũt. Pedes meos sbuer-
terũt: oppresserũt quasi fluctibꝰ semitis suis.
Dissipauerũt itinera mea. Insidiati sũt michi
et p̃ualuerũt: et nõ fuit qui ferret auxilium.
Quasi rupto muro ⁊ aperta ianua irruerũt
sup me: et ad meas miserias deuoluti sunt.
Redactus sum in nichilũ. Abstulisti quasi
ventus desideriũ meũ: et velut nubes ptrãsijt
salus mea. Nunc autẽ in memetipo marce-
scit anima mea: et possidẽt me dies afflictõis.
Nocte os meũ pforatur doloribꝰ: et qui me
comedũt non dormiũt. In multitudine eorũ
consumitur vestimentũ meũ: et quasi capitio
tunice sic cinxerũt me. Comparatus sũ luto:
et assimilatus sum fauille et cineri. Clamo
ad te et non exaudis me: sto ⁊ non respicis

me. Mutatus es michi in crudelē: et in duri
cia manus tue aduersaris michi. Eleuasti
me: et quasi sup ventū ponens elisisti me va-
lide. Scio qȝ morti tradas me: ubi ɔstituta
est domus omni viuēti. Verūtamē non ad
consumpcōnem eoꝝ emittis manū tuā: et si
corruerint ipe saluabis. Flebam quondam
sup eo qui afflictus erat: et ɔpatiebatur aīa
mea pauperi. Expectabam bona et venerūt
michi mala: pstolabar lucē et eruperunt te-
nebre. Interiora mea efferbuerūt absqȝ ul-
la requie: preuenerunt me dies afflictōnis.
Merens incedebaȝ: sine furore consurgēs.
in turba clamaui. Frater fui draconū: et soci-
us strutionuȝ. Cutis mea denigrata est sup
me: et ossa mea aruerunt p̄ caumate. Versa
est in luctū cythara mea: et organuȝ meū in

XXXI

Pepigi vocē flentiū.
fedus cū oculis meis: ut ne cogitareȝ
quideȝ de virgine. Quā eni partē haberet
in me deus desup: et hereditateȝ oīpotens
de excelsis? Nunquid non pditio est ini-
quo: et aliena cō operātibꝫ iniusticiā? Non-
ne ipse cōsiderat vias meas: et cūctos gres-
sus meos dinumerat? Si ambulaui in va-
nitate ꝛ festinauit in dolo pes meus: appen-
dat me in statera iusta: et sciat deus simpli-
citatē meā. Si declinauit gressus meus de
via. et si secutus est oculus meus cor meum.
et si in manibꝫ meis adhesit macula: seram et
alius ɔmedat: et pgenies mea eradicetur.
Si deceptū est cor meū sup muliere: et si ad
ostiū amici mei insidiatus sū: scortum alte-
rius sit uxor mea. et sup illaȝ incuruētur alij.
Hoc enim nephas ē ꝛ iniquitas maxima:
ignis usqȝ ad pdicōem deuorans: et oīa era
dicans genimina. Si cōtempsi subire iudi-
ciū cum seruo meo ꝛ ancilla mea: cum discep-
tarent aduersū me. Quid enim faciam cū
surrexerit ad iudicanduȝ deus: et cū quesie-
rit quid respondebo illi? Nunquid non in
utero fecit me qui ꝛ illuȝ operatus est. et for-
mauit me in vulua vnus? Si negaui quod
volebant pauperibꝫ: et oculos vidue exspe
ctare feci. Si comedi bucellam meā solus:
et non comedit pupillus ex ea. Quia ab
infantia mea creuit mecum miseratio: et de
vtero matris mee ingressa est mecum. Si

despexi ptereuntem eo qȝ nō habuerit indu-
mentū: et absqȝ operimēto pauperez. Si nō
benedixerint michi latera eius: et de velleribꝫ
ouiū mearuȝ calefactus est. Si leuaui super
pupillū manū meā etiam cū viderem me in
porta superiorē: humerus meus a iunctura
sua cadat: et brachiū meū cū suis ossibꝫ cō-
fringatur. Semp enim quasi tumētes sup
me fluctus timui deū: et pōdus eius ferre nō
potui. Si putaui aurū robur meū: et obrizo
dixi fiducia mea. Si letatus sum sup multis
diuicijs meis: et qȝ plurima reperit manus
mea. Si vidi solē cū fulgeret ꝛ lunā incedē-
tem clare. et letatū ē in abscondito cor meū:
et osculatus sū manū meā ore meo. que est
iniquitas maxima: et negacō contra deum
altissimū. Si gauisus sū ad ruinā eius qui
me oderat: ꝛ exultaui qȝ inuenisset eum malū.
Non enim dedi ad peccandū guttur meū:
ut expeterem maledicens animā eius. Si
nō dixerūt viri tabernaculi mei: quis det de
carnibꝫ eius ut saturemur. Foris nō mansit p-
egrinus: ostiū meū viatori patuit. Si abscō-
di quasi homo peccatuȝ meū: et celaui in sinu
meo iniquitatē meā. Si expaui ad multitu-
dinē nimiā: et despectio ppinquorum terruit
me: et nō magis tacui nec egressus sū osti-
um. Quis michi tribuat adiutorē ut deside-
riuȝ meū audiat oīpotens. et librū scribat
ipse qui iudicat: ut in humero meo portem il-
lū ꝛ circūdem illū quasi coronā michi? Per
singulos gradus meos pnunciabo illum: et
quasi principi offeram eum. Si aduersū me
terra mea clamat: et cū ipsa sulci eius deflēt.
Si fructus eius comedi absqȝ pecunia: et
animā agricularū eius afflixi: pro frumēto
oriatur michi tribulus: et pro ordea spina.

XXXII

Amiserūt aūt tres viri isti
respondere iob: eo qȝ iustus sibi vide-
retur. Et iratus indignatusqȝ est heliu filius
barachel buzites de cognacōne ram. Iratus
est autē aduersū iob: eo qȝ iustū se esse dice-
ret coram deo. Porro aduersū amicos eius
indignatus est eo qȝ non inuenissent respō-
sionē racōnabilē: ȝ tantūmodo ɔdēnassent
iob. Igitur heliu exspectauit iob loquentez:
eo qȝ seniores essent qui loquebantur. Cum
autē vidisset qȝ tres rn̄dere non potuissent:

iratus est vehementer. Respondensq3 heliu
filius barachel buzites dixit. Junior sũ tpe:
vos aũt antiquiores. Jdcirco dimisso capi
te veritus sũ vobis indicare meã sententiã.
Sperabã enim q etas plixior loqueret:
et annoꝝ multitudo doceret sapiẽtiã. Sed
ut video spũs est in hominibꝰ: et inspiratio
omnipotẽtis dat intelligentiã. Non sũt lõ=
geui sapiẽtes: nec senes intelligunt iudici=
um. Jdeo dicam audite me: ostendã vobis
etiam ego meã scientiam. Exspectaui enim
sermones vestros: audiui prudẽtiã vrãm.
Donec disceptaremini sermonibꝰ vestris: et
donec putabã vos aliquid dicere ↄsidera
bam. Sed ut video nõ est qui possit argu=
ere iob: et rñdere ex vobis ſmonibꝰ eius.
Ne forte dicatis inuenimus sapiẽtiam: deus
ꝓiecit eum non homo. Nichil locutus ẽ mi=
chi: et ego nõ scdm sermones vestros re=
spondebo illi. Extimuerũt: nec responderunt
vltra: abstulerũtq3 a se eloquiũ. Quoniã
igitur exspectaui ⁊ nõ sunt locuti. steterunt
nec responderũt vltra: rñdebo ⁊ ego partẽ
meã: et ostendã sciẽtiã meã. Plenus sũ eni
ſmonibꝰ: et coartat me spũs vteri mei. En
venter meus quasi mustũ absq3 spiraculo:
quod lagunculas nouas dirũpit. Loquar
et respirabo paululũ: aperiã labia mea ⁊ re=
spondebo. Nõ accipiã psonam viri: et deum
homini nõ equabo. Nescio eni quãdiu ſb si=
stã: ⁊ si post modicũ tollat me factor meus.

XXXIII

Audi igitur iob eloquia
mea: et omes sermones meos auscul
ta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua
mea in faucibꝰ meis. Simplici corde meo
ſmones mei: ⁊ sententiã labia mea purã lo
quẽt. Spũs dei fecit me: et spiraculũ omni=
potentis viuificauit me. Si potes responde
michi: et aduersus faciem meã ↄsiste. Ecce
et me sicut ⁊ te fecit deus: et de eodẽ luto ego
q3 formatus sum. Veruntamẽ miraculum
meum nõ te terreat: ⁊ eloquẽtia mea nõ sit
tibi grauis. Dixisti ergo in auribꝰ meis: et
vocem verboꝝ tuoꝝ audiui. Mũdus sum
ego ⁊ absq3 delicto: immaculatus: et nõ est
iniquitas in me. Quia querelas in me re=
perit: ideo arbitratus est me inimicum sibi.
Posuit in neruo pedes meos: custodiuit
omes semitas meas. Hoc est ergo in quo
nõ es iustificatus. Rñdebo tibi: quia maior
sit deus homine. Aduersũ eum contẽdis: q
nõ ad omnia verba rñderit tibi. Semel lo
quitur deus: et secundo idipm non repetit.
Per somnũ in visione nocturna: quãdo ir
ruit sopor sup homĩes: et dormiũt ĩ lectulo.
Tunc aperit aures viroꝝ ⁊ erudiens eos
instruit disciplina: ut auertat hominem ab
hijs que fecit. et liberet eũ de supbia: eruens
animã eius a corruptione. et vitã illius ut
non transeat in gladiũ. Increpat quoq3 p
dolorẽ in lectulo: et omia ossa eius marces=
cẽ facit. Abominabilis ei fit in vita sua pa=
nis: et anime illius cibus ante desiderabilis.
Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerãt
nudabũtur. Appropinquabit corruptioni
aĩa eius: et vita illius mortiferis. Si fuerit
ꝓ eo angelus loquẽs vnũ de similibꝰ ut an
nũciet hoĩs eq̃tatẽ: miserebit eius ⁊ dicet.
Libera eũ: ut non descendat in corrupcõnẽ.
Inueni ĩ quo ei ꝓpicier. Consũpta est caro
eius a supplicijs: reuertatur ad dies adole
scentie sue. Depcabitur deum ⁊ placabilis ei
erit: et videbit faciẽ eius ĩ iubilo: et reddet
homini iusticiã suã. Respiciet homines et di
cet. Peccaui et vere deliqui: et ut erã dignus
non recepi. Liberauit animã suã ne pgeret
in interitũ: sed viuens lucem videret. Ecce
hec omnia operatur deus tribꝰ vicibꝰ p sin=
gulos: ut reuocet animas eoꝝ a corrupti=
one: et illuminet luce viuentiũ. Attẽde iob
et audi me: et tace dũ ego loquor. Si autẽ
habes q loquaris responde michi. Loque=
re. Volo enim te apparere iustũ. Quod si
nõ habes audi me: tace ⁊ docebo te sapien
tiã.

XXXIIII

Pronũciãs itaq3
heliu etiã hec locutus ẽ. Audite sapiẽ
tes vba mea: et eruditi auscultate me. Au
ris eni vba pbat: et guttur escas gustu di=
iudicat. Judiciũ eligamus nobis: et inter
nos videamus q̃d sit melius. Quia dixit
iob iustus sũ: et deus subũtit iudiciũ meũ.
In iudicãdo eni me mendaciũ ẽ: violẽta sa
gitta mea absq3 vllo pccõ. Quis ẽ vir ut ẽ
iob q̃ bibit subsannacõnẽ quasi aquã: qui
gradit cũ operãtibꝰ iniquitatẽ ⁊ ambulat
cũ viris impijs? Dixit enim. Non placebit

vir deo: etiam si cucurrerit cū eo. Ideo viri
cordati audite me. Absit a deo impietas: et
ab omnipotēte iniquitas. Opus enī hoīs
reddet ei: et iuxᵃ vias singulorū restituet eis.
Vere enim deus non condēnabit frustra:
nec omnipotens subuertet iudiciū. Quem
constituit aliū sup terrā: aut quē posuit sup
orbem quē fabricatus est? Si direxerit ad
eum cor suū: spm̄ illius et flatū ad se trahet.
Deficiet om̄is caro simul: et homo in cinerē
reuertetur. Si habes ergo intellectū audi
quod dicitur: et ausculta vocē eloquij mei.
Nūquid qui non amat iudicium sanari po-
test? Et quō tu eū qui iustus ē intantū cōde-
mnas? Qui dicit regi apostata: qui vocat
duces impios. Qui non accipit personas
principū: nec cognouit tyrannū cum disce
ptaret cōtra pauperē. Opus enim manuū
eius sunt vniuersi. Subito morientur: et in
media nocte turbabūtur populi: et ptransi-
būt et auferent violentū absq₃ manu. Oculi
enim eius sup vias hominū: et omnes gres
sus eorū considerat. Non sūt tenebre et nō
est vmbra mortis: ut abscondantur ibi qui
operātur iniquitatē. Neq₃ enim vltra in ho-
minis potestate est: ut veniat ad deum in iu
dicium. Conteret multos innumerabiles:
et stare faciet alios p eis. Nouit enim opa
eorū: et idcirco inducet noctē et cōterētur.
Quasi impios pcussit eos ī loco videntiū.
Qui quasi de industria recesserūt ab eo. et
omnes vias eius intelligere noluerunt: ut
puenire facerent ad deū clamorē egeni: et
audiret vocē pauperū. Ipso enim cōcedēte
pacē: quis est q̄ condēnet? Ex quo abscon-
derit vultū: quis ē qui contempletur eum?
Et sup gentes: et sup om̄es homines. Qui
regnare facit hominē ypocritā: pp̄ter pcc̄a
populi. Quia ergo ego locutus sū ad deū:
te q₃ nō phibebo. Si erraui tu doce me. Si
iniquitatē locutus sū: vltra nō addā. Nun-
quid a te deus expetit eā: q₂ displicuit tibi?
Tu enim cepisti loqui et non ego. Quod si
quid nosti melius loquē. Viri intelligen
tes loquantur michi: et vir sapiens audiet
me. Iob autē stulte locutus ē: et v̄ba illius
nō sonāt disciplinā. Pater mi pbetᵘʳ: iob us-
q₃ ad finē. Ne desinas ab hoīe iniquitatis:
qui addit sup pcc̄a sūa blasphemiā. Inter
nos interim cōstringatur: et tūc ad iudiciū
puocet sermonibꝫ suis deum. XXXV

Igitur heliu hec rursū locutus ē. Nunqd eq̄
videtur tibi tua cogitacō: ut diceres iusti-
or deo sū? Dixisti enī. Nō tibi placet quod
rectū est. Vel quid tibi pderit: si ego pec-
cauero? Itaq₃ ego rn̄debo sermonibꝫ tuis:
et amicis tuis tecū. Suspice celū et intuere:
et contēplare ethera q₂ altior te sit. Si pecca
ueris: quid ei nocebis? Et si multiplicate fu
erint iniquitates tue: qd̄ facies contra eū?
Porro si iuste egeris. quid donabis ei: aut
quid de manū tua accipiet? Homini qui silis
tui ē nocebit impietas tua: et filiū hominis
adiuuabit iusticia tua. Propter multitudi-
nē calūniatorū clamabūt: et eiulabūt pp̄ter
vim brachij tyrannorū. Et nō dixit vbi est
deus qui fecit me: qui dedit carmina ī nocte
Qui docet nos sup iumēta terre: et sup vo
lucres celi erudit nos. Ibi clamabūt et non
exaudiet pp̄ter supbiā malorū. Nō ergo
frustra audiet deus: et omnipotens causas
singulorū intuebitur. Etiam cū dixeris non
cōsiderat: iudicare corā illo. et exspecta eū.
Nunc enī non infert furorē suū: nec vlciscitᵘʳ
scelus valde. Ergo iob frustra apit os suū:
et absq₃ scīa v̄ba mltiplicat. XXXVI

Addens q₃ heliu hec locutus ē. Susti
ne me paululum: et indicabo tibi. Ad
huc enim habeo qd̄ pro deo loquar. Repe-
tā scientiam meā a principio: et operatorē
meū pbabo iustū. Vere enī absq₃ menda-
cio sermones mei: et pfecta sciētia pbabitᵘʳ
tibi. Deus potens nō abicit cum et ipse sit po
tens: sed nō saluat impios: et iudiciū pau-
peribꝫ tribuit. Nō auferet a iusto oculos
suos: et reges ī solio collocat ī ppetuū: et il-
lic erigūtur. Et si fuerint in cathenis et vinci
antᵘʳ funibꝫ paupertatis: indicabit eis opa eo
rū et scelera eorū: q₂ violēti fuerūt. Reuela-
bit q₃ aurē eorū ut corripiat: et loquetᵘʳ ut
reūtantur ab iniq̄tate. Si audierint et obs
uauerint complebunt dies suos ī bono: et
annos suos ī gloria. Si aūt nō audierint
transibūt p gladiū: et cōsumētur ī stulticia.
Simulatores et callidi puocant irā dei: neq₃
clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in

tēpestate anima eoꝝ: et vitā eoꝝ inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperem: et reuelabit in tribulacōne aurē eius. Igitur saluabit te de ore āgusto latissime: et nō habēte fundamentū subter se. Reges aūt mense tue erit plena pinguedie. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciūq3 recipies. Non te ergo superet ira ut aliquē opprimas. nec multitudo donoꝝ inclinet te. Depone magnitudinē tuā absq3 tribulatione: et oēs robustos fortitudine. Ne ptrahas noctē: ut ascendant ppli pro eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hanc eni cepisti sequi post miseriam. Ecce deus excelsus i fortitudine sua: et nullus ei similis in legislatoribꝫ. Quis poterit scrutari vias eius: aut quis potest ei dicere operatus es iniqtatē? Memento q ignores opus eius: de quo cecinerūt viri. Omes hoīes vident eū: vnusquisq3 intuet᷑ pcul. Ecce deus magnus vincens sciētiā nostrā. Numerus annoꝝ eius inestimabilis. Qui aufert stellas pluuie et effundit imbres ad instar gurgitū. Qui de nubibꝫ fluūt: que ptexunt cūcta desuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriū suū: et fulgurare lumine suo desup: cardines q3 maris operiet. Per hec eni iudicat populus: et dat escam multis mortalibꝫ. In manibꝫ abscondit lucē: et precepit ei ut rursus adueniat. Annūciat de ea amico suo q possessio eius sit: et ad eā possit ascēdere.

XXXVII

Super hoc expauit cor meū: et emotū est de loco suo. Audiet auditionē i terrore vocis eius: et sonū de ore illius pcedentē. Subter oēs celos ipe ꝯsiderat: et lumē illius sup terminos terre. Post eū rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis sue: et nō inuestigabitur cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna et inscrutabilia. Qui pcipit niui ut descendat in terrā: et hiemis pluuijs et imbri fortitudinis sue. Qui in manu omniū hoīm signat ut nouerint singuli opera sua. Ingrediet᷑ bestia latibulū suū: et in antro suo morabit᷑. Ab interioribꝫ egrediet᷑ tempestas: et ab arcturo frigus. Flante deo ꝯcrescit gelu: et rursum latissime fundūtur aque. Frumentū desiderat nubes et nubes spargūt lumē suū. Que lustrāt cūcta p circuitū quocūq3 eas volūtas gubernātis duxerit ad oē quod pceperit illis sup faciē orbis terraꝝ: siue in vna tribu siue in terra sua: siue in quocūq3 loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec iob: sta et ꝯsidera mirabilia dei. Nūquid scis qn pcepit deus pluuijs: ut ostēderēt lucē nubiū eius? Nūquid nosti semitas nubiū magnas: et pfectas sciētias? Nonne vestimēta tua calida sūt cū pflata fuit terra austro? Tu forsitā cū eo fabricatus es celos: q solidissimi quasi ere fusi sūt. Ostēde nobis qd dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei q loquor? Etiam si locutus fuerit homo deuorabitur: at nūc nō vident lucē. Subito aer cogetur in nubes: et vētus transiēs fugabit eas. Ab aqlone aurū venit: et a deo formidolosa laudatio. Digne eū inuenire nō possumus. Magnus fortitudie et iudicio et iusticia: et enarrari nō potest. Ideo timebūt eū viri: et non audebūt ꝯtēplari oēs q sibi videntur esse sapientes.

XXXVIII

Respondēs aūt dn̄s iob de turbine dixit. Quis ē iste inuoluens sentētias sermonibꝫ imperitis? Accinge sicut vir lūbos tuos: interrogabo te et responde michi. Ubi eras quādo ponebā fundamēta terre? Indica michi si habes intelligentiā. Quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetendit sup eam lineā? Super quo bases illius solidate sūt? Aut quis demisit lapidē angularē eius cū me laudarent simul astra matutina: et iubilarēt oēs filij dei? Quis conclusit ostijs mare quando erumpebat quasi de vulua pcedēs: cū ponerem nubem vestimentū eius. et caligine illud quasi pānis infantie obuoluerē? Circūdedi illud terminis meis: et posui vectem et ostia: et dixi. Usq3 huc venies et nō pcedes amplius: et hic ꝯfringes tumētes fluctus tuos. Nūquid post ortū tuū pcepisti diluculo et ostēdisti aurore locū suū: et tenuisti cōcutiēs extrema terre. et excussisti impios ex ea? Restituet᷑ ut lutū signaculū: et stabit sicut vestimentū. Auferet᷑ ab impijs lux sua: et brachiū excelsū ꝯfringet᷑. Nūquid ingressus es pfundū maris: et in nouissimis abissi

deambulasti? Nunquid aperte sunt tibi
porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Nū
quid considerasti latitudinē terre? Indica
michi si nosti omīa ī qua via lux habitet: et
tenebrarū q̄s locus sit: ut ducas vnūquod-
q̄ ad terminos suos. et intelligas semitas
domus eius. Sciebas tūc q̄ nasciturus es-
ses et numerū dierū tuorū noueras? Nūq̄d
ingressus es thesauros niuis: aut thesauros
grandinis aspexisti: que p̄paraui in tēpus
hostis. in diē pugne et belli? Per quā viam
spargitur lux. diuiditur estus super terrā?
Quis dedit vehementissimo imbri cursū et
viam sonātis tonitrui. ut plueret sup terrā
absq̄ homīe in deserto vbi nullus mortaliū
commorat̄: ut impleret inuiā et desolatā. et
p̄duceret herbas virētes? Quis ē pluuie
pater: vel quis genuit stillas roris? De cu-
ius vtero egressa est glacies: et gelu de ce
lo q̄s genuit? In similitudinē lapidis aq̄
durātur: et sup̄ficies abissi ostringitur. Nū
quid coniūgere valebis micātes stellas plia
des: aut gyrū arcturi poteris dissipare? Nū
quid p̄ducis luciferū in tēpore suo: et ve-
sperū sup filios terre consurgē facis? Nū-
quid nosti ordinē celi: et pones rationē eius
in terra? Nunquid eleuabis in nebulā vocē
tuam: et impetus aquarū operiet te? Nun
quid mittes fulgura et ibunt: et reuertentia
dicent tibi assumus? Quis posuit in viscer-
ribus hominis sapientiā: vel quis dedit gal-
lo intelligentiā? Quis enarrabit celorū rati
onem: et concentū celi quis dormire faciet?
Quādo fundabat̄ puluis in terrā et glebe
cōpingebātur? Nūquid capies leene p̄dā.
et animā catulorū eius implebis: quādo cu
bant in antris et in specubus insidiātur? Quis
preparat coruo escam suā: qñ pulli eius cla
māt ad deū vagātes eo q̄ nō habeāt cibos?

XXXIX

Nunquid nosti tēpus partus ibicū ī petris: vel parturiētes
ceruas obseruasti? Dinumerasti mēses cōce
ptus earū: et scisti tēpus ptus earū? Incur
uātur ad fetū et pariūt: et rugitus emittūt.
Separant̄ filij earū et pgūt ad pastū: egre
diūtur et nō reuertentur ad eas. Quis dimisit
onagrū liberū: et vincula eius quis soluit?
Cui dedi in solitudine domū: et tabernacula
eius in terra salsuginis. Contēnit multitu-
dinē ciuitatis: clamorē exactoris non au-
dit. Circūspicit mōtes pascue sue: et virētia
queq̄ p̄quirit. Nūquid volet rinoceros ser-
uire tibi: aut morabit̄ ad p̄sepe tuū? Nun-
quid alligabis rinocerotā ad arandū lo-
ro tuo: aut cōfringet glebās valliū post te?
Nūq̄d fiduciā habebis ī magna fortitudi-
ne eius? Et derelinques ei labores tuos? Nū
quid credes illi q̄m sementē reddet tibi: et
areā tuā congreget? Penna strucōis simi-
lis ē pennis herodij et accipitris. Quādo de
relinquit oua suā ī terra: tu forsitā in puluē
calefacies ea? Obliuiscitur q̄ pes cōculcet
ea: aut bestia agri conterat. Duratur ad fi-
lios suos q̄si non sint sui: frustra laborauit
nullo timore cogēte. Priuauit enī eā deus
sapiētia nec dedit illi intelligētiā. Cū tp̄s fu
erit ī altū alas erigit: deridet equū et ascēso
rē eius. Nūquid p̄bebis equo fortitudinē:
aut circūdabis collo eius hinnitū? Nūquid
suscitabis eū q̄si locustas? Gloria nariū eius
terror: terrā vngula fodit. Exultat auda-
cter: in occursū pgit armatis. Contēnit pa
uorē: nec cedit gladio. Sup ip̄m sonabit
pharetra: vibrabit hasta et clipeus. Feruēs
et fremēs sorbet terrā: nec reputat tube so-
nare clangorē. Vbi audierit bucinā dicit
vah: p̄cul odoratur bellū exhortacōnē du
cū. et vlulatū exercitus. Nūquid p sapiētiā
tuā plumescat accipiter: expandēs alas su-
as ad austrū? Nūquid ad p̄ceptū tuū ele-
uabit̄ aquila: et in arduis ponet nidū suū?
In petris manet. in p̄ruptis silicibus cōmorat̄
atq̄ inaccessis rupibus. Inde contēplatur es
cam: et de lōge oculi eius p̄spiciūt. Pulli eius
lambūt sanguinē: et vbicūq̄ cadauer fuerit
statī adest. Et adiecit dn̄s: et locutus ē ad
iob. Nūquid q̄ cōtēdit cū deo: tam facile cō-
quiescit. Vtiq̄ q̄ arguit deū: debet et rn̄de-
re ei. Respondēs aūt iob dn̄o dixit. Qui le-
uiter locutus sū. rn̄dere quid possum? Ma-
num meam ponā super os meū. Vnū locu-
tus sū: quod vtinam nō dixissem: et alterū:
quibus vltra nō addam.

XL

Respondens autē dn̄s iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lūbos tuos: interroga
bo te: et indica michi. Nūquid irritū facies

iudiciū meū et cōdēnabis me ut iustificeris?
Et si habes brachiū sicut deus et voce simili
tonas: circūda tibi decorē et in sublime erigē:
et esto gloriosus et speciosis induē vestibꝰ.
Disperge superbos in furore tuo et cōfunde eos:
et respiciēs omnē arrogātē humilia. Respi
ce cūctos superbos et cōfunde eos: et cōtere
impios in loco suo. Absconde eos in puluē
simul: et facies eorū demerge in foueā: et
ego cōfitebor q saluaē te possit dextera tua.
Ecce behemoth quē feci tecū: fenū quasi bos
comedet. Fortitudo eius in lumbis eius: et
virtus illius in vmbilico vētris eius. Strin
git caudā suā quasi cedrū: nerui testiculo-
rū eius perplexi sūt. Ossa eius velut fistile eris:
cartilago illius quasi lamine ferree. Ipse est
principiū viarū dei. Qui fecit eum applicabit
gladiū eius: huic montes herbas ferunt.
Omēs bestie agri ludēt ibi: sub vmbra dor
mit in secreto calami: in locis humētibꝰ. Pro
tegūt vmbre vmbrā eius: circūdabūt eū sa
lices torrētis. Ecce absorbebit fluuiū et non
mirabitur: et habet fiduciā q influat iorda
nis in os eius. In oculis eius quasi hamo
capiet eū: et in sudibꝰ perforabit nares eius.
An extrahere poteris leuiathan hamo: et
fune ligabis linguā eius? Nūquid pones
circulū in naribꝰ eius: aut armilla perforabis
maxillā eius? Nūquid multiplicabit ad te
preces: aut loquetur tibi mollia? Nūquid feriet
tecū pactū: et accipies eū seruum sempiter
nū? Nūquid illudes ei quasi aui: aut liga-
bis eum ancillis tuis? Concidēt eum amici:
diuidēt illū negociatores. Nūquid imple
bis sagenas pelle eius: et gurgustiū piscium
capite illius? Pones super eū manū tuā? Me-
mēto belli: nec vltra addas loqui. Ecce spes
eius frustrabitur eum: et videntibꝰ cūctis

XLI

Non quasi precipitabitur.
Non crudelis suscitabo eū. Quis enim resi
stere potest vultui meo: et quis ante dedit
michi ut reddā ei? Omnia que sub celo sūt
mea sūt. Non parcam ei verbis potētibꝰ: et
ad deprecandū compositis. Quis reuelabit
faciem indumēti eius? Et in mediū oris eius
quis intrabit? Portas vultus eius quis a-
periet? Per girū dentiū eius formido: cor-
pus illius quasi scuta fusilia: cōpactū squamis
se prementibꝰ. Vna vni cōiūgitur: et ne spira-
culū quidē incedit per eas. Vna alteri ad-
herebit: et tenētes se nequaquā separabūtur.
Sternutatio eius splendor ignis. et oculi
eius ut palpebre diluculi. De ore eius lam-
pades procedūt: sicut tede ignis accēse. De na
ribus eius procedit fumus: sicut olle succen-
se atque feruētis. Halitus eius prunas arde
re facit: et flamma de ore eius egreditur. In
collo eius morabitur fortitudo: et faciē eius
precedit egestas. Mēbra carniū eius coherē
tia sibi. Mittit cōtra eū fulmina: et ad locum
aliū nō ferentur. Cor eius indurabitur tanquā
lapis: et stringetur quasi mollcatoris incus.
Cū sublatus fuerit timebūt angeli: et territi
purgabūtur. Cū apprehenderit eū gladius
subsistere non poterit: neque hasta neque tho-
rax. Reputabit enim quasi paleas ferrū: et quasi li
gnū putridū es. Non fugabit eū vir sagit-
tarius: in stipulā versi sūt ei lapides funde.
Quasi stipulā estimabit malleū: et deride-
bit vibrantē hastā. Sub ipso erūt radij so-
lis: et sternet sibi aurū quasi lutū. Feruescē-
re faciet quasi ollā profundū maris: ponet quasi
cū vngēta bulliūt. Post eū lucebit semita:
estimabit abissum quasi senescentē. Nō est
super terrā potestas que comparetur ei: qui factus
est ut nullū timeret. Omne sublime videt: ipse
est rex super vniūsos filios superbie.

XLII

Respondēs autē iob dn̄o dixit. Scio quia
omnia potes: et nulla te latet cogita
tio. Quis ē iste qui celat cōsiliū absque sciētia?
Ideo insipienter locutus sum: et que vltra
modū excederent sciētiā meā. Audi et ego
loquar: interrogabo te et rn̄de michi. Au-
ditu auris audiui te: nūc autē oculus meus
videt te. Idcirco ipse me reprehendo: et ago
penitētiā in fauilla et cinere. Postquā autē lo-
cutus est deus verba hec ad iob: dixit ad eli-
phaz themaniten. Iratus ē furor meus in te
et in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti
coram me rectū sicut seruus meus iob. Su
mite ergo vobis septē thauros et septē arie-
tes: et ite ad seruū meū iob: et offerte olo-
caustū pro vobis. Iob autē seruus meus ora-
bit pro vobis. Faciē eius suscipiā: ut nō vobis
imputetur stulticia. Neque enim locuti estis
ad me recta: sicut seruus meus iob. Abierūt

ergo eliphaz themanites et baldath suites et sophar naamatites ⁊ fecerūt sicut locutus fuerat dn̄s ad eos: ⁊ suscepit deus faciem iob. Dn̄s quoqꝫ ꝯuersus est ad penitentiā iob: cū oraret pro amicis suis. Et addidit dn̄s om̄ia quecūqꝫ fuerāt iob duplicia. Venerunt autē ad eum om̄es fratres sui ⁊ vniuerse sorores sue ⁊ cūcti qui nouerāt eū prius: et comederūt cū eo panē in domo eius. Et mouerūt super eū caput: et consolati sūt eū sup omni malo quod intulerat dn̄s sup eum: et dederūt ei vnusquisqꝫ ouem vnā et inaurem auream vnā. Dn̄s autē benedixit nouissimis iob magis ꝙ principio eius. Et facta sūt ei quatuordecim milia ouiū ⁊ sex milia camelorꝝ: et mille iuga boū. et mille asine: et fuerūt ei septē filii ⁊ tres filie. Et vocauit nomē vnius diē: et nomē scd̄e cassiā: et nomen tercie cornustibii. Non sunt autē inuente mulieres speciose sicut filie iob: in vniūsa terra. Deditqꝫ eis pater suus hereditatē inter frēs earꝝ. Vixit autē iob post hec centū quadraginta ānis: et vidit filios suos ⁊ filios filiorꝝ suorꝝ usqꝫ ad quartā generacōē: et mortuus ē senex ⁊ plenus dierꝝ.

Explicit liber Job. Incip̄ ꝓlogus beati Jeronimi p̄sbiteri in psalterium.

Psalteriū rome dudū positus emēdarā: et iuxᵗ septuaginta interp̄tes. licet cursim. magna tamē ex parte correxerā. Qđ quia rursū videtis o paula et eustochiū scriptorꝝ vicio deprauatū. plusqꝫ antiquū errorē ꝙ nouā emendacōem valere: me cogitis ut veluti quodā nouali. scissū iā aruū exerceā. et obliquis sulcis renascētes spinas eradicē. equū esse dicētes. ut quod crebro pullulat crebrius succidatᵘʳ. Vnde consueta p̄facōe ꝯmoneo. tam vos quibꝰ forte labor iste desudat. ꝙ eos q̄ exēplaria istiusmodi habere voluerint: ut q̄ diligenter emēdaui: cū cura ⁊ diligētia trāscribantur. Notet sibi vnusquisqꝫ vel iacentem lineā. vel radiantia signa. id est obelos. vel asteriscos: et vbicūqꝫ viderit virgulā p̄cedentē. ab ea usqꝫ ad duo puncta q̄ impressimus. sciat in septuaginta trāslatoribꝰ plus haberi: vbi aūt ꝓspexerit stelle similitudinē de hebreis voluminibꝰ additū nouerit eque usqꝫ ad duo pūcta. iuxᵗ theodotionis dūtaxat edicōnem: qui simplicitate s̄monis a septuaginta interp̄tibꝰ nō discordat. Hec ergo et vobꝭ ⁊ studioso cuiqꝫ fecisse me sciens. nō ambigo multos fore q̄ vel inuidia vel supercilio malent cōtemnere et videre preclara ꝙ discere: et de turbulēto magis riuo ꝙ de purissimo fonte potare.

Explicit ꝓlogus. Incipit liber ymnorꝝ vel soliloquiorꝝ.

Dominus conseruet eum ⁊ viuificet eū: et beatū faciat eū in terra: et nō tradat eum in animā inimicoꝝ eius. Dominus opem ferat illi sup lectū doloris eius: vniūsum stratum eius versasti ī infirmitate eius. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana animaꝫ meā q̄ peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: quādo morietur et peribit nomē eius⁊ Et si ingrediebatur ut videret vana loq̄batur cor eius: cōgregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: et loquebat̄ in idipsum. Aduersum me susurrabant omēs inimicī mei: adūsum me cogitabāt mala michi. Uerbū iniquū constituerūt adūsum me: nūquid qui dormit nō adiciet ut resurgat⁊ Etenim homo pacis mee ī quo sperauī: q̄ edebat panes meos magnificauit sup me supplantationē. Tu autē dn̄e miserē mei: et resuscita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus sup me. Me aūt propter innocentiā suscepisti: et ꝯfirmasti me in ꝯspectu tuo in eternū. Benedictus dominus deus isrl̄ a seculo in seculum: fiat fiat

In finē intellect⁹ filijs chore. psalmus dd̄

Quem admodū desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fortem viuū: quādo veniā ⁊ apparebo ante faciem dei⁊ Fuerūt michi lacrime mee panes die ac nocte: dū dicit̄ michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi ī me animā meā: qm̄ transibo in locū tabernaculi ammirabilis usq3 ad domū dei. In voce exultacōnis ⁊ cōfessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: et quare ꝯturbas me⁊ Spera ī deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei deus meus. Ad meipsū anima mea ꝯturbata ē: ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonijm a mōte modico. Abissus abissuꝫ inuocat: in voce catharactaruꝫ tuaꝝ. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: super me trāsierūt. In die mādauit dn̄s misericordiam suā: et nocte canticū eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et q̄re ꝯtristatus incedo dū affligit me inimicus⁊ Dū ꝯfringunt̄ ossa mea: exprobrauerīt michi q̄ tribulāt me inimici mei. Dū dicūt michi p singulos dies vbi ē deus tuus: q̄re tristis es aīa mea ⁊ q̄re ꝯturbas me⁊ Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus. In finē psalmus

XLII

Iudica me deus et discerne causam meā de gente nō sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo dū affligit me inimicus⁊ Emitte lucē tuā et veritatē tuā: ipa me deduxerīt ⁊ adduxerīt in montē sanctū et in tabernacula tua. Et introibo ad altaē dei: ad deū qui letificat iuuētutē meā. Confitebor tibi ī cithara deus deus meus: quaē tristis es aīa mea ⁊ quaē cōturbas me⁊ Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus.

In finē p filijs chore intellectus ps

XLIII

Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̄i annūciauerīt nobis. Opus qd̄ operatus es in diebus eoꝝ: et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos ⁊ expulisti eos. Nec enī in gladio suo possederīt terram: et brachiū eorum non saluauit eos. Sed dextra tua et brachiū tuū ⁊ illuminatio vultus tui: quomā ꝯplacuisti ī eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mādas salutes iacob. In te inimicos nr̄os ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernem⁹ insurgētes ī nobis. Non enī in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentib⁹ nos: et odiētes nos ꝯfudisti. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo cōfitebimur in seculū. Nunc aūt repulisti et cōfudisti nos: et non egredieris in virtutibus nr̄is. Auertisti nos retrorsū post inimicos nr̄os: et qui oderūt nos diripiebāt sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū: et ī gētib⁹ dispsisti nos. Uendidisti ꝑplm̄ tuū sine precio: et nō fuit multitudo in commutacōnib⁹ eorū. Posuisti nos opprobriū vicinis nr̄is: subsannacōnē et derisum hijs qui sūt in circuitu nostro. Posuisti nos ī similitudinē gentib⁹: commotionen capitis in populis. Tota die verecundia mea cōtra me ē: et

confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrantis ⁊ obloquētis: a facie inimici et ꝑsequētis. Hec oīa venerūt sup nos: nec obliti sumus te: et inique nō egimus in testamēto tuo. Et nō recessit retro cor nostrū: ⁊ declinasti semitas nostras a via tua. Quoniā humiliasti nos ī loco afflictiōis: et cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deū alienū. Nonne deꝰ requiret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. Qm̄ ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Exsurge quare obdormis dn̄e: exsurge et ne repellas ī finē. Quare faciem tuā auertis: obliuisceris inopie nr̄e: et tribulacōis nr̄e. Qm̄ humiliata est in puluere aīa nr̄a: conglutinatus ē ī terra vēter nr̄. Exsurge dn̄e adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomē tuū.

In finem pro hijs qui commutabūtur filijs chore ad intellectum canticum pro dilecto.

XLIIII

Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Speciosus forma p̄ filijs hominū: diffusa ē gracia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo: super femur tuū potentissime. Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiā: et deducet te mirabilit' dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadent ī corda inimicoꝝ regis. Sedes tua deus ī seculū seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ cōsortib⁹ tuis. Mirra ⁊ gutta ⁊ casia a vestimentis tuis a domibus eburneis: ex quib⁹ delectauerūt te filie regū in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis ī vestitu deaurato: circūdata varietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā: et obliuiscere ꝑplm tuū et domū patris tui. Et cōcupiscet rex decorē tuū: quoniā ipse est dn̄s deus tuus et adorabūt eū. Et filie tyri ī munerib⁹: vultū tuū deꝑcabūtur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus: in fimbrijs aureis circūamicta varietatibus.

Adducent' regi vginēs post eā: ꝓxime eius afferētur tibi. Afferētur in leticia ⁊ exultatione: adducētur in tēplū regis. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij: constitues eos principes sup om̄ez terrā. Memor ero nominis tui dn̄e: in omi generacōne ⁊ gn̄acōne. Propterea ꝑpli ꝯfitebūtur tibi ī eternū: et in sclm̄ secli.

In finē filijs chore ꝓ archani

XLV

Deus noster refugiū ⁊ ꝟtus: adiutor ī tribulacōnib⁹ q̄ inuenert nos nimis. Propterea nō timebimus dū turbabitur terra: et trāsferent' mōtes in cor maris. Sonauerūt ⁊ turbate sūt aque eoꝝ: cōturbati sūt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Deus in medio eius nō ꝯmouebit': adiuuabit eā deus mane diluculo. Conturbate sūt gētes ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocez suā mota est terra. Dn̄s virtutū nobiscum: susceptor nr̄ deus iacob. Venite et videte opa domini que posuit ꝓdigia sup terrā: auferens bella usq₃ ad finem terre. Arcum conteret et confringet arma: ⁊ scuta ꝯburet igni. Vacate ⁊ videte quoniā ego sū deus: exaltabor in gentib⁹ ⁊ exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

In finē pro filijs chore psalmus dd.

XLV

Omnes gētes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultacōnis. Qm̄ dn̄s excelsus terribilis: rex magnus sup om̄ez terrā. Subiecit ꝑplos nobis: et gētes sb̄ pedib⁹ nostris. Elegit nobis hereditatē suam: speciem iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo: dn̄s in voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nr̄o psallite. Quoniā rex om̄is terre deus: psallite sapiēter. Regnabit deus sup gētes: deus sedet sup sedē sanctā suā. Principes ꝑplorum congregati sunt cū deo abrahā: quoniam dij fortes terre vehemēter eleuati sūt.

Psalmus cantici filijs chore scd̄a sabbati.

XLV

Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri ī mōte sancto eius. Fundatur exultacōe vniūse terre: mons syō latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domib⁹ eius cognoscet': cū suscipiet eam. Quoniā ecce regis cōgregati

sunt: cõuenerũt in vnũ. Ipsi videntes sic ã
mirati sũt: õturbati sũt commoti sũt: tremor
apphẽdit eos. Ubi dolores ut parturiẽtis:
in spũ vehemẽti õteres naues tharsis. Sic
audiuimus sic vidimus in ciuitate domini
virtutũ in ciuitate dei nr̃i: deus fundauit eã
in eternũ. Suscepimus deus mi̾s̾cdiaʒ tuã:
in medio templi tui. Secũdum nomẽ tuũ
deus sic ⁊ laus tua in fines terre: iusticia ple
na est dextera tua. Letetur mõs syon ⁊ ex
ultẽt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Cir-
cũdate syon ⁊ õplectimini eã: narrate in tur-
ribus eius. Ponite corda vestra in virtute
eius: et distribuite domos eius ut enarretis
in ꝓgenie altera. Q̃m hic est deus deus nr̃
in eternũ ⁊ in seculũ seculi: ipse reget nos in
secula. In finẽ pro filiis chore psalmus dd̃.

XLVIII

Audite hec oẽs gentes: auribꝰ ꝑcipi-
te omes qui habitatis orbẽ. Quiq̃
terrigene ⁊ filii hominũ: simul in vnũ diues
et paup. Os meũ loquetur sapientiam: et
meditacõ cordis mei prudentiã. Inclina
bo in parabolã aurẽ meam: aperiam in psal-
terio ꝓposicõnem meã. Cur timebo in die
mala: iniquitas calcanei mei circũdabit me.
Qui õfidũt in virtute sua: ⁊ in multitudine
diuitiarũ suarũ gloriãtur. Frater nõ redi-
mit redimet homo: nõ dabit deo placacõeʒ
suã. Et preciũ redempcõnis anime sue: ⁊
laborabit in eternũ ⁊ viuet adhuc in finem.
Non videbit interitũ cũ viderit sapientes
moriẽtes: simul insipiẽs ⁊ stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuicias suas: ⁊ se-
pulcra eoꝝ domus illoꝝ in eternũ. Taber
nacula eorũ in ꝓgenie ⁊ ꝓgenie: vocauerũt
nomina sua in terris suis. Et homo cũ in
honore esset nõ intellexit: õparatus ẽ iumẽ-
tis insipiẽtibꝰ: ⁊ similis factus ẽ illis. Hec
via illoꝝ scandalũ ipis: et postea in ore suo
complacebũt. Sicut oues in inferno positi
sũt: mors depascet eos. Et dominabũtur
eorũ iusti in matutino: ⁊ auxiliũ eorũ vetera-
scet in infernũ a gloria eorũ. Uerũtamen
deus redimet animã meã de manu inferi: cũ
acceperit me. Ne timueris cũ diues fc̃us
fuerit homo: et cũ multiplicata fuerit gloria
domus eius. Q̃m cum interierit nõ sumet
oĩa: neq̃ descẽdet cũ eo gloria eius. Quia
anima eius in vita ipius bñdicetur: õfitebit
tibi cũ bñfeceris ei. Introibit usq̃ ĩ ꝓgeni-
es prm̃ suoꝝ: usq̃ ĩ eternũ nõ videbit lumẽ.
Homo cũ in honore esset nõ intellexit: õpa
ratus ẽ iumẽtis insipiẽtibꝰ: ⁊ silis fc̃us ẽ illis.
Deus deoꝝ dñs locu Psalmus asaph.
tus ẽ: ⁊ vocauit terrã. A solis ortu usq̃

XLIX

ad occasũ: ex syon species decoris eius. De
us manifeste veniet: deus noster ⁊ nõ silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: et in
circuitu eius tẽpestas valida. Aduocauit
celũ desursũ: et terrã discernere populũ suũ.
Congregate illi sanctos eius: q̃ ordinãt
testamentũ eius sup sacrificia. Et ãnũcia-
bũt celi iusticiã eius: q̃m deus iudex ẽ. Au
di populus meus ⁊ loquar: israhel ⁊ testifica
bor tibi: deus deus tuus ego sũ. Nõ in sacri
ficiis tuis arguaʒ te: olocausta autem tua in
conspectu meo sũt semp. Non accipiam de
domo tua vitulos: neq̃ de gregibꝰ tuis hir-
cos. Quoniã mee sũt omes fere siluarũ: iu
menta in mõtibꝰ ⁊ boues. Cognoui oĩa
volatilia celi: et pulcritudo agri mecũ est.
Si esuriero non dicam tibi: meus est enim
orbis terre ⁊ plenitudo eius. Nũquid mã
ducabo carnes thaurorũ: aut sanguinẽ hir-
corũ potabo. Immola deo sacrificium lau
dis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca
me in die tribulacõis: eruã te ⁊ honorificabis
me. Peccatori autẽ dixit deus quare tu e-
narras iusticias meas: et assumis testamẽtũ
meũ p os tuũ. Tu vero odisti disciplinam:
et ꝓiecisti ſmones meos retrorsũ. Si vide
bas furem currebas cũ eo: et cum adulteris
porcõem tuã ponebas. Os tuũ abũdauit
malicia: et lingua tua õcinnabat dolos. Se
dens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris: et ad
uersũ filiũ mr̃is tue ponebas scandalũ: hec fe
cisti ⁊ tacui. Existimasti inique q̃ ero tui
similis: arguã te ⁊ statuã õtra faciẽ tuã. In
telligite hec q̃ obliuiscemini deũ: nequando
rapiat ⁊ nõ sit q̃ eripiat. Sacrificiũ laudis
honorificabit me: et illic iter quo ostẽdaʒ illi
salutare dei. Psalmus dauid cũ venit ad eũ
nathan ꝓpheta quando intrauit bethsabee.

L

Miserere mei deus: scd̃m magnã miseri-
cordiã tuã. Et scd̃m multitudinẽ mi-
seracõeʒ tuarũ: dele iniq̃tatẽ meã. Amplius

laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo
mūda me. Quoniā iniquitatē meam ego
cognosco: et pccm meū ɔtra me est semper.
Tibi soli peccaui ⁊ malum coraȝ te feci: ut
iustificeris in sermonib⁹ tuis et vincas cum
iudicaris. Ecce enī in iniq̄tatib⁹ ɔceptus
sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatē dilexisti: incerta ⁊ oc-
culta sapiētie tue manifestasti michi. Asper-
ges me ysopo ⁊ mūdabor: lauabis me ⁊ su-
per niueȝ dealbabor. Auditui meo dabis
gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ exultabūt ossa hūiliata.
Auerte faciē tuā a peccatis meis: et omēs
iniquitates meas dele. Cor mūdum crea
in me deus: spiritū rectuȝ innoua in viscerib⁹
meis. Ne piicias me a facie tua: et spirituȝ
sanctū tuū ne auferas a me. Redde michi
leticiā salutaris tui: et spiritu principali cō-
firma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te cōuertētur. Libera me de san-
guinib⁹ deus deus salutis mee: et exultabit
lingua mea iusticiā tuaȝ. Dn̄e labia mea
aperies: et os meū annūciabit laudē tuam.
Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem
utiq̄ȝ: olocaustis nō delectaberis. Sacrifi
ciū deo spūs ɔtribulatus: cor contritū ⁊ hu-
miliatū deus non despicies. Benigne fac
dn̄e ī bona volūtate tua syon: et edificētur
muri ihrlm. Tunc acceptabis sacrificiuȝ
iusticie oblationes ⁊ olocausta: tunc impo-
nent sup altare tuū vitulos.

LI

In finē intellectus dauid cū venit ad eū doech ydumeus et nūciasset sauli venit dd̄ in domū abimelech.

Quid gloriaris in malicia: qui potens
es in iniquitate? Tota die iniusticiam
cogitauit lingua tua: sic nouacula acu-
ta fecisti dolū. Dilexisti iusticiā sup beni-
gnitatē: iniquitatē magis q̄ loqui equita-
tem. Dilexisti omnia verba pcipitacōnis:
lingua dolosa. Propterea deus destruet
te in finē: euellet te ⁊ emigrabit te de taber-
naculo tuo: ⁊ radicem tuā de terra viuētium.
Videbūt iusti ⁊ timebunt: et sup eū ride-
būt et dicent: ecce homo qui nō posuit deum
adiutorē suuȝ. Sed sperauit in multitudi-
ne diuiciaruȝ suarū: et preualuit in vanitate
sua. Ego aūt sicut oliua fructifera in do-
mo dei: speraui in misericordia dei in eternū
et in seculū seculi. Confitebor tibi in seculuȝ
quia fecisti: et exspectabo nomē tuū quoniaȝ
bonū in conspectu sanctorū tuorū.

LII

In finem intellectus dauid pro amalech.

Dixit insipiens in corde suo:
non est deus. Corrupti sūt
et abominabiles facti sūt in
iniq̄tatib⁹: nō est qui faciat
bonū. Deus de celo prospexit super filios
hominū: ut videat si est intelligens aut req̄-
rens deū. Omnes declinauerūt simul inuti
les facti sūt: non est qui faciat bonū non est
usq̄ȝ ad vnū. Nonne scient omnes qui ope-
rantur iniquitatē: qui deuorant plebem meā
ut cibū panis? Deū nō inuocauerunt: illic
trepidauerūt timore ubi nō fuit timor. Quo
niam deus dissipauit ossa eorū qui hominib⁹
placent: cōfusi sūt quoniā deus spreuit eos.
Quis dabit ex syon salutare isrl̄: cū ɔuerterit
deus captiuitatē plebis sue exultabit iacob
et letabitur isrl̄.

LIII

In finē in carminib⁹ intellectus dauid cū venissent cyphei ⁊ nūciassent sauli nōne dauid absconditus ē apud nos

Deus in nomine tuo saluū me fac: et in
virtute tua iudica me. Deus exaudi
oracōnem meā: aurib⁹ pcipe verba oris mei.
Quoniā alieni insurrexerūt aduersū me: ⁊
fortes quesierūt animā meā: et nō ꝓposuerūt
deum ante conspectū suū. Ecce enim deus
adiuuat me: et dn̄s susceptor ē anime mee.
Auerte mala inimicis meis: in veritate tu-
a disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi:
et cōfitebor nomini tuo domine q̄m bonū est.
Quoniā ex omi tribulacōne eripuisti me:
et sup inimicos meos despexit oculus meus.

LIIII

In finem in carminibus intellectus dauid.

Exaudi deus oracōeȝ meā: et ne despe-
xeris depcacōem meā: intende michi
et exaudi me. Contristatus sū i exercitati
one mea: et conturbatus sū a voce inimici et
a tribulacōne peccatoris. Quoniā declina-
uerūt in me iniquitates: et in ira molesti erāt
michi. Cor meū cōturbatū est in me: et for-
mido mortis cecidit super me. Timor ⁊ tre
mor venerūt sup me: et contexerūt me tene-
bre. Et dixi quis dabit pennas sicut colū-
be: et volabo ⁊ requiescam. Ecce elongaui
fugiens: et mansi in solitudine. Expectaui

eum q̃ saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs
et tẽpestate. Precipita dñe diuide linguas
eorũ: quoniã vidi iniquitatẽ et ɔtradictõem
in ciuitate. Die ac nocte circũdabit eam
sup muros eius iniquitas: et labor in medio
eius et iniusticia. Et nõ defecit de plateis
eius: vsura et dolus. Quoniam si inimicus
meus maledixissz michi: sustinuissem vtiq̃z.
Et si is qui oderat me sup me magna lo-
cutus fuissz: abscondissez me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux meus et no-
tus me9. Qui simul mecũ dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulauimus cũ ɔsensu.
Ueniat mors sup illos: et descendãt in in-
fernũ viuẽtes. Quoniã nequicie in habita
culis eorũ: in medio eorũ. Ego autez ad
deum clamaui: et dñs saluauit me. Uespere
et mane et meridie narrabo et annũciabo: et
exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace aĩaz
meã ab hijs qui appropinquant michi: qm̃
inter multos erãt mecũ. Exaudiet dñs et
humiliabit illos: qui est ante secula. Non
enim est illis cõmutacõ et non timuerũt deũ:
extendit manũ suã in retribuẽdo. Conta-
minauerũt testamentuz eius: diuisi sunt ab
ira vultus eius: et appropinquauit cor illius.
Molliti sũt sermones eius sup oleũ: et ipsi
sunt iacula. Iacta sup dominũ curã tuam
et ipse te enutriet: et non dabit in eternũ flu-
ctuacõez iusto. Tu vero deus: deduces eos
in puteũ interitus. Uiri sanguinũ et dolosi nõ
dimidiabũt dies suos: ego autem sperabo
in te domine. In finem pro ppl'o qui a san-
ctis longe factus est in tituli inscripcõe ipi
dauid cum tenerent eum allophili in geth.

LV

Miserere mei deus quoniã conculcauit
me homo: tota die impugnans tribu-
lauit me. Cõculcauerũt me inimici mei to
ta die: quoniã multi bellantes aduersũ me.
Ab altitudine diei timebo: ego vero in te
sperabo. In deo laudabo sermões meos: in
deo speraui non timebo quid faciat michi ca
ro. Tota die verba mea execrabãtur: ad-
uersũ me omes cogitacões eorũ in maluz.
Inhabitabũt et abscondẽt: ipsi calcaneuz
meũ obseruabũt. Sicut sustinuerũt aĩam
meam pro nichilo saluos facies illos: in ira
ppl'os ɔfringes. Deus vitã meã ãnũciaui
tibi: posuisti lacrimas meas in cõspectu tuo.
Sicut et in ꝓmissione tua: tunc ɔuertentur
inimici mei retrorsũ. In quacũq̃z die inuo
cauero te: ecce cognoui quoniã deus meus
es. In deo laudabo verbũ: in dño laudabo
sermonẽ: in deo speraui non timebo quid fa-
ciat michi homo. In me sũt deus vota tua:
que reddã laudacões tibi. Qm̃ eripuisti
animam meam de morte: et pedes meos de
lapsu: ut placeã corã deo in lumine viuẽtiuz.
In finẽ ne disperdas dauid i tituli inscripcõ
ne cũ fugeret a facie saul regis isrl' i speluca

LVI

Miserere mei deus miserere mei: qm̃ in
te confidit anima mea. Et in vmbra
alarũ tuarũ sperabo: donec transeat iniq̃tas.
Clamabo ad deũ altissimũ: deũ qui bñfecit
michi. Misit de celo et liberauit me: dedit in
opprobriuz ɔculcãtes me. Misit deus mise
ricordiã suam et veritatẽ suã: et eripuit aĩam
meã de medio catulorũ leonũ: dormiui ɔtur-
batus. Filij hominũ dentes eorũ arma et
sagitte: et lingua eorũ gladius acutus. Ex-
altare sup celos deus: et in omi terra gloria
tua. Laqueũ parauerũt pedib9 meis: et in
curuauerũt animam meã. Foderunt ante
faciem meam foueam: et inciderunt in eam.
Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cãta
bo et psalmũ dicaz. Exsurge gloria mea ex
surge psalteriũ et cithara: exsurgã diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psal-
mũ dicam tibi in gentib9. Quoniã magnifi
cata est usq̃z ad celos misericordia tua: et us-
q̃z ad nubes veritas tua. Exaltare super
celos deus: et super omem terrã gloria tua.
In finem ne disperdas in tituli inscripcõne.

LVII

Si vere vtiq̃z iusticiam loquimini: recte
iudicate filij hominũ. Etenim i corde
iniq̃tates operamini in terra: iniusticias ma
nus vestre cõcinnãt. Alienati sũt peccores
a vulua: errauerũt ab utero: locuti sũt falsa.
Furor illis scd'm similitudinẽ serpẽtis: sic
aspidis surde et obturãtis aures suas. Que
non exaudiet vocẽ incantantium: et venefici
incantantis sapienter. Deus ɔteret dẽtes
eorũ i ore ipsorũ: molas leonũ ɔfringet dñs.
Ad nichilũ deuenient tanq̃ aqua decurrẽs:
intendit arcũ suũ donec infirmẽtur. Sicut
cera que fluit auferẽtur: supcecidit ignis et

non viderūt solē. Priusq̄ intelligerēt spi
ne vrē ramū: sicut viuētes sicut in ira absor-
bet eos. Letabitur iustus cum viderit vin
dictā: manus suas lauabit in sanguine pec
catoris. Et dicet homo si vtiq̄ʒ est fructus
iusto: utiq̄ʒ est deus iudicans eos in terra.
In finē ne disp̄das dauid in tituli inscripcō
ne quādo misit saul ⁊ custodiuit domū eiꝰ

LVIII

Eripe me de inimicis ut interficerē eū
meis deus meus: et ab insurgentibus
in me libera me. Eripe me de operantibꝰ iniq̄
tatē: et de viris sanguinū salua me. Quia
ecce ceperūt animā meā: irruerūt in me for-
tes. Neq̄ʒ iniquitas mea neq̄ʒ peccatū meū
domīe: sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Ex
surge in occursū meū ⁊ vide: et tu domīe de-
us virtutū deus israhel. Intēde ad visitan-
das omnes gentes: non miserearis omni-
bus qui operātur iniquitatē. Conuerten-
tur ad vesperam ⁊ famem patiētur ut canes:
et circuibūt ciuitatē. Ecce loquētur in ore
suo: et gladius in labijs eorū: quoniā quis
audiuit? Et tu dn̄e deridebis eos: ad ni-
chilū deduces om̄es gentes. Fortitudinē
meā ad te custodiā: qꝛ deus susceptor meus:
deus meus misc̄dia eius p̄ueniet me. Deꝰ
ostendisti michi sup inimicos meos: ne oc-
cidas eos nequādo obliuiscantur ppli mei.
Disp̄ge illos in virtute tua: et depone eos
ptector meus domine. Delictū oris eoꝝ
sermonē labiorum ipsorū: et cōp̄hendantur
in sup̄bia sua. Et de execracōe ⁊ menda-
cio annūciabūtur in consūmacōne: in ira cō-
sūmacōnis ⁊ nō erūt. Et scient: quia deus
dominabitur iacob: finium terre. Con-
uertētur ad vesperā ⁊ famē paciētur ut canes:
et circuibūt ciuitatem. Ipsi disp̄gētur ad
manducandū: si vero non fuerint saturati et
murmurabūt. Ego aūt cantabo fortitudi
nē tuā: et exaltabo mane misericordiā tuā.
Quia factus es susceptor meus: ⁊ refugiū
meum in die tribulationis mee. Adiutor
meus tibi psallam: quia deus susceptor
meus es: deus meus misericordia mea.
In finē p̄ hijs q̄ cōmutabūt in tituli insc̄ptio
ne ipi dd̄ in doctrinā. cum succēdit mesopo
tamiā syrie et sobal. et cōuertit ioab et pcus-
sit edom in valle salinarū duodecim milia.

LIX

Deus repulisti nos et destruxisti nos:
iratus es ⁊ misertus es nobis. Com
mouisti terrā ⁊ cōturbasti eā: sana cōtricōnes
eius quia commota est. Ostendisti poplo
tuo dura: potasti nos vino cōpūctōis. De-
disti metuētibꝰ te significacōem: ut fugiant
a facie arcus. Et liberētur dilecti tui: saluū
fac dextera tua ⁊ exaudi me. Deus locutꝰ
est in sancto suo: letabor ⁊ partibor sichimā:
et conuallem tabernaculoꝝ metibor. Meus
est galaad ⁊ meus ē manasses: et ephraim
fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: mo-
ab olla spei mee. In ydumeā extēdā calci
amentū meū: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis
deducet me usq̄ʒ in ydumeā? Nōne tu deus
qui repulisti nos? et nō egredieris deus in
virtutibꝰ nostris. Da nobis auxiliū de tri
bulacōe: et vana salus hominis. In deo fa
ciemus virtutē: et ipse ad nichilū deducet tri
bulātes nos. In finē in ymnis psalmus dd̄

LX

Exaudi deus deprecacōem meā: intēde
oracōni mee. A finibꝰ terre ad te cla
maui dū anxiaret cor meū: in petra exaltasti
me. Deduxisti me qꝛ factus es spes mea:
turris fortitudinis a facie inimici. Inha-
bitabo in tabnaculo tuo in sec̄la: ptegar in
velamēto alarū tuarū. Quoniā tu deus meꝰ
exaudisti oracōem meā: dedisti hereditatē
timentibꝰ nomē tuū. Dies super dies re-
gis adicies: annos eius usq̄ʒ in diē genera-
tionis ⁊ generacōis. Permanet in eternū
in conspectu dei: misericordiā ⁊ veritatē eius
quis requiret? Sic psalmū dicā nomini tuo
in secl̄m secl̄i: ut reddā vota mea de die in diē.

Nonne deo LXI
subiecta erit aīa mea? ab ipo enī salu-
tare meū. Nam ⁊ ipe deus meus ⁊ salutaris
meus: susceptor meus nō mouebor amplius.
Quousq̄ʒ irruitis in hoiem: interficitis vniu̅si
vos: tāq̄ parieti inclinato ⁊ macerie depul-
se? Veruntamē preciū meū cogitauerunt
repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebāt
et corde suo maledicebāt. Verūtamē deo
subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso
paciētia mea. Quia ipe deus meus ⁊ salua-
tor meus: adiutor meus non emigrabo. In
deo salutare meū ⁊ gloria mea: deus auxilij

mea: spes mea in deo est. Sperate in eo oĩs congregatio populi: effundite corã illo corda vestra: deus adiutor noster ĩ eternũ. Verũtamẽ vani filij hominũ: mendaces filij hominũ in stateris: ut decipiãt ipsi de vanitate in idipsũ. Nolite sperare in iniq̃tate et rapinas nolite ꝯcupiscẽ: diuitie si affluãt nolite cor apponere. Semel locutus ẽ deus duo hec audiui: q2 ptãs dei ẽ t tibi dñe misericordia: q2 tu reddis vnicuiq3 iuxͣ opa sua.

Psalmus dauid cũ esset in deserto ydumee.

LXII

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta t inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut viderẽ virtutẽ tuã t gloriã tuam. Quoniam melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabũt te. Sic bñdicam te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe t pinguedine repleatur aĩa mea: t labijs exultacõis laudabit os meũ. Si memor fui tui sup stratũ meũ in matutinis meditabor in te: q2 fuisti adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tuarum exultabo: adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanũ quesierũt aĩam meã: introibũt in inferiora terre: tradentur ĩ manus gladij: partes vulpiũ erũt. Rex vero letabitur in deo: laudabũtur omẽs qui iurãt in eo: q2 obstructum est os loquentiũ iniqua.

LXIII

In fine psalmus

Exaudi deus oracionem meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Protexisti me a cõuentu malignantiũ: a multitudine operãtium iniq̃tatẽ. Quia exacuerũt ut gladiũ linguas suas: intenderũt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatũ. Subito sagittabũt eũ t nõ timebũt: firmauerunt sibi sermonẽ nequã. Narrauerũt ut absconderẽt laqueos: dixerũt q̃s videbit eos. Scrutati sũt iniq̃tates: defecerũt scrutãtes scrutinia. Accedet homo t cor altũ: t exaltabitur deus. Sagitte paruuloꝝ facte sũt plage eoꝝ: t infirmate sũt ꝯtra eos lingue eoꝝ. Conturbati sũt omnes qui videbãt eos: et timuit omnis homo. Annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in domino t sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

In finẽ psalmus dauid canticũ aggei ieremie t ezechiel de verbo peregrinationis et de ppl'o transmigracõnis cũ inciperent pficisci.

LXIIII

Te decet ymnus deus in syon: t tibi reddetur votũ in iherusalẽ. Exaudi oracionẽ meã: ad te omnis caro veniet. Verba iniquoꝝ pualuerũt sup nos: et impietatibus nr̃is tu ꝓpiciaberis. Beatus quẽ elegisti t assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templũ tuũ mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniũ finiũ terre t ĩ mari longe. Preparãs mõtes in virtute tua accinctus potentia: qui ꝯturbas pfundũ maris sonũ fluctuũ eius. Turbabuntur gentes t timebunt qui habitãt terminos a signis tuis: exitus matutini t vesperi delectabis. Visitasti terrã t inebriasti eã: multiplicasti locupletare eã. Flumen dei repletũ est aquis: parasti cibũ illoꝝ: qm̃ ita est ꝑparacõ eius. Riuos eius inebria: multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinãs. Benedices corone ãni benignitatis tue: t cãpi tui replebũtur ubtate. Pinguescẽt speciosa deserti: et exultacõe colles accingentur. Induti sũt arietes ouiũ: t valles abundabũt frumẽto: clamabũt eteni ymnum dicẽt.

In finẽ canticũ psalmi resurrectõnis

LXV

Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dicite deo q̃ terribilia sũt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mẽtientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te t psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo. Venite t videte opera dei: terribilis in consilijs super filios hominũ. Qui ꝯuertit mare in aridã: in flumine ptransibũt pede: ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua ĩ eternũ: oculi eius sup gentes respiciũt: q̃ exasperãt nõ exaltentur in semetipsis. Benedicite gẽtes deũ nostrũ: et auditã facite vocẽ laudis eius. Qui posuit animã meã ad vitã: et nõ dedit in cõmocõem pedes meos. Quoniam pbasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentũ. Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulacões ĩ dorso nr̃o: imposuisti homies sup capita nr̃a. Transiuimus

per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in olocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum: in tribulacione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum: offeram tibi boues cum hircis. Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecacionis mee. Benedictus deus: qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me.

In finem in ymnis Psalmus cantici d

LXVI

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre.

In finem psalmus dd

LXVII

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Et exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulcris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerunt a facie dei synai a facie dei israhel. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue: et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum: euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex: milia letantium: dominus in eis in synai in sancto. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus ex basan conuertam: conuertam in profundum maris. Ut intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum timpanistriarum. In ecclesiis benedicite deo: domino de fontibus israhel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorum: principes zabulon et principes neptalim. Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis. A templo tuo in ierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: congregacio thaurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egipto: ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit super celum celi ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israhel: magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israhel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus.

In finem pro hiis qui commutabuntur psalmus ipsi dauid.

LXVIII

Saluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque usq; ad animam meā. Infixus sum in limo pfundi: et nō est substantia. Ueni in altitudinē maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sūt fauces mee: defecerūt oculi mei dū spero in deum meū. Multiplicati sūt sup capillos capitis mei: qui oderūt me gratis. Confortati sūt qui psecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsoluebā. Deus tu scis insipientiā meā: et delicta mea a te nō sūt abscōdita. Non erubescant i me q̄ exspectāt te dn̄e: dn̄e virtutū. Non ɔfundātur sup me: q̄ querūt te deus israhel. Quoniā ꝓpter te sustinui opprobriū: operuit ɔfusio faciē meā. Extraneus factus sū fratrib; meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me. Et operui i ieiunio animā meā: et factū est in opprobriū michi. Et posui vestimentū meū ciliciū: et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebātur qui sedebāt in porta: ⁊ in me psallebant qui bibebāt vinū. Ego vero orōem meam ad te dn̄e: tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut nō infigar: libera me ab hijs q̄ oderūt me ⁊ de pfundis aquarū. Nō me demergat tēpestas aque: neq; absorbeat me pfundū: neq; urgeat sup me puteus os suū. Exaudi me dn̄e quoniā benigna est misericordia tua: secundū multitudinē miseracōnū tuarū respice me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intēde anime mee ⁊ libera eā: ꝓpter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meū ⁊ cōfusionē meā: et reuerētiā meā. In conspectu tuo sūt omnes qui tribulant me: improperiū exspectauit cor meū ⁊ miseriā. Et sustinui qui simul cōtristaretur ⁊ non fuit: et qui ɔsolaretur ⁊ nō inueni. Et dederūt in escam meā fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eoꝝ coram ipis in laqueum: et in retribucōnes ⁊ in scandalum. Obscurētur oculi eoꝝ ne videant: et dorsū eorū semp in curua. Effunde sup eos iram tuam: et furor ire tue ɔphendat eos. Fiat habitacō eoꝝ desta: et in tabernaculis eorū non sit qui inhabitet. Quoniā quē percussisti psecuti sūt: et sup dolorē vulnerū meorū addiderūt. Appone iniquitatē sup iniqtatem eorū: et nō intrent in iusticiā tuā. Deleantur de libro viuentiū: et cū iustis nō scribātur. Ego sū paup ⁊ dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomē dei cū cātico: et magnificabo eū i laude. Et placebit deo super vitulū nouellū: cornua pducentē ⁊ vngulas. Uideant paupes ⁊ letētur: querite deū ⁊ viuet anima vestra. Quoniā exaudiuit paupes dominus: et vinctos suos non despexit. Laudēt illum celi ⁊ terra: mare et omnia reptilia in eis. Quoniā deus saluā faciet syō: ⁊ edificabūtur ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi: ⁊ hereditate acqrēt eā. Et semē seruoꝝ eius possidebit eā: et q̄ diligūt nomē eius habitabūt in ea. In finē psalmꝰ dd̄ in rememoratione ꝙ saluū fecit eū dn̄s.

LXIX

Deus in adiutoriū meū intēde: domine ad adiuuādū me festina. Cōfundātur ⁊ reuereātur: qui querūt animam meam. Auertātur retrorsū ⁊ erubescant: qui volūt michi mala. Auertātur statim ⁊ erubescentes: qui dicūt michi euge euge. Exultent et letētur in te omēs qui querunt te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris. Ps dd̄ filioꝝ ionadab et priorū captiuoꝝ.

LXX

In te domine speraui nō confundar in eternū: in iusticia tua libera me ⁊ eripe me. Inclina ad me aurem tuam: et salua me. Esto michi in deum ptectorē ⁊ in locū munitū: ut saluū me facias. Quoniā firmamētū meū: et refugiū meū es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu ɔtra legem agentis ⁊ iniqui. Quoniā tu es patientia mea domine: domine spes mea a iuuentute mea. In te ɔfirmatus sum ex utero: de vētre matris mee tu es ptector meus. In te cantatio mea semp: tanq̄ pdigiū factus sū multis ⁊ tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude ut cantem gloriam tuam: tota die

magnitudinē tuā. Ne proicias me in tē-
pore senectutis: cū deficiet virtus mea ne de
relinquas me. Quia dixerunt inimici mei
michi: ⁊ qui custodiebant animā meā ꝯsiliū
fecerunt in vnum. Dicētes deus dereliquit
eum: ꝑsequimini ⁊ ꝯphendite eum: quia nō
est qui eripiat. Deus ne elongeris a me:
deus meus in auxiliū meū respice. Confun
dantur ⁊ deficiant detrahentes anime mee:
operiātur cōfusione ⁊ pudore qui querunt
mala michi. Ego aūt semp sperabo: et adi
ciam sup omnē laudez tuā. Os meū annū
ciabit iusticiaz tuam: tota die salutare tuū.
Quoniā nō cognoui litteraturaz introibo
in potentiā dn̄i: dn̄e memorabor iusticie tue
solius. Deus docuisti me ex iuuentute mea
et usq3 nūc: pronunciabo mirabilia tua. Et
usq3 in senectā ⁊ seniū: deus ne derelinquas
me. Donec annūciem brachiuz tuū: gene
rationi omni que ventura est. Potentiam
tuā ⁊ iusticiaz tuā deus usq3 in altissima que
fecisti magnalia: deus quis similis tibi?
Quantas ostendisti michi tribulacōnes
multas ⁊ malas: et cōuersus viuificasti me:
et de abissis terre iterū reduxisti me. Mul
tiplicasti magnificentiā tuā: et ꝯuersus cō-
solatus es me. Nam ⁊ ego confitebor tibi
in vasis psalmi veritatē tuā deus: psallam ti-
bi in cythara sanctus israhel. Exultabunt
labia mea cū cantauero tibi: et anima mea
quā redemisti. Sed ⁊ lingua mea tota die
meditabitur iusticiā tuā: cū cōfusi ⁊ reueriti
fuerint q̄ querūt mala michi. In salomonē

LXXI

Deus iudiciū tuū regi da: et iusticiā tu-
am filio regis. Iudicare populū tu
um in iusticia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant mōtes pacem populo: et col-
les iusticiaz. Iudicabit pauperes populi
et saluos faciet filios pauperū: et humilia-
bit calūniatorem. Et pmanebit cū sole et
ante lunā: in generacōnem ⁊ generacōnem.
Descendet sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut stil-
licidia stillātia sup terrā. Orietur in dieb9
eius iusticia ⁊ abūdantia pacis: donec au-
feratur luna. Et dn̄abitur a mari usq3 ad
mare: et a flumine usq3 ad terminos orbis
terrarum. Coram illo pcidēt ethiopes: et
inimici eius terrā lingent. Reges tharsis
et insule munera offerent: reges arabū ⁊ sa-
ba dona adducent. Et adorabūt eū oēs
reges: oēs gentes seruiēt ei. Quia libe-
rabit pauperem a potente: et pauperē cui nō
erat adiutor. Parcet pauperi ⁊ inopi: et a-
nimas pauperum saluas faciet. Ex usuris
et iniquitate redimet animas eoꝝ: et hono-
rabile nomē eorū coram illo. Et viuet ⁊ da
bitur ei de auro arabie: et adorabūt de ipso
semp: tota die bn̄dicent ei. Erit firmamē-
tum in terra in sūmis montiuz: superextolle-
tur sup libanū fructus eius: et florebunt de
ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē eius be-
nedictū in secula: ante solez pmanet nomen
eius. Et bn̄dicētur in ipso oēs trib9 terre:
oēs gētes magnificabūt eū. Bn̄dictus
dn̄s deus de9 isrl̄: q̄ facit mirabilia solus. Et
bn̄dictū nomē maiestatis eius in eternū: et
replebit' maiestate eius ois terra: fiat fiat.
Defecerūt ymni dd' filij iesse Psalmus asaph.

LXXII

Quam bonus israhel deus: hijs qui re-
cto sūt corde. Mei aūt pene moti sūt
pedes: pene effusi sūt gressus mei. Quia ze-
laui sup iniquos: pacem peccatorū videns.
Quia nō est respectus morti eorū: et firma
mentū in plaga eoꝝ. In labore hoīm nō
sūt: ⁊ cū hominib9 nō flagellabūtur. Ideo
tenuit eos supbia: opti sūt iniq̄tate ⁊ impie-
tate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas
eorū: transierūt in affectū cordis. Cogita
uerūt ⁊ locuti sūt nequiciā: iniquitatē in ex-
celso locuti sūt. Posuerūt in celū os suū: ⁊
lingua eoꝝ transiuit in terra. Ideo ꝯuer-
tetur populus meus hic: et dies pleni inue-
nientur in eis. Et dixerūt quō scit deus: et
si est sciētia in excelso? Ecce ipsi pccores
et abūdātes in seculo: obtinuerunt diuicias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meū:
et laui inter innocentes manus meas. Et
fui flagellatus tota die: et castigatio mea in
matutinis. Si dicebaz narrabo sic: ecce na
tionē filioꝝ tuoꝝ reprobaui. Existimabā
ut ꝯgnoscerē: hoc labor est ante me. Do-
nec intrem in sanctuariuz dei: et intelligam
in nouissimis eorū. Verūtamen propter
dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleua-
rentur. Quomō facti sunt in desolacōnem:
subito defecerūt: perierūt ꝓpter iniquitatem

suam. Velut sommiū surgentiū: dn̄e in ciui
tate tua imaginē ipsoꝝ ad nichilū rediges.
Quia inflāmatū est cor meū: et renes mei
omutati sūt: et ego ad nichilū redactus sū
et nesciui. Vt iumentū factus sū apud te:
et ego semp tecū. Tenuisti manū dexteraꝫ
meā: et in voluntate tua deduxisti me: et cum
gloria suscepisti me. Quid eni michi est
in celo: et a te quid volui sup terram? Defe-
cit caro mea et cor meū: deus cordis mei et
pars mea deus in eternuꝫ. Quia ecce qui
elongāt se a te peribūt: pdidisti omes qui
fornicātur abs te. Michi aūt adherere deo
bonū est: ponere in domino deo spem meam.
Vt annūciem omnes pdicacōnes tuas: in
portis filie syon. In finē intellect⁹ asaph.

XIII

Vt quid deus repulisti in finē: iratus
est furor tuus super oues pascue tue?
Memor esto congregacōnis tue: quā pos
sedisti ab inicio. Redemisti virgā heredi-
tatis tue: mons syon in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in supbias eorū in finē:
quanta malignatus ē inimicus in sancto?
Et gloriati sūt qui oderūt te: et in medio
solēnitatis tue. Posuerūt signa sua signa
et nō cognouerūt: sicut in exitu sup summū.
Quasi in silua lignoꝝ securib⁹ exciderūt
ianuas eius in idipm: in securi et ascia deiece
rūt eam. Incenderūt igni sanctuariū tuū
in terra: polluerūt tabernaculū nominis tui.
Dixerūt in corde suo ꝯgnatio eoꝝ simul:
quiescere faciamus omes dies festos dei a
terra. Signa nostra nō vidimus: iam non
est pphēta: et nos non cognoscet amplius.
Vsquequo deus improperabit inimicus:
irritat aduersarius nomē tuū in finem. Vt
quid auertis manū tuā et dexterā tuā: de me-
dio sinu tuo in finē. Deus autē rex noster
ante secula: operatus est salutem in medio
terre. Tu ꝯfirmasti in virtute tua mare: cō
tribulasti capita draconū in aquis. Tu cō
fregisti capita draconis: dedisti eum escam
populis ethiopum. Tu dirupisti fontes et
torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus
est dies et tua est nox: tu fabricatus es auro-
ram et solem. Tu fecisti omnes terminos
terre: estatē et ver tu plasmasti ea. Memor
esto huius: inimicus improperauit dn̄o: et
populus insipiēs incitauit nomē tuū. Ne
tradas bestijs animā confitentē tibi: et aīas
pauperū tuoruꝫ ne obliuiscaris in finē. Re
spice in testamentū tuū: quia repleti sūt qui
obscurati sūt terre domib⁹ iniquitatū. Ne
auertatur humilis factus confusus: paup et
inops laudabūt nomē tuū. Exsurge de⁹
iudica causaꝫ tuā: memor esto improperioꝝ
tuorū eorum que ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicoꝝ tuorum:
supbia eoꝝ qui te oderunt ascendit semp.
In finē ne corrūpas psalmus cantici asaph.

LXXIIII

Confitebimur tibi deus confitebimur:
et inuocabimus nomē tuū. Narrabi-
mus mirabilia tua: cū accepero tēpus ego
iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et
omnes qui habitant in ea: ego confirmaui
colūnas eius. Dixi iniquis nolite inique a
gere: et delinquētib⁹ nolite exaltare cornu.
Nolite extollere ī altū cornu vestrū: nolite
loqui aduersus deū iniquitateꝫ. Quia neqꝫ
ab oriente neqꝫ ab occidente neqꝫ a desertis
montib⁹: quoniam deus iudex est. Hunc
humiliat et hūc exaltat: qꝛ calix in manu dn̄i
vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex
hoc ī hoc: verūtamē fex eius nō est exinani-
ta: bibent omnes peccatores terre. Ego
auteꝫ annūciabo in seculū: cātabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatoꝝ confringā: et
exaltabūtur cornua iusti. In finē ī carminib⁹
cāticū assirioꝝ. psalm⁹ asaph

LXXV

Notus in iudea deus: in israhel magnū nomē
eius. Et factus est in pace locus eius: et
habitacō eius in syon. Ibi ꝯfregit potēti
as arcuū: scutū et gladiū et bellū. Illuminās
tu mirabiliter a montib⁹ eternis: turbati sūt
omes insipiētes corde. Dormierūt somnuꝫ
suū: et nichil inuenerūt oēs viri diuitiarū ma
nib⁹ suis. Ab increpacōne tua deus iacob:
dormitauerūt oēs q̄ ascēderūt equos. Tu
terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc ira
tua. De celo auditum fecisti iudiciū: terra
tremuit et quieuit. Cū exsurgeret in iudi-
cium deus: ut saluos faceret omes mansue-
tos terre. Quoniam cogitacō hominis cō
fitebitur tibi: et reliquie cogitacōnis diem
festū agēt tibi. Vouete et reddite domino
deo vestro: omes qui in circuitu eius affertis

munera. Terribili et ei qui aufert spiritum
principum: terribili apud reges terre.

LXXVI

Voce mea ad dñm In finē ꝓ idithun
clamaui: voce mea ad deū ⁊ intendit
michi. In die tribulacōnis mee deū exq̄si=
ui manibꝫ meis nocte contra eū: et non sum
deceptus. Renuit ꝯsolari anima mea: me
mor fui dei ⁊ delectatus sum: et exercitatus
sū ⁊ defecit spūs meus. Anticipauerūt vi
gilias oculi mei: turbatus sū ⁊ nō sū locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eter=
nos in mente habui. Et meditatus sum
nocte cū corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scrobebā
spiritū meū. Nūquid in eternum proiciet
deus: aut non apponet ut cōplacitior sit ad=
huc? Aut in finē misericordiā suam absci
det: a generacōe in generacōem? Aut ob
liuiscetur misereri deus: aut continebit in ira
sua misericordias suas? Et dixi nūc cepi:
hec mutacō dextere excelsi. Memor fui ope
rum dñi: qꝛ memor ero ab inicō mirabilium
tuorū. Et meditabor in oīb; opibꝫ tuis:
et in adinuencōnibꝫ tuis exercebor. Deus
in sancto via tua: quis deus magnus sicut
deus noster? tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutē tuā: rede
misti in brachio tuo pplm tuū: filios iacob
et ioseph. Viderūt te aque deus viderunt
te aque et timuerunt: et turbate sunt abissi.
Multitudo sonitus aquarū: vocē dederūt
nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox
tonitrui tui in rota. Illuxerūt chorusca
cōnes tue orbi terre: commota est et contre=
muit terra. In mari via tua ⁊ semite tue in
aquis multis: et vestigia tua non cognoscē
tur. Deduxisti sicut oues populū tuum: in
manu moysi et aaron. intellectus asaph.

LXXVII

Attendite popule meus legē meam:
inclinate aurē vestrā ī verba oris mei.
Aperiā in parabolis os meū: loquar ꝓposi
tiones ab inicio. Quāta audiuimus ⁊ co=
gnouimus ea: et patres nostri narrauerūt
nobis. Non sunt occultata a filijs eoꝝ: in
generacōne altera. Narrātes laudes dñi
et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimoniū in iacob: et legē
posuit in israhel. Quanta mandauit pr̄ibꝫ
nr̄is nota facere ea filijs suis: ut cognoscat
generacō altera. Filij qui nascentur et ex=
surgent: et narrabūt filijs suis. Ut ponāt in
deo spem suā: et nō obliuiscātur operum dei:
et mandata eius exquirant. Ne fiant sicut
patres eoꝝ: generacō praua ⁊ exasperans.
Generatio q̄ non direxit cor suū: et nō est
creditus cū deo spūs eius. Filij effrem in
tendētes ⁊ mittentes arcū: ꝯuersi sūt in die
belli. Non custodierūt testamentū dei: et in
lege eius noluerunt ambulare. Et obliti
sūt benefactorū eius: et mirabiliū eius que
ostendit eis. Coram pr̄ibꝫ eoꝝ fecit mira
bilia in terra egipti: in campo thaneos. In
terrupit mare ⁊ perduxit eos: et statuit a=
quas quasi in utre. Et deduxit eos in nu=
be diei: et tota nocte in illuminacōne ignis.
Interrupit petrā in heremo: et adaquauit
eos velut in abisso multa. Et eduxit aquā
de petra: et deduxit tanq̄ flumina aquas. Et
apposuerūt adhuc peccare ei: in irā excitaue
rūt excelsū in inaquoso. Et temptauerūt
deū in cordibꝫ suis: ut peterēt escas animabꝫ
suis. Et male locuti sūt de deo: dixerūt nū
quid poterit deus parare mensam in deserto?
Quoniā ꝑcussit petrā ⁊ fluxerunt aque: et
torrentes inundauerūt. Nunquid ⁊ panē
poterit dare: aut parare mensam ꝑplo suo?
Ideo audiuit dñs ⁊ distulit: et ignis accē
sus est in iacob: et ira ascendit in isrl. Quia
nō crediderūt in deo: nec sperauerūt in salu=
tari eius. Et mandauit nubibus desuper:
et ianuas celi aperuit. Et pluit illis māna
ad manducandum: et panem celi dedit eis.
Panē angelorū māducauit homo: cibaria
misit eis in abūdanciā. Transtulit austrū
de celo: et induxit in virtute sua affricū. Et
pluit sup eos sicut puluerem carnes: et sicut
arenā maris volatilia pennata. Et cecide=
rūt in medio castroꝝ eorū: circa tabernacla
eorū. Et māducauerūt ⁊ saturati sūt nimis:
et desideriū eorū attulit eis: nō sunt fraudati
a desiderio suo. Adhuc esce eorū erant in
ore ipsorū: et ira dei ascendit sup eos. Et
occidit pingues eorū: ⁊ electos israhel impe=
diuit. In omibꝫ hijs peccauerūt adhuc:
et nō crediderūt in mirabilibꝫ eius. Et defe
cerūt in vanitate dies eorū: ⁊ anni eorū cum
festinacōe. Cum occideret eos querebāt

Laudemus viros gloriosos et parē-tes nr̄os in generacōne sua. Multam gloriā fecit dn̄s mag̃ficētia sua a seclo. Do-minātes in potestatibꝫ suis: homīes magni virtute ⁊ prudētia sua p̄diti: nūciantes ī p̄-phetis dignitatē ꝓphetaruꝫ et imperātes in p̄senti populo. et virtute prudētie populis sanctissima verba. In puericia sua requirē-tes modos musicos: et narrantes carmina scripturarū. Hoīes diuites in virtute: pul-critudinis studium habentes: pacificantes in domibꝫ suis. Om̄es isti in generacōnibꝫ gentis sue gloriā adepti sūt: et ī diebꝫ suis habētur in laudibꝫ: Qui de illis nati sūt: re-liquerūt nomē narrādi laudes eoꝝ. Et sūt quoruꝫ non est memoria. Perierunt quasi qui nō fuerint: et nati sunt quasi non nati: ⁊ filij ip̄oꝝ cū ipsis. Sed illi viri misc̄die sūt: quoꝝ pietates nō defecerūt. Cū semine eo-rum p̄manēt bona: hereditas sancta nepo-tes eoꝝ. Et in testam̄tis stetit semen eoꝝ: et filij eoꝝ ꝓpter illos usqꝫ in et̄nū manēt. Semen eoꝝ ⁊ gloria eoꝝ nō derelinquet̄. Corpora ip̄oꝝ in pace sepulta sūt: et nomē eoꝝ viuet in generacōem et generacōneꝫ. Sapiam ip̄oꝝ narrēt ꝓpli: et laudem eoꝝ nūciet ecclesia. Enoch placuit deo: et trāsla-tus est in paradisū ut det gentibꝫ sapiētiā. Noe inuētus ē p̄fectus iustus: et in tēpore iracūdie factus ē recōciliacō. Ideo dimissuꝫ est reliquū terre: cū factum est diluuiū. Te-stamēta seculi posita sūt apud illū: ne deleri possit diluuio om̄is caro. Abrahā. magnꝰ p̄r multitudinis gentiū: et nō est inuentus similis illi in gloria. Qui ꝯseruabit legem excelsi: et fuit in testamento cū illo. In carne eius stare fecit testamētuꝫ: et in temptacōe inuentus ē fidelis. Ideo iureiurādo dedit illi gloriā in gente sua: crescere illū q̄i terre cumulū et ut stellas exaltare semen eius: et hereditare illos a mari usqꝫ ad mare. et a flumīe usqꝫ ad termīos terre. Et ysaac fe-cit eodē mō: ꝓpter abrahā p̄rem eius. Bn̄-dictōem oīm gentiū dedit illi dn̄s: et testa-mentū suū confirmauit super caput iacob: Agnouit eū in bn̄dictōibꝫ suis: et dedit illi hereditateꝫ: et diuisit illi partē in tribubus duodecim. Et cōseruauit illi hoīes misc̄die: inuenīētes gratiā in ꝯspectu om̄is carnis.

XLV

Dilectus deo ⁊ hominibꝫ moyses: cuius memoria in benedicti-one ē. Similē illū fecit in gloria sanctoꝝ: et magnificauit eū in timore inimicoꝝ: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illū in ꝯspectu reguꝫ: et iussit illi coram ꝓplo suo: et ostēdit illi gloriam suā. In fide et le-nitate ip̄ius sanctū fecit illū: et elegit eū ex omni carne. Audiuit enim eū ⁊ vocē ip̄ius: et induxit illū in nubē. Et dedit illi cor ad p̄-cepta. et legē vite ⁊ disciplīne: docere iacob testamentū suū: et iudicia sua israhel. Excel-sum fecit aaron fratrē suū: et similem sibi de tribu leui. Statuit illi testamentū eternuꝫ:

et dedit illi sacerdotiū gētis: et beatificauit
illū in gloria. Et circūcinxit eū zona iusticie:
et induit eū stolā glorie: et coronauit eum
in vasis virtutis. Circūpedes ⁊ femoralia et
humerale posuit ei: et cinxit illū tintinabilis
aureis plurimis ī giro: dare sonitū in incessu
suo: auditū facere sonitū in tēplo in memoriā
filijs gētis sue. Stolā sanctā auro
et iacincto ⁊ purpura: opus textile viri sapiētis
iudicio ⁊ veritate prediti. Torto cocco
opus artificis. gēmis p̄ciosis figuratis:
in ligatura auri: ⁊ ope lapidarij sculptis ī
memoriā: scd̄m numerū tribuū isrl'. Corona
aurea sup mitrā eius exp̄ssa signo scitatis:
gloria honoris ⁊ opus v̄tutis: desideria oculoꝝ
ornata. Sic pulcra ante ipm nō fuerūt
talia: usq; ad originē. Nō ē indutus illa alienigena
aliq's: s; tm̄ filij ipius soli: ⁊ nepotes
eius p omē tp̄us. Sacrificia ipius cōsūmata
sūt igni quotidie. Cōpleuit moyses
manus eius: et vnxit illū oleo sancto. Factū
est illi in testamentū eternū ⁊ semini eius sicut
dies celi: fungi sacerdocio ⁊ habere laudē:
et glorificare ppl'm suū in nomine suo. Ipm
elegit ab omi viuēte: offerre sacrificiū deo.
incensū ⁊ bonū odorē: in memoriā placare
pro ppl'o suo. Et dedit illi in p̄ceptis suis ptātē:
in testamētis iudicioꝝ docere iacob testimōia:
et ī lege sua lucē dare isrl'. Quia cōtra
illū steterūt alieni: et pp̄ter inuidiā circūdederūt
illū hoies in deserto q̄ erāt cū dathā.
et abiron: et cōgregacō chore ī iracūdia. Vidit
dn̄s deus ⁊ nō placuit illi: et cōsūpti sūt
in impetu iracūdie. Fecit illis mōstra: ⁊ cōsūpsit
illos in flāma ignis. Et addidit aaron
gloriam: et dedit illi hereditatē: et p̄imitias
frugū terre diuisit illi. Panē ipius in primis
parauit in saciētatē: nā ⁊ sacrificia dn̄i
edent: q̄ dedit illi ⁊ semini eius. Ceterū inter
gentes nō hereditabit: et pars nō est illi in
gēte. Ipe ē enim ps eius ⁊ hereditas. Phinees
filius eleazari tercius in gloria imitādo
eū in timore dei. et stare in reuerētia gentis:
in bonitate ⁊ alacritate aīe sue placuit deo
isrl'. Ideo statuit illi testamētū pacis: et p̄ncipē
scōꝝ et gentis sue: ut sit illi ⁊ semini eius
sacerdotij dignitas in eternū. Et testamētū dauid
regi filio yesse de tribu iuda: hereditas
ipsi ⁊ semini eius: ut daret sapiā in cor nostrū
iudicare gentē suā in iusticia ne abolerentur
bona ipsoꝝ: et gloriam ipsorum in
gentem eoꝝ eternā fecit. XLVI

Fortis ī bello ih̄s naue successor moysi
ī pp̄hetis: q̄ fuit magnus scd̄m nomē
suū. maximus in salutē electoꝝ dei: expugnare
insurgētes hostes ut cōsequeretur hereditatem
israhel. Quā gloriā adeptus ē in tollēdo
manus suas: et iactādo cōtra ciuitates
rūpheas. Quis an̄ illū sic restitit? Nam hostes
ipe dn̄s pcussit. Aut nō ī iracūdia ei9
impedit9 ē sol. et vna dies facta ē q̄i duos?
Inuocauit altissimū potentē in oppugnando
inimicos vndiq;: et audiuit illū magn9
et scūs deus. ī saxis grādinis v̄tutis valde
fortis. Impetū fecit cōtra gentē hostilē. et in
descensu pdidit cōtrarios: ut cognoscāt gētes
potētiam eius. qr cōtra deū pugnare nō
est facile: et secutus est a tergo potētes. Et
in diebꝫ moysi miscdiam fecit ipe ⁊ caleph
filius iephone. stare cōtra hostē: et p̄hibere
gentē a peccatis: et pfringē murmur malicie.
Et ipi duo cōstituti. a piculo liberāti sūt a
numero sexcētoꝝ miliū peditū: inducere illos
in hereditatē: ī terrā q̄ manat lac ⁊ mel.
Et dedit dn̄s ipi caleph fortitudinē: ⁊ usq;
in senectutē pmāsit illi v̄tus. ut ascenderet
in excelsū terre locū: et semen ipius obtinuit
hereditatē. Et viderūt oēs filij isrl': quia
bonū ē obsequi scō deo. Et iudices singuli
suo nomine. quoꝝ nō est corruptū cor: qui
nō auersi sūt a dn̄o. ut sit memoria illorum
in bn̄dictōne. Et ossa eoꝝ pullulāt de loco
suo: et nomē eoꝝ pmanet in eternū: pmanēte
ad filios illoꝝ scōꝝ viroꝝ glia. Dilect9
a deo suo samuel pp̄heta dn̄i. renouauit imperium:
et vnxit p̄ncipes in gēte sua. In lege
dn̄i cōgregacōem iudicauit: et vidit deū
iacob: et in fide sua pbatus ē pp̄heta. Et cognitus
ē in v̄bis suis fidelis: qr vidit deū
lucis. Et inuocauit dn̄m oīpotētē in oppugnādo
hostes circūstātes vndiq;: ī oblatione
viri inuiolati. Et intonuit de celo dn̄s:
et in sonitu magno auditā fecit vocē suam:
et cōtriuit p̄ncipes tirioꝝ et oēs duces
philistijm. Et ante tp̄s finis vite sue ⁊ seculi
testimoniū p̄buit in cōspectu domini et xp̄i:

pecunias et usqꝫ ad calciamēta ab omī car-
ne nō accepit: et nō accusauit illum homo:
Et post hoc dormiuit. et notum fecit regi et
ostendit illi finē vite sue: et exaltauit vocē
eiꝰ de terra ī ꝓphetia delere impietatē gētis.

XLVII

Post hec surrexit nathan ꝓpha
in dieb; dauid. Et q̄si adeps sepatus a
carne: sic dauid a filijs israhel. Cū leonib;
lusit q̄si cum agnis: et in vrsis similiter fecit
sicut in agnis ouiū. In iuuētute sua nūquid
nō occidit gigātē: ⁊ abstulit oppꝛobriū de
gente? In tollēdo manū in saxo funde deie
cit exultacōꝫ golie: ubi inuocauit dn̄m omi
potentē. Et dedit ī dextra eius tollere hoīeꝫ
fortē in bello: et exaltare cornu gentis sue.
Sic in decem milib; glorificauit illū: et lau-
dauit illū in bn̄dictōib; domini: in offerē-
do illi coronā glorie. Contriuit enim inimi-
cos vndiqꝫ: et extirpauit philistijm ꝯtrarios
usqꝫ ī hodiernū diē. Contriuit cornu ipoꝝ
usqꝫ in eternū. In omi opere dedit cōfessio-
nē sancto: et excelso in verbo glorie. De omi
corde suo laudauit dn̄m: et dilexit deū q̄ fe
cit illū: et dedit illi ꝯtra inimicos potētiā. Et
stare fecit cantores ꝯtra altare: et in sono e
oꝝ dulces fecit modos. Et dedit in celebra-
cōib; decus: et ornauit tēpora usqꝫ ad cō-
seruacōem vite: ut laudarēt nomē scm̄ dn̄i
et amplificarēt mane dei sanctitatē. Xp̄us
purgauit peccata illius: et exaltauit in eter
nū cornu eius. Et dedit illi testamētū regni:
et sedeꝫ glorie ī israhel. Post ipsū surrexit
filius sensatus: et ꝓpter illum deiecit omnem
potentiam inimicoꝝ. Salomon imperauit
in diebus pacis: cui subiecit deus omēs ho-
stes ut oderet domū in nomine suo: ⁊ para
ret sanctitatē in sempiternuꝫ quemadmo-
dū eruditus ē in iuuētute sua. Et impletus
est quasi flumen sapiētia: et terram retexit
anima sua. Et replesti in cōpacōibus enī-
gmata: ad insulas longe diuulgatum est
nomē tuū: et delectus es in pace tua. In cā-
tilenis et in ꝓuerbijs et comparationib; et
interpretationibus mirate sunt terre: et in
nomine domini cui ē ꝯgnomē deus israhel.
Collegisti quasi auricalcum aurum: et ut
plumbum complesti argentū: et inclinasti
femora tua mulierib;. Potestatē habuisti
in corpore tuo. Dedisti maculā ī gloria tua:
et ꝓphanasti semē tuū inducere iracundiaꝫ
ad liberos tuos ⁊ in ceteris stulticiaꝫ tuam:
ut faceres imperium bipertitum et ex effra-
im imperare imperium durum. Deus auteꝫ
non derelinquet misericordiā suā ⁊ nō cor-
rumpet neqꝫ delebit opera sua: neqꝫ ꝑdet a
stirpe nepotes electi sui: et semen eius qui
diligit dominū non corrumpet. Dedit autē
reliquum iacob ⁊ dauid de ipsa stirpe. et fi-
nem habuit salomon cū patribus suis. Et
dereliquit post se de semine suo gentis stul-
ticiam et imminutum prudentia roboam.
qui auertit gentem consilio suo: et ierobo-
am filium nabath qui peccare fecit israhel:
et dedit viam peccandi effraim. et plurima
redundauerūt peccata ipsorum. Valde enī
auterūt illos a terra sua. Et quesiuit omēs
nequicias usqꝫ dū ꝑueniret ad illos defen-
sio: et ab omib; pec̄cis liberauit eos.

XLVIII

Et surrexit helias ꝓpheta quasi ignis:
et verbuꝫ ipsius quasi facula ardebat.
Qui induxit in illos famē: et imitantes illū
inuidia sua pauci facti sūt. Nō enim pote-
rant sustinere p̄cepta domini. Verbo dn̄i
ꝯtinuit celuꝫ. et deiecit a se ignē terre. Sic
amplificatus est helias in mirabilibus suis.
Et quis potest similiter gloriari tibi? Qui
sustulisti mortuū ab inferis de sorte mortis
in verbo domini dei: q̄ deiecisti reges ad ꝑni
ciem. et ꝯfregisti facile potētiā ipoꝝ: et glo
riosos delicto suo. Qui audis ī syna iudici-
um: et ī oreb iudicia defensionis. Qui vngis
reges ad penitētiā: et ꝓphas facis successo-
res tuos post te. Qui receptus es ī turbine
ignis in curru equoruꝫ igneoꝝ: qui inscri-
ptus es in iudicijs tempoꝝ. lenire iracūdi-
am domini: ꝯciliare cor patris ad filium: et
restituere trib; iacob. Beati sūt qui te vide
rūt: et in amicicia tua decorati sunt. Nā nos
vita viuimus tm̄: post mortē aūt nō erit ta
le nomē nr̄m. Helias q̄ in turbine tectus ē:
et ī heliseo ꝯpletus ē spūs eius. In dieb; su
is non ꝑtimuit p̄ncipē: ⁊ potētia nemo vicit
illū. Nec supauit illū v̄bū aliqd̄: et mortuū
ꝓphauit corpus eiꝰ. In vita sua fec̄ mōstra
et ī morte opatus ē mirabilia. In omib; istis
nō penituit ꝑplus ⁊ nō recesserūt a pec̄cis suis.

usq₃ dū abiecti sūt de terra sua ⁊ dispsi sūt
in oīmem terrā: et relicta est gens ꝑpauca. et
pnceps in domo dd. Quidā ipoꝝ fecert qđ
placeret deo: alij aūt multa omisert pccā.
Ezechias muniuit ciuitatē suā ⁊ induxit in
mediū eius aquā: ⁊ fodit ferro rupē: ⁊ edi=
ficauit ad aquā puteū. In dieb₉ ipius ascē
dit sennacherib ⁊ misit rapsacen et sustulit
manū suā ɔtra illos: et extulit manū suā in
syon: et sup̄bus factus ē potētia sua. Tunc
mota sūt corda ⁊ manus ipoꝝ: et doluerūt
quasi pturiētes mulieres. Et inuocauerunt
dn̄m misericordē: et expādētes manus suas
extulerūt ad celū: et scūs dominus deus au=
diuit cito vocē ipoꝝ. Nō est ɔmemoratus
pccōꝝ ipoꝝ: neq₃ dedit illos inimicis suis:
ꝫ purgauit illos i manu ysaie sancti ꝓphe=
te. Deiecit castra assirioꝝ: et contriuit illos
angelus dn̄i. Nā fecit ezechias qđ placuit
deo: et fortiter iuit in via dauid patris sui:
quā mandauit illi ysaias ꝓpheta magnus
et fidelis i ɔspectu dei. In dieb₉ ipius retro
rediit sol: ⁊ addidit regi vitā. Spiritu ma
gno vidit vltima: et ɔsolatus est lugētes
syon. usq₃ in sempiternū. Ostendi' in futura
et abscondita: anteq̄ euenirēt. XLIX

Memoria iosie in ɔposicōe odoris fcā:
opus pigmētarij. In oīni ore qi mel
indulcabitur eius memoria: et ut musica in
ɔuiuio vini. Ipe est directus diuinitus i pe=
nitētia gētis. et tulit abominacōes impieta
tis: et ad dn̄m gubernauit cor ipsius: et in
dieb₉ pccōꝝ corroborauit pietatem. Pre=
ter dauid et ezechiā et iosyam oīs pccm
ɔmiserūt: nam reliquerūt legē altissimi re=
ges iuda: et ɔtēpserūt timorē dei. Dederūt
enim regnū suū alijs: et gloriā suā alieni=
gene gēti. Incēderūt electā ciuitatē scīta=
tis: et desertas fecerūt vias ipius in manu
iheremie. Nā male tractauert illū. qͥ vētre
matris ɔsecratus ē ꝓpheta. euertere ⁊ eruē
et pdere: et iterū edificare ⁊ renouare. Eze=
chiel. q̄ vidit ɔspectū glorie: quā ostendit
illi in curru cherubin. Nā cōmemoratus est
inimicorū in ymbri: bn̄facere illis q̄ oñde=
rūt rectas vias. Et duodecim ꝓpharū ossa
pullulāt de loco suo. Nā corroborauerunt
iacob: et redimierūt se in fide ꝟtutis. Quō

amplificemus zorobabel? Nam ⁊ ipse quasi
signū in dextra manu isrl'. Et ihesū filiū iose=
dech? Qui in dieb₉ suis edificauerūt domū:
⁊ exaltauerūt tēplū scīn dn̄o: patū in gliā₃
sempiternā₃. Et neemias in memoria multi
tpis: q̄ erexit nobis muros euersos. ⁊ stāē
fecit portas ⁊ seras: q̄ erexit domos nr̄as.
Nemo natus est in terra qualis enoch: nā
et ipe receptus ē a terra. Et ioseph q̄ natus
est homo pnceps fratrū. firmamētū₃ gētis.
rector fratrū. stabilimentū ꝓpli: ⁊ ossa ipius
visitata sūt: ⁊ post mortē ꝓphauert. Seth
et sem apud hoīes gliam adepti sūt: et sup
oīmem aīam in origine adam. L

Symon onie filius sacerdos magnus
q̄ in vita sua suffulsit domū: ⁊ in dieb₉
suis corroborauit templū. Templi etiā al=
titudo ab ipo fundata ē: duplex edificacō.
et excelsi parietes templi. In dieb₉ ipsius
emanauerūt putei aquarū: et q̄si mare ad=
impleti sūt supra modū. Qui curauit gētē
suam: et liberauit eā a pdicōe. Qui p̄ualuit
amplificare ciuitatē: qui adeptus ē gliam
in ɔuersacōe gentis: et ingressū₃ domus et
atrij amplificauit. Quasi stella matutina in
medio nebule: ⁊ quasi luna plena in dieb₉
suis lucet: et q̄i sol refulgēs. sic ille effulsit i
templo dei. Quasi arcus refulgēs inter ne
bulas glorie: et q̄i flos rosarū i dieb₉ ꝟnis.
et q̄si lilia q̄ sūt in transitu aque: et q̄si thus
redolens in dieb₉ estatis. Quasi ignis efful
gēs ⁊ thus ardēs in igne: q̄i vas auri soli
dū ornatū oīni lapide p̄cioso. Quasi oliua
pullulans: et cipressus in altitudine se ex=
tollēs. In accipiendo ipm stolam glorie et
vestiri cū in ɔsūmacōe virtutis: i ascensu al=
taris sancti gloriā dedit scītatis amictū₃.
In accipiēdo aūt ptes de manu sacerdotū₃
et ipe stans iuxta aram: et circa illū corona
fratrū q̄i plātacō cedri i monte libano: sic
circa illū steterūt q̄i rami palme ⁊ oīs filij
aaron in gloria sua. Oblacō aūt domini in
manib₉ ipoꝝ coram oīni sinagoga israhel:
et ɔsūmacōne fungēs in aram. amplificare
oblacōem excelsi regis porrexit manū suā
in libacōne: et libauit de sanguine vue. Effu=
dit in fundamēta altaris odorē diuinū ex=
celso pncipi. Tūc exclamauert filij aaron:

et in tubis pductilib9 sonuerūt: et auditā
fecerūt vocē magnā in memoriā corā deo.
Tunc omīs populus simul ꝑperauerunt: et
ceciderunt in faciē sup terrā adorare dn̄m
deū suū: et dare pces omipotēti deo excelso.
Et amplificauerūt psallētes in vocib9 suis
et in magna domo auctus est sonus suaui=
tatis plenus. Et rogauit ꝑplus dn̄m excel=
sum ī pce usq3 dū pficeretur honor domini:
et munus suū pfecerūt. Tunc descendens.
manus suas extulit in omēm ꝯgregacōē3
filioꝝ isrl': dare gloriā deo a labijs suis: et
in nomine ip̄ius gloriari. Et iterauit orati=
onē suā: volens ostendere virtute3 dei. Et
plus orauit deū omniū: qui magna fecit in
omī terra. qui auxit dies nostros a ventre
matris nostre ⁊ fecit nobiscum scd̄m suam
misericordiā: det nobis iocūditatē cordis
et fieri pacē ī dieb9 nostris in isrł p dies
sempiternos: credē isrł miscdiam dei eē
nobiscū. ut liberet nos in dieb9 suis. Duas
gētes odit anima mea: tercia aūt nō ē gēs
quā oderim. Qui sedēt in mōte seyr. et phi
listijm: ⁊ stultus ꝑplus qui habitat ī sychi=
mis. Doctrinā sapiētie ⁊ disciplīne scripsit ī
codice isto ih̄us filius syrach ihero solimi=
ta: q̄ renouauit sapiam de corde suo. Btūs
qui in istis versatur bonis. Qui ponit illa ī
corde suo: sapiēs erit sp. Si eni hec fecerit
ad omīa valebit: q̄ lux dei vestigiū eius est.

LI

Confitebor **Oracō ihesu filij syrach.**
tibi domine rex: et collaudabo te
deum saluatorē meum. Confitebor
nomini tuo quoniam adiutor ⁊ protector
factus es michi: et liberasti corpus meum
a perdicōne. a laqueo lingue inique. et a la=
bijs operantiū mendacium: et in conspectu
astantiū factus es michi adiutor. Et libera
sti me secundum multitudinē misericordie
nominis tui a rugiētib9 ꝑparatis ad escam.
de manib9 querētiū animā meā. et de portis
tribulacōnū que circūdederūt me a pressu
ra flāme q̄ circūdedit me: et ī medio ignis
nō sum estuatus. De altitudine vētris inferi
et a lingua coinq̄nata et a verbo mendacij:
a rege iniquo: et a lingua iniusta. Lauda=
bit usq3 ad morte3 anima mea dn̄m: et vita
mea appropiquās erat inferno deorsū. Cir
cūdederūt me vndiq3: et nō erat qui adiu=
uaret. Respiciēs eram ad adiutoriu3 hoim:
et nō erat. Memoratus sum miscdie tue dn̄e
et cooperacōnis tue que a seculo sūt: qm̄ eru=
is sustinētes te dn̄e. et liberas eos de manu
gētiū. Exaltasti sup terrā habitacōe3 meā:
et p morte defluēti deprecatus sū. Inuocaui
dn̄m prēm dn̄i mei: ut nō derelinquat me in
die tribulacōnis mee. et in tpe supboꝝ sine
adiutorio. Laudabo nomē tuū assidue. et
collaudabo illud in ꝯfessiōe: et exaudita ē
orō mea. Et liberasti me de pdicōe: ⁊ eripu
isti me de tpe iniquo. Propterea ꝯfitebor ⁊
laudē dicā tibi: et bn̄dicā nomini dn̄i cū ad=
huc iunior sū. Priusq̄ oberrarē quesiui sa=
pientiā palam in orone mea: ante tpus po
stulabā p illa: et usq3 in nouissimis inquirā
eam. et florebit tanq̄ pcox vua. Letatū est
cor meū ī ea: ābulauit pes meus iter rectū:
in iuuētute mea inuestigaba3 eā. Inclinaui
modice aurē meā: et excepi illam. Multam
inueni in memetip̄o sapiam: et multū pfeci ī
ea. Danti michi sapiā3 dabo gloriā. Cōsilia=
tus sū enim ut facerē illā: zelatus sum bonū
et nō ꝯfundar. Colluctata ē anima mea in
illa: et in faciendo eā ꝯfirmatus sū. Man9
meas extēdi in altū: et in sapiētia eius luxit
anima mea: et ignorātias meas illuīnauit.
Animā meā direxi ad illam: et in agnicōne
inueni eā. Possedi cū ip̄a cor ab inicō: ꝓpt
hoc nō derelinquar. Venter meus ꝯturba=
tus est querēdo illā: ꝓpterea bonā posside=
bo possessionē. Dedit eni michi dn̄s linguā
mercedē meā: et ī ip̄a laudabo eū. Appropi
ate ad me indocti: et ꝯgregate vos ad do=
mū discipline. Quid adhuc retardatis: et
quid dicitis in hijs? Anime vestre sitiūt ve=
hemēter. Aperui os meū: et locutus sū. Cō=
parate vobis sine argēto sapiam: et collu3
vr̄m subicite iugo eius: et suscipiat aīa vr̄a
disciplinā. In pximo est enim inuenire eā.
Videte oculis vestris q̄ modicū laboraui:
et inueni michi multā requiē. Assumite di=
sciplinā ī multo numero argēti: et copiosu3
aurū possidete ī ea. Letetur anima vr̄a ī mi=
sericordia eius: ⁊ nō ꝯfundemini ī laude eius.
Operamini opus vestrum ante tempus: et
dabit vobis mercedē vr̄am in tēpore suo.

Expl. liber eccīasticus Incip̄ oro salomoīs

ET inclinauit salomon genua
sua in conspectu totius ecclesie
isrłel: et aperuit manus suas
ad celum ⁊ dixit. Domine deus
isrłel nō est tibi similis, deus in celo sursū
neqꝫ in terra deorsū: q̄ custodis testamētū
tuū ⁊ misc̄diam pueris tuis eūtibꝰ in ꝯspcū
tuo in toto corde. Fuās puero tuo dauid q̄
locutus es illi: et locutus es in ore tuo et in
manu tua implesti. quasi dies iste. Et nunc
dn̄e deus isrłel custodi puero tuo dauid
pr̄i meo que locutus es illi dicēs. Nō dee=
rit tibi vir a facie mea sedēs ī throno isrł.
Verūtamē si custodierint filij tui legē me
am: et in p̄ceptis meis ambulēt. sicut ābu=
lauerūt ī ꝯspectu meo fideles. Et nūc dn̄e
deus isrłel creditū ē verbū quod locutus
es puero tuo dauid: qm̄ si vere habitauit
deus cū hoīb; in terra. Si celū celi nō suffi=
ciant tibi: quantomagis domus hec. quam
edificaui. Sꝫ respicias ad orōem serui tui.
et dep̄cacōeꝫ eius: ut exaudias dn̄e placa=
cōem orōnis. quā puer tuus orat corā te.
hodie. ut sint ocli tui sup domū hāc die ac
nocte. in locū quē dixisti. inuocare nomen
tuū: et exaudias orōeꝫ quā puer tuus orat
in hoc loco: et exaudias p̄cacōem pueri tui
et populi tui isrłel. si orauerint ī loco isto:
et exaudias ī loco habitacōis de celo ⁊ ex=
audias ⁊ ꝓpicius sis. si peccauerit vir in te.

Expl. oro salomonis. Incip̄. ꝓlog̃ in ysaia ꝓpham

NEmo cū ꝓphetas
versibus viderit esse descri=
ptos metro eos estimet apd̄
hebreos ligari: et aliquid si=
mile habere de psalmis vel
operibus salomonis. Sed qd̄ in demoste=
ne ⁊ tullio solet fieri: ut p cola scribantur et
comata: q̄ vtiqꝫ ꝓsa ⁊ nō v̄sib; ꝯscrip serūt.
Nos q̄ꝫ vtilitati legētiū ꝓuidētes: int̄pre=
tacōꝫ nouā nouo scribēdi genere distinxi=
mus. Ac primū de ysaia sciendū ꝙ in s̄mo
ne suo disertus sit: quippe ut vir nobilis et
vrbane elegātie: nec habens quicquaꝫ in
eloq̄o rusticitatis admixtū. Vnde accidit:
ut p̄ ceteris florem s̄monis eius translacō
nō potuerit ꝯseruare. Deinde etiā hoc adi=
ciendū: ꝙ nō tam ꝓpha dicēdus sit q̄ꝫ euā=
gelista. Itaqꝫ vniūsa xp̄i ecclesieqꝫ misteria
ad liquiduꝫ ꝓsecutus ē: ut non eū putes de
futuro vāticinari: sꝫ de p̄teritis historiā texē.
Vnde coniicō noluisse tūc tēporis septua=
ginta interp̄tes fidei sue sacramta ꝑspicue
ethnicis ꝓdere ne sanctū canib; . et marga
ritas porcis darēt: que cum hāc edicōem
legeritis ab illis animaduteris abscondita.
Nec ignoro quāti laboris sit ꝓphetas intel=
ligere: nec facile quempiaꝫ posse iudicare
de interp̄tatione: nisi intellexerit ante que
legeit. Nos q̄ꝫ patere morsib; plurimoꝝ:
qui stimulante inuidia qd̄ ꝯsequi nō valēt
despiciūt. Sciens ergo ⁊ prudēs in flāmā
mitto manū: et nichilominus hoc a fastidi
osis lectorib; p̄cor: ut quō greci post septu
ginta trāslatores aq̄lā ⁊ simachū ⁊ theodo=
cionē legūt: vel ob studiū doctrine sue. vel
ut septuaginta magis ex collacōe eoꝝ in=
telligāt: sic ⁊ isti saltē vnū post p̄ores habē
dignēt̄ interp̄teꝫ. Legāt p̄us. ⁊ postea de=
spiciāt: ne videātur nō ex iudicō. sꝫ ex odij
p̄sūptiōe ignorata dānare. Prophetauit
aūt ysaias in ihrl̄m ⁊ in iudea necduꝫ decē
tribub; in captiuitatē ductis: ac de vtroqꝫ
regno nūc cōmixtī nūc sepatim texit oracu=
lū. Et cū interdū ad p̄ntē respiciat historiā.
et post babilonie captiuitateꝫ reditum po=
puli significet in iudeā: tamē oīs eius cura
de vocacōe gentiū ⁊ de aduētu xp̄i est. Quē
quanto plus amatis o paula ⁊ eustochiū.
tāto magis ab eo petite: ut ꝓ obtrectacōe
p̄senti qua me indesinēter emuli laniāt. ipe
michi mercedeꝫ restituat in futuro. qui scit
me ob hoc in peregrine lingue erudicōne
sudasse. ne iudei de falsitate sc̄p̄turarū eccīis
eius diutius insultarent. Explic̄ ꝓlogus.

Incipit ysaias ꝓpha.

VIsio ysaie filij amos:
quā vidit super iudaꝫ
et ihrl̄m in diebus ozie
ioathan achaꝫ et eze=
chie regum iuda. Au=
dite celi ⁊ auribꝰ p̄cipe
terra: quoniā dn̄s locutus ē. Filios enutri=
ui et exaltaui: ipi auteꝫ spreuerunt me. Co=
gnouit bos possessoreꝫ suū: et asinus p̄sepe

domini sui. Ysrahel autē me nō cognouit: et populus meus nō intellexit. Ve gēti peccatrici: ppl'o graui iniquitate. semini nequā: filijs sceleratis. Dereliquerūt dn̄m: blasphemauerūt sanctū isrl': ab alienati sūt retrorsum. Super quo pcutiā vos vltra: addentes puaricacōnem? Om̄e caput languidū: et om̄e cor merens. A plāta pedis usq3 ad verticē. nō est in eo sanitas. Vulnus ⁊ liuor et plaga tumēs: nō ē circūligata nec curata medicamine: neq3 fota oleo. Terra v̄ra deserta ciuitates vestre succense igni. Regionē vestrā corā3 vobis alieni deuorāt: et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia syon ut vmbraculū in vinea: et sicut tuguriū3 in cucumerario: sicut ciuitas q̄ vastatur. Nisi dn̄s exercituū reliquisset nobis semē quasi sodoma fuissemus: et quasi gomorra similes essemus. Audite verbum domini principes sodomo⁊: pcipite aurib⁊ legē dei vestri poplus gomorre. Quo michi multudinē victimarū v̄rarū dicit domin⁹? Plenus sū. Olocausta arietū ⁊ adipe3 pinguiū ⁊ sanguinē vitulo⁊ et agno⁊ ⁊ hircorū nolui. Cum veniretis ante ↄspectū meū: quis quesiuit hec de manib⁊ vestris. ut ambularetis ī atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Incensū abominacō ē michi. Neomeniā ⁊ sabbatu3 et festiuitates alias non feram. Iniqui sūt cetus vestri. Kalēdas v̄ras. et solemnitates v̄ras odiuit aīa mea. Facta sunt michi molesta. Laboraui sustinēs. Et cū extēderitis manus v̄ras auertā oc'los meos a vobis: et cū multiplicaueritis orōem nō exaudiā. Manus enim vestre sanguine plene sūt. Lauamini. mundi estote: auferte malū cogitacōnū v̄rarū ab oculis meis. Quiescite agere puerse: discite bene facere. Querite iudiciū: subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduā3: et venite et arguite me dicit dn̄s. Si fuerint peccata v̄ra ut coccinū. quasi nix dealbabūtur: et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Q̄d si nolueritis. et me ad iracundiā puocaueritis gladius deuorabit vos: q2 os domini locutū ē. Quō fcā ē meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij:

Iusticia habitauit in ea: nūc aūt homicide. Argentū tuū versu3 est in scoriā: vinū tuum mixtum ē aqua. Pn̄cipes tui infideles: socij furū. Om̄es diligūt munera: secuntur retribucōes. Pupillo nō iudicāt: ⁊ causa vidue nō ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituu3 fortis isrl'. Heu ego ↄsolabor sup hostib⁊ meis: et vindicabor de inimicis meis. Et ↄuertā manū meā ad te: et excoquā ad purū scoriam tuā: et auferam om̄e stannū tuū: et restituā iudices tuos ut fuerūt prius. et ↄsiliarios tuos sicut antiq̄tus. Post hec vocaberis ciuitas iusti: urbs fidelis. Syon in iudicō redimetur: et reducent eā in iusticia. Et ↄteret scelestos ⁊ pccōres simul: et q̄ dereliquerūt dn̄m ↄsumētur. Cōfundētur enim ab ydolis q̄b⁊ sacrificauerūt. Et erubescetis sup ortis q̄s elegeratis: cum fueritis velut quercus defluētib⁊ folijs: et velut ortus absq3 aq̄. Et erit fortitudo v̄ra ut fauilla stuppe: et opus v̄rm q̄si scintilla: et succēdetur vtrūq3 sil'. et nō erit q̄ extinguat. II

Verbū quod vidit ysaias filius amos sup iudā et iherusalē. Et erit in nouissimis dieb⁊ pparatus mōs domus domini in vertice montiū: et eleuabitur sup colles. Et fluent ad eum om̄s gentes: et ibūt populi multi ⁊ dicēt. Venite ascendamus ad mōtem domini. et ad domū dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas et ambulabimus in semitis eius: q2 de syon exibit lex: et verbum dn̄i de iherusalē. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et ↄflabūt gladios suos ī vomeres: et lāceas suas in falces. Nō leuabit gēs ↄtra gentē gladiū: nec exercebūtur vltra ad preliū. Domus iacob: venite ⁊ ambulemus ī lumine dn̄i nostri. Proiecisti enī pplm tuū domū iacob: q2 repleti sūt ut olim: et augures habuerūt ut philistym: et pueris alienis adheserūt. Repleta ē terra argēto ⁊ auro: et nō ē finis thesauro⁊ ei⁹. Et repleta est terra eius equis: et innumerabiles q̄drige eius. Et repleta ē terra eius ydolis. Opus manuū suarū adorauerūt: q̄d fecerūt digiti eo⁊. Et incuruauit se homo: et humiliatus ē vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petra3. et abscondere in fossa humo a facie timoris dn̄i: ⁊ a gl'ia maiestatis ei⁹.

Oculi sublimis hominis humiliati sũt: ⁊ in
curuabitur altitudo viroꝝ. Exaltabitur aũt
dominus solus in die illa: quia dies dñi exer-
cituũ sup omnem supbũ ⁊ excelsũ et sup oēm
arrogãtem. et humiliabitur: et sup omnes ce-
dros libani sublimes ⁊ erectas. et sup omnes
quercus basan. et sup omnes mõtes excelsos
et sup omnes colles eleuatos: et sup omnem
turrem excelsam et sup omnem murũ munitũ:
et sup omnes naues tharsis: ⁊ sup omne qđ
visu pulcrum ē. Et incuruabitur oīs sublimi-
tas hoim: et humiliabitur altitudo viroꝝ.
Et eleuabitur dñs solus ī die illa: et ydola
penitus conterentur. Et introibũt in speluncas
petrarũ. et in voragines terre a facie formi
dinis dñi et a glia maiestatis eius: cũ sur-
rexerit pcutere terram. In die illa piciet hõ
ydola argenti sui et simulacra auri sui que
fecerat sibi: ut adoraret talpas ⁊ vespilio-
nes. Et ingredietur scissuras petrarum. et in
cauernas saxorũ a facie formidinis dñi ⁊ a
gloria maiestatis eius: cũ surrexerit pcute-
re terrã. Quiescite ergo ab hoīe cuius spũs
ī naribus eius ē: quia excelsus reputatus ē ipse.

Ecce enim dñator dominus III
exercituũ auferet ab iherusalē ⁊ ab iu-
da validũ ⁊ fortē: omne robur panis et omne
robur aque: et fortem ⁊ virũ bellatorē: et iu-
dicē ⁊ pphetã et ariolũ et senē. principē sup
quinquaginta. et honorabilē vultu. et cõsili-
ariũ. et sapientē de architectis: et prudētē
eloquij mistici. Et dabo pueros principes
eoꝝ: et effeminati dñabuntur eis. Et corruet
ppłus vir ad virũ: et vnusquisq; ad pximũ
suũ. Tumultuabitur puer contra senē: et igno-
bilis contra nobilem. Apphendet enī vir frēm
suũ domesticũ patris sui: et dicet. Vestimē
tum tibi ē: princeps esto noster: ruina aũt
hec sub manu tua. Rñdebitq; ī die illa dicēs.
Nõ sũ medicus: et in domo mea non ē pa-
nis neq; vestimentũ. Nolite constituere me prin-
cipem ppłi. Ruit enim iherusalē ⁊ iudas conci-
dit: quia lingua eoꝝ ⁊ adinuētiones eoꝝ
contra dñm: ut puocarent oculos maiestatis
eius. Agnitio vultus eoꝝ respõdebit eis:
et peccatũ suũ quasi sodoma pdicauerunt:
nec abscõderũt. Ve anime eoꝝ: quoniam reddi
ta sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene: quoniam
fructũ adinuētionũ suarũ comedet. Ve im-
pio in malũ. Retributio enī manuũ eius fiet
ei. Populũ meũ exactores sui spoliauerũt:
et mulieres dñate sũt eis. Popule meus q̃
te beatũ dicũt ipi te decipiũt: et viã gressuũ
tuoꝝ dissipãt. Stat ad iudicandum dñs:
et stat ad iudicãdos pplos. Dñs ad iudici
um veniet: cũ senibus ppli sui ⁊ pncipibus eius.
Vos enī depasti estis vineã meã: et rapi-
na pauperis in domo vrã. Quare atteritis
pplm meũ: et facies pauperũ commolitis dicit
dñs deus exercituũ? Et dixit dñs deus. Pro
eo quod eleuate sũt filie syon ⁊ ambulauerunt
extento collo. et nutibus oculorum ibant et
plaudebãt. et ãbulabãt. et pedibus suis compo-
sito gradu incedebãt: decaluabit dñs verti-
cē filiarũ syon: et dñs crinē earũ nudabit.
In die illa auferet dñs ornamētum calciamē
toꝝ et lunulas ⁊ torques ⁊ monilia ⁊ armil
las ⁊ mitras ⁊ discriminalia et periscelidas
et murenulas et olfactoriola et inaures et
anulos ⁊ gēmas in frõte pēdētes: et muta-
toria. et palliola. et lintheamina ⁊ acus ⁊ spe
cula. et sindones ⁊ vittas ⁊ theristra. Et erit
p suaui odore fetor: et p zona funiculus: et
p crispãti crine caluiciũ. et p fascia pectora
le cilicium. Pulcerrimi quoq; viri tui gladio ca-
dēt: et fortes tui ī prelio. Et merebũt atq; lu
gebũt porte eius: et desolata ī terra sedebit.

Et apphēdēt septē mulieres virũ IIII
vnũ in die illa dicētes. Panē nostrum
comedemus. et vestimētis nrīs operiemur:
tantũmõ inuocetur nomē tuum sup nos: au-
fer opprobriũ nostrũ. In die illa erit germē
domini in magnificētia et gloria: et fructus
terre sublimis: et exultatio hijs qui saluati
fuerint de israhel. Et erit. omnis qui relictus
fuerit in syon et residuus in iherusalem: sanctus
vocabitur omnis q̃ scriptus ē in vita in ihe-
rusalē. Si abluerit dominus sordē filiarũ
syon ⁊ sanguinē iherusalē lauerit de medio
eius: in spũ iudicij et spũ ardoris. Et crea-
bit dñs sup omnem locũ montis syon. et ubi
inuocatus est nubē p diē: et fumũ et splen-
dorem ignis flãmãtis ī nocte. Sup omnem
enim gloriã ptectio: et tabernaculũ erit in
vmbraculũ diei ab estu: et in securitatem et
absconsionem a turbine et a pluuia.

V

Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei· vinee sue. Vinea fcā est dilcō meo: in cornu filio olei. Et sepiuit eā: et lapides elegit ex illa: et plātauit vineā electā. Et edificauit turrē in medio eius: et torcular extruxit in ea. Et exspectauit ut faceret vuas: ⁊ fecit labruscas. Nunc ergo habitatores iherusalem et viri iuda iudicate inter me et inter vineā meā. Quid ē quod ultra facere debui vinee mee et non feci ei? An qꝛ expectaui ut facerēt vuas: et fecit labruscas? Et nūc ostendam vobis quid ego faciam vinee mee. Auferā sepem eius ⁊ erit ī direpcōm: diruā macerīē eius ⁊ erit in conculcacōm: et ponā eam desertā. Non putabitur et non fodietur: et ascendēt sup eam vepres ⁊ spine: et nubibꝰ mandabo ne pluāt super eā ymbrē. Vinea aūt domini exercituū domus israhel est: et vir iuda germen eius delectabile. Et exspectaui ut faceret iudiciū et ecce iniqtas: et iusticiā: et ecce clamor. Ve q̄ coniungitis domū ad domū: et agrū agro copulatis usqꝫ ad terminū loci. Nūquid habitabitis vos soli in medio terre? In auribꝰ meis sūt hec: dicit dn̄s exercituū. Nisi domꝰ multe deserte fuerint grandes et pulcre: et absqꝫ habitatore. Decē enim iugera vinearū faciēt laguunculam vnā: et triginta modij sementis facient modios tres. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatē sectandā: et potandū usqꝫ ad vesperam ut vino estuetis. Cithara ⁊ lira et timpanum et tibia ⁊ vinum ī conuiuijs vr̄is: et opus domini nō respicitis: nec opera manuū eius consideratis. Propterea captiuus ductus est ppl̄s meus qꝛ nō habuit sciā: et nobiles eiꝰ interierūt fame: et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animā suā: et aperuit os suū absqꝫ ullo termino. Et descendēt fortes eius: et ppl̄s eius ⁊ sublimes gloriosiqꝫ eiꝰ ad eū. Et incuruabit' homo ⁊ humiliabitur vir: et oculi sublimiū deprimētur. Et exaltabitur dn̄s exercituū ī iudicio: et deus sanctꝰ sanctificabitur in iusticia. Et pascent' agni iuxta ordinē suū: et deserta ī vbertatē versa aduene comedēt ea. Ve qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis: et q̄si vinculū plaustri peccatū. Qui dicitis festinet ⁊ cito veniat opus eius ut videamus: et appropiet ⁊ veniat consiliū sancti isrl̄: et sciemus illud. Ve q̄ dicitis malū bonū ⁊ bonū malū: ponētes tenebras lucē ⁊ lucē tenebras: ponētes amarum in dulce ⁊ dulce in amarū. Ve q̄ sapiētes estis in oculis vr̄is: et corā vobismetipsis prudētes. Ve q̄ potētes estis ad bibēdū vinū: et viri fortes ad miscendā ebrietatē. Qui iustificatis impiū pro muneribꝰ: et iusticiā iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis· et calor flāme exurit: sic radix eorū q̄si fauilla erit: et germen eorū ut puluis ascēdet. Abiecerūt enī legem domini exercituū: et eloquiū sancti israhel blasphemauerūt. Ideo iratus ē furor domini in ppl̄m suū: et extendit manū suam sup eū: et pcussit eū. Et conturbati sūt mōtes: et facti sūt morticina eorū q̄si stercus ī medio platearū. In hijs omībꝰ nō est auersus furor eius: sꝫ adhuc manus eius extēta. Et eleuabit signū in nationibꝰ procul: et sibilabit ad eū de finibꝰ terre: et ecce festinus velociter veniet. Non est deficiēs neqꝫ laborans in eo: non dormitabit neqꝫ dormiet· neqꝫ soluet' cingulū renū eius: nec rūpetur corrigia calciamēti eius. Sagitte eius acute: et omnes arcus eius extēti. Vngule equorū eius ut silex: et rote eius q̄si impetus tēpestatis. Rugitus eius ut leonis: rugiet ut catuli leonū. Et frendet ⁊ tenebit p̄dam: et amplexabit' et nō erit qui eruat: et sonabit sup eū in die illa sicut sonitus maris. Aspiciemus ī terrā et ecce tenebre tribulacōis: et lux obtenebrata est in caligine eius.

VI

In āno quo mortuus ē rex ozias vidi dn̄m sedentē sup soliū excelsū ⁊ eleuatum: et plena erat domus a maiestate eius et ea q̄ sub ipo erant implebūt tēplū. Seraphin stabant sup illud: sex ale vni: et sex ale alteri. Duabꝰ velabāt faciē eius: et duabus velabāt pedes eius: et duabꝰ volabāt. Et clamabāt alter ad alterū: et dicebant. Sanctus, sanctus sanctus dominus deus exercituū: plena est omīs terra gloria eius. Et cōmota sūt suplimīnaria cardinū a voce clamātis: et domus repleta ē fumo. Et dixi. Ve michi qꝛ tacui: qꝛ vir pollutus labijs ego sum et in medio populi polluta labia

habētis ego habito: et regem dn̄m exerci-
tuū vidi ocl'is meis. Et volauit ad me vn9
de seraphim: et in manu eius calculus quem
forcipe tulerat de altari: et tetigit os meū et
dixit. Ecce tetigi hoc labia tua: et auferetur
iniq̄tas tua: et pcc̄m tuū mūdabitur. Et au
diui vocē dn̄i dicētis. Quē mittam: et quis
ibit nobis? Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et
dixit. Vade: et dices p̄pl'o huic. Audite au-
dientes et nolite intelligere: et videte visio
nē et nolite cognoscere. Excecā cor p̄pli hu-
ius et aures eius aggraua. et oculos eius
claude: ne forte videat oculis suis et auribꝫ
suis audiat et corde suo intelligat: et cōuer
tatur et sanē eū. Et dixi. Usquequo dn̄e?
Et dixit. Donec desolentur ciuitates absq̄
habitatore: et domus sine hoīe. Et terra re-
linquetur deserta: et longe faciet dn̄s hoīes.
Et multiplicabitur que derelicta fuerat in
medio terre: et adhuc in ea decimatio. Et
cōuertet᷑ et erit in ostensionē sicut therebin-
tus: et sicut quercus que expandit ramos
suos. Semē sanctū erit id qđ steterit in ea.

VII

Et factū est. in diebꝫ achaz.
filij ioathan filij ozie regis iuda ascē
dit rasin rex syrie et facee filius romelie rex
israhel in iherusalē ad p̄liādū cōtra eā: et nō
potuerūt debellare eā. Et nūciauerūt domui
dauid dicētes. Requieuit syria sup effraim:
et cōmotū est cor eius et cor p̄pli eius sic mo
uentur ligna siluarū a facie venti. Et dixit
dn̄s ad ysaiam. Egredē in occursū achaz.
tu et qui derelictus est iasub filius tuus ad
extremū aqueductus piscine superioris in
via agri fullonis: et dices ad eū. Vide ne
sileas. Noli timere: et cor tuū ne formidet a
duabꝫ caudis ticionū fumigantiū istorum
in ira furoris rasin regis syrie et filij romelie:
eo q̄ cōsiliū inierit cōtra te syria in malū: ef-
fraim et filius romelie dicētes. Ascendam9
ad iudā et suscitemus eū: et auellamus eū
ad nos: et ponamus regem in medio eius
filiū tabeel. Hec dicit dn̄s deus. Nō stabit
et nō erit istud: ſ; caput syrie damascus: et
caput damasci rasin. Et adhuc sexaginta
et quinq̄ anni. et desinet effraim esse p̄pl's: et
caput effraim samaria: et caput samarie fi-
lius romelie. Si nō credideritis: nō p̄mane

bitis. Et adiecit dn̄s loqui ad achaz dicēs.
Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in p̄fundū in-
ferni: siue in excelsū sup̄. Et dixit achaz. Nō
petam: et nō tēptabo dn̄m. Et dixit. Audite
ergo domus dauid. Nūquid paruū vobis
est molestos esse hominibꝫ: q̄ molesti estis
et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipse
vobis signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet fili
ū: et vocabitur nomē eius emanuel. Butirū
et mel cōmedet: ut sciat reprobare malū et eli
gere bonū. Quia anteq̄ sciat puer r̄proba
re malū et eligē bonū: derelinquetur t̄ra quā
tu detestaris a facie duorū regū suorū. Ad
ducet dn̄s sup te et sup p̄plm tuū. et sup domū
p̄ris tui dies: q̄ nō venerūt a diebꝫ sepacōis
effraim a iuda cū rege assiriorū. Et erit. i die
illa sibilabit dn̄s musce q̄ est i extremo flu-
minū egipti et api que est in terra assur: et
venient et requiescent om̄es in torrentibus
valliū et in cauernis petrarū et in om̄ibꝫ fru-
tectis et i vniūsis foraminibꝫ. In die illa ra-
det dn̄s in nouacula cōducta in hijs q̄ trās
flumē sūt in rege assyriorū caput et pilos pe
dum: et barbam vniuersā. Et erit. i die illa
nutriet homo vaccā boū et duas oues: et p̄
vbertate lactis cōmedet butirū. Butirū enī
et mel manducabit om̄is homo q̄ relictus
fuerit in medio terre. Et erit. in die illa oīs
locus ubi fuerit mille vites. mille argēteis:
et in spinas et in vepres erūt. Cū sagittis et
arcu ingredientur illuc. Vepres enī et spine
erūt in vniūsa terra. Et om̄s mōtes q̄ in sar
culo sarientur. nō veniet illuc terror spinarū et
veprium: et erit in pascuā bouis et i cōculcacō-

VIII

Et dixit dn̄s ad
nē pecoris.
me. Sume tibi librū grādē: et scri-
be in eo stilo hoīs: velociter spolia detrahe.
cito p̄dare. Et adhibui michi testes fideles:
vriā sacerdotē. et zachariā filiū barachie.
Et accessi ad p̄phetissā: et cōcepit et pepit fi-
liū. Et dixit dn̄s ad me. Voca nomē eius. ac
celera spolia detrahē. festina p̄dari: q̄ āteq̄
sciat puer vocare patrē suū et matrē suam:
auferet᷑ fortitudo damasci et spolia samarie
coram rege assyriorū. Et adiecit dominus
loqui ad me adhuc dicēs. Pro eo q̄ abie-
cit p̄pl's iste aquas syloe q̄ vadūt cū silētio.
et assumpsit magis rasin et filiū romelie: p̄pt᷑

hoc ecce adducet dñs sup eos aquas flu-
minis fortes ⁊ multas: regē assirioꝝ et oēȝ
gloriam eius. Et ascendet sup omnes rivos
eius. et fluet sup vniūsas ripas eius: et ibit
p iudā inundās: et trāsiēs usqȝ ad collū ve-
niet. Et erit extensio alarū eius implēs latitu
dinē terre tue o emmanuel. Cōgregamini
ppli et vincimini: et audite vniūse pcul tre.
Cōfortamini et vincimini: accingite vos et
vincimini: inite cōsiliū ⁊ dissipabit̃: loquimini
verbū et non fiet: qꝛ nobiscuȝ deus. Hec enī
ait dñs ad me. Sicut i forti manu erudiuit
me: ne irē in via ppli huius dicēs. Nō dica-
tis cōiuracō. Omnia enī que loquitur pplus
iste cōiuracō est. Et timorē eius ne timeatis:
neqȝ paueatis. Dñm exercituū ipm sanctifi
cate: et ipe pauor vester ⁊ ipe terror vester:
et erit vobis in sanctificacōeȝ: in lapidē aūt
offensionis ⁊ in petrā scandali duabꝫ domi
bus israhel: in laqueū ⁊ in ruinā habitanti-
bus ierusalē. Et offendent ex eis plimi: et
cadēt et cōterent̃: et irretientur ⁊ capient̃. Liga
testimoniuȝ signa legē in discipulis meis:
et expectabo dñm qui abscōdit faciē suā a
domo iacob: et pstulabo eū. Ecce ego ⁊ pu
eri mei q̄s dedit michi dñs in signū ⁊ i por-
tentū isrl' a dño exercituū q̄ habitat in mō-
te syon. Et cum dixerint ad vos querite a
phitonibꝫ ⁊ a diuinis qui strident in incāta-
tionibꝫ suis: numquid nō populus a deo suo
requiret visioneȝ p viuis ac mortuis? Ad
legē magis et ad testimoniū. Quod si nō
dixerint iuxta v̄bum hoc: nō erit eis matuti-
na lux. Et transibit p eā ⁊ corruet ⁊ esuriet:
et cū esurierit irascet̃: et maledicet regi suo
et deo suo. Et suspiciet sursū ⁊ ad terraȝ intu
ebitur: et ecce tribulatio ⁊ tenebre ⁊ disso-
lucō ⁊ angustia et caligo psequens: et non
poterit auolare de angustia suā. IX

Primo tempore alleuiata est terra za-
bulon ⁊ terra neptalim: et nouissimo
aggrauata ē via maris trās iordanen ga-
lilee gentiū. Populus qui ambulabat i te-
nebris vidit lucē magnā: habitātibꝫ in re
gione vmbre mortis. lux orta est eis: Mul
tiplicasti gentē: nō magnificasti leticiā. Le-
tabuntur corā te sicut letantur in messe: sicut
exultant victores capta pda qn̄ diuidunt
spolia. Iugū enī oneris eius. et virgā hu-
meri eius ⁊ sceptrū exactoris eius supasti:
sicut i die madyan. Quia omīs violenta p-
dacō cū tumultu ⁊ vestimētū mixtū sangui-
ne erit in cōbustionē: et cibus ignis. Paruu-
lus enī natus est nobis: filius datus ē no-
bis. Et fcūs ē pncipatus sup humerū eius:
et vocabit̃ nomē eius āmirabilis cōsiliarius.
deus. fortis. pr̄ futuri seculi: pnceps pacis.
Multiplicabitur eius imperiū ⁊ pacis non
erit finis: sup soliū dauid ⁊ sup regnū eius:
ut cōfirmet illud et corroboret in iudicō et
iusticia amodo et usqȝ i sempiternū. Zelus
domini exercituū faciet hoc. Verbuȝ misit
dominus in iacob: et cecidit in isrl'. Et sciet
omīs populus effraim ⁊ habitantes sama-
riā i supbia ⁊ magnitudine cordis dicētes.
Lateres ceciderūt ꝫ quadris lapidibꝫ edi
ficabimus: sicomoros succiderūt: ꝫ cedros
immutabim9. Et eleuabit dñs hostes rasin
super eū. et inimicos eius in tumultuȝ vertet:
syriam ab oriēte ⁊ philistijm ab occidente:
et deuorabūt isrl'hel toto ore. In omībꝫ hijs
non ē auersus furor eius: ꝫ adhuc manus
eius extēta. Et pplus nō ē reuersus ad pcuti-
entē se: et dñm exercituū nō inquisierūt. Et
dispdet dñs ab israhel caput ⁊ caudā: incur-
uantē et refrenantē die vna. Longeuus et
honorabilis ipe ē caput: et pphēta docens
mendaciū ipe ē cauda. Et erūt q̄ beatificāt
pplm istū seducētes: et qui beatificātur pre-
cipitati. Propter hoc sup adolescētulis ei9
nō letabitur dñs: et pupilloꝝ eius ⁊ vidua
rū nō miserebit̃. Quia omīs ypocrita est et
nequā: et vniuersū os locutuȝ est stulticiaȝ.
In omībꝫ hijs nō ē auersus furor eius: sed
adhuc manus eius extēta. Succensa ē enī
quasi ignis impietas: vepres ⁊ spinaȝ vora-
bit. Et succēdetur i densitate saltus: et cōuol
uetur i supbia fumi. In ira domini exercituū
cōturbata ē terra: et erit populus quasi esca
ignis. Vir fratri suo nō parcet: et declinabit
ad dextrā et esuriet: et comedet ad sinistrā et
non saturabitur. Vnusquisqȝ carnem bra-
chij sui vorabit: manasses effraim ⁊ ephra-
im manassen: et simul ipi contra iudam. In
omnibus hijs non est auersus furor eius:
sed adhuc manus eius extenta. X

Ve qui condūt leges iniquas. et scri-
bentes iniusticiam scripserūt: ut op-
primerēt in iudicio pauperes et vim face-
rēt cause humiliū ppli mei: ut essent vidue
pda eoꝝ et pupillos diriperēt. Quid faci-
etis in die visitacōis et calamitatis de lōge
venientis? Ad cuius ofugietis auxiliū et vbi
derelinquetis gloriā vrām: ne incuruemini
sub vinculo. et cū interfectis cadatis? Sup
omnib9 hiis non est auersus furor eius: sed
adhuc manus eius extēta. Ve assur. Virga
furoris mei et baculus ipe est. In manu eoꝝ
indignatio mea. Ad gentē fallacē mittā
eū. et otra pplm furoris mei mādabo illi: ut
auferat spolia et diripiat pdam: et ponat il-
lū in oculcacōem quasi lutū platearū. Ipse
aūt nō sic arbitrabit. et cor eius nō ita esti
mabit: s ad oterēdū erit cor eius: et ad int-
ricōnem gentiū non paucarū. Dicet enim.
Nūquid nō pncipes mei simul reges sūt?
Nūquid non ut charchamis sic calāno: et
ut arphat sic emat? Nūquid nō ut dama-
scus sic samaria? Quomō inuenit manus
mea regna ydoli: sic et simulacra eorum de
iherusalē et de samaria. Nūquid non sic feci
samarie et ydolis eius: sic faciā iherusalē
et simulacris eius? Et erit. cum impleuerit
dns cūcta opera sua in monte syon et in ihe
rusalem. visitabo sup fructū magnifici cor
dis regis assur: et sup gliā altitudinis ocu-
loꝝ eius. Dixit enim. In fortitudine manus
mee feci: et in sapia mea intellexi. Et abstu-
li terminos pploꝝ: et pncipes eoꝝ depre-
datus sū: et detraxi quasi potēs in sblimi re
sidētes. Et inuenit qsi nidum manus mea
fortitudinē pploꝝ: et sic colliguntur oua q
derelicta sūt. sic et vniuersā terrā ego ogre-
gaui: et nō fuit q mouēt pennā et aperiret os
et gannirēt. Nūqd gloriabit securis otra
eū q secat in ea: ā exaltabit serra otra eū a
quo trahit? Quomō si eleuetur vga otra
eleuantē se: et exaltet baclus q vtiqz lignū
est. Propter hoc mittet dnator dns exer-
cituū in pinguib9 eius tenuitatē: et sub tus
gloria eius succensa ardebit quasi obustio
ignis. Et erit lumē israhel in igne et scūs ei9
in flāmā: et succēdet et deuorabit spina ei9
et vepres in die vna: et gloria saltus eius et
carmeli eius ab aīa usqz ad carnē osumet.
Et erit terrore pfugus: et reliquie ligni sal
tus eius p paucitate numerabūtur: et puer
scribet eos. Et erit in die illa nō adiciet resi
duū isrl. et hij qui fugerint de domo iacob
inniti sup eo q pcutit eos: s innitetur sup do
minū scm israhel. In veritate reliquie ouer-
tent: reliquie inqz iacob ad deū fortem. Si
enim fuerit pplus tuus israhel qsi harena ma
ris: reliquie oūtentur ex eo. Cōsūmacō ab
breuiata inūdabit iusticiā. Consūmacōez
eni et abbreuiacōez dns deus exercituū fa
ciet in medio omīs terre. Propter hoc hec
dicit dominus deus exercituū. Noli timere
pplus meus habitator syō ab assur. In vir
ga eni pcutiet te. et baculū suū leuabit sup
te in via egipti. Adhuc eni paululū modi
cūqz: et osumabit indignacō. et furor me9
sup scelus eoꝝ. Et suscitabit sup eū dns ex
ercituū flagellū iuxta plagā madyan in pe
tra oreb: et virgā suā sup mare: et leuabit
eam in via egipti. Et erit in die illa auferet
onus eius de humero tuo: et iugū eius de
collo tuo: et oputrescet iugū a facie olei.
Veniet in aioth. transibit in magron: apō
magmas omendabit vasa sua. Trāsierūt
cursum: gabee sedes nre. Obstupuit rama:
gabaath saulis fugit. Hynni voce tua filia
gallim: attēde laysa paupercula anatoth.
Migrauit medemena: habitatores gebim
ofortamini. Adhuc dies: ut in nob stetur.
Agitabit manū suā sup montē filie syon.
et collē iherusalē. Ecce eni dnator dns ex-
ercituū ofringet lagūculā in terrore: et ex-
celsi statura succidētur: et sublimes humili-
abūtur. Et subuertētur odensa saltus ferro:
et libanus cū excelsis cadet.

XI

Et egredietur virga de radice yesse.
et flos de radice eius ascēdet: et req-
escet sup eū spūs domini. spūs sapientie et
intellectus. spūs osilij et fortitudinis. spirit9
sciē et pietatis: et replebit eū spiritus timoris
dni. Non scdm visionē oculoꝝ iudicabit:
neqz secundū auditū auriū arguet. Sed iu
dicabit in iusticia paupes: et arguet in equi
tate p mansuetis terre. Et pcutiet terrā vir-
ga oris sui: et spū labioꝝ suoꝝ interficiet im
piū. Et erit iusticia cingulum lumboꝝ eius:

et viā sancta vocabitur. Nō trāsibit per eā

pollutus: et hec erit vobis directa via: ita ut
stulti nõ errent p eã. Nõ erit ibi leo: et ma-
la bestia nõ ascẽdet p eã nec inuenietur ibi.
Et ambulabũt qui liberati fuerit et redẽpti
a dño: conuertentur et venient i syõ cũ laude:
et leticia sempiterna sup caput eorũ. Gau
diũ et leticiã obtinebunt: et fugiet dolor et gemitus.

XXXVI

Et factũ est in
quartodecimo anno regis ezechie:
ascẽdit sennacherib rex assyriorũ sup oẽs
ciuitates iuda munitas: et cepit eas. Et mi
sit rex assyriorũ rabsacen de lachis in ihe
rusalẽ. ad regẽ ezechiã in manu graui: et
stetit in aqueductu piscine superioris. in via
agri fullonis. Et egressus ẽ ad eũ eliach-
im filius elchie q̃ erat sup domũ. et sobna
scriba: et ioahe filius asaph a cõmẽtariis.
Et dixit ad eos rabsaces. Dicite ezechie.
Hec dicit rex magnus rex assiriorũ. Que ẽ
ista fiducia qua confidis: aut quo cõsilio vel
fortitudine rebellare disponis? Super quẽ
habes fiduciam: quia recessisti a me? Ecce co-
fidis sup baculũ harundineũ cõfractũ istũ
super egiptũ: cui si innisus fuerit hõ. intrabit
in manũ eius et pforabit eã: sic pharao rex
egipti omnibus qui cõfidũt in eo. Quod si rñde-
ris michi. in dño deo nrõ cõfidimus: nõne
ipse ẽ cuius abstulit ezechias excelsa et al-
taria. et dixit iude et ihrusalẽ coram altari
isto adorabitis? Et nũc trade te dño meo
regi assyriorũ: et dabo tibi duo milia equo
rũ: nec poteris ex te pbere ascensores eorũ.
Et quõ sustinebis faciẽ iudicis vnius lo
ci ex seruis domini mei minoribus? Quod si cõfi
dis in egipto in quadrigis. et in equitibus:
et nũc nũquid sine dño ascendi ad terram
istam. ut disperderẽ eaz? Dñs dixit ad me.
Ascende sup terram istã: et disperde eã. Et
dixit eliachim. et sobna. et ioahe ad rabsa-
cen. Loquere ad seruos tuos syra linguã
intelligimus enim: ne loquaris ad nos iu
daice i auribus populi qui est sup murũ. Et
dixit rabsaces. Nunquid ad dñm tuũ et ad
te misit me dñs meus. ut loquerer oĩa vba
ista: et nõ potius ad viros qui sedẽt in mu
ro ut comedãt stercora sua. et bibant vrinã
pedũ suorũ vobiscũ? Et stetit rabsaces: et
clamauit voce magna iudaice et dixit. Audite
verba regis magni. regis assyriorũ. Hec
dicit rex. Nõ seducat vos ezechias. quia non
poterit eruẽ vos: et nõ vobis tribuat fidu-
ciã ezechias sup dño dicẽs. eruẽs liberabit
nos dñs: nõ dabitur ciuitas ista in manũ re
gis assyriorũ. Nolite audire ezechiã. Hec
enim dicit rex assyriorũ. Facite mecũ bñdictiõ
nẽ. et egredimini ad me: et comedite vnusquis
q; vineã suã. et vnusquisq; ficũ suã: et bibi-
te vnusquisq; aquam cisterne sue: donec veniã
et tollã vos ad terrã q̃ est ut terra vrã. terrã
frumenti et vini: terrã panũ et vinearũ. Nec co-
turbet vos ezechias dicẽs: dñs liberabit nos
Nũquid liberauerũt dii gẽtiũ vnusquisq; ter
rã suã de manu regis assyriorũ? Ubi ẽ deus
emath et arfad? Ubi est deus sepharuaim?
Nũquid liberauerũt samariã de manu mea?
Quis est ex omnibus diis terrarũ istarũ qui
eruerit terram suã de manu mea: ut eruat do
minus ihrusalẽ de manu mea? Et siluerũt:
et nõ rñderũt ei verbũ. Mandauerat enim
rex dicẽs: ne rñdeatis ei. Et ingressus ẽ elia
chim filius elchie qui erat sup domũ. et sob
na scriba. et ioahe filius asaph a cõmẽtariis
ad ezechiam scissis vestibus: et nũciauerunt
ei verba rabsacis.

XXXVII

Et factũ est cũ audisset rex ezechias
scidit vestimẽta sua. et obuolutus est
sacco: et intrauit in domũ domini. Et misit e-
liachim qui erat sup domũ. et sobnã scribã.
et seniores de sacerdotibus opertos saccis. ad
ysaiam filiũ amos prophetã: et dixerũt ad eũ.
Hec dicit rex ezechias. Dies tribulacõnis
et correpcõis. et blasphemia dies hec: quia
venerũt filii usq; ad partũ: et virtus nõ ẽ pa-
riẽdi. Si quo mõ audiat dñs deus tuus ver
ba rabsacis: quẽ misit rex assyriorũ dñs suus
ad blasphemandũ dñm deũ viuentẽ: et ex
probrãdũ sermonibus quos audiuit dñs deus
tuus. Leua ergo oracõẽ pro reliquiis q̃ reper-
te sunt. Et venerũt serui regis ezechie ad ysa
iam: et dixit ad eos ysaias. Hec dicetis do
mino vestro. Hec dicit dñs. Ne timeas a fa
cie verborũ q̃ audisti quibus blasphemauerũt
pueri regis assyriorũ me. Ecce ego dabo ei
spiritũ et audiet nũciũ. et reuertetur ad ter-
ram suaz: et corruere eũ faciã gladio in terra
sua. Reuersus ẽ autẽ rabsaces: et inuenit regẽ

assyrioꝝ pliantē aduersus lobna. Audie
rat enī qꝫ pfectus eēt de lachis: et audiuit
de taracha rege ethiopie dicētes: egressus
est ut pugnet cōtra te. Qd cū audisset: misit
nūcios ad ezechiā dicēs. Hec dicetis eze-
chie regi iude loquētes. Nō te decipiat de
us tuus i quo tu cōfidis dicēs: nō dabit ihe
rusalē i manū regis assirioꝝ. Ecce tu no-
sti oīa que fecerūt reges assirioꝝ oībꝫ
tris quas subuerterūt: et tu poteris libera-
ri? Nūquid eruerūt eos dii gentiū quos
sbuerterūt patres mei: gozan et aran et re-
seph et filios edē q erāt i thalassar? Ubi ē
rex emath et rex arfad et rex urbis sepharu
aim. ana et aua? Et tulit ezechias libros de
manu nūcioꝝ et legit eos: et ascendit in do-
mū domini. et expādit eos corā dño. Et o-
rauit ezechias ad dnm dicēs. Dñe exercitu
um deus israhel q sedes sup cherubin. tu es
deus solus oīm regnoꝝ terre: tu fecisti ce
lū et terrā. Inclina dñe aurē tuā et audi: ape
ri oculos tuos et vide: et audi oīa verba
sennacherib q misit ad blasphemandū deū
uiuentē. Uere enim dñe deserta fecerūt re
ges assirioꝝ terras et regiones eaꝝ et de
derūt deos eaꝝ igni: nō enim erāt dii sed
opera manuū hominū. lignū et lapis: et cōmi
nuerūt eos. Et nunc dñe deus noster salua
nos de manu eius: ut cognoscāt oīa regnā
terre: qꝫ tu es dñe deus solus. Et misit ysai
as filius amos ad ezechiā dicēs. Hec di-
cit dñs deus isrl. Pro quibꝫ rogasti me de
sennacherib rege assirioꝝ: hoc ē verbū qd
locutus ē dñs sup eū. Despexit te et subsan
nauit te virgo filia syon: post te caput mo
uit filia iherusalē. Cui exprobasti. et quē
blasphemasti: et sup quē exaltasti vocē et
leuasti altitudinē oculoꝝ tuoꝝ? Ad scm is-
rahel. In manu seruoꝝ tuoꝝ exprobrasti
dño: et dixisti. In multitudine q̄drigaꝝ
meaꝝ ego ascēdi altitudinē mōtiū. iuga
libani: et succidā excelsa cedroꝝ eius. et
electas abietes illius: et introibo altitudinē
sūmitatis eius saltū carmeli eius: ego fodi
et bibi aquā: et siccaui vestigio pedis mei
oēs riuos aggerū. Nūquid nō audisti
que olim fecerim ei? Ex diebus antiquis
ego plasmaui illud. et nūc adduxi: et factū
est i eradicōez colliū cōpugnātiū. et ciuita-
tū munitaꝝ. Habitatores earū breuiata
manū cōtremuerūt. et cōfusi sūt: facti sūt sicut
fenū agri et gramē pascue: et herba tecto-
rū q exaruit anteqꝫ maturesceret. Habita
cōēz tuā egressū tuū: et introitū tuū cogno-
ui: et insaniā tuā cōtra me. Cū fureres adu-
sū me: supbia tua ascendit in aures meas.
Ponā ergo circulū in naribꝫ tuis. et frenū
in labiis tuis: et reducā te in via p quā veni
sti. Tibi aūt hoc erit signū. Comede hoc
āno q sponte nascunť: et i āno secūdo pomis
vescere. In anno autē tertio seminate et me
tite: et plātate vineas. et comedite fructum
eaꝝ. Et mittet id qd saluatū fuerit de domo
iuda. et quod reliquū est radicē deorsū. et
faciet fructū sursū: qꝫ de iherusalē exibunt
reliqe: et saluatio de mōte syon. Zelus dñi
exercituū faciet istud. Propterea hec dicit
dñs de rege assirioꝝ. Nō introibit ciuitatē
hāc et nō iaciet ibi sagittā. et nō occupabit
eā clipeus: et nō mittet in circuitu eius ag-
gerem. In via q venit p eā reuerteť. et ciui-
tatē hanc nō ingredieť dicit dñs. Et p-
tegam ciuitatē istā ut saluē eā. ꝓpter me et
ꝓpter dauid seruū meū. Egressus est aūt
angelus domini et pcussit in castris assiri-
oꝝ centū octaginta quinqꝫ milia. Et surrex
erūt mane: et ecce oēs cadauera mortuoꝝ.
Et egressus ē et abiit. Et reuersus ē senna
cherib rex assirioꝝ: et habitauit i niniue.
Et fcm ē cū adoraret in tēplo nesrach deū
suū adramelech et sarasar. filii eius pcusse-
rūt eū gladio: fugeruntqꝫ in terrā ararath: et
regnauit assaraddon filius eius pro eo. XXXVIII

In diebus illis egrotauit ezechias usqꝫ ad
mortē: et intrauit ad eū ysaias filius amos
ꝓpheta: et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone
domui tue: qꝫ morieris tu et nō viues. Et cō
uertit ezechias faciē suā ad parietē: et orauit
ad dñm et dixit. Obsecro dñe. memēto q̄so
quō ambulauerim corā te in veritate et in
corde pfecto: et qd bonū ē in oculis tuis fe
cerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et
factū ē verbū domini ad ysaiā dicēs. Uade
et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid
patris tui. Audiui oracōez tuā: et vidi lacri
mā tuam: Ecce ego addiciā sup dies tuos

quindecī annos: et de manū regis assyrioꝝ
eruā te. et ciuitatē istā: et ꝓtegā eā. Hoc
autē ibi erit signū a dn̄o: q̄ faciet dominꝰ
verbū hoc qd̄ locutus est. Ecce ego reuti
faciā vmbrā linearū p quas descēderat ī ho
rologio achas in sole retrorsū. decē lineis.
Et reuīsus est sol decē lineis p gᵉdus quos
descēderat. Scriptura ezechie regis iuda
cū egrotasset: et cōualuisset de infirmitate
sua. Ego dixi: in dimidio dieꝝ meoꝝ va
dā ad portas inferi. Quesiui residuū ānorū
meoꝝ. Dixi nō videbo dn̄m deū in terra vi-
uētiū: nō aspiciā hoīez vltra: et habitatorē
quietis. Generacō mea ablata est ⁊ cōuolu
ta ē a me: q̄i tabnaculū pastorū. Precisa ē
velut a texēte vita mea: dū adhuc ordirer
succidit me. De mane vsq̧ ad vesperā finies
me: sperabā vsq̧ ad mane. Quasi leo sic cō-
triuit om̄ia ossa mea. De mane vsq̧ ad ve-
sperā finies me. Sicut pullus hirundinis
sic clamabo: meditabor ut colūba. Attenu
ati sūt oculi mei: suspiciētes in excelsū: Dn̄e
vim patior rn̄de ꝓ me. Quid dicā: aut quid
rn̄debit michi cū ipe fecerit? Recogitabo
oēs ānos meos ī amaritudine anime mee.
Dn̄e sic viuit̄: et ī talibꝫ vita spūs mei. Cor
ripies me et viuificabis me: ecce in pace a-
maritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti
animā meā ut nō periēt: ꝓiecisti post ter-
gū tuū om̄ia pecc̄a mea. Quia nō infernus
cōfitebit̄ tibi: neq̧ mors laudabit te: nō ex
pectabūt q̄ descendūt in lacū veritatē tuā.
Viuēs viuens ipe cōfitebit̄ tibi sicut ⁊ ego
hodie: pater filijs notā faciet veritatē tuā.
Dn̄e saluū me fac: et psalmos nr̄os cātabi
mus cūctis diebꝫ vite nostre in domo dn̄i.
Et iussit ysaias ut tollerēt massaz de ficis: ⁊
cataplasmarēt sup vulnus ⁊ sanaret̄. Et di
xit ezechias. Quod erit signum q̄ ascen-
dam in domo domini?

XXXIX

In tēpore illo misit merodach baladan fi-
lius baladan rex babilōis libros ⁊ mune
ra ad ezechiā. Audierat enī q̄ egrotasset et
cōualuisset. Letatus ē autē sup eos ezechi-
as: et ostendit eis cellā aromatū et argēti
et auri et odoramentoꝝ et vngenti optimi
et om̄es apothecas supellectilis sue: et vni-
uersa que inuenta sūt in thesauris eius. Nō
fuit verbū quod nō ostenderet eis ezechias
in domo sua: et ī om̄i potestate sua. Introi-
uit autē ysaias ꝓpheta ad ezechiā regē: et
dixit ei. Quid dixerūt viri isti: et vn̄ venerīt
ad te? Et dixit ezechias. De terra longinq̄
venerīt ad me: de babilone. Et dixit. Quid
viderīt in domo tua? Et dixit ezechias. Oīa
que in domo mea sūt viderūt. Nō fuit res
quā nō ostenderim eis ī thesauris meis. Et
dixit ysaias ad ezechiā. Audi v̄bū domini
exercituū. Ecce dies venient: et auferētur oīa
que in domo tua sūt: et que thesaurizauerūt
pr̄es tui vsq̧ ad diē hanc in babilonē. Nō
relinquet̄ quicq̄ dicit dn̄s. Et de filijs tuis
q̄ exibūt de te quos genueris tollēt: et erīt
eunuchi in palacio regis babilonis. Et di
xit exechias ad ysaiaz. Bonū v̄bū domini
quod locutus est. Et dixit. Fiat tantū pax
et veritas in diebus meis.

XL

Consolamini cōsolamini popule meus:
dicit deus vr̄. Loquimini ad cor ihcru
salē et aduocate eā: qm̄ cōpleta est malicia
eius: dimissa est iniq̄tas illius. Suscepit de
manu domini duplicia: ꝓ om̄ibꝫ pecc̄is suis.
Vox clamātis in deserto. Parate viaz domini:
rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i.
Omnis vallis exaltabit̄ et om̄is mōs ⁊ col
lis humiliabit̄: et erūt prava in directa: et
aspa ī vias planas. Et reuelabit̄ gloria do
mini: ⁊ videbit om̄is caro pariter q̄ os dn̄i
locutū ē. Vox dicētis. Clama. Et dixi. Quid
clamabo? Om̄is caro fenū: ⁊ oīs gloria eiꝰ
q̄si flos agri. Exsiccatū ē fenū ⁊ cecidit flos:
q̄ spūs domini sufflauit in eo. Vere fenū ē
populus. Exsiccatū est fenū et cecidit flos:
v̄bū autē dn̄i stabit in eternū. Sup mon-
tez excelsū ascende tu qui euangelizas syō:
exalta in fortitudine vocē tuā qui euangeli
zas ihrusalē. Exalta: noli timere. Dic ciui-
tatibꝫ iude: ecce deus vr̄. Ecce dn̄s deus in
fortitudine veniet: et brachium eius domi-
nabit̄. Ecce merces eius cū eo: ⁊ opus illius
corā illo. Sicut pastor gregē suū pascet:
in brachio suo cōgregabit agnos: et ī sinu
suo leuabit: fetas ipse portabit. Quis men
sus ē pugillo aquas: et celos palmo ponde
rauit? Quis appendit tribꝫ digitis molē ter
re: et librauit in pondere mōtes ⁊ colles in

statera? Quis adiuuit spiritū dñi: aut quis
consiliarius eius fuit et ostendit illi? Cum
quo iniit ↄsiliū et instruxit eum. et docuit eū
semitā iusticie. et erudiuit eū sciētia: et viā
prudētie ostendit illi? Ecce gentes quasi
stilla situle: et q̄si momentū statere repu-
tate sūt. Ecce insule quasi puluis exiguus:
et libanus non sufficiet ad succendēdū: et
aīalia eius nō sufficiēt ad olocaustum. Om-
nes gentes quasi non sint sic sunt corā eo:
et quasi nichilum et inane reputate sūt ei.
Cui igitur similem fecistis deum: aut quam
imaginē ponetis ei? Nūquid sculptile con-
flauit faber: ā aurifex auro figurauit illō.
et laminis argenteis argentarius? Forte
lignū ꝛ imputribile elegit artifex sapiēs: q̄
rit quō statuat simulacrū qđ nō moueat̄.
Nūquid nō scietis? Nunquid non audistis?
Nūquid nō annūciatū est vobis ab initio?
Nūquid non intellexistis fundamēta tre?
Qui sedet super girū terre: et habitatores
eius sunt quasi locuste. Qui extēdit velut
nichilū celos: et expādit eos sicut taberna
culū ad inhabitādū. Qui dat secretorum
scrutatores q̄si nō sint: iudices terre velut
inane fecit. Et quidē neq; plātatus neq; sa-
tus neq; radicatus ī terra trūcus eoꝝ. Re-
pente flauit in eos ꝛ aruerūt: et turbo q̄si sti-
pulam auferret eos. Et cui assimilastis me
et adequastis dicit sanctus? Leuate in ex-
celsum oculos vestros: et videte quis cre-
auit hec. Qui educit ī numero miliciā eoꝝ:
et oīes ex noīe vocat. Pre multitudīe for
titudinis ꝛ roboris virtutisq; eius: neq; vnū
reliquū fuit. Quare dicis iacob ꝛ loqueris
israhel. abscondita est via mea a dño: et a
deo meo iudiciū meū trāsiuit? Nūquid ne-
scis: aut non audisti? Deus sempiternus
dñs. qui creauit terminos terre: et nō defici-
et neq; laborabit: nec ē inuestigatio sapie
eius. Qui dat lasso virtutē: et hiis qui non
sūt. fortitudinē ꝛ robur multiplicat. Deficiēt
pueri ꝛ laborabūt: et iuuenes in infirmita-
te cadēt. Qui aūt sperant in dño mutabūt
fortitudinē: assumēt pennas sicut aquile.
currēt ꝛ nō laborabūt: ābulabūt ꝛ nō defici

Taceant ad me insule: et XLI ent.
gentes mutēt fortitudinē. Accedant
et tūc loquant̄: simul ad iudiciū ꝓpinque
mus. Quis suscitauit ab oriente iustū: vo
cauit eū ut sequeretur se? Dabit in cōspectu
eius gētes: et reges obtinebit. Dabit qua
si puluerē gladio eius: sicut stipulam vento
raptā arcui eius. Persequet̄ eos: transibit
in pace: semita ī pedibꝫ eius nō apparebit
Quis hec operatus est ꝛ fecit: vocās gene
racōnes ab exordio? Ego dñs: primus et
nouissimus ego sum. Viderūt insule ꝛ timu
erūt: extrema terre obstupuerūt: appropin
quauerūt. et accesserūt. Vnusquisq; ꝓximo
suo auxiliatur: et fratri suo dicet ↄfortare.
Confortabit faber erarius percutiēs malleo
eū qui cudebat tunc temporis dicēs: glutino
bonū ē: et ↄfortabit eū clauis ut nō moue-
atur. Et tu israhel serue meus: iacob quem
elegi semē abrahā amici mei. in quo appre-
hēdi te. Ab extremis terre et a lōginquis
eius vocaui te: ꝛ dixi tibi. Seruus meus es
tu: elegi te et nō abieci te. Ne timeas quia te-
cū ego sū: ne declines: quia ego deus tuus.
Cōfortaui te ꝛ auxiliatus sū tibi: et suscepit
te dextera iusti mei. Ecce ↄfundētur ꝛ erubes
cent oēs q̄ pugnāt aduersum te. Erūt q̄si nō
sint: et peribūt viri qui ↄtradicūt tibi. Que
res eos et nō inuenies viros rebellos tuos:
et erūt quasi nō sint et veluti ↄsumpcō ho-
minis bellātis aduersum te: quia ego dñs deus
tuus apprehendens manū tuam dicensq; tibi.
Ne timeas: ego adiuui te. Noli timere ver
mis iacob: qui mortui estis ex israhel. Ego
auxiliatus sum tui dicit dñs: et redemptor
tuus sanctus israhel. Ego posui te q̄si plau-
strū triturās nouū: habēs rostra serrantia.
Et triturabis montes et ↄminues: et colles
quasi puluerē pones. Ventilabis eos ꝛ ven
tus tollet et turbo dispget eos: et tu exulta-
bis ī dño: in sancto israhel letaberis. Ege-
ni et paupes querūt aquas et nō sunt: lin-
gua eoꝝ siti aruit. Ego dñs exaudiā eos:
deus israhel: non derelinquā eos. Aperiam
in supinis collibꝫ flumina: et in medio campo-
rū fontes. Ponā desertū ī stagna aquarū: et
terrā inuiam in riuos aquaꝝ. Dabo in soli
tudinē cedrū: et spinā ꝛ mirtū ꝛ lignū oliue.
Ponā in deserto abietem vlmū ꝛ buxū simul
ut videāt ꝛ sciant et recogitēt ꝛ intelligāt

pariter: q᷑ manus dñi fecit hoc: et sanctus
isrł creauit illud. Prope facite iudiciuȝ
vestrum dicit dñs: afferte si q̄d forte habe
tis dixit rex iacob. Accedant: et nũciēt no
bis queciiq; ventura sũt. Priora que fuerunt
nũciate: et ponemus cor nostrũ et sciemus:
nouissima eorȝ ⁊ q̄ ventura sũt indicate no=
bis. Annũciate q̄ventura sũt in futurũ: et scie
mus q᷑ dij estis vos. Bene q̄ȝ aut male si
potestis facite: et loquamur et videamus
sił. Ecce vos estis ex nichilo: et opus vr̄m
ex eo quod nō ē. Abominatio ē qui elegit
vos. Suscitaui ab aquilone: et veniet ab
ortu solis. Vocauit nomē meuȝ: et adducet
magistratus q̄si lutũ: et velut plastes ↄcul=
cās humũ. Quis annũciauit ab exordio ut
sciamus: et a p̄ncipio ut dicamus iustus es?
Nō ē neq; annũciās neq; p̄dicēs: neq; au=
diens sermones vr̄os. Primus ad syon di=
cet ecce assum: et ierusalem euangelistaȝ
dabo. Et vidi: ⁊ nō erat neq; ex istis quisq̄
qui iniret ↄsiliũ: et interrogatus r̄nderet
verbũ. Ecce om̄es iniusti: et vana opera e=
orȝ: ventus et inane simulacra eorȝ. XLII

Ecce seruus meus suscipiam eũ: electꝰ
meus: ↄplacuit sibi i illo anima mea.
Dedi sp̄m meum sup eũ: iudiciũ gētibꝫ p̄fe
ret. Non clamabit neq; accipiet p̄sonā: nec
audietur vox eius foris. Calamũ quassatũ
nō conteret: et linũ fumigās nō extinguet.
In veritate educet iudiciũ: nō erit tristis ne
q; turbulētus donec ponat in terra iudiciũ:
et legeȝ eius insule expectabũt. Hec dicit
dñs deus creans celos et extendēs eos: fir
mans terrā ⁊ que germināt ex ea: dās fla
tũ populo qui ē sup terrā: ⁊ spiritũ calcātibꝫ
eam. Ego dñs vocaui te in iusticia: et app=
hendi manũ tuā: et seruaui te. Et dedi te in
fedus populi: in lucem gentiũ: ut aperires
oculos cecorȝ ⁊ educeres de ↄclusione vin
ctum: de domo carceris sedētes in tenebris.
Ego dñs: hoc est nomē meũ. Gloriā meā
alteri nō dabo: et laudem meā sculptilibꝫ.
Que p̄ma fuerũt ecce venerũt: noua q̄ȝ ego
ānũcio: anteq̄ͣ oriant᷑ audita vobis faciaȝ.
Cātate dño canticũ nouũ: laus eius ab ex
tremis terre. Qui descenditis in mare ⁊ ple
nitudo eius: insule et habitatores earum.

Subleuet᷑ desertũ ⁊ ciuitates eius: in domi
bus habitabit cedar. Laudate habitato=
res petre: de v̄tice mōtiũ clamabunt. Pon
nēt dño gloriā: et laudē eius in insulis nũ=
ciabũt. Dñs sicut fortis egrediet᷑: sicut vir
p̄liator suscitabit zelũ. Vociferabit᷑ et clama
bit: sup inimicos suos ↄfortabit᷑. Tacui: sp
silui: patiēs fui: sic parturiēs loquar. Dissi
pabo et absorbebo simul: desertos faciā mō=
tes ⁊ colles: et om̄e gramē eorȝ exsiccabo.
Ponā flumina i insulas: et stagna arefaciā
Et deducā cecos i viā quā nesciũt: et in semi
tis quas ignorauerũt ambulaē eos faciā.
Ponā tenebras coram eis in lucē: et praua
in recta. Hec verba feci eis: et nō dereliqui
eos. Cōuersi sũt retrorsũ. Cōfundātur ↄfusi
one q̄ ↄfidũt in sculptili: qui dicũt cōflatili
vos dij nr̄i. Surdi audite: et ceci intuemi=
ni ad vidēdũ. Quis cecus nisi seruus meus:
et surdus ad quē nũcios meos misi? Quis
cecus: nisi q̄ venũdatus ē? Et q̄s cecus nisi
seruus domini? Qui vides multa: nōne cu
stodies? Qui apertas habes aures: nōne
audies? Et dñs voluit ut sanctificaret eum
et magnificaret legē ⁊ extolleret: ipse autē
populus direptus et vastatus. Laqueus iu
uenũ om̄es simul: et in domibꝫ carcerũ ab=
scō diti sũt. Facti sũt in rapinā nec ē q̄ eru=
at: in direptiōē: nec ē qui dicat redde. Quis
est in vobis q̄ audiat hoc: attēdat ⁊ auscul=
tet futura? Quis dedit in direptiōē iacob: et
isrł vastātibꝫ? Nōne dñs ipe cui peccaui
mus? Et noluerũt in vijs eius ambulare:
nō audierũt legem eius. Et effudit sup euȝ
indignationem furoris sui et forte bellũ: et
combussit euȝ in circuitu et nō cognouit: et
succēdit eum et nō intellexit. XLIII

Et nũc hec dicit dñs creās te iacob:
et formās te isrł. Noli timē q᷑ rede
mi te: et vocaui te noīe tuo. Meus es tu. Cũ
trāsieris p aquas tecũ ero: et flumīa nō ope
riēt te. Cũ ambulaueris ī igne nō ↄbureris:
et flamma nō ardebit in te: q᷑ ego dñs deꝰ
tuus scūs isrł saluator tuus. Dedi p̄piciati
ōnē tuā egiptũ: et ethiopiā ⁊ saba pro te.
Ex quo honorabilis factus es ī oculis meis
et gloriosus: ego dilexi te. Et dabo hoīes
pro te: et populos p anima tua. Noli timē:

qr ego tecum sū. Ab oriente adducā semē
tuū: et ab occidēte ɔgregabo te. Dicā aqlo
nida: et austro. noli ꝓhibere. Affer filios
meos de lōginquo: et filias meas ab extre
mis t're. Et om̄ez qui inuocat nomē meū. in
gloriā meā creaui eū: formaui eū ⁊ feci eū.
Educ foras pop̄lm cecū et oculos habētē:
surdū. et aures ei sūt. Om̄es gētes ɔgre=
gate sūt simul: et collecte sūt trib⁹. Quis
in vobis annūciet istud: et que prima sūt
audire vos faciet? Dēt testes eoꝝ ⁊ iustifi
centur: et audiant et dicāt. Vere. Vos testes
mei dicit dn̄s: et seruus meus quē elegi: ut
sciatis et credatis michi. et intelligatis qr
ego ipse sum. Ante me nō ē formatus deus:
et post me nō erit. Ego sū ego sum domin⁹:
et nō est absq3 me saluator. Ego ānūciaui
et saluaui: auditū feci: et nō fuit in vobis ali
enus. Vos testes mei dicit dn̄s: et ego de=
us. Et ab inicō ego ipse: et nō est q̄ de manu
mea eruat. Operabor: et q̄s auertet illud?
Hec dicit dn̄s redēptor vester scūs israhel.
Propter vos emisi babilonē: et detraxi ve=
ctes vniūsos: et caldeos ī nauib⁹ suis glori
antes. Ego dn̄s scūs vester: creās isrl̄: rex
vester. Hec dicit dn̄s q̄ dedit in mari viā:
et in aquis torrētib⁹ semitā. Qui eduxit q̄=
drigam ⁊ equū: agmē et robustū. Simul
obdormierūt nec resurgent: ɔtriti sunt q̄si
linū: et extincti sūt. Ne memineritis p̄orū:
et āntiqua ne intueamini. Ecce ego facio no
ua. et nūc orientur: vtiq3 ɔgnoscetis ea. Po
nā in deserto viā: et ī inuio flumina. Et glo
rificabit me bestia agri. dracones ⁊ strutio=
nes: qr dedi ī deserto aquas. flumina ī inuio
ut darem potum populo meo electo meo.
Populū istū formaui michi: laudē meā nar
rabit. Nō me inuocasti iacob: nec labora=
sti in me israhel. Nō obtulisti michi arietē
holocausti tui: et victimis tuis nō glorifica
sti me. Nō te fuire feci ī oblacōe: nec laborē
tibi ꝑbui in thure. Nō emisti michi argēto
calamū: et adipe victimarū tuaꝝ nō inebri
asti me. Verūtamē seruire me fecisti i pcc̄is
tuis: ꝑbuisti michi laborē ī iniquitatibus
tuis. Ego sū3. ego sū ip̄e. q̄ deleo iniqtates
tuas ꝓpter me: et peccatoꝝ nō recordabor.
Reduc me in memoriā ⁊ iudicemur simul:
narra si q̄d habes ut iustificeris. Pat' tu⁹
primus peccauit: et interptes tui puaricati
sūt in me. Et ɔtaminaui pn̄cipes scōs: dedi
ad interncōez iacob: et israhel ī blasphemiā.

XLIIII

Et nūc audi iacob serue
meus: et isrl' quē elegi. Hec dicit dn̄s
faciēs et formās te: ab vtero auxiliator tu=
us. Noli timere fue meus iacob: et rectissi
me quē elegi. Effundā enim aquas super
sitientē: et fluēta sup aridā. Effundā spm̄
meū sup semē tuū: ⁊ bn̄dictionē meā super
stirpē tuā: et germinabūt inter herbas q̄si
salices iuxta preterfluētes aquas. Iste di=
cet domini ego sum: et ille vocabit in noīe
iacob. Et hic scribet manū sua dn̄o: et ī noīe
israhel assimilabit'. Hec dicit dn̄s rex isra=
hel ⁊ redēptor eius: dn̄s exercituū. Ego p̄=
mus et ego nouissimus: et absq3 me nō est
deus. Quis similis mei? Vocet et ānūciet: et
ordinē exponat michi. Ex quo cōstitui mi=
chi populū antiquū: ventura ⁊ q̄ futura sūt an
nūciēt eis nolite timē: neq3 ɔturbemini. Ex
tūc audire te feci: ⁊ annūciaui. Vos estis te
stes mei. Nūquid est deus absq3 me. et for=
mator quē ego nō nouerim? Plastę ydoli
oēs nichil sūt: et amātissima eoꝝ nō ꝓde=
rūt eis. Ipi sūt testes eoꝝ. qr nō vidēt ne=
q3 intelligūt: ut ɔfundant'. Quis formauit
deū: ⁊ sculptile ɔflauit ad nichil vtile? Ecce
oēs participes eius ɔfundēt'. Fabri eni sūt
ex hominib⁹. Cōuenient om̄es: stabūt ⁊ pa
uebūt: et ɔfundent' simul. Faber ferrarius
lima operatus ē: in prunis et in malleis for
mauit illud: et opat⁹ ē in brachio fortitu=
dinis sue. Esuriet ⁊ deficiet: nō bibet aquā et
lassescet. Artifex lignarius extēdit normā
formauit illud ī runcina. Fecit illud in āgu
laribus: et ī circino tornauit illud: ⁊ fecit ima
ginem viri quasi speciosum hoīem habitā=
tē in domo. Succidit cedros: tulit ilicē et
quercū q̄ steterat inter ligna saltus. Plā
tauit pinū quā pluuia nutriuit: et facta ē
hominib⁹ ī focū. Sumpsit ex eis ⁊ calefcūs
est: ⁊ succēdit ⁊ coxit panes: de reliquo aūt
operatus est deum ⁊ adorauit: fecit sculpti=
le ⁊ curuatus ē ante illud. Mediū eius ɔbu
ssit igni: de medio eius carnes coxit. Co=
medit pulmētū et saturatus ē: et calefcūs ē=

et dixit. Vah calefcūs sū: vidi focū. Reliquū
autem eius. deū fecit ⁊ sculptile sibi. Curua
tur ante illud: et adorat illud ⁊ obsecrat di
cēs. Libera me: q2 deus meus es tu. Nescie-
rūt neq3 intellexerunt. Obliti eni sūt ne vi-
deant oculi eoꝝ: ⁊ ne intelligāt corde suo.
Nō recogitāt in mente sua: neq3 ɔgnoscūt
neq3 sentiunt ut dicant. Medietatē eius ɔ-
bussi igni: et coxi sup carbones eius panes.
Coxi carnes ⁊ comedi: et de reliquo eius y-
dolū faciā? Ante truncum ligni ꝓcidam?
Pars eius cinis est. Cor insipiēs adorauit
illud: et nō liberauit animam suā: neq3 dicit
forte mendaciū est in dextera mea. Memē-
to hoꝝ iacob et israhel: quoniā suus meus
es tu. Formaui te: seruus meus es tu. Isra-
hel nō obliuiscaris mei. Deleui ut nubē ini-
quitates tuas: et q̄i nebulā peccata tua. Re-
uertere ad me: qm redemi te. Laudate ce
li quoniā misericordiā fecit dñs: iubilate
extrema terre. Resonate mōtes laudatio-
nē: saltus et omē lignū eius. Quoniā rede
mit dñs iacob: et israhel gloriabit̄. Hec di-
cit dñs redēptor tuus: et formator tuus ex
utero. Ego dñs faciēs omnia: extendens
celos suos. Stabiliēs terrā et nullus me-
cum: irrita faciēs signa diuinoꝝ: et ario
los in furorem vertēs. Conuertēs sapiētes
retrorsū: et sciētiā eoꝝ stultā faciēs. Susci
tans verbū serui sui: et ɔsiliū nūcioꝝ suoꝝ
complens. Qui dico ihrlm habitaberis: et ci
uitatibꝫ iuda. edificabimini: et deserta eius
suscitabo. Qui dico ꝓfundo desolare: et flū
mina tua arefaciam. Qui dico cyro pastor
meus es: et omnē volūtatē meā cōplebis.
Qui dico ihrlm edificaberis: et tēplo funda-
beris.

XLV

Hec dicit dñs cristo meo
cyro cuius apprehendi dexterā ut sub-
iciā ante faciē eius gētes: et dorsa regū v-
tā. Et aperiā coram eo ianuas et porte non
claudent̄. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos ter
re humiliabo. Portas ereas ɔterā: et vectes
ferreos cōfringā. Et dabo tibi thesauros
absconditos ⁊ archana secretoꝝ: ut scias
q2 ego dñs. qui voco nomē tuū deus isra-
hel: ꝓpter seruū meū iacob ⁊ israhel electum
meū. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui te: et
nō ɔgnouisti me. Ego dñs: et nō ē āplius.
Extra me nō est deus. Accinxi te ⁊ nō ɔgno
uisti me: ut sciant hii qui ab ortu solis. ⁊ qui
ab occidēte quoniā absq3 me nō est deus.
Ego dñs ⁊ nō est alter: formans lucē ⁊ cre
ans tenebras: faciēs pacē et creans malū.
Ego dñs faciēs oīa hec. Rorate celi desup
et nubes pluant iustū: aperiatur terra ⁊ ger-
minet saluatorem: et iusticia oriatur simul.
Ego dñs creaui eū. Ve q̄ ɔtradicit fictori
suo: testa de samiis terre. Nūquid dicet lutū
figulo suo. quid facis: et opus tuū absq3
manibꝫ est? Ve q̄ dicit p̄ri quid generas: et
mulieri quid parturis? Hec dicit dñs scūs
israhel: plastes eius. Ventura interrogate
me: sup filios meos ⁊ sup opus manuū me
aꝝ mādate michi. Ego feci terrā: ⁊ hominē
sup eā creaui. Ego ⁊ manus mee tetēderūt
celos: et omi milicie eoꝝ mādaui. Ego su-
scitaui eū ad iusticiā: et omes vias eius di
rigā. Ipse edificabit ciuitatē meā: et capti-
uitatē meā dimittet nō in p̄cio neq3 i mune
ribꝫ: dicit dñs deus exercituū. Hec dic dñs.
Labor egipti et negociacō ethiopie ⁊ saba
im viri sublimes ad te trāsibūt ⁊ tui erūt: et
post te ābulabūt. Vincti manicis p̄gent: et
te adorabūt teq3 dep̄cabūt̄. Tantū in te ē
deus: et nō est deus absq3 te. Vere tu es de9
absconditus: deus israhel saluator. Confusi
sūt et erubuerūt omes simul: abierūt i ɔfu
sione fabricatores erroꝝ. Israhel saluatus
est in dño salute eterna. Nō ɔfundemini et
nō erubescetis usq3 in seculū seculi: q2 hec di
cit dñs creans celos. Ipse deus formās ter-
ram ⁊ faciens eam: ipse plastes eius. Non
in vanū creauit eā: ut habitaret̄ formauit
eā. Ego dñs: et nō alius. Nō in abscondi-
to locutus sū: in loco terre tenebroso. Nō
dixi semini iacob frustra: querite me. Ego
dñs loquēs iusticiā: ānūciās recta. Cōgre
gamini ⁊ venite: ⁊ accedite simul qui salua-
ti estis ex gentibꝫ. Nescierūt q̄ leuāt signū
sculpture sue: et rogant dñm nō saluantē.
Annūciate ⁊ venite: ⁊ ɔsiliamini simul. Quis
auditum fecit hoc? Ab inicio ex tūc p̄dixi
illud. Nunquid non ego dñs: et nō est vltra
deus absq3 me? Deus iustus et saluās nō ē
preter me. Conuertimini ad me et salui eritis
omes fines terre: q2 ego deus ⁊ nō ē alius.

Jnmemetipo iuraui· egredietur de ore meo iusticie verbū· et nō reuertetur: quia michi curuabūt omnia genu: et iurabit oīs lingua. Ergo in domino dicet. Mee sūt iusticie et imperiū. Ad eū venient: et confundentur omēs qui repugnāt ei. Jn dn̄o iustificabitur et laudabitur omē semē israhel.

XLVI

Conflatus ē bel contritus est nabo: facta sūt simulacra eorum bestiis et iumētis. Onera vr̄a graui pōdere usq; ad lassitudinē contabuerūt: et contrita sūt simul. Non potuerūt saluare portantē: et anima eorum in captiuitatē ibit. Audite me domus iacob: et omē residuū domus israhel. Qui portamini a meo vtero: qui gestamini a mea vulua. Usq; ad senectā3 ego ipse: et usq; ad canos ego portabo. Ego feci et ego ferā: et ego portabo et saluabo. Cui assimilastis me et adequastis: et cōparastis me et fecistis similē? Qui confertis aurū de sacculo: et argentū statera ponderatis. Conducētes artificē ut faciat deum: et procidunt et adorāt. Portāt illuz in humeris gestātes: et ponētes in loco suo. Et stabit: ac de loco suo nō mouebitur. Sz et cū clamauerint ad eū3 nō audiet: de tribulacōe nō saluabit eos. Memētote istud et confundamini: redite p̄uaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi qm̄ ego sū deus non est et vltra deus: nec est similis mei annūtians ab exordio nouissimū: et ab inicio que necdū facta sūt. Dicēs: consiliū meū stabit: et omīs volūtas mea fiet. Vocās ab oriente auē et de t̄ra longinq̄ virū volūtatis mee: Et locutus sū et adducā illud: creaui et faciam illud. Audite me duro corde: qui lōge estis a iusticia. Prope feci iusticiā meam: nō elōgabitur: et salus mea nō morabitur. Dabo in syon salutē: et isrl̄i gloriā meā.

XLVII

Descende: sede in puluere virgo filia babilon: sede in terra. Nō est soliū filie chaldeorum: quia vltra nō vocaberis mollis et tenera. Tolle molā et mole farinā: denuda turpitudinē tuā3. Discooperi humerū: reuela crura: transi flumina. Reuelabitur ignominia tua: et videbitur opprobriū tuū. Vltionē capiā: et nō resistet michi hō. Redēptor nr̄ dn̄s exercituū: nomen illius sc̄us israhel. Sede tacēs et intra in tenebras filia chaldeorum: quia nō vocaberis vltra dn̄a regnorum. Iratus sū sup populū meū: contaminaui hereditatē meā. Et dedi eos in manu tua: nō posuisti eis misericordias. Sup senē aggrauasti iugū tuū valde: et dixisti. Jn sempiternū ero domina. Nō posuisti hec super cor tuū: neq; recordata es nouissimi tui. Et nūc audi hec delicata et habitās cōfidēter: que dicis in corde tuo ego sū: et nō est p̄ter me āplius. Nō sedebo vidua: et ignorabo sterilitatē. Venient tibi duo hec subito in die vna: sterilitas et viduitas. Vniuersa venerūt sup te p̄pter multitudinē maleficiorū tuorum: et p̄pter duriciā incātatorum tuorum vehementem. Et fiduciā habuisti in malicia tua: et dixisti. Nō est qui videat me. Sapiētia tua et sciencia tua hec decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sū: et p̄ter me nō est altera. Veniet sup te malū· et nescias ortū eius: et irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet sup te repēte miseria quā nescies. Sta cū incātatoribus tuis et cū multitudīe maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescētia tua: si forte quid p̄sit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudīe cōsiliorum tuorum. Stent et saluēt te augures celi qui cōtēplabātur sydera et supputabāt menses: ut ex eis annūciarēt ventura tibi. Ecce facti sūt q̄si stipula: ignis combussit eos. Non liberabunt aīaz suā de manu flāme: nō sūt prune quibus calefiāt: nec focus ut sedeāt ad eū. Sic fc̄a sūt tibi: in quibuscūq; laboraueras. Negociatores tui ab adolescētia tua: vnusquisq; in via sua errauerūt: nō est qui saluet te.

XLVIII

Audite hec domus iacob qui vocamini nōie israhel et de aquis iuda existis: qui iuratis ī nōie domini· et dei israhel recordamini: nō in veritate neq; in iusticia. De ciuitate enim sc̄a vocati sūt: et sup deū israhel cōstabiliti sūt. Dn̄s exercituū nomē eius. Priora ex tūc annunciaui et ex ore meo exierūt: et audita feci ea: repēte operatus sū et venerūt. Sciui enim quia durus es tu: et neruus tuus ferreus: ceruix tua et frons tua erea. Predixi tibi ex tūc: anteq̄ venirēt indicaui tibi: ne forte diceres ydola mea fecerūt hec: et sculptilia mea et cōflatilia mea mādauerūt ista. Que audisti vide oīa: vos aūt nō ānūciastis

Audita feci tibi noua ex tunc: et cōseruata
que nescis. Modo creata sūt et nō ex tunc:
et ante diē: et nō audisti ea: ne forte dicas
ecce cognoui ea. Neq; audisti neq; cogno
uisti: neq; ex tunc apta est auris tua. Scio
enī qȝ ꝑuaricās ꝑuaricaberis: et trāsgresso
rem ex vtero vocaui te. Propter nomē me
um longe faciā furorē meū: et laude mea
infrenabo te ne intereas. Ecce excoxi te ſȝ
nō quasi argentū: elegi te in camino paup
tatis. Propter me ꝓpter me faciam. ut nō
blasphemer: et gloriā meā alteri nō dabo.
Audi me iacob: et israhel quem ego voco.
Ego ipse: ego primus ⁊ ego nouissimus.
Manus q; mea fundauit terraȝ: et dextera
mea mensa ē celos. Ego vocabo eos: et sta
būt simul. Congregamini oēs vos ⁊ audi
te. Quis de eis annūciauit hec? Dn̄s dilexit
eū: faciet volūtatē suā ī babilone: brachiū
suū in caldeis. Ego ego locutus sū ⁊ voca-
ui eū: adduxi eū: et directa ē via eius. Ac
cedite ad me: et audite hoc. Nō a pncipio
in abscondito locutus sum. Ex tēpore āte-
q̄ fieret ibi eraȝ: et nūc dn̄s deus misit me
et spūs eius. Hec dicit dn̄s deus redēptor
tuus scūs israhel. Ego dn̄s deus tuus docēs
te vtilia: gubernās te in via qua ambulas.
Vtinaȝ attendisses mandata mea. Facta
fuissȝ sicut flumen pax tua: ⁊ iusticia tua si-
cut gurgites maris. Et fuissȝ q̄si harena se
mē tuū: ⁊ stirps vteri tui ut lapilli eius. Nō
interissȝ ⁊ nō fuissȝ attritū nomē eius a facie
mea. Egredimī de babilone: fugite a cha-
deis. In voce exultacōis annūciate: auditū
facite hoc: et ferte illud usq; ad extrema
t're. Dicite. Redemit dn̄s ſuū suū iacob. Nō
sitierūt in deserto cū educeret eos. Aquā de
petra ꝓduxit eis: et scidit petrā et fluxerunt
aque. Non est pax impijs dicit dominus.

XLIX

Audite insule: et attendi-
te populi de lōge. Dn̄s ab vtero voca
uit me: de vētre mr̄is mee recordatus ē no-
minis mei. Et posuit os meuȝ quasi gladiū
acutū: in vmbra manus sue ꝓtexit me: et po
suit me sicut sagittam electaȝ. In pharetra
sua abscondit me: et dixit michi. Seruus
meus es tu israhel: qȝ in te glificabor. Et ego
dixi. In vacuuȝ laboraui: sine causa et vane
fortitudinē meā cōsumpsi. Ergo iudiciū me
um cū dn̄o: et opus meuȝ cū deo meo. Hec
dicit dn̄s formans me ex vtero ſuū sibi: ut
reducā iacob ad eū: et israhel ad eū cōgre-
gabitur. Et glorificatus sū in oculis dn̄i: et
deus meus fcūs ē fortitudo mea. Et dic. Pa
rū ē ut sis michi seruus ad suscitādas trib9
iacob: et feces israhel cōuertēdas. Ecce dedi
te ī lucē gentiū: ut sis salus mea usq; ad ex
tremū terre. Hec dicit dn̄s. redēptor isra-
hel. scūs eius: ad cōtēptibilē animā ad ab
ominatā gentē ad seruū dn̄orū. Reges vi-
debūt ⁊ cōsurgent principes: et adorabunt
ꝓpter dn̄m qȝ fidelis ē: et scm̄ israhel q̄ ele-
git te. Hec dicit dn̄s. In tēpore placito ex-
audiui te: et ī die salutis auxiliatus suȝ tui.
Et ſuaui te ⁊ dedi te ī fedus populi. ut susci
tares terrā ⁊ possidēs hereditates dissipa
tas: ut diceres hijs q̄ vincti sūt exite: ⁊ hijs
qui in tenebris reuelamini. Sup vias pas-
cētur: et in omib9 planis pascua eoꝝ. Nō
esuriēt neq; sitient: et nō ꝑcutiet eos estus
et sol: qȝ miserator eoꝝ reget eos. et ad fon
tes aq̄rū potabit eos. Et ponā omes mōtes
meos in viā: ⁊ semite mee exaltabūt. Ecce
isti de lōge venient: et ecce illi ab aquilone
et mari: et isti de terra australi. Laudate ce
li et exultet terra: iubilate mōtes laudē: qȝ
cōsolatus est dn̄s populū suū. et pauperū su
oꝝ miserebit. Et dixit syon. Dereliquit me
dn̄s: et dn̄s oblitus ē mei. Nunq̄d obliuisci
potest mulier infantē suū: ut nō misereat
filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego ta
mē nō obliuiscar tui. Ecce in manib9 meis
descripsi te: muri tui corā oculis meis semp.
Venerūt structores tui destruētes te ⁊ dissi
pātes. a te exibūt. Leua ī circuitu oculos tu
os et vide: oēs isti cōgregati sūt: venerūt ti-
bi. Viuo ego dicit dn̄s: qȝ omib9 hijs velut
ornamēto vestieris: et circūdabis tibi eos
q̄si spōsa. Quia deserta tua ⁊ solitudines tue
et terra ruine tue nūc anguste erūt p habi
tatorib9: et lōge fugabūtur q̄ absorbebāt
te. Adhuc dicēt in aurib9 tuis filij sterilita
tis tue. Angustus ē michi locus: fac spaciū
michi ut habitē. Et dices ī corde tuo. Quis
michi genuit istos? Ego sterilis ⁊ nō pari
ens transmigrata et captiua: et istos quis

enutriūit? Ego destituta et desolatā: et isti vbi hic erāt? Hec dicit dn̄s deus. Ecce leua bo ad gentes manū meam: et ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis: et filias tuas sup humeros portabūt. Et erūt reges nutricij tui: et regi ne nutrices tue. Vultu ī terra demisso ado rabūt te: et puluerē pedū tuoꝝ lingēt. Et scies qꝛ ego dn̄s: sup quo ↄfundentur qui exspectant eum. Nunq̄d tolletur a forti p̄ da: aut qđ captū fuerit a robusto saluū esse poterit? Quia hec dicit dn̄s. Equidē ⁊ capti uitas a forti tollet̄: et quod ablatuꝫ fuerit a robusto saluabitur. Eos vero qui iudica uerūt te ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego sal uabo. Et cibabo hostes tuos carnib⁹ suis: et quasi musto sanguine suo inebriabūt̄. Et sciet om̄is caro qꝛ ego dominus saluās te: et redemptor tuus fortis iacob. L

Hec dicit dn̄s. Quis ē hic liber repu= dij mr̄is vestre: quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus: cui vendidi vos? Ecce in iniquitatib⁹ vr̄is venditi estis et in scelerib⁹ vr̄is dimisi matrē vestrā: qꝛ veni ⁊ nō erat vir: vocaui ⁊ nō erat q̄ audiret. Nū= quid abbreuiata ⁊ paruula fcā est manus mea ut nō possim redimere: aut nō est ī me ↄtus ad liberandū? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare: ponaꝫ flumina in siccū. Cōputrescent pisces sine aqua: et morientur in siti. Induā celos tenebris: et saccum ponā operimentū eoꝝ. Dn̄s dedit michi linguā eruditā: ut sciaꝫ sustētare eū q̄ lassus ē verbo. Erigit mane. mane erigit michi aurē: ut audiā q̄i magistrū. Dn̄s de= us aperuit michi aurē: ego aūt nō ↄtradi co: retrorsū nō abij. Corpus meū dedi pcu= tiētib⁹ ⁊ genas meas vellentib⁹: faciē meā nō auerti ab increpātib⁹ ⁊ ↄspuentib⁹. Dn̄s deus auxiliator meus: ideo nō sum ↄfusus. Ideo posui faciē meā ut petrā durissimā: et scio quoniā nō ↄfundar. Iuxta ē qui iusti= ficat me. Quis cōtradicit michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Acce= dat ad me. Ecce dn̄s deus auxiliator me⁹. Quis ē qui ↄdēnet me? Ecce om̄es quasi ve stimentū ↄterent̄: tinea ↄmedet eos. Quis ex vobis timēs dn̄m: audiēs vocē serui sui?

Quis ambulauit in tenebris: et nō ē lumē ei? Speret in noīe domini: et innitatur sup deū suū. Ecce vos om̄es accēdentes ignē: accincti flammis. Ambulate ī lumine ignis vestri: et ī flāmis quas succēdistis. De ma nu mea fcm̄ ē hoc vobis. In dolorib⁹ dormi= etis. LI

Audite me q̄ sequimini qđ iustū ē: et queritis dn̄m. Attēdite ad petraꝫ vnde excisi estis: et ad cauernā laci de qua p̄cisi estis. Attēdite ad abrahā pa= trem vestrū: et ad sarā que pepit vos. Quia vnū vocaui eū: et bn̄dixi ei: et multiplicaui eū. Cōsolabit̄ ergo dn̄s syon: et cōsolabit̄ oēs ruinas eius. Et ponet desertū eius q̄i deli cias: et solitudinem eius quasi ortū domini. Gaudium et leticia inuenietur in ea: grāꝝ actō ⁊ vox laudis. Attendite ad me popu lus meus: et trib⁹ mea me audite. qꝛ lex a me exiet ⁊ iudiciū meū ī lucē populorū req̄es cet. Prope ē iustus meus: egressus ē salua tor meus: et brachia mea populos iudica= būt. Me insule expectabūt: et brachiū me um sustinebūt. Leuāte ī celū oculos vr̄os: et videte sub t̄ra deorsū. Quia celi sicut fu= mus liquescēt: et terra sicut vestimētuꝫ atte ret̄: ⁊ habitatores eius sicut hec interibūt: Salus aūt mea in sempiternū erit: et iusti cia mea nō deficiet. Audite me q̄ scitis iu= stū: populus meus lex mea in corde eoruꝫ. Nolite timere opprobriū hoīm: et blasphe mias eoꝝ ne metuatis. Sicut eni vestimē= tū sic comedet eos vermis: et sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea ī sem piternū erit: et iusticia mea in gn̄acōnes ge nerationū. Consurge ↄsurge: indue fortitu dinē brachiū domi. Cōsurge sicut ī dieb⁹ antiquis: in gn̄acōnib⁹ seculorū. Nūq̄d nō tu pcussisti superbū: vulnerasti draconeꝫ? Nūq̄d non tu siccasti mare: aquā abissi vehe mētis? Qui posuisti pfundū maris viaꝫ: ut trāsirēt liberati. Et nūc qui redempti sūt a dn̄o reuertēt̄: et venient in syō laudātes: et le ticia sempit̄na sup capita eoꝝ. Gaudiū et leticiā tenebūt: fugiet dolor ⁊ gemitus. E= go ego ipe ↄsolabor vos. Quis tu ut timēs ab hoīe mortali ⁊ a filio hoīs: qui q̄i fenū ita arescit? Et oblitus es dn̄i factoris tui q̄ tetēdit celos ⁊ fundauit t̄raꝫ: et formidasti

iugiter tota die a facie furoris eius qui te
tribulabat: ⁊ parauerat ad perdendū. Ubi nūc
ē furor tribulātis? Cito veniet gradiēs ad
aperiēdū: et nō interficiet usq₃ ad internici-
onē: nec deficiet panis eius. Ego enim sum
dn̄s deus tuus q̄ conturbo mare ⁊ intumescūt
fluctus eius: dn̄s exercituū nomē meū. Po
sui verba mea in ore tuo: ⁊ in vmbra manus
mee ꝓtexi te: ut plātes celos ⁊ fundes ter
ram: et dicas ad syon: populus meus es tu.
Eleuare eleuare: consurge ihrl̄m: que bibisti
de manu domini calicē ire eius. Usq₃ ad fun-
dū calicis soporis bibisti: et potasti usq₃ ad
feces. Nō ē qui sustētet eā ex omībꝫ filijs
quos genuit: et nō est qui apprehēdat ma
nū eius ex omībꝫ filijs quos enutriuit. Duo
sūt q̄ occurrerūt tibi. Quis contristabitur sup
te? Vastitas et contricō ⁊ fames ⁊ gladius:
quis consolabitur te? Filij tui ꝓiecti sūt: dormi
erūt in capite omīm viarū sicut bestia illaqa-
ta: plenī indignacōe domini · increpacōe
dei tui. Jdcirco audi hoc paupcula: et ebria
non a vino. Hec dicit dn̄ator tuus dn̄s: et
deus tuus q̄ pugnauit ꝓ populo suo. Ecce
tuli de manu tua calicē soporis: fundū calicis
indignacōnis mee. Non adicies ut bibas
illum vltra. Et ponā illū in manu eorū qui te
humiliauerūt et dixerūt anime tue incurua
re ut trāseamus: et posuisti ut terrā corpus
tuum: et quasi viā transeūtibꝫ. LII

Consurge consurge: induere fortitudīe
tua syon. Jnduere vestimentis glorie
tue ihrusalē civitas sancti: quia nō adiciet
vltra ut ptrāseat p te incircūcisus ⁊ immū
dus. Excutere de puluere: consurge: sede ihe
rusalē. Solue vincula colli tui captiua filia
syō: quia hec dicit dn̄s. Gratis venūdati estis:
et sine argento redimemini. Quia hec dicit
dn̄s deus. Jn egiptū descēdit populus me-
us ī pncipio ut colonus esset ibi: et assur abs
q₃ vlla causa calūniatus est eū. Et nūc quid
michi est hec dicit dn̄s? Quoniā ablatus ē
ppl̄s meus gratis. Dominatores eius iniq̄
agūt dicit dn̄s: et iugiter tota die nomē meū
blasphematur. Propter hoc sciet ppl̄s me
us nomē meū in die illa: quia ego ipse qui lo
quebar ecce assum. Quā pulcri sup mōtes
pedes annūciātis ⁊ pdicātis pacē: anūciātis
bonū pdicātis salutē: dicētis syon. Regna
bit deus tuus. Vox speculatorū tuorū. Leua
uerūt vocem: simul laudabūt: quia oculo ad
oculū videbūt · cū conuerterit dn̄s syō. Gau
dete et laudate simul deserta ihrl̄m: quia con-
solatus est dn̄s populū suū: redemit iherusa-
lē. Parauit dn̄s brachiū scm̄ suū in oculis
omīm gētiū: et videbūt oēs fines terre salu
tare dei nr̄i. Recedite recedite: exite inde:
pollutū nolite tāgere. Exite de medio eius:
mūdamini qui fertis vasa dn̄i. Quoniā nō
in tumultu exibitis: nec in fuga ꝓperabitis.
Precedet eni vos dn̄s: et congregabit vos
deus isrl̄. Ecce intelliget seruus meus: exal
tabitur et eleuabitur: et sublimis erit valde.
Sicut obstupuerūt sup te multi: sic ingloriꝰ
us erit inter viros aspectus eius ⁊ forma ei-
us inter filios hoim. Jste asperget gētes mul
tas: sup ipm continebūt reges os suū. Quia
quibꝫ nō ē narratū de eo viderūt: et q̄ nō au
dierūt contēplati sūt. LIII

Quis credidit
auditui nr̄o: et brachiū dn̄i cui reue-
latū ē? Et ascēdit sicut virgultū corā eo: et sic
radix de terra sitiēti. Nō est species ei neq₃
decor. Et vidimus eum et nō erat aspectus:
et desiderauimus eū despectū ⁊ nouissimū
virorū: virū dolorū et scientē infirmitatē.
Et quasi absconditus vultus eius ⁊ despe-
ctus: vnde nec reputauimus eū. Vere lan-
guores nostros ipe tulit: et dolores nr̄os
ipe portauit. Et nos putauimus eū q̄si le-
prosū: et pcussum a deo et huiliatū. Jpe aūt
vulneratus ē ꝓpter iniq̄tates nostras: at-
tritus ē ꝓpter scelera nostra. Disciplina pa
cis nr̄e sup eū: et liuore eius sanati sumus.
Omēs nos q̄si oues errauimus: vnusquis
q₃ in viā suā declinauit: et dn̄s posuit in eo
iniq̄tatē omīm nostrū. Oblatus ē quia ipe vo-
luit: et nō aperuit os suū. Sicut ouis ad oc-
cisionē ducetur: et quasi agnus corā tondēte
obmutescet: et nō apiet os suū. De angu-
stia ⁊ de iudicio sublatus ē. Generacōē eius
quis enarrabit? Quia abscisus ē de terra
viuentiū. Propter scelus populi mei pcussi
eum. Et dabit impios ꝓ sepultura ⁊ diuitē
ꝓ morte sua: eo quia iniq̄tatē nō fecerit: neq₃
dolus fuerit in ore eius: et dn̄s voluit conterē
eū ī infirmitate. Si posuerit ꝓ peccato aīā

suā videbit semē longeuū: et volūtas dñi in
manu eius dirigetur. Pro eo q laborauit
aīa eius: videbit et saturabit. In sciētiā sua
iustificauit ipe iustus suos meos multos:
et iniquitates eorum ipe portauit. Ideo dis-
pciā ei plurimos et fortiū diuidet spolia: p-
eo q tradidit in mortem animā suā: et cū
sceleratis reputatus ē. Et ipe pcca multorum
tulit: et p trāsgressoribus rogauit. LIIII

LAuda sterelis que nō paris: decāta
laudē et hinni que nō pariebas: qm
multi filij deserte magis q eius q habet virū
dicit dñs. Dilata locū tentorij tui: et pelles
tabnaculorum tuorum extēde ne parcas. Lō-
gos fac funiculos tuos: et clauos tuos cōso
lida. Ad dexterā eni et ad leuā penetrabis:
et semē tuū gētes hēditabit: et ciuitates de
sertas inhitabit. Noli timē: q nō cōfunderis
neq erubesces. Nō eni te pudebit q cōfusi
onis adolescentie tue obliuisceris: et oppro
brij viduitatis tue nō recordaberis āplius.
Quia dñabitur tui q fecit te: dñs exercituū
nomē eius: et redēptor tuus scūs isrl: deus
oīs tre vocabit. Quia ut mlierē derelictā et
merētē spū vocauit te dñs et vxorē ab ado
lescentia abiectā. Dixit deus tuus. Ad pū-
ctū i modico dereliqui te: et i miseracōibus
magnis cōgregabo te. In momēto indigna
cōnis abscondi faciē meā parūper a te: et
in misericordia sempiterna misertus sū tui.
Dixit redēptor tuus dñs. Sicut i diebus noe
istud michi ē: cui iuraui ne inducerē aquas
vltra sup terrā: sic iuraui ut non irascar tibi
et nō increpem te. Mōtes eni cōmouebūtur
et colles cōtremiscent: misericordia aūt mea
nō recedet a te: et fedus pacis mee nō mo-
uebit. Dixit miserator tuus dñs. Paupcu-
la tempestate cōuulsa absq vlla cōsolacōe:
ecce ego sternā p ordinē lapides tuos: et
fundabo te in saphiris. Et ponā iaspidem
ppugnacula tua: et portas tuas in lapides
sculptos: et omes terminos tuos i lapides
desiderabiles: vniūsos filios tuos doctos
a dño: et multitudinē pacis filijs tuis: et in
iusticia fundaberis. Recede pcul a calūnia
q nō timebis: et a pauore: q nō appropin
quabit tibi. Ecce accola veniet qui nō erat
mecū: aduena quondā tuus adiūget tibi.

Ecce ego creaui fabrū sufflantē i igne pru
nas: et pferētē vas in opus suū: et ego cre
aui interfectorē ad disp dendū. Omē vas
quod fictū est cōtra te nō diriget: et omē
linguā resistentē tibi in iudicō iudicabis.
Hec est hereditas seruorum domini: et iusti-
ciā eorum apud me dicit dñs. LV

OMnes sitiētes venite ad aquas: et q
nō habetis argentū pperate. Emite
et comedite: venite emite absq argēto: et
absq vlla cōmutacōe vinū et lac. Quare
appēditis argentū nō in panibus: et laborē
vrm nō in saturitate? Audite audiētes me
et comedite bonū et delectabit in crassitu-
dine aīa vrā. Inclinate aurē vrā et venite
ad me: audite et viuet anima vestra: et feriā
vobiscū pactū sempiternū: misericordias
dauid fideles. Ecce testē populis dedi eū:
ducē ac pceptorē gētibus. Ecce gentē quā
nesciebas vocabis et gentes q nō cogno-
uerūt te ad te currēt pter dñm deum tuū
et scm israhel: q glorificauit te. Querite dñm
dū inueniri potest: inuocate eum dū pe ē.
Derelinquat impius viā suā. et vir iniquus
cogitacōes suas: et reuertat ad dñm et mi-
serebitur eius: et ad deū nostrū qm multus
est ad ignoscendū. Non enim cogitacōes
mee cogitacōes vre: neq vie vre vie mee
dicit dñs. Quia sicut exaltāt celi a terra sic
exaltate sūt vie mee a vijs vestris: et cogi-
tacōes mee a cogitacōibus vestris. Et quō
descendit ymber et nix de celo et illuc vltra
non reuertitur: s inebriat terrā et infundit
et germinare eā facit et dat semē serēti et pa
nem cōmedēti sic erit verbū meū qd egredi
etur de ore meo. Nō reuertet ad me vacuū:
s faciet quecūq volui. et psperabit in hijs
ad q misi illud. Quia in leticia egrediemi:
et i pace deducemini. Mōtes et colles cāta-
bunt corā vobis laudē: et omnia ligna re-
gionis plaudēt manū. Pro saliūca ascēdit
abies: et p vrtica crescet mirtus. Et erit dñs
nominatus in signū eternū: qd nō auferet. LVI

Et factus ē sermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam aduersū montē seyr: et pphetabis de eo et dices illi. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te mons seyr: et extendā manū meā sup te. et dabo te desolatū atq; desertum. Vrbes tuas demoliar: et tu desertus eris: et scies quia ego dominus eo q fueris inimicus sempit'nus. et concluseris filios israhel ī manus gladii in tempore afflictionis eorū in tempore iniquitatis extreme. Propterea viuo ego dicit dominus deus: quoniā sanguini tradā te. et sanguis te psequet'. Et cum sanguinē oderis: sanguis psequetur te. Et dabo mōtem seyr desolatū et desertū: et auferam de eo euntē et redeuntē: et implebo montes eius occisorū suorū. In collibus tuis et ī vallibus tuis atq; in torrētibus interfecti gladio cadēt. In solitudines sempiternas tradā te: et ciuitates tue nō habitabūt'. Et scietis q ego dominus deus: eo q dixeris due gētes et due terre mee erūt: et hereditate possidebo eas: cum dominus esset ibi. Propterea viuo ego dicit dominus deus: q faciam iuxta irā tuā et scdm zelum tuum quē fecisti odio habens eos: et notas efficiar p eos cū te iudicauero: et scies quia ego dominus. Audiui vniūsa opprobria tua que locutus es de montibus israhel dicens. Deserti nobis ad deuorandū dati sūt. Et insurrexistis sup me ore vestro:

et derogastis aduersū me. Verba vr̄a ego
audiui. Hec dicit dn̄s deus. Letante vniu-
sa terra· in solitudinē te redigam: sicuti ga
uisus es super hereditatem domus israhel
eo ꝙ fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipa
tus eris mons seyr· et ydumea omnis: et sci
ent quia ego dominus.

XXXVI

Tu autē fili hominis ꝓpheta sup mon-
tes israhel: et dices. Mōtes israhel au
dite verbum dn̄i. Hec dicit dn̄s deus. Eo ꝙ
dixerit inimicus de vobis euge altitudines
sempiterne in hereditatē date sūt nobis:
ꝓpterea vaticinare ⁊ dic. Hec dicit domin9
deus. Pro eo ꝙ desolati estis et conculcati per
circuitū ⁊ facti in hereditatē reliquis genti
bus: et ascēdistis sup labiū lingue ⁊ oppro
briū populi: ꝓpterea mōtes israhel audite
verbū domini dei. Hec dicit dominus deus
montib9 ⁊ collib9 torrētib9 vallibusq3 et de
sertis parietinis et vrbib9 derelictis q̄ depo-
pulate sūt: et subsannate a reliquis gētib9
ꝑ circuitū. Propterea hec dicit dn̄s deus.
Quoniam in igne zeli mei locutus sū de reli
quis gentib9 ⁊ de ydumea vniuersa: que de
derūt terram meā sibi in hereditatē cū gla
dio ⁊ toto corde ⁊ ex animo: et eiecerunt eā
ut vastarent: idcirco vaticinare sup humū
israhel: et dices mōtib9 ⁊ collib9 iugis ⁊ val
libus. Hec dicit dominus deus. Ecce ego in
zelo meo et ī furore meo locutus sū: eo ꝙ cō
fusionē gentiū sustinueritis. Jdcirco hec dic
dominus deus. Ego leuaui manū meam ut
gentes que in circuitu vestro sūt ipe cōfusio
nem suām portent: vos autē mōtes israhel
ramos vestros germinetis: et fructū vestrū
afferatis populo meo israhel. Prope enim
est ut veniat. Quia ecce ego ad vos: et cō-
uertar ad vos· et arabimini: et accipietis se
mētē: ⁊ multiplicabo in vobis homines om-
nemq3 domū israhel. Et habitabūtur ciuita
tes· et ruinosa instaurabūť: et replebo vos
hominib9 ⁊ iumētis: et multiplicabūť et cre
scent. Et habitare vos faciā sicut a princi-
pio: bonisq3 donabo maiorib9 q̄ habuistis
ab inicio: et scietis qui ego dominus. Et ad
ducam sup vos homines populū meū isrl': et
hereditate possidebunt te. Et eris eis ī he-
reditatē: et non addes vltra ut absq3 eis
sis. Hec dicit dn̄s deus. Pro eo ꝙ dicūt de
vobis deuoratrix hominum es ⁊ suffocans
gentem tuā: ꝓpterea homines nō comedes
amplius: et gentē tuā nō necabis ultra ait
dominus deus. Nec auditā faciam in te am
plius cōfusionē gentiū: et opprobriū popu
loꝝ nequaq̄ portabis: et gentem tuā non
amittes amplius ait dn̄s deus. Et factū est
verbū dn̄i ad me dicēs. Fili hominis· domus
israhel habitauerūt in humo sua: et pollue-
rūt eā in vijs suis ⁊ in studijs suis. Juxta im
mūdiciā menstruate facta ē via eoꝝ corā
me: et effudi indignacōem meā sup eos ꝓ
sanguine quē fuderūt sup terrā. Et in ydo-
lis suis polluerunt eā: et dispsi eos in gētes
et ventilati sūt in terras: iuxta vias eoꝝ et
adinuencōes eoꝝ iudicaui eos. Et ingres-
si sūt ad gentes ad quas introierūt ⁊ pollu
erūt nomē sanctū meū: cū diceretur de eis po
pulus dn̄i iste est: et de t'ra eius egressi sūt.
Et peperci nomini sancto meo: quod pol-
luerat domus israhel ī gentib9 ad quas in-
gressi sūt. Jdcirco dices domui israhel. Hec
dicit dominus deus. Nō ꝓpter vos ego fa-
ciā domus israhel: s3 ꝓpter nomē sanctū meū
quod polluistis ī gētib9 ad quas intrastis.
Et sanctificabo nomē meū magnū qd̄ pollu
tum est inter gentes quod polluistis ī me-
dio eaꝝ: ut sciant gentes ꝙ ego dominus.
dicit dominus exercituū: cū sanctificatus fu
ero in vobis corā eis. Tollam quippe vos
de gentib9: et cōgregabo vos de vniuersis ter
ris: ⁊ adducam vos in terrā vestrā. Et effun
dam sup vos aquā mundā: et mūdabimini
ab omib9 inquinamētis vestris: et ab vniuersis
ydolis vestris mūdabo vos. Et dabo vobis
cor nouū: ⁊ spiritū nouū ponā in medio vr̄i.
Et auferā cor lapideū de carne vestra: et da
bo vobis cor carneū: et spiritū meū ponā in
medio vr̄i. Et faciā ut in p̄ceptis meis am
buletis: et iudicia mea custodiatis ⁊ operē
mini. Et habitabitis ī terra quā dedi prib9
vestris: et eritis michi ī populū: et ego ero
vobis in deū. Et saluabo vos ex vniuersis inq
namentis vestris: et vocabo frumentū ⁊ mul
tiplicabo illud: et non imponā vobis famē.
Et mltiplicabo fructū ligni ⁊ genimina agri:
ut non portetis ultra opprobrium famis in

gentibꝰ. Et recordabimini viaꝝ vestrarū pessimarū studiorūqꝫ non bonoꝝ: et displicebūt vobis iniq̄tates vestre et scelera vr̄a. Nō ꝓpter vos ego faciā ait dominus deus: notū sit vobis. Confundimini et erubescite sup vijs vr̄is domus israhel. Hec dicit dn̄s deus. In die qua mūdauero vos ex omībꝰ iniq̄tatibꝰ vestris ⁊ inhabitari fecero vrbes. et instaurauero ruinosa: et terra deserta fuerit exculta que quondā erat desolata in oclis om̄is viatoris: dicēt. Terra illa inculta facta est ut ortus voluptatis: ⁊ ciuitates deserte ⁊ destitute atqꝫ suffosse munite sederūt. Et scient gentes quecūqꝫ derelicte fuerint in circuitu vestro: ꝙ ego dominus edificaui dissipata. plātauiqꝫ inculta: ego dominus locutus sim et fecerim. Hec dicit dn̄s deus. Adhuc in hoc inuenient me domus israhel: ut faciā eis. Multiplicabo eos sicut gregē hominū ut gregē sanctū: ut gregem ierl̄m in solēnitatibꝰ eius. Sic erūt ciuitates deserte plene gregibꝰ hominū: et sciēt ꝙ ego dn̄s.

XXXVII

Facta est sup me manus dn̄i: ⁊ eduxit me ī spū domini. et dimisit me in medio cāpi qui erat plenus ossibꝰ: et circūduxit me p ea in gyrū. Erant aūt multa valde sup faciē campi: siccaqꝫ vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis: putasne viuent ossa ista? Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinaē de ossibꝰ istis. Et dices eis. Ossa arida: audite verbū domini. Hec dicit dn̄s deus ossibꝰ hijs. Ecce ego intromittā in vos spm̄ et viuetis: et dabo sup vos neruos. et succresce faciā sup vos carnes. et superextēdā in vobis cutē: et dabo vobis spm̄ ⁊ viuetis. et scietis ꝙ ego dn̄s. Et ꝓphetaui sic̄ p̄ceperat michi. Factus est aūt sonitus ꝓphetāte me: et ecce cōmotio. Et accesserūt ossa ad ossa: vnūquodqꝫ ad iūcturā suā. Et vidi: et ecce sup ea nerui et carnes ascēderūt: et extenta est in eis cutis desuper: et spiritū nō habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritū: vaticinare fili hominis: et dices ad spiritū. Hec dicit dn̄s deus. A quatuor ventis veni spūs: et insuffla sup interfectos istos: et reuiuiscant. Et prophetaui sicut p̄ceperat michi. Et ingressus ē in ea spūs ⁊ vixerūt: steterūtqꝫ super pedes suos exercitus grādis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis: ossa hec vniuersa. domus israhel est. Ipi dicūt. Aruerunt ossa nostra: et perijt spes nr̄a: et abscisi sumus. Propterea vaticinaē: et dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros: ⁊ educam vos de sepulcris vr̄is populus meus: et inducā vos in terrā israhel. Et scietis ꝙ ego dominus. cū aperuero sepulcra vr̄a: ⁊ eduxero vos de tumulis vr̄is. popule meus: et dedero spm̄ meū in vobis et vixeritis. Et requiescere vos faciā sup humū vr̄am: et scietis ꝙ ego dn̄s locutus sum et feci: ait dn̄s deus. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis sume tibi lignū vnū: et scribe sup illud. iude ⁊ filiorū israhel socijs eius. Et tolle lignū alterū: et scribe sup illud. ioseph lignū effraim: ⁊ cūcte domus isrl̄ sociorūqꝫ eius. Et adiūge illa vnū ad alterū tibi in lignū vnū: et erūt in vnionē ī manū tua. Cū aūt dixerint ad te filij populi tui loquētes nonne indicas nobis quid ī hijs tibi velis: loqueris ad eos. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego assumā lignū ioseph. quod est in manu effraim ⁊ tribꝰ israhel que sunt ei adiuncte: et dabo eas pariter cū ligno iuda ⁊ faciā eas in lignū vnū: et erūt vnū ī manū eius. Erūt aūt ligna sup q̄ scripseris ī manū tua ī oculis eoꝝ: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego assumā filios israhel de medio nationū ad q̄s abierūt: ⁊ cōgregabo eos vndiqꝫ ⁊ adducā eos ad humū suā. Et faciam eos in gentē vnā in terra in montibꝰ israhel: et rex vnus erit omībꝰ imperās. Et nō erunt vltra due gentes: nec diuidentur ap̄lius in duo regna. Neqꝫ polluentur vltra in ydolis suis ⁊ abominacōībꝰ ⁊ cunctis iniquitatibus suis: et saluos eos faciā de vniuersis sedibꝰ suis in quibꝰ peccauerūt: et emūdabo eos. Et erūt michi ī ꝑplm̄. et ego ero eis deus: ⁊ seruus meus dauid rex sup eos: et pastor vnus erit oīm eoꝝ. In iudicijs meis ābulabūt: ⁊ mādata mea custodiēt: et faciēt ea. Et habitabūt super terrā quā dedi seruo meo iacob ī qua habitauerūt patres vestri: ⁊ habitabūt sup eam ipsi ⁊ filij eoꝝ et filij filioꝝ eoꝝ usqꝫ in sempiternum: et dauid seruus meus

princeps coꝝ in ꝑpetuū. Et pcutiā illis fe=
dus pacis: pactū sempiternū erit eis. Et
fundabo eos ⁊ multiplicabo: et dabo sancti
ficacōnē meā in medio coꝝ in ꝑpetuū. Et
erit tabernaculū meū in eis et ero eis deus:
et ipsi erunt michi populus. Et scient gen=
tes q2 ego dn̄s sanctificator isrł: cum fuerit
sanctificacō mea ī medio eorum in ꝑpetuū.

XXXVIII

Et factus est sermo
domini ad me dicēs. Fili hominis po=
ne faciē tuā ꝯtra gog ⁊ terrā magog prin
cipem capitis mosoch ⁊ tubal: et vaticinare
de eo. et dices ad eū. Hec dicit dn̄s deus. Ec
ce ego ad te gog principē capitis mosoch
et tubal. Et circūagā te ⁊ ponā frenū in ma=
xillis tuis: et educā te ⁊ omēz exercitū tuum
equos et equites vestitos loricis vniūsos:
multitudinē magnā hastā et clipeū et arri=
pientiū gladiū. Perse ethiopes et libies cū
eis: omēs scutati ⁊ galeati. Gomer ⁊ vniū
sa agmina eius: domus togorma latera aq̃
lonis ⁊ totū robur eiꝰ: populiq3 multi tecū.
Prepara ⁊ instrue te ⁊ omēm multitudinē
tuā que coacervata est ád te: et esto eis in
preceptū. Post dies multos visitaberis. In
novissimo annoꝝ venies ad terrā que reu
sa est a gladio: congregata est de populis
multis: ad montes israhel qui fuerūt deserti
iugiter. Hec de populis educta ē: et habi=
tabūt in ea ꝯfidenter vniuersi. Ascendens
autē quasi tempestas venies ⁊ quasi nubes:
ut operias terrā. tu et om̄ia agmina tua: et
populi multi tecū. Hec dicit dominus deus.
In die illa ascendēt sermones sup cor tuū:
et cogitabis cogitacōez pessimā: et dices.
Ascendā ad terrā ábsq3 muro. Veniēt ad
quiescentes habitantesq3 secure: om̄es ha
bitāt sine muro. Vectes et porte nō sūt eis.
Vt diripias spolia ⁊ invadas predā: ut infe
ras manū tuam sup eos qui deserti fuerāt et
postea restituti: ⁊ sup populū qui est ꝯgre=
gatus ex gētibꝫ qui possidere cepit. et esse
habitator vmbilici terre. Saba ⁊ dedan et
negociatores tharsis et om̄es leones eius
dicent tibi. Nūquid ad sumenda spolia tu
venis? Ecce ad diripiēdā predā ꝯgrega=
sti mltitudinē tuā: ut tollas argētū et aurū:
auferas supellectilē atq3 sbam et diripias

manubias infinitas. Propterea vaticinare
fili hominis: et dices ad gog. Hec dicit do=
minus deus. Nunquid nō in die illo cū ha=
bitaverit populus meus israhel ꝯfidenter
scies et venies tu de lóco tuo a lateribꝫ aqui
lonis tu ⁊ ꝑpli multi tecū: ascensores equo=
rū vniversi. cetus magnus ⁊ exercitus vehe
mēs? Et ascēdes sup populū meū israhel q̄i
nubes ut operias t̄raz. In novissimis diebꝫ
eris: ⁊ addncā te sup terrā meā: ut sciāt gē=
tes me cū sanctificatus fuero in te in oculis
eoꝝ o gog. Hec dicit dn̄s deus. Tu ergo
ille es de quo locutus sum in diebꝫ ātiquis
in manū servoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ israhel: qui
ꝓphetaverūt ī diebꝫ illoꝝ temporꝝ ut ad=
ducerem te sup eos. Et erit ī die illa. in die
aduētus gog sup terrā israhel ait dominus
deus: ascendet indignacō mea ī furore meo
et in zelo meo. In igne ire mee locutus sū: q2
in die illa erit ꝯmocō magna sup terrā isrł:
et ꝯmovebunt a facie mea pisces maris et
volucres celi ⁊ bestie agri: et omne reptile
qđ movet sup humū: cūctiq3 homines qui
sūt sup faciē terre. Et subūtent mōtes: et
cadēt sepes: et om̄is murus corruet ī terrā.
Et ꝯvocabo aduersus eū in cūctis montibꝫ
meis gladiū: ait dn̄s deus. Gladius vniuſ=
cuiusq3 ī fratrē suū diriget. Et iudicabo eū
peste ⁊ sanguine ⁊ ymbre vehemēti: et lapidi
bus immensis. Ignē et sulphur pluam sup
eū et sup exercitū eius: et super ꝑplos multos
qui sūt cū eo. Et magnificabor ⁊ sanctifica=
bor: et notus ero in oculis multaꝝ gentiū:
et scient quia ego sum dn̄s.

XXXIX

Tu autē fili hominis vaticinare aduer
sum gog: et dices. Hec dicit dominꝰ
deus. Ecce ego sup te gog principē capitis
mosoch et tubal. Et circumagā te. et educā
te. et ascēdere te faciā de lateribꝫ aq̃lonis:
et adducā te sup montes israhel. Et pcutiā
arcū tuū in manū sinistra tua: et sagittas tuas
de manu dextera tua. Deiciā te sup mōtes is=
rahel: et cades tu ⁊ omnia agmina tua ⁊ po=
puli tui qui sunt tecum. Feris. avibus. om̄iq3
volatili et bestijs terre dedi te ad devoran=
dū. Sup faciē agri cades: q2 ego locutus sū
ait dn̄s deus. Et immittā ignē ī magog ⁊ in
hijs qui habitāt in insulis ꝯfidēter: et sciēt

quia ego dominus. Et nomē sanctū meum notum faciā in medio populi mei israhel: et non polluā nomen sanctū meū amplius: et sciēt gentes q ego dñs sanctus israhel. Ecce venit et factum est ait dñs deus. Hec est dies de qua locutus sū. Et egredientur habitatores de ciuitatib; israhel: et succendēt et cōburent arma clipeū et hastas arcum et sagittas et baculos manuū et contos: et succendent ea igni septē annis. Et nō portabūt ligna de regionib;, neq; succident de saltibus. qm arma succendēt igni: et depdabūt eos quib; pde fuerāt: et diripiēt vastatores suos ait dñs deus. Et erit in die illa dabo gog locū noīatū sepulcrū in israhel. vallē viatoꝝ ad orientē maris: q obstupescere faciet ptereūtes. Et sepeliēt ibi gog et omē multitudinē eius: et vocabitur vallis multitudinis gog: et sepeliēt eos domus israhel ut mūdent terrā septē mensib;. Sepeliet aūt eū omnis populus terre: et erit eis noīata dies in qua glorificatus sū ait dñs deus. Et viros iugiter cōstituēt lustrātes terram: qui sepeliāt et requirāt eos qui remanserāt sup faciem terre: ut emundent eam. Post menses autē septē querere incipient: et circuibūt peragrantes terrā. Cūq; viderint os hominis statuent iuxta illud titulū: donec sepeliant illud pollinctores ī valle multitudinis gog. Nomē aūt ciuitatis amona: et mūdabūt terrā. Tu ergo fili hominis: hec dicit dominus deus. Dic omni volucri et vniūsis auib; cunctisq; bestijs agri. Conuenite pperate: concurrite vndiq; ad victimā meā quā ego immolabo vobis. victimā grādē sup mōtes israhel: ut comedatis carnes et bibatis sanguinē. Carnes fortiū comedetis: et sanguinē principū terre bibetis: arietū et agnoꝝ et hircoꝝ thauroꝝq; et altilium et pinguium omniū. Et comedetis adipem in saturitatē: et bibetis sanguinē in ebrietatem de victima quā ego immolaui vobis: et saturabimini sup mensaz meā de equo et de equite forti et de vniuersis viris bellatoribus ait dñs deus. Et ponam gloriā meā in gentib;: et videbūt omēs gētes iudiciū meū quod fecerim. et manū meā quā posuerim super eos: et scient domus israhel q ego dñs deus eoꝝ a die illa et deinceps. Et scient gentes quoniā in iniq̄tate sua capta sit domus israhel: et q dereliquerint me et abscōderim faciē meā ab eis: et tradiderim eos in manus hostiū: et ceciderint ī gladio vniuersi. Juxta immūdiciā eoꝝ et scelus feci eis: et abscondi faciē meā ab illis. Propterea hec dicit dominus deus. Nūc reducā captiuitatē iacob: et miserebor omnis domus israhel. Et assumā zelū p noīe sancto meo: et portabūt cōfusionē suā et omē pvaricatōnē quā pvaricati sūt in me cū habitauerint in terra sua cōfidēter nemīnē formidātes: et reduxero eos de populis et cōgregauero de terris inimicoꝝ suoꝝ. et sanctificatus fuero ī eis in oculis gētiū plurimaꝝ. Et sciēt q ego dñs deus eoꝝ eo q trāstulerim eos in nacōes: et cōgregauero eos sup terrā suam: et nō dereliquerim quenq̄ ex eis ibi. Et nō abscondā ultra faciē meā ab eis: eo q effuderim spiritum meum super omnem domū israhel ait dñs deus.

XL

In vigesimo quīto anno trāsmigracōis nre in exordio anni decima mēsis quartodecīo anno postq̄ pcussa ē ciuitas: in ipa hac die facta ē sup me manus domini: et adduxit me illuc ī visionib; dei. Adduxit me in terrā israhel: et dimisit me sup mōtē excelsū nimis: sup quē erat quasi edificiū ciuitatis vergētis ad austrū: et introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat species quasi species eris: et funiculus lineus in manu eius: et calamus mensure in manu eius. Stabat aūt ī porta: et locutus est ad me idem vir. Fili hominis: vide oculis tuis et aurib; tuis audi: et pone cor tuum in omnia q̄ ego ostendam tibi: q ut ostendātur tibi adductus es huc. Annūcia omnia q̄ tu vides domui israhel. Et ecce murus forinsecus ī circuitu domus vndiq;: et ī manu viri calamus mensure sex cubitoꝝ et palmo. Et mēsus est latitudinē edificij calamo vno: altitudinē q; calamo vno. Et venit ad portā q̄ respiciebat viā orientalē: et ascēdit p gradus eius. Et mēsus ē limē porte calamo vno latitudinē: id ē limen vno calamo vno in latitudine: et thalamū vno calamo ī longū. et vno calamo in latitū: et inter thalamos quinq; cubitos: et limen

porte iuxta vestibulū porte intrinsecus cala
mo vno. Et mensus est vestibulū porte octo
cubitoꝝ: et frontē eius duob⁹ cubitis. Ve
stibulū autē porte erat intrinsecus. Porro
thalami porte ad viā orientalē tres hinc
et tres inde: mensura vna triū: et mensura
vna frontiū ex vtraq₃ parte. Et mensus est
latitudinē liminis porte decem cubitoꝝ: et
longitudinem porte tredecim cubitoꝝ: et
marginē ante thalamos cubiti vnius: et cu
bitus vnus finis vtrinq₃. Thalami autē
sex cubitoꝝ erāt hinc et inde. Et mensus ē
portam a tecto thalami usq₃ ad tectū eius
latitudinē viginti quinq₃ cubitoꝝ: ostiū con
tra ostiū. Et fecit frōtes ꝑ sexaginta cubi-
tos: et ad frōtē atriū porte vndiq₃ ꝑ circui
tū: et ante faciē porte que ꝑtingebat usq₃
ad faciē vestibuli porte interioris quīqua-
ginta cubitos: et fenestras obliquas ī tha-
lamis et in frontibus eoꝝ: que erant intra
portā vndiq₃ ꝑ circuitū. Similiter aūt erāt
et in vestibulis fenestre ꝑ gyrū intrinsecus:
et ante frōtes pictura palmaꝝ. Et eduxit
me ad atriū exterius: ⁊ ecce gazophilacia
et pauimentū stratū lapide in atrio ꝑ circu-
itū. Triginta gazophilacia in circuitu pa-
uimēti: et pauimentū in frōte portarū scd̄m
longitudinē portaꝝ erat inferius. Et mē-
sus ē latitudinē a facie porte inferioris us-
q₃ ad frontē atrij interioris extrinsecus: cē
tū cubitos ad orientē ⁊ aquilonē. Portā ve-
ro q̄ respiciebat viam aquilonis atrij exte
rioris mensus ē tā in longitudine q̄ȝ in la-
titudine ⁊ thalamos eius tres hinc et tres
inde. et frontē eius et vestibulū eius scd̄m
mēsurā porte ꝑoris: quīquaginta cubitoꝝ
lōgitudinē eius: et latitudinē viginti quīq₃
cubitoꝝ. Fenestre autē eius ⁊ vestibulū et
sculpture scd̄m mensurā porte que respicie
bat ad orientē: et septē graduū erat ascen
sus eius. Et vestibulū ante eam: et porta a-
trij interioris cōtra portā aquilonis ⁊ oriē-
talē. Et mensus est a porta usq₃ ad portā.
centū cubitos. Et eduxit me ad viā austra-
lem: et ecce porta q̄ respiciebat ad austrum.
Et mensus est frontē eius et vestibulū eius
iuxta mensuras superiores: ⁊ fenestras eius
et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras:

quīquaginta cubitoꝝ lōgitudine ⁊ latitu-
dine viginti quīq₃ cubitoꝝ: et in gradibus
septē ascēdebat̄ ad eam. Et vestibulū ante
fores eius: et celate palme erāt vna hinc et
altera inde in frōte eius: et porta atrij inte-
rioris in via australi. Et mēsus est a porta
usq₃ ad portā in via australi. centū cubitos.
Et introduxit me in atriū interioris ad por-
tā australē: et mensus ē portā iuxta mēsuras
superiores. thalamū eius. et frōtē eius ⁊ ve-
stibulū eius hijsdem mēsuris: et fenestras
vestibuloꝝ eius in circuitu quinquaginta
cubitos longitudinis ⁊ latitudinis viginti
quinq₃ cubitos: et vestibulū per gyrum lon
gitudine viginti quīq₃ cubitoꝝ: et latitudi
ne quinq₃ cubitoꝝ. Et vestibulum eius ad
atriū exterius: et palmas eius in fronte: et
octo gradus erāt quib⁹ ascēdebat̄ ꝑ eā. Et
introduxit me in atriū interius ꝑ viā oriē-
talē: et mēsus ē portā secūdū mēsuras supe
riores. thalamū eius ⁊ frōtē eius ⁊ vestibu-
la eius sicut supra: et fenestras eius ⁊ vestibu
lū in circuitu lōgitudine quinquaginta cubi-
toꝝ ⁊ latitudine viginti quinq₃ cubitoꝝ: et
vestibulū eius id ē atrij exterioris ⁊ palme
celate ī frōte eius hinc ⁊ inde: et in octo gra-
dibus ascensus eius. Et introduxit me ad
portā que respiciebat ad aquilonē. Et mē
sus est scd̄m mensuras superiores thalamū
eius ⁊ frontē eius ⁊ vestibulum eius ⁊ fene-
stras eius ꝑ circuitū longitudine quinqua
ginta cubitoꝝ ⁊ latitudine viginti quinq₃
cubitoꝝ: et vestibulū eius respiciebat ad
atriū exterius. et celatura palmaꝝ in frōte
eius hinc ⁊ inde: et ī octo gradib⁹ ascēsus ei-
us: et ꝑ singula gazophilacia ostiū ī fron-
tib⁹ portaꝝ. Ibi lauabunt olocaustū. Et in
vestibulo porte due mēse hinc ⁊ due mense
inde: ut immolet̄ sup eas olocaustū ⁊ pro
peccō et ꝑ delicto. Et ad latus exterius qd̄
ascendit ad ostiū porte que pergit ad aq-
lonē due mense: et ad latus alterū ante ve-
stibulum porte due mense. Quatuor mēse
hinc ⁊ quatuor mense inde: ꝑ latera porte
octo mense erant super quas immolabāt.
Quatuor aūt mense ad olocaustū de lapidi
bus quadris extructe. lōgitudine cubiti vni⁹
et dimidij. ⁊ latitudine cubiti vnius ⁊ dimidij:

et altitudine cubiti vnius: sup quas ponant vasa ī quibꝰ immolatᷣ olocaustū ⁊ victia. Et labia eaꝝ palmi vnius: reflexa intrinsecus ꝑ circuitū. Sup mensas aūt carnes oblationis. Et extra portā interiorē gazophilacia cantorū in atrio interiori qd̄ erat in latere porte respiciētis ad aquilonē: et facies eoꝝ ꝯtra viā australē: vna ex latere porte oriētalis. que respiciebat ad viā aquilonis. Et dixit ad me. Hoc est gazophilaciuȝ qd̄ respicit viam meridianā sacerdotū qui excubant in studijs tēpli: porro gazophilaciū qd̄ respicit ad viam aquilonis sacerdotum erit qui excubāt ad ministeriū altaris. Isti sunt filij sadoch qui accedūt de filijs leui ad dn̄m: ut ministrēt ei. Et mēsus ē atriū longitudine cētū cubitoꝝ. et latitudine cētum cubitoꝝ. per quadrū: et altare ante faciē templi. Et introduxit me in vestibulum templi: et mensus ē vestibulū quīqȝ cubitis hinc ⁊ quīqȝ cubitis inde: et latitudinē porte triū cubitoꝝ hinc et triū cubitoꝝ inde: longitudinē aūt vestibuli viginti cubitoꝝ et latitudinem vndecim cubitoꝝ. Et octo gradibꝰ ascendebatᷣ ad eā: et colūne erāt in frontibꝰ: vna hinc ⁊ altera inde.

XLI

Et introduxit me in templū: et mēsus est frontes. sex cubitos latitudinis hinc: et sex cubitos latitudinis inde. Latitudo tabernaculi ⁊ latitudo porte decē cubitorū erat: et latera porte quinqȝ cubitis hinc: et quīqȝ inde. Et mēsus est lōgitudinē eiꝰ quadraginta cubitoꝝ: et latitudinē viginti cubitoꝝ. Et introgressus intrinsecus mēsus est in fronte porte duos cubitos: et portam sex cubitoꝝ: et latitudinē porte septeȝ cubitoꝝ. Et mēsus est lōgitudinē eius viginti cubitoꝝ: et latitudinē vigīti cubitorū ante faciē tēpli. Et dixit ad me. Hoc est sanctū sanctoꝝ. Et mensus est parietē domus sex cubitoꝝ: et latitudinē lateris q̄tuor cubitoꝝ: vndiqȝ ꝑ circuitū domus. Latera aūt latus ad latus: bis trigintatriū. Et erant imminētia q̄ ingrederētur ꝑ parieteȝ domus in lateribꝰ ꝑ circuitū ut ꝯtinerent: et nō attingerēt parietē tēpli. Et platea erat in rotundū. ascendēs sursū ꝑ cocleam: et in cenaculū templi deferebat ꝑ gyrū. Idcirco latius erat tēplū in supioribꝰ: et sic de inferioribꝰ ascēdebatᷣ ad supiora: et in mediū. Et vidi in domo altitudinē ꝑ circuitū fundata latera ad mensuraȝ calami sex cubitoꝝ spacō: et latitudinē ꝑ parietē lateris forinsecus quinqȝ cubitoꝝ. Et erat interior domus ī lateribꝰ domus. Et inter gazophilacia latitudine viginti cubitoꝝ ī circuitu domus vndiqȝ. Et ostiū lateris ad oracōnē: ostiū vnū ad viā aquilonis: et ostiū vnū ad viā australē: et latitudinē loci ad orationē quīqȝ cubitoꝝ in circuitu. Et edificiū qd̄ erat separatū versūqȝ ad viaȝ respicientē ad mare latitudinis septuagīta cubitoꝝ: paries aūt edificij quīqȝ cubitoꝝ latitudinis ꝑ circuitū: et longitudo eius nonaginta cubitoꝝ. Et mensus ē domus lōgitudinē cētū cubitorū: et quod separatū erat edificiuȝ et parietes eius lōgitudinis cētū cubitorū. Latitudo aūt ante faciē domus: et eius qd̄ erat separatū cōtra orientē septē cubitorū. Et mensus est longitudinē edificij ꝯtra faciē eius quod erat separatū ad dorsū ekthetas ex vtraqȝ parte cētū cubitorū: et tēplū interius. et vestibula atrij limina ⁊ fenestras obliquas: ekthetas ī circuitu ꝑ tres partes contra vniuscuiusqȝ limē: stratūqȝ ligno ꝑ gyruȝ in circuitu. Terra aūt usqȝ ad fenestras: et fenestre clause sup ostia. et usqȝ ad domū interiorē ⁊ forinsecus ꝑ omēȝ parietē in circuitu intrinsecus ⁊ forinsecus ad mēsurā: et fabrefacti cherubim ⁊ palme. Et palmā inter cherub ⁊ cherub. Duasqȝ facies habebat cherub: faciē hominis iux̄ palmā ex hac parte: et faciē leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Per omēȝ domū ī circuitu de terra usqȝ ad superiora porte: cherubim ⁊ palme celate erāt in pariete tēpli. Limen quadrāgulū: et facies sanctuarij aspectus ꝯtra aspectū. Altaris lignei triū cubitorū altitudo: et longitudo eius duorū cubitorū: ⁊ anguli eius ⁊ lōgitudo eius ⁊ parietes eius lignei. Et locutus est ad me. Hec est mensa coram domino. Et duo ostia erāt in templo ⁊ in sanctuario: et ī duobꝰ ostijs ex utraqȝ parte bina erāt ostiola: que in se inuicē plicabantᷣ. Bina enim ostia erant ex utraqȝ parte ostiorū. Et celata erāt in ipsis

ostijs tēpli cherubim ⁊ sculptura palmaꝝ:
sicut in parietib⁹ q̄ꝫ expressa erant. Quãob
rē ⁊ grossiora erāt ligͣ in vestibuli frōte fo=
rinsecus: sup̄ q̄ fenestre oblique: ⁊ silitudo
palmaꝝ hinc atqꝫ inde in humerulis vesti=
buli scd̄m latera domus latitudineq̄ꝫ pari=

Et eduxit me in atriū XLII etiū.
exterius ꝑ viam ducentē ad aq̄lonē.
Et eduxit me in gazophilacium quod erat
cōtra separatū edificiū: et ꝯtra edem vergē
tem ad aquilonē· in facie longitudinis cē=
tum cubitos, ostij aquilonis: et latitudinis
quinquagīta cubitos ꝯtra viginti cubitos
atrij interioris: et ꝯtra pauimentū stratū la
pide atrij exterioris: vbi erat porticus iū=
cta porticui triplici. Et ante gazophilacia
deambulacō decē cubitoꝝ latitudinis: ad
interiora respiciēs vie cubiti vnius. Et ostia
eaꝝ ad aquilonē vbi erāt gazophilacia
in superioribus humiliora: q̄ subportabāt por
ticus que ex illis eminebāt de inferiorib⁹ et
de medijs edificij. Tristega enim erant: et
nō habebāt colūnas sicut erāt colūne atri=
orū. Propterea eminebāt de inferioribus
et de medijs a terra cubitis quīquagita. Et
perybolus exterior secundū gazophilacia
q̄ erant in via atrij exterioris āte gazophi=
lacia. Lōgitudo eius quīquagīta cubitoꝝ:
q̄ lōgitudo erat gazophilacioꝝ atrij ex=
terioris quinquaginta cubitoꝝ: et lōgitu
do ante faciē tēpli centū cubitoꝝ. Et erat
subter gazophilacia hec introitus ab oriē
te ingredientiū ī ea de atrio exteriori: in la
titudine peryboli atrij quod erat contra vi
am orientalē in faciem edificij separati. Et
erāt ante edificiū gazophilacia: et via āte
faciem eoꝝ iuxta similitudinē gazophila
cioꝝ q̄ erant in via aquilonis. Secūdū lō=
gitudinē eoꝝ sic ⁊ latitudo eoꝝ: et om̄is in
troitus eoꝝ ⁊ similitudines ⁊ ostia eoꝝ se=
cūdū ostia gazophilacioꝝ · que erāt ī via
respiciēte ad austrū. Ostiū in capite vie: q̄
erat ante vestibulū separatū ꝑ viam oriēta=
lē ingrediētib⁹. Et dixit ad me. Gazophila
cia aquilonis et gazophilacia austri que
sūt ante edificiū separatū· hec sūt gazophi
lacia sancta: in quib⁹ vescunt̄ sacerdotes q̄
appropinquāt ad dominū in sancta scōꝝ.
Ibi ponent sancta scōꝝ: et oblacōnē ꝓ pec
cato et ꝓ delicto. Locus enim sanctus ē. Cū
autē ingressi fuerint sacerdotes· nō egredi
entur de sanctis ī atriū exterius. Et ibi repo
nēt vestimēta sua in quib⁹ ministrāt: q̄ scā
sunt: vestiētur q̄ꝫ vestimētis alijs ⁊ sic ꝓce=
dēt ad ꝑplm. Cūq̄ꝫ ꝯplesset mensuras domus
interioris: eduxit me ꝑ viam porte q̄ respici
ebat ad viam orientalē: ⁊ mensus est eam
vndiq̄ꝫ ꝑ circuitū. Mensus est autē contra
ventū orientalē calamo mensure: quīgētos
calamos: in calamo mēsure per circuitū. Et
mensus est contra ventū aquilonis quingē
tos calamos: in calamo mēsure ꝑ gyrū. Et
ad ventū australem mensus est quingētos
calamos: in calamo mēsure ꝑ circuitū. Et ad
ventū occidentalē mensus est quingētos
calamos: in calamo mensure. Per quatuor
vētos mēsus ē: lōgitudinē quīgētoꝝ cubi
toꝝ: et latitudinem quīgētorū cubitoꝝ. Et
murus diuidit inter scīuariū et vulgi locū.

Et duxit me ad portā que XLIII
respiciebat ad viā orientalē. Et ecce
gloria dei israhel ingrediebat̄ ꝑ viā oriēta=
lē: et vox erāt ei quasi vox aquaꝝ multaꝝ:
et terra splendebat a maiestate eius. Et vi
di visionē secundū speciē quā viderā quādo
venit ut dispderet ciuitatē: et spēs secūdū
aspectū quē viderā iuxta fluuiū chobar. Et
cecidi sup̄ faciē meā. Et maiestas domini
ingressa est tēplū: ꝑ viam porte q̄ respicie=
bat ad oriētē. Et eleuauit me spūs: ⁊ intro
duxit me in atriū exterius. Et ecce repleta
erit gloria domini domus. Et audiui loquē
tem ad me de domo. Et vir qui stabat iux
me: dixit ad me. Fili hominis: locus solij mei
et locus vestigioꝝ pedū meoꝝ: vbi habi=
to ī medio filioꝝ israhel ī eternū. Et nō pol=
luet vltra domus isrl' nomē scm̄ meū: ipsi et
reges eoꝝ in fornicacōnib⁹ suis ⁊ in ruinis
regum suoꝝ ⁊ in excelsis: qui fabricati sunt
limē suū iuxta limē meū: et postes suos iux
postes meos: et murus erat inter me ⁊ eos.
Et polluerūt nomen sanctū meū ī abomina=
tionib⁹ quas fecerūt: ꝓpter qd̄ ꝯsūpsi eos
in ira mea. Nūc ergo repellant ꝓcul fornica
tionē suam ⁊ ruinas regū suorū a me: et ha=
bitabo ī medio eorū sp̄. Tu ergo fili hominis

oſtende domui iſrahel templū et ↄfundant
ab iniquitatibꝫ ſuis: et meditētur fabricā:
et erubeſcant ex oīibꝫ que fecerūt. Figurā
domus et fabrice eius. exitus ⁊ introitus. et
oīmē deſcripcōem eius et vniuerſa ꝑcepta
eius. cunctūq; ordinē eius. et oīes leges
eius oſtende eis. et ſcribe in oculis eorū: ut
cuſtodiant oīes deſcripcōes eius et pre-
cepta illius: et faciant ea. Iſta eſt lex dom9
in ſummitate montis. Omnes fines eius in
circuitu. ſanctū ſanctorū eſt. Hec eſt ergo
lex domus. Iſte autē menſure altaris in cu-
bito veriſſimo: q̄ habebat cubitū et palmū.
Inſinu eius erat cubitus: et cubitus in lati-
tudine: et defini cō eius uſq; ad labiū eius
et in circuitu palmi vnius. Hec q̄ʒ erat foſſa
altaris. Et de ſinu terre uſq; ad crepidinē
nouiſſimā duo cubiti: et latitudo cubiti vni
us: et a crepidine minore uſq; ad crepidi-
nem maiorē quatuor cubiti. et latitudo cubi
ti vnius. Ipſe autē ariel quatuor cubitorū:
et ab ariel uſq; ad ſurſū cornua quatuor. Et
ariel duodecim cubitorū in longitudine ꝑ
duodecim cubitos latitudinis: quadrāgu-
latum equis lateribus. Et crepido quatuor
decim cubitorū longitudinis ꝑ quatuordecī
cubitos latitudinis in quatuor āgulis eius:
et corona in circuitu eius dimidij cubiti: et
ſinus eius vnius cubiti ꝑ circuitum. Gra-
dus aūt eius verſi ad orientem. Et dixit ad
me. Fili hoīs: hec dicit dñs deus. Hij ſūt
ritus altaris in quacūq; die fuerit fabrica-
tū: ut offeratᵉ ſup illud olocauſtū et effun-
datᵉ ſanguis. Et dabis ſacerdotibꝫ ⁊ leuitis
qui ſūt de ſemine ſadoch qui accedunt ad
me ait dñs deus: ut offerant michi vitulū
de armēto pro peccato. Et aſſumens de ſan-
guine eius pones ſup quatuor cornua eius
et ſup quatuor angulos crepidinis et ſup
coronā in circuitu: et mundabis illud et ex-
piabis. Et tolles vitulū qui oblatus fuerit
pro peccato: et ↄbures eū in ſeparato loco
domus extra ſanctuariū. Et in die ſecunda
offeres hircū caprarū immaculatū ꝑ pcc̄o:
et expiabūt altare ſicut expiauerūt in vitu
lo. Cūq; ↄpleueris expiās illud offeres vi
tulū de armēto immaculatū: et arietē de gre
ge immaculatū: et offeres eos ī ↄſpcū dñi.

Et mittēt ſacerdotes ſup eos ſal: et offerēt
eos in olocauſtū domino. Septē diebus
facies hyrcū ꝓ pcc̄o quotidie: et vitulū de
armento ⁊ arietē de pecoribꝫ immaculatos
offerent. Septem diebꝫ expiabūt altare
et mundabūt illud: et implebūt manū eius.
Expletis aūt diebꝫ ī die octaua ⁊ vltra. fa-
cient ſacerdotes ſup altare olocauſta vr̄a.
et que pro pace offerūt: et placatus ero vo
bis ait dominus deus. XLIIII

Et conuerti me ad viā porte ſanctua
rij exterioris que reſpiciebat ad oriē
tē: et erat clauſa. Et dixit dominus ad me.
Porta hec clauſa erit. et nō aperietur: et vir
nō tranſibit ꝑ eam. quoniā dominus deus
iſrahel ingreſſus eſt ꝑ eā: eritq; clauſa prī-
cipi. Princeps ipſe ſedebit ī ea: ut ↄmedat
panē coram domino. Per viam porte veſti-
buli ingredietur: et per viā eius egredietᵉ.
Et adduxit me ꝑ viā porte aquilonis in cō-
ſpectu domus: et vidi. et ecce impleuit gl̄ia
domini domū dñi. Et cecidi in faciē meam:
et dixit ad me dñs. Fili hoīs pone cor tu-
um et vide oculis tuis: et auribus tuis audi
oīa que ego loquor ad te: de vniūſis ce-
rimonijs domus domini et de cūctis legibꝫ
eius. Et pones cor tuū in vijs tēpli ꝑ omnes
exitus ſcūarij: et dices ad exaſperantem me
domū iſrahel. Hec dicit dñs deus. Suffici-
ant vobis omnia ſcelera veſtra domus iſra-
hel: eo q̄ inducitis filios alienos incircūci-
ſos corde ⁊ incircūciſos carne ut ſint ī ſcūa-
rio meo ⁊ polluāt domū meā: et offertis pa
nes meos adipē ⁊ ſanguinē: et diſſoluiſtis
pactū meū ī oīibꝫ ſceleribꝫ vr̄is: et nō ſer
uaſtis ꝑcepta ſanctuarij mei ⁊ poſuiſtis cu
ſtodes obſeruationū mearū in ſanctuario
meo vobiſmetipſis. Hec dicit dominus deus.
Oīs alienigena incircūciſus corde ⁊ incir
cūciſus carne nō ingredietur ſcūariū meū:
oīs filius alienus qui eſt in medio filiorū
iſrahel. Sed ⁊ leuite qui longe receſſerūt a
me in errore filiorū iſrahel. et errauerunt a
me poſt ydola ſua. et portauerūt iniquitatē
ſuam: erūt ī ſanctuario meo editui ⁊ ianito-
res portarū domus: et miniſtri domus. Ipſi
mactabūt olocauſta ⁊ victimas populi: et
ipſi ſtabūt in ↄſpectu eorū ut miniſtrēt eis.

Pro eo q ministrauerunt illis in cōspectu
ydolorꝝ suorꝝ. et facti sunt domui israhel in
offendiculū iniquitatis: idcirco leuaui ma-
nū meā sup eos ait dominus deus: et porta-
uerūt iniquitatē suā. Et nō appropinqua-
bunt ad me ut sacerdotio fungant̄ michi:
neq̄ accedent ad omne sanctuariū meū iux
sancta sanctorꝝ: ſʒ portabūt cōfusionē suā
et scelera sua que fecerūt. Et dabo eos ian-
tores domus et in omni ministerio eius: et
vniuersis que fient in ea. Sacerdotes aūt
et leuite filij sadoch qui custodierūt cerimo-
nias sanctuarij mei cū errarent filij israhel
a me: ipi accedēt ad me ut ministrēt michi:
et stabūt in cōspectu meo: ut offerāt michi
adipem ⁊ sanguinē ait dominus deus. Ipsi
ingredient̄ sanctuariū meū: ⁊ ipsi accedēt
ad mensam meā: ut ministrēt michi ⁊ custo-
diant cerimonias meas. Cumq̄ ingredient̄
portas atrij interioris vestibꝫ lineis indu-
ent̄: nec ascendet sup eos quicq̄ laneum
quādo ministrāt ī portis atrij interioris ⁊ in-
trinsecus. Vitte linee erūt ī capitibꝫ eorꝝ: et
feminalia linea erūt in lumbis eorꝝ: et nō
accingēt̄ in sudore. Cūq̄ egredient̄ atriū
exterius ad populū exuent se vestimētis suis
in quibꝫ ministrauerant: et reponēt eā ī ga-
zophilacia sanctuarij ⁊ vestiēt se vestimētis
alijs: et non sanctificabūt populū in vestibꝫ
suis. Caput aūt suū non radent: neq̄ comā
nutrient: sed tondentes attondent capita
sua. Et vinū nō bibet oīnis sacerdos quādo
ingressus est atriū interius. Et viduam et
repudiatā nō accipiēt vxores: ſʒ virgines
de semine domus israhel. Sed ⁊ viduā que
fuerit vidua a sacerdote accipiēt: et populū
meū docebūt quid sit inter sanctū ⁊ pollutū:
et inter mundū ⁊ immundū ostendent eis.
Et cū fuerit controuersia stabūt ī iudicijs
meis: et iudicabūt leges meas. Et ꝑcepta
mea ī oībꝫ solēnitatibꝫ meis custodiēt:
et sabbata meo sanctificabūt. Et ad mortuū
hominē nō ingredientur ne polluant̄: nisi
ad prēm et matrē et filiū ⁊ filiam et fratrē et
sororem que alteruʒ virū non habuerit: in
quibus cōtaminabūtur. Et postquā fuerit
emūdatus septē dies numerabūtur ei: et in
die introitus sui ī scūariū ad atriū interius
ut ministrēt michi in sanctuario: offeret ꝓ
peccato suo ait dominus deus. Non erit aūt
eis hereditas. Ego hereditas eorꝝ: et pos-
sessionē nō dabitis eis ī israhel. Ego enim
possessio eorū. Victimā ⁊ ꝓ pcō ⁊ ꝓ delicto
ipi comedent: et oē votuʒ in israhel ipoꝝ
erit. Et ꝑmatiua oīm ꝑmogenitorꝝ et oīa
libamēta ex oībꝫ q̄ offerūt̄: sacerdotum
erūt. Et ꝑmitia ciborꝝ vrorꝝ dabitis sacer-
doti: ut reponat benedictōnem domui sue.
Oē morticinū et captū a bestia de auibꝫ et
de pecoribꝫ nō comedēt sacerdotes. XLV

CVnq̄ ceperitis terraʒ diuidē sortito.
separate ꝑmitias dn̄o sanctificatū de
terra: longitudinē viginti quīq̄ milia: et la-
titudinē decē milia. Sanctificatū erit ī oī
termino eius ꝑ circuitū. Et erit ex oīni par-
te sanctificatū quingētos ꝑ quingētos q̄-
drifariam ꝑ circuitū: et quinq̄ginta cubitis
in suburbana eius ꝑ gyrū. Et a mēsura ista
mēsurabis lōgitudinē viginti quinq̄ miliū:
et latitudinē decē miliū. Et in ipo erit tēplū
sanctūq̄ sanctorꝝ: sanctificatū de terra erit
sacerdotibꝫ ministris scūarij: qui accedūt
ad ministeriū dn̄i. Et erit eis locus ī domos
et in scūariū sanctitatis. Viginti quinq̄ autē
milia longitudinis ⁊ decē milia latitudinis
erūt leuitis: qui ministrāt domui. Ipi possi-
debūt viginti gazophilacia. Et possessionē
ciuitatis dabitis quinq̄ milia latitudinis et
longitudinis viginti quinq̄ milia: secūdū
separacōeʒ sanctuarij omni domui israhel.
Principi q̄ꝫ hinc ⁊ inde ī separacōeʒ scūarij
et ī possessionē ciuitatis ꝯtra faciē sepacōis
sanctuarij: et ꝯtra faciē possessionis vrbis
a latē maris usq̄ ad mare: et a latere oriētis
usq̄ ad orientē. Longitudinis autem iuxta
vnāquāq̄ partē a termino occidētali usq̄
ad terminū orientalē: de tra erit ei possessio
in israhel. Et nō depopulabūt̄ vltra princi-
pes populū meū: sed terrā dabūt domui isrl̄
secundū tribꝫ eorū. Hec dic̄ dominus de9.
Sufficiat vobis principes isrl̄: iniq̄tatem
et rapinas intermittite: et iudiciū ⁊ iusticiaʒ
facite. Separate ꝯfinia vestra a ꝑplo meo
ait dn̄s deus. Statera iusta ⁊ ephi iustū et
batus iustus erit vobis. Ephi ⁊ batus eq̄lia
et vnius mēsure erūt ut capiat decimaʒ partē

chori batus:et decimam partem chori ephi.
Juxta mēsurā. chori erit equa libracō eorū.
Siclus aūt viginti obulos habet. Porro
viginti sicli et vigintiquīqꝫ sicli·et quīdecī
sicli minā faciūt. Et hee sunt primitie quas
tolletis: sextā partē ephi de choro frumēti:
et sextā partē ephi de choro ordei. Mensu=
ra qꝫ olei. Batus olei·decima pars chori est:
qꝛ decem bati implent chorū. Et arietē vnū
de grege ducētoꝝ·de hijs q̄ nutriunt isra=
hel ī sacrificiū ⁊ in olocaustū et ī pacifica: ad
expiandū pro eis ait dn̄s deus. Omnis po
pulus terre tenebit᷑ primitijs hijs pn̄cipi
in israhel. Et sup principem erūt olocausta
et sacrificiū et libamina in solēnitatibꝰ et in
kalēdis ⁊ in sabbatis:in vniūsis solēnitati=
bus domus isrl̄. Ipse faciet ꝓ pcc̄o sacrifi=
ciū ⁊ olocaustū ⁊ pacifica:ad expiādū ꝓ do
mo israhel. Hec dicit dominus deus. In pri=
mo mēse vna mens̄ sumes vitulū de armēto
immaculatum:et expiabis sanctuarium. Et
tollet sacerdos de sanguine quod erit pro
peccato:⁊ ponet in postibꝰ domus ⁊ in q̄tuor
angulis crepidinis altaris: et in postibus
porte atrij interioris. Et sic facies in septīa
mens̄ pro vnoquoqꝫ q̄ ignorauit ⁊ errore
deceptus est:et expiabis ꝓ domo. In p̄mo
mense quartadecima die mens̄ erit vobis
pasche solēnitas. Septē diebꝰ azima come
dent᷑. Et faciet princeps in die illa pro se.
et ꝓ vniūso populo terre vitulū pro pcc̄o.
Et ī septē dierū solēnitate faciet olocaustū
dn̄o: septē vitulos ⁊ septē arietes imma
culatos quotidie septē diebꝰ: et ꝓ peccato
hircū capraꝝ: et sacrificiū ephi per vitulū.
et ephi p arietē faciet: et olei hyn p singula
ephi. Septimo mense quintadecima die
mensis ī solēnitate faciet sicut supradicta
sunt p septem dies: tam ꝓ peccato q̄ᵐ ꝓ olo
causto ⁊ in sacrificio et in oleo. XLVI

Hec dicit dominus deus. Porta atrij in
terioris que respicit ad orientem erit
clausa sex diebꝰ in quibꝰ opus fit:die autē
sabbati aperietur. Sed ⁊ in die kalēdarū
apietur:et intrabit pn̄ceps p viā vestibuli
porte deforis: et stabit ī limine porte. Et fa
cient sacerdotes olocaustū eius ⁊ pacifica
eius:et adorabit sup limē porte:⁊ egrediet᷑.
Porta aūt nō claudetur usqꝫ ad vespaꝫ. Et
adorabit ꝓplus terre ad ostiū porte illius in
sabbatis et ī kalēdis corā dn̄o. Olocaustū
aūt hoc offeret pn̄ceps dn̄o in die sabati:
sex agnos immaculatos ⁊ arietē immacu=
latū: ⁊ sacrificiū ephi p arietē. In agnis aūt
sacrificiū quod dederit manus eius: et olei
hyn p singula ephi. In die aūt kalendaꝝ
vitulū de armēto immaculatū ⁊ sex agni et
arietes immaculati erūt: et ephi per vitulū:
ephi qꝫ p arietē faciet sacrificiū. Agnis aūt
sicut inuenerit manus eius. olei hyn p singu
la ephi. Cumqꝫ ingressurus est princeps. p
viā vestibuli porte ingrediatur: et p eandē
viā exeat. Et cū intrabit ꝓplus terre ī cōspcū
domini ī solēnitatibꝰ: qui ingredit᷑ p portā
aquilonis ut adoret: egrediat᷑ p viā porte
meridiane. Porro qui ingreditur per viā
porte meridiane: egrediatur per viā porte
aquilonis. Non reuertetur p viam porte p
quā ingressus est: ſꝫ e regione illius egre=
dietur. Princeps aūt in medio eorum erit.
Cū ingredientibꝰ ingrediet᷑: et cū egredien
tibꝰ egrediet᷑. Et ī nundinis ⁊ solēnitatibꝰ
erit sacrificiū ephi p vitulū. et ephi p arie=
tē: agnis aūt erit sacrificiū sicᵗ inuenerit ma
nus eius: et olei hyn p singula ephi. Cum
aūt fecerit princeps spōtaneū olocaustum
aut pacifica volūtaria dn̄o. aperiet᷑ ei por=
ta q̄ respicit ad orientē: et faciet olocaustū
suū ⁊ pacifica sua sicᵗ fieri solet ī die sabbati
et egredietur: claudeturqꝫ porta postquā
exierit. Et agnū eiusdem anni immaculatū
faciet olocaustuꝫ quotidie dn̄o. Semp
mane faciet illud. Et faciet sacrificiū sup eo
cathamane mane. sextam partē ephi: et de
oleo terciā partē hyn. ut misceatur simile.
Sacrificiū dn̄o legitimū: iuge atqꝫ ꝑpetuū.
Faciet agnū ⁊ sacrificiū et oleū cathamane
mane olocaustū sempiternū. Hec dicit dn̄s
deus. Si dederit princeps donum alicui de
filijs suis: hereditas eius filioꝝ suoꝝ erit:
possidebūt eā hereditarie. Si aūt dederit
legatū de hereditate sua vni seruoꝝ suoꝝ:
erit illius usqꝫ ad ānū remissionis: et reuet᷑
ad principē. Hereditas aūt eius filijs eiꝰ
erit. Et nō accipiet princeps de hereditate
ꝓpli per violentiā ⁊ de possessione eoꝝ: sed

de possessiōe sua hereditatē dabit filijs suis:
ut nō dispgatur populus meus vnusquisq3
a possessiōe sua. Et introduxit me p ingres
sum q̄ erat ex latere porte in gazophilacia
sanctuarij ad sacerdotes. que respiciebāt
ad aquilonem: et erat ibi locus vergēs ad
occidentē: et dixit ad me. Iste ē locus vbi
coquent sacerdotes p pcō et pro delicto:
vbi coquēt sacrificiū: ut nō efferāt in atrio
exteriori et sanctificet̄ populus. Et eduxit
me in atriū exterius: et circumduxit me per
quatuor angulos atrij. Et ecce atriolū eāt
in angulo atrij: atriola singula p angulos
atrij. In q̄tuor angulis atrij atriola disposita:
quadraginta cubitoꝝ p lōgū: et triginta
p latum. Mensure vnius quatuor erāt. Et
paries p circuitū ambiēs quatuor atriola:
et culine fabricate erāt subter porticus p gyrū.
Et dixit ad me. Hec ē domus culinaꝝ: in q̄
coquēt ministri domus dn̄i victimas ppli.

ET cōuertit me ad portā XLVII
domus: et ecce aque egrediebantur
subter limē domus ad orientē. Facies eni
domus respiciebat ad orientē3. Aque autē
descendebant in latus templi dextrum: ad
meridiē altaris. Et eduxit me p viā porte
aquilonis: et cōuertit me ad viā foras portā
exteriorē: viā que respiciebat ad orientē3.
Et ecce aque redūdātes a latere dextro cū
egrederetur vir ad orientem qui habebat
funiculum in manu sua: et mensus est mille
cubitus: et transduxit me p aquam usq3 ad
talos. Rursūq3 mensus ē mille: et transduxit
me p aquā3 usq3 ad genua. Et mensus est
mille: et trāsduxit me p aquā usq3 ad renes.
Et mensus est mille. torrentē quē nō potui
ptransire: quoniā intumuerāt aque pfundi
torrentis: qui nō potest trāsuadari. Et dixit
ad me. Certe vidisti fili hominis. Et eduxit
me: et cōuertit ad ripam torrētis. Cumq3 me
cōuertissem: ecce in ripa torrētis ligna mlta
nimis ex vtraq3 parte. Et ait ad me. Aque
iste q̄ egrediūt̄ ad tumulos zabuli orientalis
et descendūt ad plana deserti. intrabūt mare:
et exibūt et sanabūt̄ aque. Et omnis anima
viuēs que serpit quocūq3 venerit torrens
viuet: et erit pisces mlti satis: postq̄ venerit
illuc aque iste. Et sanabūt̄ et viuent omia
ad que venerit torrens: et stabunt sup illa
piscatores. Ab engaddi usq3 ad engallim
siccatio sagenaꝝ erūt. Plurime species erit
pisciū eius: sicut pisces maris magni multi
tudinis nimie. In litoribus autem eius et in
palustribus nō sanabūt̄: quia i salinas dabūt̄.
Et sup torrētē orietur i ripis eius ex vtraq3
parte omne lignū pomiferū. Nō defluet fo-
liū ex eo: et nō deficiet fructus eius. Per sin
gulos mēses afferet primitiua: quia aque eius
de sanctuario egrediēt̄. Et erūt fructus ei
us i cibū: et folia eius ad medicinā. Hec di
cit dn̄s deus. Hic est terminus i quo possi-
debitis t̄raz i duodecī tribubus isrl̄: quia ioseph
duplicē funiculū habet. Possidebitis autē3
eam singuli eque ut frater suus: sup quam
leuaui manū meā ut darem patribus vestris.
Et cadet terra hec vobis in possessionē. Hic
est autē terminus terre ad plagā septen-
trionalē a mari magno. via ethalon venien
tibus sedada emath berotha sabarim que
est inter mediū damasci et confiniū emath
domos thicon que ē iuxta terminū auran:
et erit terminus a mari usq3 ad atriū enon
terminus damasci: et ab aquilone ad aqui
lonē terminus emath: plaga septētriona-
lis. Porro plaga orietalis de medio auran
et de medio damasci et de medio galaad et
de medio terre isrl̄. iordanis disterminās:
ad mare orietale metiemini plagā orietalē3.
Plaga aūt australis meridiana a thamar
usq3 ad aquas cōtradictōis cades: et torrēs
usq3 ad mare magnu3: et hec est plaga ad
meridiem australis. Et plaga maris: mare
magnū a confinio p directū donec venias
emath: hec ē plaga maris. Et diuidetis t̄raz
istā vobis p tribus israhel: et mittetis eam in
hereditatē vobis et aduenis qui accesserint
ad vos qui genuerint filios in medio vr̄m:
et erit vobis sicut indigene inter filios isrl̄.
Vobiscum diuidēt possessionem in medio
tribuū isrl̄. In tribu aūt q̄cūq3 fuerit adue-
na: ibi dabitis possessionē illi ait dn̄s deus.

ET hec nomina tribuū. XLVIII
A finibus aquilonis iuxta viā ethalon
pgētibus emath atriū enō terminus damas
ci. ab aq̄lone iuxta viā emath: et erit ei plaga
orietalis mare. dan vna. Et a termino dan:

a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris. aser vna. Et sup terminū aser: a plaga oriētali usqꝫ ad plagam maris neptalim vna. Et sup terminū neptalim: a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris manasse vna. Et super terminū manasse: a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris effraim vna. Et sup terminū effraim: a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris rubē vna. Et sup terminū rubē: a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris iuda vna. Et sup terminū iuda: a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris erūt primitie quas sepabitis viginti quīqꝫ milibꝫ latitudīs et lōgitudīs: sicuti singule partes a plaga orientali usqꝫ ad plagam maris. Et erit scūariū in medio eius. Primitie quas separabitis dn̄o: lōgitudo viginti quinqꝫ milibꝫ: et latitudo decē milibꝫ. Hec aūt erunt primitie sanctuarij sacerdotū: ad aquilonē lōgitudinis vigītiquīqꝫ milia. et ad mare latitudinis decem milia. Sed ⁊ ad orientē latitudinis decem milia: ⁊ ad meridiem vigintiquinqꝫ milia. Et erit scūariū dn̄i ī medio eius. Sacerdotibꝫ scūariū erit de filijs sadoch. q̄ custodierūt cerimonias meas: et nō errauerūt cum errarēt filij israhel: sicut errauerūt et leuite. Et erūt primitie de primitiuis terre sanctū sanctoꝝ: iuxta terminū leuitaꝝ. Sed ⁊ leuitis similiter iuxta fines sacerdotū vigīntiquīqꝫ milia lōgitudinis: et latitudīs decē milia. Omnis longitudo viginti et quinqꝫ miliū: latitudo decē miliū. Et nō venundabūt ex eo neqꝫ mutabūt: neqꝫ transferētur primitie terre: qꝛ sanctificate sunt domino. Quinqꝫ milia aūt que supsunt in latitudine ꝑ vigintiquinqꝫ milia: ꝓphana erūt vrbis in habitaculū ⁊ in suburbana. Et erit ciuitas in medio eius: ⁊ hee mensure eius. Ad plagam septētrionalē quingēta ⁊ quatuor milia: et ad plagam meridianā quingenta et q̄tuor milia: et ad plagā orientalē quingēta ⁊ q̄tuor milia: et ad plagam occidentalē quingēta ⁊ quatuor milia. Erūt aūt suburbana ciuitatis ad aquilonē ducenta quinquaginta ⁊ ad meridiē ducēta quinquaginta: et ad orientē ducenta quiuquaginta et ad mare ducenta quinquaginta. Qd̄ autē reliquū fuerit in lōgitudine scd̄m ꝑmitias scūarij decem milia in orientē. et decē milia in occidentē erūt sic primitie scūarij: et erūt fruges eius ī panes hijs q̄ fuiūt ciuitati. Seruientes aūt ciuitati operabūt̄ ex omnibus tribubꝫ isrl̄. Omēs ꝑmitie vigintiquīqꝫ miliū ꝑ vigintiquīqꝫ milia in q̄drū. separabūt̄ in primitias scūarij: et in possessionē ciuitatis. Quod autē reliquū fuerit principis erit ex omi parte primitiaꝝ sanctuarij et possessionis ciuitatis e regione. viginti quinqꝫ miliū primiciarum usqꝫ ad terminū orientalem: sed et a mari e regione viginti quinqꝫ miliū usqꝫ ad terminū maris similit̄ in partibꝫ principis erit. Et erīt ꝑmitie sanctuarij ⁊ sanctuariū tēpli ī medio eius. De possessione aūt leuitaꝝ ⁊ de possessione ciuitatis ī medio partiū principis: erit ī terminū iuda ⁊ in terminū beniamin: et ad prīcipē ꝑtinebit. Et reliquis tribubꝫ a plaga orientali usqꝫ ad plagā occidentalē: beniamin vna. Et ꝯtra terminū beniamin a plaga oriētali usqꝫ ad plagā occidētalē: symeon vna. Et sup terminū symeonis a plaga oriētali usqꝫ ad plagā occidētalē: ysachar vna. Et super terminum ysachar a plaga orientali usqꝫ ad plagā occidentalem: zabulon vna. Et sup terminū zabulon a plaga oriētali usqꝫ ad plagā maris. gad vna. Et super terminū gad ad plagā austri in meridie: et erit finis de thamar usqꝫ ad aquas ꝯtradictōis cades: hereditas contra mare magnū. Hec ē terra quā mittetis ī sortē tribubꝫ isrl̄: et hee particōes eoꝝ ait dn̄s deus. Et hij egressus ciuitatis. A plaga septētrionali quingēta et q̄tuor milia mēsurabis: ⁊ porte ciuitatis omībꝫ tribubꝫ isrl̄. Porte tres a septētrione. Porta rubē vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et ad plagam orientalē quingēta et q̄tuor milia: et porte tres. Porta ioseph vna: porta beniamin vna: porta dan vna. Et ad plagā meridianam quingēta q̄tuor milia. metieris. Porta symeonis vna: porta ysachar vna: porta zabulō vna. Et ad plagā occidētalē quingēta ⁊ q̄tuor milia: porte eoꝝ tres. Porta gad vna: porta aser vna: porta neptalim vna. Per circuitū decē ⁊ octo milia: ⁊ nomē ciuitatis ex illa die: dn̄s ibidē. Explicit ezechiel ꝓpheta.

Incip̄ ꝓlogus in danielē ꝓpham

Danielem ꝓphetā
iuxta septuaginta interpre
tes· domini saluatoris eccle-
sie non legūt· vtentes theo-
dotionis edicōe: ⁊ hoc cur acciderit nescio.
Siue enī q2 sermo chaldaicus est· et qui-
busdā ꝓprietatibꝫ a nr̄o eloquio discrepat·
noluerūt septuaginta interp̄tes easdē lin
gue lineas in translacōne seruare: siue sub
nomine eorum ab alio nescio quo non satis
chaldeam linguaꝫ sciente editus est liber:
siue aliud quid cause extiterit ignorās· hoc
vnū affirmare possum: quod multū a veri-
tate discordet: et recto iudicō repudiatus
sit. Sciendū quippe danielē maxime ⁊ hes
dram hebraicis quidem litteris ſꝫ chaldeo
ſmone ꝯscp̄tos et vnā iheremie pericopen:
iob q̄ꝫ cū arabica lingua plurimam habere
societatē. Deniqꝫ ⁊ ego adolescētulus post
quintiliam ⁊ tullij lectōeꝫ ac flores rethori-
cos cū me in lingue huius p̄stinū reclusis-
sem· et multo sudore multoqꝫ tēpore vix ce-
pisseꝫ anhelātia stridētiaqꝫ verba resonaē·
et quasi ꝑ criptā ambulās· rarū desup lumē
aspicere· impegi nouissime ī danielē: ⁊ tāto
tedio affectus sū: ut desperacōe sbita oēm
laborē veterē voluerim ꝯtemnere. Verū ad
hortante me quodā hebreo et illud michi
crebrius sua lingua ingerente· labor impro
bus omia vincit: q̄ michi videbar sciolus·
inter eos cepi rursus discipulus esse chal-
daicus. Et ut verū fatear: usqꝫ ad p̄sentem
diem magis possum sermonē chaldaicum
legere ⁊ intelligere q̄ꝫ sonare. Hec idarco
refero ut difficultatē vobis danielis osten
derē: qui apud hebreos nec susanne habet
historiā nec ymnuꝫ triū puerorꝝ nec belis
draconisqꝫ fabulas: q̄s nos q2 in toto orbe
dispse sūt veru āte posito easqꝫ iugulāte sb-
iecimus: ne videremur apud impitos ma
gnā partē volumis detrūcasse. Audiui ego
quēdā de p̄ceptoribꝫ iudeorꝝ cū susanne de
rideret historiā· et a greco nescio quo diceret
esse ꝯfictā illō opponē· q̄d origeni q̄ꝫ affri-
canus opposuit: ethimologias has apo-
thoy chynoy chise· et apothoy prynoy pry
se· de greco ſmōe descēdere. Cuius rei nos
intelligentiā nr̄is hanc possumus dare: ut
verbi gr̄a dicamus ab arbore ilice dixisse eū
ilico pereas: et a lentisco ī lentē te ꝯminuat
angelus: vel nō lente pereas· aut lentus id
est flexibilis ducaris ad mortem: siue ali-
ud q̄d ad arboris nomē ꝯueniēs. Deinde
tantū fuisse ocij tribꝫ pueris caullabat̄ ut
in camino estuantis incēdij metro luderēt·
et ꝑ ordinē ad laudem dei omia elemēta ꝓ
uocarēt: aut quod miraculū diuineqꝫ aspi-
racōis indiciū vel dracone interfectum offa
picis vel sacerdotū belis machinas dep̄hen
sas: q̄ magis prudētia solertis viri q̄ꝫ ꝓpha
li essent spū ꝑpetrata. Cum vero ad abacuc
veniret· et de iudea in chaldeā raptū disco-
forū lectitaret: q̄rebat exēplū vbi legisse-
mus ī toto veteri testamēto quenq̄ꝫ sancto-
rū ꝯuiuolasse corpore: et in pūcto hore tā-
ta terrarꝝ spacia transisse. Cui cū quidaꝫ e
nr̄is satis ad loquēdū ꝓmptulus ezechielē
adduxissꝫ ī mediū· et diceret eū de chaldea
in iudeam fuisse translatū· derisit hominē: et
ex ip̄o volumine demonstrauit ezechielē in
spū se vidisse transpositū. Deniqꝫ ⁊ apostolū
nostrū videlicet ut eruditū virū ⁊ qui legē
ab hebreis didicisset nō fuisse ausum affir-
mare se raptū in corpore ſꝫ dixisse: siue i cor
pore siue extra corpus nescio deus scit. His
et talibꝫ argumētis apocriphas ī libro ec-
clesie fabulas arguebāt. Sup q̄ re lecto-
ris arbitrio iudiciū derelinquēs illud amo
neo nō haberi danielē apud hebreos inter
ꝓphetas: ſꝫ inter eos q̄ agyographa ꝯscp̄
serūt. In tres siq̄dē partes omis ab eis scri-
ptura diuidit̄: in legē ī ꝓphas et ī agyog-
pha id ē in quīqꝫ ⁊ octo et vndecim libros:
de quo nō est huius tēporis disserere. Que
aūt ex hoc ꝓpheta· ymmo ꝯtra hūc librum
porphirius obiciat testes sunt methodius
eusebius appollinaris: q̄ multis versuū mi-
libus eius vesanie rn̄dentes nescio an curi-
oso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos
o paula ⁊ eustochiū fundatis ꝓ me ad dn̄m
p̄ces: ut quādiu in hoc corpusculo sū scribā
aliquid gratum vobis vtile ecc̄e: dignum
posteris. Presentiū quippe iudicijs oblatrā
tiū non satis moueor: qui in vtrāqꝫ p̄te aut
amore labūtur aut odio Explicit ꝓlogus

Incipit daniel pp̄ha

Anno tercio regni ioakim regis iuda venit nabuchodonosor rex babilonis iherusalem et obsedit eā: et tradidit dn̄s ī manu eius ioakim regem iude et partem vasorum domus dei: et asportauit ea in terrā sennaar in domū dei sui: et vasa intulit ī domū thesauri dei sui. Et ait rex asfanā ꝑposito eunuchorum ut introducēt de filiis israhel a de semine regio et tyrānorum pueros in quibus nulla esset macula. decoros forma a eruditos omī sapientia. cautos sciētia a doctos disciplina: et qui possent stare ī palaciō regis: ut doceret eos litteras a linguā chaldeorum. Et constituit eis rex annonā p singulos dies de cibis suis et vino vnde bibebat ipse: ut enutriti tribus annis postea starēt in cōspcū regis. Fuerūt ergo inter eos de filiis iude daniel ananias misahel et azarias. Et imposuit eis ꝑpositus eunuchorum nomina: danieli balthasar: ananie sidrac. misaheli misac. a azarie abdenago. Proposuit autē daniel in corde suo ne pollueret de mensa regis neq; de vino potus eius: et rogauit eunuchorum ꝑpositū ne contaminaretur. Dedit aūt deus danieli gratiam et misericordiā ī cōspcū pncipis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad danielē. Timeo ego dominū meū regem qui cōstituit vobis cibū a potū: qui si viderit vultus vestros maciētiores p ceteris adolescētibus coeuis vestris: cōdēnabitis caput meū regi. Et dixit daniel ad malaser quē cōstituerat princeps eunuchorum sup danielē ananiam misahelē a azariam. Tempta nos obsecro seruos tuos diebus decē: a dentur nobis legumina ad vescendū et aqua ad bibendū: et contēplare vultus nr̄os a vultus puerorum q̄ vescunt cibo regio: et sicut videris facies cū seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi: temptauit eos diebus decē. Post dies autē decē apparuerūt vultus eorum meliores a corpulētiores: p omībus pueris qui vescebāt cibo regio. Porro malaser tollebat cibaria a vinū potus eorum: dabatq; eis legumina. Pueris aūt hiis dedit deus sciētiā et disciplinā ī omnī libro a sapiētia: danieli aūt intelligentiā omīū visionū a somniorū. Cōpletis itaq; diebus post quos dixerat rex ut introducerētur: introduxit eos ꝑpositus eunuchorum ī cōspcū nabuchodonosor. Cūq; eis locutus fuisset rex: nō sunt inuenti tales de vniusis ut daniel ananias misahel a azarias. Et steterūt in cōspcū regis: et omē vbū sapiētie a intellectus qd̄ sciscitatus ē ab eis rex inuenit ī eis decuplū sup cūctos ariolos et magos q̄ erāt in vniuso regno eius. Fuit aūt daniel usq; ad ānū pmū cyri regis.

II

In anno scd̄o regni nabuchodonosor vidit nabuchodonosor somniū: et cōterritus est spūs eius: et somniū eius fugit ab eo. Precepit aūt rex ut cōuocarent arioli et magi et malefici et caldei: ut indicarent regi somnia sua. Qui cū venissent steterūt corā rege: a dixit ad eos rex. Vidi somniū: et mēte cōfusus ignoro qd̄ viderim. Rn̄deruntq; caldei regi siriace. Rex in sempiternū viue. Dic somniū suis tuis: et interptacōez eius indicabimus. Et rn̄dens rex ait caldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaueritis michi somniū a coniecturā eius pibitis vos: et domus vr̄e publicabūtur. Si aūt somniū et coniecturā eius narraueritis: pmia a dona a honorē multum accipietis a me. Somniū igit et interptacōnē eius indicate michi. Responderūt scd̄o atq; dixerūt. Rex somniū dicat suis suis: et interptatione eius indicabimus. Rn̄dit rex et ait. Certe noui q tēpus redimitis: sciētes q recesserit a me smo. Si ergo somniū nō indicaueritis michi vna ē de vobis sentētia: q interptacōem q; fallacē a decepcōe plenā cōposueritis: ut loquamini michi donec tēpus ptranseat. Somniū itaq; dicite michi: ut sciā q interptacōez q; eius verā loq̄mini. Respondentes ergo caldei corā rege dixerūt. Nō est homo sup terrā q sermonē tuū rex possit implere: s; neq; regū quisq̄ magnus a potēs vbū huiuscemōi sciscitat ab omī ariolo a mago et chaldeo. Sermo enī quē tu queris rex grauis est: nec repietur quisq̄ qui indicet illū in cōspectu regis exceptis diis quorum nō est cōuersatio cum hominibus. Quo audito: rex in furore a in ira magna pcepit ut periret omes sapientes

babilonis. Et egressa sentētia. sapiētes in=
terficiebantur: querebāturq3 daniel ⁊ socij
eius ut perirēt. Tunc daniel requisiuit de lege
atq3 sentētia ab arioch principe milicie re=
gis: qui egressus fuerat ad interficiendos
sapiētes babilonis. Et interrogauit eū q̄
a rege potestatē acceperat: quā ob causam
tā crudelis sentētia a facie regis eēt egres
sa. Cū ergo rem indicasset arioch danieli:
daniel ingressus rogauit regē ut tempus
daret sibi ad solucōem indicandā regi. Et
ingressus est domū suā: ananieq3 ⁊ misaheli
et azarie socijs suis indicauit negociū ut
quererēt misericordiā a facie dei celi sup sa
cramento isto: et nō perirēt daniel ⁊ socij eius
cū ceteris sapiētibꝫ babilonis. Tūc danie
li misteriū p visionē nocte reuelatū est. Et
daniel benedixit deo celi et locutus ait. Sit
nomē domini benedictū a seculo ⁊ usq3 ī se=
culū: q̄ sapiētia et fortitudo eius sūt: et ipse
mutat tempora et etates. Transfert regna
atq3 ꝯstituit: dat sapientiā sapiētibꝫ: ⁊ sciēciā
intelligentibꝫ disciplinā. Ipe reuelat ꝓfun
da et abscondita: et nouit in tenebris ꝯsti=
tuta: et lux cū eo est. Tibi deus prm nr̄oꝝ
ꝯfiteor teq3 laudo q̄ sapientiā et fortitudi=
nē dedisti michi: et nūc ostendisti michi q̄
rogauimus te: q̄ sermonē regis aperuisti
nobis. Post hec daniel ingressus ad arioch
quem ꝯstituerat rex ut pderet sapiētes ba
bilonis: sic ei locutus est. Sapiētes babi=
lonis ne pdas. Introduc me in conspectu
regis: ⁊ solucōez regi narrabo. Tūc arioch
festinus introduxit danielē ad regē: et di=
xit ei. Inueni hominē de filijs trāsmigratio=
nis iude qui solucōez regi annūciet. Rn̄dit
rex: et dixit danieli cuius nomē erāt baltha
sar. Putasne vere potes michi indicare so=
mniū quod vidi: et interp̄tacōem eius? Et
rn̄dens daniel coram rege ait. Misterium
quod rex interrogat sapiētes magi ⁊ ario
li ⁊ aruspices nequeūt indicare regi: ſz est
deus in celo reuelās misteria: qui indicabit
tibi rex nabuchodonosor que ventura sunt
nouissimis tēporibꝫ. Sompniū tuū ⁊ visio=
nes capitis tui ī cubili tuo huiuscemōi sūt.
Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid
esset futurū post hec: et qui reuelat misteria
ostendit tibi q̄ ventura sūt. Michi q3 non in
sapiētia que ē in me plus q̄ī in cūctis viuē=
tibꝫ sacramētū hoc reuelatū est: ſz ut inter=
p̄tatio regi manifesta fieret et cogitacōes
mentis tue scires. Tu rex videbas: et ecce
quasi statua vna grādis. Statua illa ma=
gna et statura sublimis stabat cōtra te: et
intuitus eius erat terribilis. Huius statue
caput ex auro optimo erat: pectus autē et
brachia de argento: porro venter ⁊ femora
ex ere: tibie autē ferree: pedū quedā pars
erat ferrea. quedā autē fictilis. Videbas
ita: donec abscisus est lapis de monte sine
manibꝫ ⁊ pcussit statuā in pedibꝫ eius fer=
reis ⁊ fictilibꝫ: et cōminuit eos. Tūc ꝯtrita
sūt pariter ferrū testa es argentū ⁊ aurū:
et redacta q̄si in fauillā estiue aree que ra=
pta sūt vēto: nullusq3 locus inuētus est eis.
Lapis aūt qui pcusserat statuā factus est
mōs magnus: et impleuit vniuersā terrā.
Hoc ē sompniū: interp̄tacōnē q3 eius dice=
mus corā te rex. Tu rex regū es: et deus ce
li regnū ⁊ fortitudinē ⁊ imperiū ⁊ gloriā de=
dit tibi: ⁊ omīa ī quibꝫ habitāt filij hominū
et bestie agri volucres q3 celi dedit ī manu
tua: et sub dicōe tua vniūsa ꝯstituit. Tu es
ergo caput aureū. Et post te cōsurget re=
gnū aliud minus te argēteū: et regnū terciū
aliud ereū qd̄ imperabit vniūse terre: et re=
gnū quartū erit velut ferreū. Quomō ferreū
ꝯminuit ⁊ domat omīa: sic ꝯminuet ⁊ ꝯteret
omīa hec. Porro q̄ vidisti pedū et digitoꝝ
partē testeā figuli. et partē ferreā: regnū
diuisū erit qd̄ tamē de plātario ferri orietᷣ.
Secūdū qd̄ vidisti ferrū mixtū teste ex luto
et digitos pedū ex pte ferreos. et ex parte
fictiles: ex pte regnū erit solidū ⁊ ex pte ꝯtri
tū. Qd̄ aūt vidisti ferrū mixtū teste ex luto:
ꝯmiscebūtᷣ quidē humano semini ſz nō ad
herebūt sibi: sicuti ferrū misceri non potest
teste. In diebꝫ aūt regnoꝝ illoꝝ suscitabit
deus celi regnū qd̄ in eternū nō dissipabitᷣ:
et regnū eius alteri ꝑplo nō tradetᷣ. Cōmi=
nuet aūt ⁊ ꝯsumet vniūsa regna hec: et ipm
stabit ī eternū. Secūdū q̄ vidisti q̄ de mō
te abscisus est lapis sine manibꝫ ⁊ ꝯminuit
testā ⁊ ferrū ⁊ es ⁊ argentū ⁊ aurū: deus ma=
gnus ostēdit regi q̄ vētura sint postea ⁊ verū

est somniū et fidelis interp̄tacō eius. Tūc rex nabuchodonoſoꝛ cecidit in faciem ſuā et danielem adoꝛauit: et hoſtias et incenſū p̄cepit ut ſacrificarēt ei. Loquēs ergo rex ait danieli. Vere deus veſter deus deoꝝ eſt et dominus regū reuelans miſteria: qm̄ tu potuiſti apire hoc ſacramentū. Tūc rex daniele in ſublime extulit: et munera multa et magna dedit ei. Et ↄſtituit eū principē ſup oēs ꝓuincias babilonis et p̄fectū magiſtratuū ſup cūctos ſapiētes babilonis. Daniel autē poſtulauit a rege: et ↄſtituit ſup opa ꝓuīcie babilōis ſidrac miſac ⁊ abdenago. Jpe aūt daniel erat in foꝛib; regis. III

Nabuchodonoſoꝛ rex fecit ſtatuā auream altitudine cubitoꝛum ſexaginta latitudine cubitoꝝ ſex: et ſtatuit eā in cāpo durā ꝓuīcie babilonis. Itaq; nabuchodonoſoꝛ rex miſit ad ↄgregandos ſatrapas magiſtratus ⁊ iudices duces et tyrannos et p̄fectos omeſq; principes regionum: ut conuenirēt ad dedicacōnē ſtatue quā erexerat nabuchodonoſoꝛ rex. Tūc ↄgregati ſunt ſatrape magiſtratus et iudices duces et tyranni ⁊ optimates q̄ erāt in poteſtatib; conſtituti et vniuerſi principes regionū: ut conuenirēt ad dedicationem ſtatue quam erexerat nabuchodonoſoꝛ rex. Stabant autem in ↄſpectu ſtatue quam poſuerat nabuchodonoſoꝛ rex: et p̄co clamabat valēter. Vobis dicit᷑ ꝑplis tribub; ⁊ linguis: in hoꝛa qua audieritis ſonitū tube et fiſtule et cythare ſambuce et pſlaterij et ſimphonie et vniuſi geneis muſicoꝝ: cadētes adorate ſtatuam aureā quā cōſtituit nabuchodonoſoꝛ rex. Si quis autē non proſtratus adoꝛauerit: eadem hoꝛa mitter᷑ in foꝛnacē ignis ardentis. Poſt hec igitur ſtatim ut audierūt oēs populi ſonitū tube fiſtule et cythare ſambuce et pſalterij ſimphonie et omnis generis muſicoꝝ: cadentes oēs populi trib; ⁊ lingue adoꝛauerūt ſtatuam aureā quā ↄſtitueāt nabuchodonoſoꝛ rex. Statimq; in ipo tempoꝛe accedentes viri chaldei accuſauerūt iudeos: dixerūtq; nabuchodonoſoꝛ regi. Rex in eternum viue. Tu rex poſuiſti decretū ut oīs hō qui audierit ſonitū tube fiſtule ⁊ cythare ſambuce et pſalterij et ſimphonie ⁊ vniuſi generis muſicoꝝ ꝓſternat ſe et adoꝛet ſtatuā aureā: ſi quis autē nō ꝓcidēs adoꝛauerit mittat᷑ in foꝛnacē ignis ardentiſ. Sunt ergo viri iudei quos ↄſtituiſti ſup opa regionis babiloṅie ſidrac miſac ⁊ abdenago: viri iſti ↄtempſerūt rex decretum tuum. Deos tuos non colūt: et ſtatuā aureā quā erexiſti non adoꝛant. Tūc nabuchodonoſoꝛ ī furoꝛe et ira p̄cepit ut adducerentur ſidrac miſac et abdenago. Qui ↄfeſtim adducti ſūt in cōſpcū regis: ꝓnūciansq; nabuchodonoſoꝛ rex ait eis. Verene ſidrac miſac ⁊ abdenago deos meos nō colitiſ: ⁊ ſtatuā aureā quā ↄſtitui nō adoꝛatiſ: Nūc ergo ſi eſtiſ parati quacūq; hoꝛa audieritis ſonitū tube fiſtule cythare ſambuce et pſalterij et ſimphonie omiſq; gnīs muſicoꝝ ꝓſternite vos ⁊ adoꝛate ſtatuā quā feci: qd̄ ſi nō adoꝛaueitis ea de hoꝛa mittemini in foꝛnacē ignis ardētis. Et quis eſt deus q̄ eripiet vos de maū meaſ Reſpōdētes ſidrac miſac ⁊ abdenago: dixerūt regi nabuchodonoſoꝛ. Nō opoꝛtet noſ de hac re r̄ndere tibi. Ecce eni deus noſter quē colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardētis: et de manib; tuis o rex liberare. Qd̄ ſi noluerit: notū ſit tibi rex. q2 deos tuos nō colimus: et ſtatuā aureā quā erexiſti nō adoꝛamuſ. Tūc nabuchodonoſoꝛ repletus ē furoꝛe. et aſpectus faciei illius immutatus ē ſup ſidrac miſac ⁊ abdenago: et p̄cepit ut ſuccēderet᷑ foꝛnax ſeptuplū q̄ ſuccēdi ↄſueuerat: et viris foꝛtiſſimis de exercitu ſuo iuſſit ut ligatis pedib; ſidrac miſac et abdenago mitterēt eos ī foꝛnacē ignis ardētis. Et ↄfeſtim viri illi vincti cū bracis ſuis ⁊ thyaris ⁊ calciamētis et veſtib; miſſi ſūt in mediū foꝛnacis ignis ardētiſ. Nā iuſſio regis vrgebat. Foꝛnax autē ſuccēſa erat nimis. Poꝛro viros illos q̄ miſerāt ſidrac miſac ⁊ abdenago interfecit flāma ignis. Viri aūt hij tres id eſt ſidrac miſac ⁊ abdenago ceciderūt in medio camino ignis ardentis colligati. Que ſequūt᷑ in hebreis volumib; non repperi. Et ambulabāt ī medio flāme: laudātes deū ⁊ b̄ndicētes domino. Stans autē azarias oꝛauit ſic. Aperienſq; os ſuū in medio ignis ait. Benedictus es domine

deus patrū nroꝝ: et laudabile et gloriosū
nomē tuū in secula: quia iustus es in omibus
que fecisti nobis. et vniuersa opa tua vera et
vie tue recte: et omia iudicia tua vera. Judi-
cia enim vera fecisti iuxta omia q̄ induxisti
super nos et sup ciuitatē sanctā prm nroꝝ
ihrlm: quia in veritate ⁊ in iudicio induxisti o-
mnia hec propter peccata nr̄a. Peccauimus
enim et inique egimus recedētes a te ⁊ deli
quimus in omibus: et pcepta tua nō audiui-
mus: nec obseruauimus nec fecimus sicut
pceperas nobis ut bene nobis esset. Omia
ergo q̄ induxisti sup nos et vniusa que fe-
cisti nobis vero iudicio fecisti: et tradidisti
nos in manibus inimicoꝝ iniquoꝝ et pessi-
moꝝ pvaricatorūq₃: et regi iniusto ⁊ pessi-
mo vltra omē terrā. Et nūc non possumus
aperire os. Confusio ⁊ opprobriū facti su-
mus servis tuis: et hijs qui colebant te. Ne
quesumus tradas nos in ꝑpetuū ꝓpter no-
mē tuū: et ne dissipes testamētū tuū neq₃ au
feras misericordiā tuā a nobis ꝓpter abra-
hā dilectū tuū ⁊ ysaac servū tuū et isrl sanctū
tuū: quibus locutus es pollicēs quod multiplica
res semen eoꝝ sicut stellas celi ⁊ sicut ha-
renā que ē in litore maris: quia dn̄e imminu-
ti sumus plus q̄ omes gētes: sumusq₃ hu-
miles in vniusa terra hodie ꝓpter pcc̄a nr̄a.
Et non est in tempore hoc princeps et dux
et ꝓpheta neq₃ olocaustum neq₃ sacrificiū
neq₃ oblacō neq₃ incensū neq₃ locus pmiti
arū corā te. ut possimus invenire miscdiā:
sed in animo contrito ⁊ spiritu humilitatis
suscipiamur. Sicut in olocausto arietū et
thauroꝝ ⁊ sicut i milibus agnoꝝ pinguiū.
sic fiat sacrificiū nrm i cspectu tuo hodie ut
placeat tibi: quoniā nō est cfusio cfidētibus
in te. Et nunc sequimur te in toto corde ⁊ ti-
memus te: et querimus faciem tuā. Ne cō-
fundas nos: sed fac nobiscū iuxta mansue
tudinē tuā ⁊ scdm multitudinē misericordie
tue: et erue nos in mirabilibus tuis et da glo
riam nomini tuo domine: et cfundāt omes
qui ostendūt servis tuis mala. Confundā
tur in omni potentia ⁊ robur eoꝝ cterat:
et sciāt quia tu es dn̄s deus solus: et gloriosus
sup orbē terraꝝ. Et nō cessabāt q̄ miserant
eos ministri regis succēdere fornacē nap-
ta et stupa ⁊ pice ⁊ malleolis: et effundeba-
tur flāma sup fornacē cubitis quadragita-
novē: et erupit ⁊ incēdit quos repperit iux
fornacē de chaldeis. Angelus aūt domini
descendit cū azaria ⁊ socijs eius in fornacē:
et excussit flammā ignis de fornace et fecit
mediū fornacis quasi ventū roris flantē: et
nō tētigit eos omnino ignis neq₃ cōtrista-
uit nec quicq̄ molestie intulit. Tūc hij tres
q̄si ex vno ore laudabāt ⁊ glorificabāt ⁊ bn̄-
dicebāt deū i fornace dicētes. Bn̄dictus es
domine deus patrū nostroꝝ: et laudabilis
et gloriosus ⁊ superexaltatus i secula. Et bn̄-
dictū nom glorie tue sanctū: et laudabile
et superexaltatū in omibus seculis. Bn̄dictus
es in templo sancto glorie tue: et sup lauda
bilis ⁊ sup gloriosus in secula. Benedictus
es in throno regni tui: et sup laudabilis et
superexaltatus in secula. Bn̄dictus es q̄ in-
tueris abissos ⁊ sedes sup cherubin: et lau-
dabilis ⁊ superexaltatus in secula. Bn̄dictus
es in firmamēto celi: et laudabilis ⁊ glorio-
sus in secula. Bn̄dicite omia opa dn̄i dn̄o:
laudate et superexaltate eū in scl̄a. Bn̄dicite
angeli dn̄i dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eum
in secula. Bn̄dicite celi dn̄o: laudate ⁊ sup-
exaltate eū in secula. Bn̄dicite aque omes
q̄ sup celo sūt dn̄o: laudate et superexaltate
eū in secula. Bn̄dicite omnes virtutes dn̄i
dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eū i secula. Bn̄-
dicite sol ⁊ luna dn̄o: laudate ⁊ superexaltate
eū i secula. Bn̄dicite stelle celi dn̄o: laudate
et superexaltate eū in secula. Bn̄dicite ymber
et ros dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eū i scl̄a.
Benedicite omnis spūs dei domino: lauda
te ⁊ superexaltate eū i secula. Bn̄dicite ignis
et estus dn̄o: laudate et superexaltate eum in
secula. Benedicite frigus et estas domino:
laudate et superexaltate eū in secula. Bn̄di-
cite rores et pruina dn̄o: laudate ⁊ super-
altate eū in secula. Bn̄dicite gelu ⁊ frigus
domino: laudate et superexaltate eū i secula.
Bn̄dicite glacies ⁊ nives domino: laudate
et superexaltate eū i secula. Bn̄dicite noctes
et dies domino: laudate ⁊ superexaltate eū in
secula. Benedicite lux ⁊ tenebre domino: lau
date et superexaltate eū in secula. Bn̄dicite
fulgura ⁊ nubes dn̄o: laudate ⁊ superexaltate

eū in secula. Benedicat terra dn̄m: laudet et
superexaltet eū in secula. Benedicite montes
et colles domino: laudate ⁊ superexaltate eū
in secula. Benedicite vniuersa germinantia
in terra domino: laudate et superexaltate eū
in secl'a. Benedicite fontes domīo: laudate
et superexaltate eū in secula. Benedicite ma=
ria ⁊ flumina domīo: laudate ⁊ superexaltate
eum in secula. Benedicite cete ⁊ omnia que
mouētur in aquis domīo: laudate ⁊ superex=
altate eū in secula. Benedicite om̄es volu=
cres celi domino: laudate ⁊ superexaltate eū
in secula. Benedicite omnes bestie ⁊ pecora
domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula.
Benedicite filij hominū domino: laudate ⁊
superexaltate eum secula. Benedicat israhel
dominū: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: lau
date ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite
serui domini dn̄o: laudate et superexaltate
eū i secl'a. Benedicite spūs ⁊ anime iustoꝝ
domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula.
Benedicite sancti ⁊ humiles corde domīo:
laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedi=
cite anania azaria misahel domino: laudate
et superexaltate eū in secl'a: q᷑ eruit nos de in=
ferno ⁊ saluos fecit de manu mortis: et libe=
rauit de medio ardentis flām̄e: et de medio
ignis eruit nos. Confitemini domino quo=
niā bonus: qm̄ in seculū misericordia eius.
Benedicite om̄es religiosi dn̄o deo deoꝝ:
laudate ⁊ ꝯfitemini ei: q᷑ in om̄ia secula mi=
sericordia eius. Hucusq; in hebreo non ha;
betur ⁊ que posuimus de theodocōis editi=
one trāslata sūt. Tūc nabuchodonosor rex
obstupuit ⁊ surrexit ꝓpere: et ait optīatibus
suis. Nonne tres viros misimus in medio
ignis ꝯpeditos. Qui respondētes regi dixe
rūt. Vere rex. Rn̄dit ⁊ ait. Ecce ego video
viros quatuor solutos ⁊ ambulātes in me=
dio ignis: et nichil corrupcōis in eis est: et
species quarti similis filio dei. Tunc acces=
sit nabuchodonosor ad ostium fornacis
ignis ardētis et ait. Sidrac misac ⁊ abde=
nago serui dei excelsi: egredimini et venite.
Statimq; egressi sūt sidrac misac et abde=
nago de medio ignis. Et ꝯgregati satrape
magistratus et iudices et potentes regis
contēplabantur viros illos quoniā nichil
potestatis habuiss; ignis in corporibꝫ eoꝝ:
et capillus capitis eoꝝ non esset adustus et
saraballa eoꝝ non fuissent immuta: ⁊ odor
ignis nō transiss; p eos. Et erumpens nabu=
chodonosor ait. Bn̄dictus deus eoꝝ sidrac
videlicet misac et abdenago: q̄ misit ange=
lū suū ⁊ eruit seruos suos qui crediderūt i
eū: et verbū regis immutauerūt: et tradiderūt
corpora sua ne seruirēt et ne adorarēt omnē
deū excepto deo suo. A me ergo positū est
hoc decretū: ut om̄is populus tribꝫ ⁊ lingua
quecūq; locuta fuerit blasphemiā ꝯtra deū
sidrac misac ⁊ abdenago dispereat: ⁊ domꝰ
eius vastetur. Neq; enī est alius deus: qui
possit ita saluare. Tunc rex ꝓmouit sidrac
misac ⁊ abdenago in prouincia babilonis.
Nabuchodonosor rex om̄ibꝫ ꝑplis gentibꝫ
et linguis q̄ habitāt in vniuersa terra: pax
vobis multiplicetur. Signa ⁊ mirabilia fe=
cit apud me deus excelsus. Placuit ergo m̄
p̄dicare eius signa q᷑ magna sūt: ⁊ mirabi=
lia eius q᷑ fortia: et regnū eius regnū sempi
ternū: et ptās eius i gn̄acōe ⁊ gn̄acōez.

IIII

Ego nabuchodonosor quietus erā in
domo mea ⁊ florens in pallatio meo.
Sompniū vidi quod pterruit me: et cogita
tiones mee in stratu meo: et visiones capitis
mei cōturbauerūt me. Et p me ꝓpositum est
decretū ut introducerētur in conspectu meo
cuncti sapientes babilonis: et ut solucōem
somnij indicarēt michi. Tūc ingrediebantur
arioli magi chaldei ⁊ auruspices. et somniū
narraui in cōspectu eoꝝ: et solucōez eius nō
indicauerūt michi. donec collega ingressus
est i ꝯspcū meo daniel. cuius nomē baltha=
sar secundū nomē dei mei. qui hab; spiritū
deoꝝ sanctoꝝ in semetipo: et somniū coram
ipo locutus sū. Balthasar p̄ncepsariolorꝝ
quē ego scio q᷑ spm̄ deoꝝ sanctoꝝ habeas
in te. et om̄e sacramentū non est impossibile
tibi: visiōes somnioꝝ meoꝝ quas vidi. et
solucōem earū narra. Visio capitis mei in cu
bili meo. Videbam: et ecce arbor in medio
terre: et altitudo eius nimia. Magna arbor
et fortis: et ꝓceritas eius contingens celū.
Aspectus illius erat usq; ad terminos vni=
uerse terre. Folia eius pulcerrima: et fructꝰ

eius nimius: et esca vniuersorꝝ in ea. Sub-
ter eã habitabãt aĩalia ⁊ bestie: et in ramis
eius conuersabantur volucres celi: et ex ea
vescebatᷣ omĩs caro. Videbam in visione
capitis mei sup stratum meũ: et ecce vigil et
sanctus de celo descendit: clamauit fortiter.
et sic ait. Succidite arborẽ ⁊ pcidite ramos
eius: excutite folia eius et dispgite fructus
eius: fugiãt bestie q̃ subter eam sũt. et volu
cres de ramis eius. Verũtamẽ germẽ radicũ
eius ĩ terra sinite: et alligetur vinclo ferreo
et ereo in herbis q̃ foris sũt. et rore celi tin-
guatur: et cũ feris pars eius in herba terre.
Cor eius ab humano cõmutetur: et cor fere
detur ei: et septem tẽpora mutentur sup eũ.
In sentẽtia vigilũ decretuꝫ est: et ſmo scõꝝ
et petitio: donec cognoscant viuentes qm̃
dominatur excelsus in regno hominũ. et cui
cũqꝫ voluerit dabit illud: et humillimũ hoĩeꝫ
constituet sup eũ. Hoc somniũ vidi ego na-
buchodonosor rex. Tu ergo balthazar in-
terptacõem narra festinus: qꝛ oĩs sapiẽtes
regni mei nõ queũt solucõem edicẽ michi.
Tu autẽ potes: qꝛ spũs deoꝝ scõꝝ in te est.
Tunc daniel cuius nomen balthazar cepit
intra semetipm̃ tacitus cogitare quasi vna
hora: et cogitacões eius ꝯturbabãt eũ. Rñ-
dens aũt rex ait. Balthazar somniũ ⁊ inter-
ptacõ eius nõ cõturbẽt te. Rñdit balthazar
et dixit. Domĩe mi: somniũ hijs q̃ te oderũt: et
interptacõ eius hostibꝫ tuis sit. Arborẽ quã
vidisti sblimẽ atqꝫ robustã cuius altitudo
ptingit ad celũ. et aspectus illius in oĩem
terrã. ⁊ rami eius pulcerrimi. ⁊ fructus eiꝰ
nimius. et esca oĩm in ea. subter eã habitã-
tes bestie agri. et in ramis eius cõmorãtes
aues celi: tu es rex q̃ magñficatus es et inua-
luisti. et magnitudo tua creuit ⁊ puenit usqꝫ
ad celũ: et potestas tua in termĩos vniuerse
terre. Quod aũt vidit rex vigilẽ ⁊ sanctuꝫ
descendere de celo et dicere. succidite arbo-
rem ⁊ dissipate illaꝫ. attamẽ germẽ radicuꝫ
eius ĩ terra dimittite. et vinciatur ferro ⁊ ere
in herbis foris. et rore celi ꝯspgatur. et cum
feris sit pabuluꝫ eius donec septẽ tempora
ꝯmutẽtur sup eũ: hec est interptacõ senten-
tie altissimi. que puenit sup dñm meũ regẽ.
Eiciẽt te ab hominibꝫ ⁊ cũ bestijs ferisqꝫ erit

habitacõ tua: et fenũ ut bos ꝯmedes: ⁊ rore
celi infundeis. Septẽ qꝫ tẽpora mutabuntᷣ
sup te. donec scias qꝙ dominetur excelsus sup
regnũ hominũ: et cuicũqꝫ voluerit det illud.
Quod aũt pcepit ut relinquẽtur germen
radicũ eius id est arboris: regnum tuũ tibi
manebit postq̃ꝙ cognoueris potestatẽ esse
celestem. Quãobrẽ rex ꝯsiliũ meũ placeat
tibi. et peccata tua elimosinis redime: et iniq̃
tates tuas misericordijs pauperũ: forsitan
ignoscet deus delictis tuis. Oĩa hec venerũt
sup nabuchodonosor regẽ. Post finẽ men-
siũ duodecim in aula babilonis deambula-
bat. Rñditqꝫ rex ⁊ ait. Nõne hec ẽ babilon
ciuitas magna quã ego edificaui in domũꝫ
regni in robore fortitudinis mee: et in glĩa
decoris mei? Cũqꝫ sermo adhuc esset in ore
regis: vox de celo ruit. Tibi diciẗ nabucho
donosor rex. Regnũ tuũ transibit a te et ab
hominibꝫ eiciẽt te: et cum bestijs ⁊ feris erit
habitacõ tua: fenũ quasi bos ꝯmedes. et se-
ptẽ tẽpora mutabũtur sup te: donec scias qꝙ
dñetur excelsus in regno hoĩm. et cuicunqꝫ
voluerit det illud. Eadẽ hora ſmo ꝯpletus
est sup nabuchodonosor: et ex hominibꝫ ab
iectus est et fenũ ut bos ꝯmedit: et rore celi
corpus eius infectũ est: donec capilli eius in
similitudinẽ aquilarũ crescerent. et vngues
eius quasi auiũ. Igitur post finẽ dierũ ego
nabuchodonosor oculos meos ad celum
leuaui. et sensus meus redditus ẽ michi: et
altissimo benedixi. et viuentẽ in sempiternũ
laudaui ⁊ glorificaui: qꝛ potestas eius ptãs
sempiterna. et regnuꝫ eius in gñacõnem et
gñacõem: et oĩs habitatores terre apud
eũ ĩ nichilũ reputati sũt. Juxta volũtatẽ eni
suã. facit tã in virtutibꝫ celi q̃ꝙ in habitatori
bus terre: et non est qui resistat manui eius
et dicat ei quare fecisti. In ipo tẽpore sensus
meus reuersus ẽ ad me. et ad honorẽ regni
mei decoremqꝫ peruenĩ: et figura mea reuersa
est ad me. et optimates mei et magistratus
mei reqsierũt me: et in regno meo restitutꝰ
sũ: et magnificẽtia mea amplior addita est
michi. Nũc igiẗ ego nabuchodonosor. lau
do ⁊ magnifico ⁊ glorifico regẽ celi: qꝛ oĩa
opera eius vera. et vie eius iudicia: et gradi
entes in superbia potest humiliare.

Balthazar rex fecit grande cõuiuium
optimatibus suis mille: et vnusquisq3
scd̃m suã bibebat etatẽ. Precepit ergo iam
temulẽtus ut afferrẽtur vasa aurea ⁊ argẽ=
tea· q̃ asportauerat nabuchodonosor pater
eius de templo qd̃ fuit in iherusalẽ: ut bibe=
rẽt in eis rex et optimates eius· uxoresq3 ei9
et ꝯcubine. Tũc allata sũt vasa aurea que
asportauerat de templo qd̃ fuerat in ihrl̃m:
et biberũt in eis rex ⁊ optiates eius uxores
et ꝯcubine illius. Bibebãt vinũ: et laudabãt
deos suos aureos ⁊ argẽteos et ereos fer=
reos ligneosq3 ⁊ lapideos. In eadem hora
apparuerunt digiti quasi manus hominis
scribẽtis ꝯtra cãdelabrũ: in supficie parietis
aule regie. Et rex aspiciebat articulos ma
nus scribẽtis. Tunc facies regis ꝯmutata
est· et cogitacõnes eius ꝯturbabãt eum: et
ꝯpages renũ eius soluebãtur: ⁊ genua ei9
ad se inuicẽ collidebãtur. Exclamauit itaq3
rex fortiter: ut introducerent magos chal=
deos ⁊ aruspices. Et ꝓloquẽs rex ait sapiẽ
tib9 babilonis. Quicũq3 legerit scripturã
hanc· et interp̃tacõez eius manifestã michi
fecerit purpura vestietur: et torquẽ auream
habebit ĩ collo: et tercius in regno meo erit.
Tunc ingressi omes sapiẽtes regis non po
tuerũt nec scripturã legere: nec interp̃tatio
onem eius indicare regi. Unde rex baltha
zatis satis ꝯturbatus ẽ: et vultus illius immu
tatus ẽ. Sz et optimates eius turbabãtur.
Regina aũt ꝓ re que acciderat regi ⁊ opti=
matib9 eius domũ ꝯuiuij ingressa est: et ꝓ=
loquẽs ait. Rex in eternũ viue. Nõ te ꝯtur=
bent cogitacões tue: neq3 facies tua immũ
tetur· Est vir in regno tuo qui spiritũ deoꝝ
sanctoꝝ habet in se: et in dieb9 p̃ris tui scia
et sapiẽtia inuẽte sũt in eo. Nam ⁊ rex nabu
chodonosor pater tuus p̃ncipem magoꝝ
incantatoꝝ caldeoꝝ et aruspicuz constituit
eũ. Pater inquã tuus o rex: q2 sp̃us ãplior
et prudentia intelligentiaq3 ⁊ interp̃tatio
somnioꝝ· et ostensio secretoꝝ· ac solucõ li=
gatoꝝ inuẽte sunt in eo · hoc est in daniele:
cui rex posuit nomẽ balthazar. Nunc itaq3
daniel vocetur: ⁊ interp̃tacõnem narrabit.
Igitur introductus est daniel coraz rege.
Ad quẽ p̃fatus rex ait. Tu es daniel de fi=
lijs captiuitatis iude· quã adduxerat pater
meus rex de iudea? Audiui de te qm̃ spiritũ
deoꝝ habeas: et scientia intelligẽtiaq3 ac sa
piẽtia ampliores inuente sũt in te. Et nũc in
trogressi sũt in cõspcũ meo sapiẽtes magi·
ut scripturaz hanc legerẽt et interp̃tacõem
eius indicarẽt michi: et nequiuerũt sensũ hu=
ius sermonis edicere. Porro ego audiui de
te· ꝙ possis obscura interp̃tari: et ligata dis
soluere. Si ergo vales scripturam legere
et interp̃tacõez eius indicare michi· purpu
ra vestieris: et torquẽ aureã circa collũ tuum
habebis: et tercius in regno meo princeps
eris. Ad que r̃ndens daniel ait coraz rege.
Munera tua sint tibi: et dona domus tue al=
teri da: scp̃turã aũt legã tibi rex· et interpre
tacõem eius ostendã tibi. O rex deus altissi
mus regnũ ⁊ magnificentiã gl̃iam ⁊ honorẽ
dedit nabuchodonosor patri tuo: et ꝓpter
magnificentiã quã dederat ei· vniũsi populi
trib9 ⁊ lingue tremebant ⁊ metuebãt eum.
Quos volebat interficiebat· ⁊ quos volebat
ꝑcutiebat: quos volebat exaltabat: ⁊ q̊s vo
lebat humiliabat. Quãdo aũt eleuatũ ẽ cor
eius ⁊ sp̃us illius obfirmatus ẽ ad supbiaz·
depositus est de solio regni sui: et gloria ei9
ablata ẽ: et a filijs hominuz eiectus ẽ· Sz et
cor eius cũ bestijs positũ ẽ: et cũ onagris erãt
habitatio eius. Fenũ q3 ut bos ꝯmedebat·
et rore celi corpus eius infectũ est: donec co
gnosceret ꝙ potestatẽ haberet altissimus ĩ
regno hominũ: et quencũq3 voluerit suscita
bit sup illũ. Tu q3 filius eius balthazar nõ
humiliasti cor tuũ cũ scires hec oĩa: sz adũ
sum dominatorẽ celi eleuatus es. Et vasa do
mus eius allata sũt coram te: et tu ⁊ optima
tes tui ⁊ vxores tue ⁊ ꝯcubine tue vinũ bibi
stis in eis. Deos q3 argẽteos ⁊ aureos ⁊ ere=
os ferreos ligneosq3 ⁊ lapideos· qui nõ vi
dent neq3 audiũt neq3 sentiũt laudasti: por
ro deũ q̃ hab3 flatũ tuũ in manu sua· et oĩs
vias tuas: nõ glorificasti. Idcirco ab eo mis
sus est articulus manus: q̃ scripsit hoc qd̃
exaratũ est. Hec ẽ aũt scptura q̃ digesta ẽ.
Mane thecel phares. Et hec interp̃tacõ ser=
monis. Mane: numerauit deus regnũ tuũ:
et ꝯpleuit illud. Thecel: appensũ ẽ in state=
ra: et inuentus est minus habens. Phares:

diuisū est regnū tuū: et datū ē medis ⁊ psis. Tūc iubente rege indutus est daniel purpura: et circūdata est torques aurea collo eius: et p̄dicatū est de eo q̄ haberet ptātem tercius in regno. Eadē nocte interfectus ē balthazar rex chaldeus: et darius medus successit ī regnū. ānos natus sexagīta duos.

VI

Placuit dario. et ōstituit supra regnū satrapas centumuiginti ut essent in toto regno suo: et sup eos principes tres ex quibus daniel vnus erat ut satrape illis redderēt racōnem: et rex nō sustineret molestiā. Igitur daniel supabat oīs pńcipes et satrapas: q̄ spūs dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat ōstituere eū sup oīne regnū. Vnde pńcipes ⁊ satrape q̄rebāt occasionē ut inuenirēt danieli ex latere regis: nullāq3 causa3 ⁊ suspicacōe3 repiri potuerūt eo q̄ fidelis esset: et oīs culpa ⁊ suspicō nō inueniretur in eo. Dixerūt ergo viri illi. Nō inueniemus danieli huic aliquā occasionē: nisi forte in lege dei sui. Tūc principes et satrape surripuerūt regi: et sic locuti sūt ei. Dari rex in eternū viue. Consilium inierunt cūcti principes regni tui. magistratus ⁊ satrape senatores ⁊ iudices ut decretū imperatoriū exeat et edictum: ut oīs qui pecierit aliquā peticōem a quocūq3 deo et hoīe usq3 ad triginta dies nisi a te rex: mittat̄ in lacū leonū. Nūc itaq3 rex cōfirma sententiam et scribe decretu3 ut nō immutetur qđ statutu3 ē a medis ⁊ psis: nec p̄uaricari cuiq̄ liceat. Porro rex darius ꝓposuit edictū ⁊ statuit. Quod cū daniel ōperisset id ē constitutā legē: ingressus est domū suā et fenestris apertis in cenaculo suo cōtra iherusalē trib3 tēporib3 in die flectebat genua sua ⁊ adorabat: ōfitebaturq3 coram deo suo sicut ⁊ ante facere cōsueuerat. Viri ergo illi curiosius inquirētes inuenerūt danielē orantē ⁊ obsecrante3 deū suū: et accedētes locuti sūt regi sup edicto. Rex nūq̄d nō cōstituisti ut oīs homo qui rogaret quenq̄ de diis ⁊ hominib3 usq3 ad dies triginta nisi te rex mitteret̄ in lacū leonum? Ad quos rn̄dens rex ait. Verus sermo iuxta decretu3 medoꝝ atq3 persaru3: quod p̄uaricari nō licet. Tūc respondentes dixerūt corā rege. Daniel de filiis captiuitatis iude nō curauit de lege tua et edicto quod cōstituisti: s3 trib3 tempori b3 p diē orat obsecracōe sua. Quod verbū cū audisset rex satis ōtristatus ē: et p daniele posuit cor ut liberaret eum: et usq3 ad occasū solis laborabat ut erueret illū. Viri aūt illi intelligētes regē dixerūt. Scito rex q̄ lex medoru3 est atq3 psarū: ut oīne decretum qđ cōstituerit rex nō liceat immutari. Tunc rex p̄cepit et adduxerūt danielē: et miserūt eū in lacū leonū. Dixitq3 rex danieli. Deus tuus quē colis sp: ipe liberabit te. Allatusq3 ē lapis vnus et positus est sup os laci: quē obsignauit rex anulo suo ⁊ anulo optimatū suoꝝ: ne quid fieret ōtra danielē. Et abiit rex in domū suā et dormiuit incenatus: cibiq3 nō sūt allati coram eo: insup ⁊ somnus recessit ab eo. Tūc rex primo diluculo ōsurgēs festinus ad lacū leonū prexit: appropinquansq3 lacui danielē voce lacrimabili inclamauit: ⁊ affat9 est eū. Daniel serue dei viuētis: deus tuus cui tu seruis semp. putasne valuit te liberare a leonib3? Et daniel regi rn̄dens ait. Rex in eternū viue. Deus misit angelū suū. et ōclusit ora leonū ⁊ nō nocuerūt michi: quia coram eo iusticia inuenta est in me. Sed ⁊ corā te rex delictū nō feci. Tunc vehemēter rex gauisus est sup eo: et danielē p̄cepit educi de lacu. Eductusq3 est daniel de lacu: et nulla lesio inuenta ē in eo: q̄ credidit deo suo. Iubente aūt rege adducti sūt viri illi qui accusauerūt danielē: et in lacū leonū missi sūt ipi et filii ⁊ uxores eoꝝ: et nō p̄uenerūt usq3 ad pauimentū laci: donec arriperēt eos leones et oīa ossa eoꝝ cōminuerūt. Tunc darius rex scripsit vniūsis ꝑplis tribub3 et linguis habitātib3 ī vniūsa terra. Pax vobis multiplicetur. A me ōstitutū est decretū: ut in vniuerso imperio ⁊ regno meo tremiscāt ⁊ paueant deū danielis. Ipe est enim deus viuens et eternus ī secula: et regnū eius nō dissipabitur: et ptās eius usq3 in eternū. Ipe liberator atq3 saluator faciēs signa ⁊ mirabilia in celo ⁊ in terra: q̄ liberauit danielē de lacu leonū. Porro daniel pseuerauit usq3 ad regnū darii regnumq3 cyri perse.

VII

Anno p̄mo balthazar regis babilōis daniel sompniū vidit. Visio aut capitis eius:

in cubili suo. Et sompniū scribēs breui sermōe
cōprehendit: sūmatiq; pstringēs ait. Videbā
in visione mea nocte: et ecce quatuor venti
celi pugnabant in mari magno: et quatuor
bestie grādes ascendebāt de mari diuerse
inter se. Prima q̄si leena: et ales habebat a=
quile. Aspiciebā donec euulse sūt ale eius et
sublata est de terra: et sup pedes quasi homo
stetit: et cor eius datum est ei. Et ecce bestia
alia similis urso in pte stetit: et tres ordines
erant in ore eius ⁊ i dentib⁹ eius: et sic dice=
bant ei. Surge: comede carnes plurimas.
Post hec aspiciebā: et ecce alia q̄si pardus:
et alas habebat quasi auis quatuor sup se.
Et quatuor capita erāt in bestia: et potestas
data ē ei. Post hec aspiciebā in visione no=
ctis: et ecce bestia quarta terribilis atq; mi
rabilis ⁊ fortis nimis. Dentes ferreos habe
bat magnos: comedēs atq; comminuēs. et re=
liqua pedib⁹ suis conculcās. Dissimilis autem
erat ceteris bestijs quas videraz ante eam:
⁊ habebat cornua decē. Cōsiderabā cornua:
et ecce cornu aliud paruulū ortū ē de medio
eorū: et tria de cornibus p̄mis euulsa sunt a
facie eius. Et ecce oculi eius q̄si oculi hoīs
in cornu isto: et os loquēs ingētia. Aspicie=
bam donec throni positi sūt: et antiquus di=
erū sedit. Vestimētuz eius candiduz quasi
nix: capilli capitis eius q̄si lana mūda. Thro
nus eius flāme ignis: rote eius ignis accē
sus: fluuius igne⁹ rapidusq; egrediebat a
facie eius. Milia miliū ministrabāt ei: et deci
es milies cētena milia assistebāt ei. Judiciū
sedit: et libri apti sūt. Aspiciebā ꝓpter vocē
sermonē grandiū quos cornu illud loque
batur. Et vidi quoniā interfecta esset bestia.
et perisset corpus eius ⁊ traditū esset ad con=
burēdū igni: aliarū q; bestiarū ablata esset
potestas: et tpa vite cōstituta essent eis usq;
ad tempus ⁊ tempus. Aspiciebam ergo in
visione noctis: et ecce cū nubib⁹ celi quasi
filius hominis veniebat. et usq; ad antiquuz
dierū puenit: et i cōspectu eius obtulerūt eū.
Et dedit ei potestatē ⁊ honorē ⁊ regnum: et
omes ppli trib⁹ ⁊ lingue ipi seruient. Ptās
eius potestas eterna q̄ nō auferet: et regnū
eius qd nō corrūpetur. Horruit spūs meus.
Ego daniel territus sum in hijs: et visiones
capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad
vnū de assistētib⁹: et veritatē querebā ab eo
de omib⁹ hijs. Qui dixit michi interptacōez
sermonuz: et docuit me. Hee quatuor bestie
magne: quatuor regna consurgēt de terra.
Suscipiēt autē regnū sancti dei altissimi: et
obtinebūt regnū usq; in seculū ⁊ secłm seclo
rū. Post hoc volui diligēter discere de besti
a quarta: q̄ erat dissimilis valde ab oīb⁹ et
terribilis nimis. Dētes ⁊ vngues ei⁹ ferrei:
comedebat ⁊ comminuebat: et reliqua pedib⁹
suis conculcabat. Et de cornib⁹ decē q̄ habebat
in capite. et de alio qd ortum fuerat. ante qd
ceciderāt tria cornua: et de cornu illo qd ha
bebat oculos ⁊ os loquēs grādia: et maius
erat ceteris. Aspiciebaz: et ecce cornu illud
faciebat bellū aduśus scōs ⁊ p̄ualebat eis:
donec venit antiquus dierū et iudiciū dedit
sanctis excelsi: et tempus aduenit ⁊ regnū
obtinuerūt sancti. Et sic ait. Bestia quarta.
regnū quartū erit in terra qd maius erit oī=
bus regnis: et deuorabit vniūsam terram: et
conculcabit ⁊ comminuet eā. Porro decē cornua.
ipsius regni decē reges erūt: et alius cōsurget
post eos ⁊ ipse potētior erit p̄orib⁹: et tres re
ges humiliabit. Et sermones cōtra excelsuz
loquetur: et sanctos altissimi cōteret. Et pu=
tabit q̄ possit mutare tēpora ⁊ leges: et tra=
dentur in manu eius usq; ad tempus ⁊ tpa
et dimidiū temporis. Et iudiciuz sedebit ut
auferat potētia et conterat ⁊ dispereat usq; in
finē: regnū aūt ⁊ potestas ⁊ magnitudo re=
gni q̄ est subter omē celuz detur pplo sanctorū
altissimi. cuius regnū. regnū sempiternū ē:
et omes reges seruiēt ei ⁊ obediēt. Hucusq;
finis verbi. Ego daniel multū cogitacōnib⁹
meis conturbabar: et facies mea mutata ē in
me: vbū aūt in corde meo cōseruaui. VIII

Anno tercio regni balthazar regis vi
sio apparuit michi. Ego daniel post
id qd viderā in p̄ncipio vidi i visione mea
cū essem in susis castro qd ē in helā ciuitate:
vidi aūt in visione esse me sup portā vlai: et
leuaui oclos meos ⁊ vidi. Et ecce aries vn⁹
stabat ante paludē habēs cornua excelsa:
et vnū excelsius altero atq; succrescēs. Po
stea vidi arietē cornib⁹ ventilantē cōtra occi
dentē ⁊ cōtra aquilonem et cōtra meridiem:

et oīes bestie non poterāt resistere ei neq3
liberari de manu eius: fecitq3 scđm volūtatē
suā ⁊ magnificatus est. Et ego intelligebā.
Ecce autē hircus caprarū veniebat ab occi-
dente sup faciē totius terre: et nō tangebat
terrā. Porro hircus habebat cornu insigne
inter oculos suos ⁊ venit usq3 ad arietē illu3
cornutū quē viderā stantem ante porta3: et
cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue.
Cūq3 appropinquasset ꝓpe arietē efferatus
est ī eū: et ꝑcussit arietē ⁊ cōminuit duo cor-
nua eius: et nō poterat aries resistē ei. Cūq3
eū misiss3 in terrā cōculcauit: et nemo quibat
liberare arietē de manu eius. Hircus autem
caprarū magnus factus est nimis. Cunq3
creuiss3 fractu3 est cornu magnū: et orta sūt
quatuor cornua subter illō ꝑ quatuor vētos
celi. De vno autē ex eis egressum est cornu
vnū modicū: et factū est grande cōtra meri
diē ⁊ cōtra orientē ⁊ cōtra fortitudinē. Et ma-
gnificatū est usq3 ad fortitudinē celi: et deie-
cit de fortitudine ⁊ de stellis ⁊ cōculcauit eas:
et usq3 ad pricipem fortitudinis magnifica-
tus est. Et ab eo tulit iuge sacrificiū: et deie-
cit locū sanctificacōnis eius. Robur autem
datū est cōtra iuge sacrificiū ꝓpter peccata:
et ꝓsternetur veritas in terra: et ꝓsperabitur
et faciet. Et audiui vnū de sanctis loquētē:
et dixit vnus scūs alteri nescio cui loquēti.
Vsquequo visio ⁊ iuge sacrificiū ⁊ peccatū
desolacōnis q̄ facta est ⁊ sanctuariū ⁊ forti-
tudo cōculcabitur? Et dixit ei. Vsq3 ad vespe
ram ⁊ mane duo milia trecēti: et mūdabitur
sanctuariū. Factū est aūt cū viderem ego
daniel visionē ⁊ quererē intelligentiā: ecce
stetit in conspectu meo quasi species viri. Et
audiui vocē viri inter vlai: ⁊ clamauit ⁊ ait
Gabriel fac intelligē istū visionē. Et venit:
et stetit iuxta ubi ego stabā. Cūq3 venisset:
pauēs corrui in faciem mea3. Et ait ad me.
Intellige fili hoīs: quonia3 in tēpore finis
complebitur visio. Cunq3 loquētur ad me:
collapsus sū ꝓnus in terra3. Et tetigit me et
statuit me ī gradu meo: dixitq3 michi. Ego
ostendā tibi q̄ futura sint in nouissimo male
dictōnis: quoniā habet tempus finē suum.
Aries quem vidisti habere cornua: rex me
dorꝝ est atq3 ꝑsarū. Porro hircus capraru3
rex grecorꝝ ē: et cornu grande qđ erat inter
oculos eius ipe est rex p̄mus. Quod aūt
fracto illo surrexerīt quatuor ꝓ eo: quatuor
reges de gente eius cōsurgēt: s3 nō in fortitu
dine eius. Et post regnū eorꝝ cū creuerint
iniq̄tates. cōsurget rex impudēs facie et in-
telligēs ꝓposicōes: et roborabitur fortitudo
eius sed non in viribꝫ suis. et supra q̄ꝫ credi
potest vniūsa vastabit: et ꝓsꝑabit᷑ et faciet.
Et interficiet robustos ⁊ populum sanctorꝝ
secundu3 volūtatem suam: et diriget᷑ dolus
in manū eius ⁊ cor suū magnificabit: et in co-
pia rerꝝ oīm occidet plurimos. Et cōtra prī-
cipē principū cōsurget: et sine manu cōteret᷑.
Et visio vespe et mane q̄ dicta ē vera est. Tu
ergo visionē signa: q꜡ post multos dies erit.
Et ego daniel lāgui ⁊ egrotaui ꝑ dies. Cū3
surrexisse3 faciebā opa regis: et stupebā ad
visionē: et nō erat qui interp̄taretur. IX

IN anno p̄mo darij filij assueri de semine me
dorꝝ q̄ imperauit sup regnū chaldeorꝝ an-
no vno regni eius ego daniel intellexi in li-
bris numeru3 annorꝝ de quo factus ē smo
domini ad iheremiam ꝓphetā: ut cōplerētur
desolacōis ihrlm septuaginta āni. Et posui
faciem meā ad dominū deū meu3 rogare et
deꝑcari ī ieiunijs sacco ⁊ cinere: ⁊ oraui dnm
deū: et cōfessus sū ⁊ dixi. Obsecro domine deus
magne ⁊ terribilis custodiēs pactū ⁊ mise-
ricordiā diligētibꝫ te ⁊ custodiētibꝫ māda-
ta tua: peccauimus iniq̄tatē fecimus impie
egimus: et recessimus ⁊ declinauimus a mā
datis tuis ac iudicijs. Nō obediuimus suis
tuis ꝓphetis: qui locuti sūt in nomine tuo re
gibꝫ nostris pricipibꝫ nostris patribꝫ nrīs
oīq3 ꝓplo terre. Tibi domine iusticia: nob
aūt cōfusio faciei sicut est hodie viro iuda et
habitatoribꝫ iherusale3 ⁊ omi israhel: hijs q̄
ꝓpe sūt ⁊ hijs q̄ ꝓcul in vniūsis terris ad q̄s
eiecisti eos ꝓpter iniquitates eorꝝ in quibꝫ
peccauerūt in te domine. Nobis cōfusio faci-
ei: regibꝫ nostris pricipibꝫ nrīs ⁊ pribꝫ nrīs
q̄ peccauerūt. Tibi autē domino deo nostro
misericordia et ꝓpiciatio q꜡ recessimus a te:
et nō audiuimus voce3 domini dei nostri ut
teris. Quare non respicis sup inique agē=
tes: et taces deuorāte impio iustiorē se? Et
facies homines quasi pisces maris: et quasi
reptile nō habēs principē. Totū in hamo
subleuauit: traxit illud in sagena sua: et cō=
gregauit in rete suū. Sup hoc letabit et
exultabit: ꝓpterea immolabit sagene sue:
et sacrificabit reti suo. Quia in ipis incrassa
ta est pars eius: et cibus eius electus. Pro
pter hoc ergo expandit sagenam suam: et
semp interficē gētes nō parcet. II

Super custodiā meam stabo: et figā
gradū sup municōem. Et contemplabor ut
videā quid dicat michi: et quid rūdeam
ad arguentē me. Et rūdit michi dominus.
et dixit. Scribe visū ⁊ explana eū sup tabu
las: ut pcurrat qui legerit eū. Quia adhuc
visus pcul: et apparebit in finē ⁊ nō mētiet.
Si morā fecerit exspecta illū: quia veniens
veniet ⁊ nō tardabit. Ecce qui incredulus
est: non erit recta anima eius in semetipso.
Justus aūt in fide sua viuet. Et quomodo
vinū potātē decipit: sic erit vir supbꝰ ⁊ non
decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus
animā suā: et ipse quasi mors: et non adim
pletur. Et cōgregauit ad se omēs gentes:
et coaceruauit ad se oēs ppłos. Nunquid
non omēs isti sup eū parabolam sument: et
loquelā enigmatū eius? Et dicet. Ve ei:
q̄ multiplicat nō sua. Vsq3 quo ⁊ aggrauat
contra se densū lutū? Nunquid non repente
consurgēt qui mordeāt te? Et suscitabūtur
lacerātes te: et eris i rapinā eis. Quia tu spo
liasti gentes multas. spoliabūt te omēs q̄
reliqui fuerint de ppłis: ꝓpter sanguinē hoīs
et iniquitatē terre ciuitatis. et omniū habi
tātiū i ea. Ve qui cōgregat auariciā malā
domui sue: ut sit i excelso nidus eius: et libe
rari se putat de manu mali. Cogitasti cōfu=
sionē domui tue: concidisti pplos multos:
et peccauit anima tua. Quia lapis de parie=
te clamabit et lignū quod inter iuncturas
edificiorū ē respondebit. Ve q̄ edificat ci=
uitatē in sanguinibꝰ: ⁊ pparat vrbē i iniqta
te. Nūquid nō hec sūt a domino exercituū?
Laborabūt enī ppli in multo igni: et gētes
in vacuū ⁊ deficiēt. Quia replebit terra ut
cognoscant gloriā domini: q̄si aque opien=
tes mare. Ve qui potū dat amico suo. mit
tens fel suū: et inebriās ut aspiciat nudita
tē eius. Repletus ē ignominia p gloria. Bi
be tu q3: ⁊ cōsopire. Circūdabit te calix dex
tere dñi: et vomitus ignominie sup gloriā3
tuā. Quia iniquitas libani opiet te: et vasti
tas animaliū deterrebit eos: de sanguinibꝰ
hominis ⁊ iniquitate terre ⁊ ciuitatis: et oīm
habitantiū in ea. Quid pdest sculptile q̄
sculpsit illud fictor suus cōflatile ⁊ imaginē
falsam: q̄ sperauit i figmēto fictor eius ut
faceret simulacra muta? Ve q̄ dicit ligno
expgiscere: surge lapidi tacenti. Nūquid
ipe docere poterit? Ecce iste coopt9 ē au=
ro ⁊ argento: et omnis spiritus non ē in vi
sceribus eius. Dominus autem in templo
sancto suo: sileat a facie eius omnis terra.

Oratio abbacuc pphete pro ignorātiis. III

Domine audiui auditionem tuam:
et timui. Dñe opus tuū: in medio
annorū viuifica illud. In medio an
norū notū facies: cū iratus fueris misericordie
recordaberis. Deus ab austro veniet: ⁊ scūs
de mōte pharan. Semp. Operuit celos glo
ria eius: et laudis eius plena ē terra. Splē
dor eius ut lux erit: cornua i manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: āte faciē
eius ibit mors. Egredietur dyabolus ante

pedes eius: stetit et mensus est terrã. Aspexit et dissoluit gẽtes: et contriti sunt mõtes seculi. Incuruati sũt colles mũdi: ab itineribus eternitatis eius. Pro iniq̃tate vidi tentoria ethiopie: turbabũtur pelles terre madian. Nũquid in fluminibus iratus es dñe: aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua? Qui ascendes sup equos tuos: et quadrige tue saluatio. Suscitãs suscitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus que locutus es. Semper. Fluuios scindẽs terre: viderũt te et doluerũt mõtes: gurges aquarum transijt. Dedit abissus vocẽ suã: altitudo manus suas leuauit. Sol et luna steterũt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibũt: in splẽdore fulgurãtis haste tue. In fremitu conculcabis terram: et in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui: in salutẽ cũ cristo tuo. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamẽtũ usq3 ad collũ. Semper. Maledixisti sceptris eius: capiti bellatorum eius venientibus ut turbo ad dispergendũ me. Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat paupem in abscondito. Viã fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum. Audiui et conturbatus est venter meus: a voce contremuerũt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulacõnis: ut ascendam ad populũ accinctũ nostrum. Ficus enim nõ florebit: et nõ erit germen in vineis. Mentietur opus oliue: et arua nõ afferẽt cibũ. Abscidetur de ouili pecus: et nõ erit armentũ in presepibus. Ego aũt in dño gaudebo: et exultabo in deo ihesu meo. Deus dñs fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorum. Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canẽtẽ.

Expl abbacuc pph̃a Incip sophonias pph̃

Verbum dñi qd factum est ad sophoniã filium chusi filij godolie filij amarie filij ezechie: in diebus iosie filij ammon regis iuda. Congregãs cõgregabo omnia a facie terre dicit dñs: cõgregãs hominem et pecus: congregans volatilia celi et pisces maris. Et ruine impiorum erũt: et disperdã homines a facie terre dicit dñs. Et extendam manũ meã sup iudam et sup omnes habitãtes ierusalẽ: et disperdam de loco hoc reliq̃as baal et nomina edituorum cũ sacerdotibus: et eos qui adorãt sup tecta miliciã celi: et adorãt et iurant in domino et iurant in melchon: et qui auertuntur de post tergum domini: et qui nõ quesierũt dominũ: nec inuestigauerunt eũ. Silete a facie dñi dei: quia iuxta est dies dñi. Quia preparauit dñs hostiam: sanctificauit vocatos suos. Et erit: in die hostie domini visitabo sup principes et sup filios regum et sup omnes qui induti sũt veste pegrina. Et visitabo sup omnem qui arrogãter ingreditur sup limẽ in die illa: qui complent domũ dñi dei sui iniquitate et dolo. Et erit in die illa dicit dominus vox clamoris a porta piscium et vlulatus a secũda: et cõtritio magna a collibus. Vlulate habitatores pile. Cõticuit omnis populus chanaan: disperierũt omnes inuoluti argento. Et erit: in tẽpore illo scrutabor ierusalem in lucernis et visitabo sup viros defixos in fecibus suis: qui dicũt in cordibus suis. Nõ faciet bene dñs: et nõ faciet male. Et erit fortitudo eorum in direpcõem: et domus eorum in desertũ. Et edificabũt domus et nõ habitabũt: et plãtabũt vineas et nõ bibẽt vinũ earũ. Iuxta est dies dñi magnus: iuxta est et velox nimis. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa: dies tribulacõis et angustie: dies calamitatis et miserie: dies tenebrarum et caliginis: dies nebule et turbinis: dies tube et clãgoris sup ciuitates munitas et sup angulos excelsos. Et tribulabo homines: et ãbulabũt ut ceci: quia dño peccauerũt. Et effundetur sanguis eorum sicut humus: et corpora eorum sicut stercora. Sed et argentũ eorum et aurũ eorum nõ poterit liberare eos: in die ire domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quia cõsumacõnẽ cũ festinacõe faciet cũctis habitãtibus terrã.

II

Conuenite congregamini gẽs nõ amabilis: priusq̃ pariat iussio quasi puluerẽ transeuntẽ diẽ: anteq̃ veniat sup vos ira furoris domini. Querite dominũ omnes mansueti terre qui iudiciũ eius estis operati. Querite iustũ querite mansuetũ: si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia

gaza destructa erit: et ascalon in desertum. Azotū in meridie eiciēt: et accaron eradicabitur. Ve q̄ habitatis funiculū maris: gēs pditoꝝ. Verbū dn̄i sup vos chanaan terra philistinoꝝ: et disꝑdam te ita ut nō sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastoꝝ: et caule pecoꝝ. Et erit funiculus eius q̄ remāserit de domo iuda. Ibi pascēt in domib; ascalonis: ad vesꝑm requiescent. Quia visitabit eos dominus deus eoꝝ: et auˀtet captiuitatē eoꝝ. Audiui oꝓprobriū moab et blasphemias filioꝝ amon que exꝓbrauerūt populo meo: et magnificati sunt sup terminos eoꝝ. Propterea viuo ego dicit dominus exercituū: deus israhel. Quia moab ut sodoma erit et filij amon q̄si gomorra: siccitas spinaꝝ ⁊ aceerui salis: et desertū usq; in eternū. Reliquie ꝑpli mei diripient illos: residui gentis mee possidebunt illos. Hoc enim eis eueniet pro supbia sua: qua blasphemauerūt et magnificati sūt sup populum domini exercituū. Horribilis dn̄s sup eos: et attenuabit omēs deos terre. Et adorabūt eū viri de loco suo: omēs insule gentiū. Sz et vos ethiopes: interfecti gladio meo eritis. Et extendet manū suā sup aquilonem: et perdet assur. Et ponēt speciosam in solitudinē ⁊ in inuiū: ⁊ quasi desertū. Et accubabūt in medio eius greges. omēs bestie gētiū: et onocrotalus et hericius in liminib; eius morabūtur. Vox cantantis in fenestra: coruus i supliminari: qm̄ attenuabo robur eius. Hec ē ciuitas gloriosa habitās i ɔfidētia: q̄ dicebat in corde suo. Ego sū: et extra me non est alia amplius. Quō facta est in desertū: cubile bestie? Omnis qui transit ꝑ eā sibilabit: et mouebit manū suā.

III

Ve ꝓuocatrix ⁊ redempta ciuitas. columba. Non audiuit vocē: et nō suscepit disciplinā. In domino nō est confisa: ad deū suū nō aꝓpinquauit. Principes eius in medio eius: quasi leones rugientes. Iudices eius lupi vespe: nō relinquebant in mane. Prophete eius vesani: viri infideles. Sacerdotes eius pollueūrt sanctū: iniuste egerūt contra legē. Dominus iustus i medio eius: non faciet iniquitatē. Mane mane iudiciū suū dabit in luce: et nō abscōdet. Nesciuit autē iniquus confusionē. Disꝑdidi gentes: et dissipati sūt anguli eaꝝ. Desertas feci vias eoꝝ: dū non est qui transeat. Desolate sūt ciuitates eoꝝ: nō remanēte viro neq; vllo habitatore. Dixi. Attamen timebis me: suscipies disciplinā. Et nō ꝑibit habitaculum eius: ꝓpter oīa i quib; visitaui eā. Verūtamē diluculo surgētes corruperūt omēs cogitacōes suas. Quapropter exspecta me dicit dn̄s in die resurrectōis mee in futurū: q2 iudiciū meū ut ɔgregē gētes ⁊ colligā regna. Et effundā sup eos indignacōnem meā: omēz iram furoris mei. In igne eni zeli mei deuorabit oīs t̄ra. Quia tūc reddant populis labiū electū: ut inuocēt oēs nomē domini: et seruiant ei humero vno. Vltra flumina ethiopie. inde supplices mei: filij disꝑsoꝝ meoꝝ deferent munus michi. In die illa non confunderis sup cūctis adinuētionibus tuis: quib; ꝑuaricata es i me. Quia tūc auferā de medio tui magniloquos supbie tue: et nō adicies exaltari amplius in mōte sancto meo. Et derelinquā in medio tui populū pauperē et egenū: et sperabūt in nomine domini. Reliquie israhel nō faciēt iniquitatē nec loquent mendaciū: et nō inuenietur in ore eoꝝ lingua dolosa. Quoniam ipi pascent ⁊ accubabūt: et nō erit qui exterreat. Lauda filia syon: iubilato isrl̄. Letare ⁊ exulta i omi corde filia iherusalē. Abstulit dominus iudiciū tuū: auertit inimicos tuos. Rex israhel dominus in medio tui: nō timebis malū vltra. In die illa dicet ihrl̄m. Noli timere syon: non dissoluant manus tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis: ipse saluabit. Gaudebit sup te i leticia: silebit i dilectione tua: et exultabit sup te i laude. Nugas qui a lege recesserāt ɔgregabo quia ex te erāt: ut nō vltra habeas sup eis oꝓprobriū. Ecce ego interficiā omēs q̄ afflixerūt te in tēpore illo: et saluabo claudicantē: et eam q̄ eiecta fuerat ɔgregabo. Et ponam eos in laudē et in nomē in omni t̄ra confusionis eoꝝ: in tēpore illo quo adducam vos: et in tempore quo ɔgregabo vos. Dabo eni vos i nomē ⁊ in laudē omib; ꝑplis terre: cū ɔuertero captiuitatē vr̄az corā oculis vestris dic̄ dn̄s. Expl̄. sophonias ꝓpha

In anno scđo darij regis in mense sexto
in die vna mensis factū est vbū dñi i manū
aggei ꝓphete ad zorobabel filium salathiel
ducē iuda: et ad ihesū filiū iosedech sacer=
dotē magnū dicēs. Hec ait dñs exercituū
dicens. Populus iste dicit. Nondū venit
tempus domus domini edificāde. Et factū
est vbū dñi in manu aggei ꝓphete dicens.
Nūquid tempus vobis est ut habitetis
in domib9 laqueatis: et domus ista deserta?
Et nūc hec dicit dñs exercituū. Ponite cor=
da vr̄a sup vias vestras. Seminastis multū:
et intulistis parū. Comedistis: et nō estis sa
ciati. Bibistis: et nō estis inebriati. Operu=
istis vos: et nō estis calefacti. Et mercedes
congregauit: misit eas in sacculū pertusū.
Hec dicit dñs exercituū. Ponite corda vr̄a
sup vias vr̄as. Ascendite in montē portate
lignū: et edificate domū et acceptabilis mi
chi erit: et glorificabor dicit dñs. Respexistis
ad amplius: et ecce factū ē minus. Et intuli=
stis in domū: et exsufflaui illud. Quam ob
causam dicit dñs exercituū? Quia domus
mea deserta est: et vos festinastis vnusquis=
q3 in domū suā. Propter hoc sup vos ꝓhi=
biti sūt celi ne darēt rorem: et terra ꝓhibi=
ta ē ne daret germē suū. Et vocaui siccita=
tē sup terrā et sup mōtes et sup triticū et sup
vinū et sup oleū et queciiq3 profert humus:
et sup homines et sup iumenta: et sup omē3
laborē manuū. Et audiuit zorobabel filius
salathiel et ihesus filius iosedech sacerdos
magnus et omēs reliqui populi vocē dei sui
et vba aggei ꝓphete sicut misit eū dñs deus
eoꝝ ad eos: et timuit oīs populus a facie
dñi. Et dixit aggeus nuncius dñi de nūcijs
domini populo dicēs. Ego vobiscū dicit do
minus. Et suscitauit deus spiritū zorobabel
filij salathiel ducis iuda et spm̄ ihesu filij io=
sedech sacerdotis magni et spm̄ reliquorū
de omni populo: et ingressi sunt et faciebant
opus in domo domini exercituū dei sui. II

In die vicesima et quarta mēsis in sexto mē=
se, in anno secundo darij regis in septimo
mense vicesima et prima mensis: factū est
verbū domini in manu aggei ꝓphete dicēs.
Loquere ad zorobabel filiū salathiel ducem
iuda et ad ihesū filiū iosedech sacerdotem
magnū: et ad reliquos populi dicēs. Quis
in vobis est derelictus qui vidit domū istā
in gloria sua pͥma? Et qd̾ vos videtis hanc
nunc? Nunquid non ita ē quasi non sit in
oculis vr̄is? Et nūc confortare zorobabel dicit
dñs: et confortare ihesu fili iosedech sacer=
dos magne: et confortare oīs populus terre
dicit dñs exercituū et facite: quoniā ego vo=
biscū sū: dicit dñs exercituū. Verbu3 quod
placui vobiscū cū egrederemini de tr̄a egi=
pti: et spūs meus erit in medio vr̄m. Noli=
te timere: quia hec dicit dñs exercituū. Adhuc
vnū modicū est: et ego commouebo celū et ter
ram et mare et aridā. Et mouebo omēs gētes:
et veniet desideratus cūctis gentib9. Et im=
plebo domū istā gloria: dicit dñs exercituū.
Meū est argentū et meū est aurū: dicit dñs
exercituū. Magna erit gloria domus istius
nouissime plusq̄ prime: dicit dñs exercituū.
Et in loco isto dabo pacē: dicit dñs exerci=
tuū. In vicesima et quarta noni mensis i anno
secūdo darij regis: factū ē vbū domini ad
aggeū ꝓphetam dicēs. Hec dicit dominus
exercituū. Interroga sacerdotes legē dicēs.
Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora ve
stimēti sui et tetigerit de summitate eius pa=
nē aut pulmentū aut vinū aut oleū aut omē3
cibū: nunquid sanctificabitur? Respōdētes
autē sacerdotes dixerūt. Nō. Et dixit ag=
geus. Si tetigerit pollutus in anima ex omni
bus hijs nūquid contaminabit̾? Et rūderūt
sacerdotes: et dixerūt. Contaminabit̾. Et
rūdit aggeus et dixit. Sic populus iste et
sic gēs ista ante facie3 meā dicit dñs: et sic
omē opus manuū eoꝝ: et omnia q̄ obtulerīt
michi contaminata erūt. Et nūc ponite corda
vestra a die hac et supra anteq̄ poneret̾ lapis
sup lapidē in templo domini: cū accederetis
ad aceruū viginti modioꝝ et fierēt decē:
et intraretis ad torcular ut exprimeretis qui
quaginta lagenas et fiebāt viginti. Percus
si vos vento vrēte: et aurugine et grandine
omnia opera manuū vr̄aꝝ: et nō fuit i vobis
qui reuerteret̾ ad me dicit dñs. Ponite cor
da vestra ex die ista et in futurū a die vicesi=
ma et quartā noni mensis: a die q̄ fundamēta
iacta sunt tēpli domini ponite sup cor vr̄m.

Nunquid iã semen in germine est? Et ad-
huc vinea et ficus et malogranatũ et lignum
olive nõ floruit. Ex die ista benedicam. Et
factũ est verbũ dñi scđo ad aggeũ in vice-
sima et quarta mensis dicẽs. Loquẽ ad zoro-
babel ducẽ iuda dicens. Ego movebo celũ
pariter et terrã: et subvertã soliũ regnoꝝ:
et conterã fortitudinẽ regni gentiũ. Et sub
vertã quadrigã et ascensorẽ eius: et descen
dent equi et ascensores eoꝝ: vir in gladio
fratris sui. In die illo dicit dñs exercituũ as
sumã te zorobabel fili salathiel serve meus
dicit dominus: et ponam te quasi signacu-
lũ: quia te elegi dicit dominus exercituum.

Expł aggeus ꝓpħa Incip̄ zacharias ꝓpħa

In mense octavo in ãno scđo darij regis:
factũ est verbũ domini ad zachariam filiũ
barachie filij addo ꝓphetam. Iratus ẽ dñs
sup prẽs vr̃os iracũdia. Et dices ad eos.
Hec dicit dñs exercituũ. Convertimini ad
me ait dominus exercituũ. Et convertar ad
vos dicit dñs exercituũ. Ne sitis sicut prẽs
vestri ad quos clamabant ꝓphete priores
dicẽtes hec dicit dñs exercituũ. Cõvertimini
de vijs vestris malis et cogitationibꝰ vr̃is
pessimis: et nõ audierũt neq; attenderunt
ad me dicit dñs. Patres vestri ubi sunt et
ꝓphete? Nunquid in sempiternũ vivent?
Veruntamẽ v̄ba mea et legitima mea que
mandavi servis meis ꝓphetis: nunquid nõ
cõprehenderũt patres vr̃os? Et cõversi sũt
et dixerũt. Sicut cogitavit dñs exercituũ
facere nobis scđm vias nostras et secũdũ
adinvencões nostras: fecit nobis. In die
vicesima et quarta undecimi mẽs sabbath
in anno secundo darij: factũ est verbũ dñi
ad zachariã filiũ barachie filij addo ꝓphe
tam dicens. Vidi p nocte: et ecce vir ascẽ
dens super equũ rufum. et ipse stabat inter
mirteta que erãt in ꝓfundo: et post eũ equi
rufi varij et albi. Et dixi. Quid sũt isti domi-
ne? Et dixit ad me angelus domini qui lo-
quebat' in me. Ego ostendã tibi quid sint
hec. Et rñdit vir qui stabat inter mirteta et
dixit. Isti sũt quos misit dominus: ut pam-
bulẽt terrã. Et responderũt angelo dñi qui
stabat inter mirteta: et dixerũt. Perambula
vimus terrã: et ecce omis terra habitat' et
quiescit. Et rñdit angelus dñi et dixit. Do-
mine exercituũ usq; quo tu nõ misereberis
ierusalẽ et urbiũ iuda quibꝰ iratus es? Iste
iã septuagesimus annus est. Et rñdit dñs
angelo q̄ loquebat' in me verba bona: ver-
ba cõsolatoria. Et dixit ad me angelus qui
loquebat' in me. Clama dicens. Hec dicit
dominus exercituũ. Zelatus sum ierusalẽ et
syõ zelo magno. Et ira magna ego irascor
sup gẽtes opulẽtas: quia ego iratus sũ parũ:
ipsi vero adiuverunt in malũ. Propterea
hec dicit dominus. Revertar ad ierusalẽ in
misericordijs: et domus mea edificabitur
in ea ait dñs exercituũ: et ꝑpendiculũ extẽ-
det' sup ierusalẽ. Adhuc clama dicẽs. Hec
dicit dñs exercituũ. Adhuc affluẽt civitates
mee bonis: et cõsolabit' adhuc dñs syon: et
eliget adhuc ierlm. Et levavi oculos me-
os et vidi: et ecce q̄tuor cornua. Et dixi ad
angelũ q̄ loq̄batur in me. Quid sũt hec? Et
dixit ad me. Hec sũt cornua: que ventilave
rũt iudã et israhel et ierlm. Et ostẽdit michi
dominus quatuor fabros. Et dixi. Quid isti
veniunt facere? Qui ait dicens. Hec sunt
cornua q̄ ventilaverũt iudam p singulos vi
ros: et nemo illoꝝ levavit caput suũ. Et ve
nerũt isti deterrere ea: ut deiciãt cornua gẽ
tiũ q̄ levaverũt cornua sup terram iuda: ut
dispgerẽt eã.

II

Et levavi oculos meos et vidi: et ecce vir et in manu eius
funiculus mensoꝝ. Et dixi. Quo tu vadis?
Et dixit ad me. Ut metiar iudeam et ierlm
quanta sit latitudo eius: et quanta lõgitudo
eius. Et ecce angelus q̄ loquebatur in me
egrediebat': et alius angelus egredieba-
tur in occursũ eius: et dixit ad eũ. Curre: lo
quere ad puerũ istũ dicẽs. Absq; muro ha
bitabit' ierusalẽ pre multitudine hominũ
et iumẽtoꝝ i medio eius. Et ego ero ei ait
dominus murus ignis in circuitu: et i gloria
ero in medio eius. O o fugite de terra aq̄-
lonis dicit dominus: quoniã i quatuor ven-
tos celi dispsi vos dicit dñs. O syon fuge q̄
habitas apud filiã babilonis: quia hec dic' do
minus exercituũ. Post gloriam misit me ad
gentes: que spoliaverũt vos. Qui enim te-
tigerit vos: tangit pupillã oculi mei. Quia
ecce ego levo manũ meam sup eos: et erũt

prede hijs qui fuiebāt sibi: et cognoscetis
q2 dn̄s exercituū misit me. Lauda ⁊ letare fi-
lia syō: q2 ecce ego venio ⁊ habitabo in me-
dio tui ait dn̄s. Et applicabūt᷑ gētes multe
ad dominū in die illa: et erūt michi in pplm̄.
Et habitabo in medio tui: et scies quia dn̄s
exercituū misit me ad te. Et possidebit dn̄s
iudā et partē suā in terra sanctificata: et eli-
get iherusalē. Sileat omis caro a facie dn̄i:
q2 ɔsurrexit de habitaculo scō suo.

III

Et ostēdit michi dn̄s ihesū sacerdotē
magnū stantē corā angelo dn̄i: et sa-
than stabat a dextris eius ut adūsaret᷑ ei.
Et dixit dn̄s ad sathan. Increpet dn̄s in te
sathan: et increpet dn̄s i te q̄ elegit ihrlm̄.
Nunquid nō iste torris est erutus de igne?
Et ihesus erat indutus vestibus sordidis: et
stabat ante faciē angeli. Qui rn̄dit: et ait
ad eos qui stabāt coram se dicēs. Auferte
vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ec
ce abstuli a te iniquitatē tuā: et indui te mu
tatorijs. Et dixit. Ponite cidarim mundaz
sup caput eius. Et posuerūt cidarim super
caput eius mundā: et induerūt eū vestib9. Et
angelus domini stabat: ⁊ ɔtestabat᷑ ange
lus dn̄i ihesū dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū.
Si in vijs meis ambulaueris ⁊ custodiam
meā custodieris: tu q3 iudicabis domū meā
et custodies atria mea: ⁊ dabo tibi ambulā
tes de hijs q̄ nūc hic assistūt. Audi ihesus
sacerdos magne: tu et amici tui q̄ habitāt
corā te: q2 viri portendētes sūt. Ecce enim
ego adducā suū meū orientē: q2 ecce lapis
quē dedi corā ihesu: sup lapidē vnū septem
oculi sūt. Et ecce ego celabo sculpturā eius
ait dn̄s exercituū: et auferā iniq̄tatē terre il-
lius i die vna. In die illa dicit dn̄s exercituū:
vocabit vir amicū suū subter vineā ⁊ sbter
ficū.

IIII

Et reuersus ē angelus q̄ loquebat᷑ in me: ⁊ suscitauit me q̄si vi
rū q̄ suscitat᷑ de somno suo. Et dixit ad me.
Quid tu vides? Et dixi. Vidi: et ecce cāde-
labrū aureū totū: et lampas eius sup caput
ipius: et septē lucerne eius sup illud: et sep
tē infusoria lucernis q̄ erāt sup caput eius:
et due oliue sup illud: vna a dextris lampa
dis: et vna a sinistris eius. Et rn̄di: et aio ad
angelū qui loquebatur in me dicēs. Quid
sūt hec domine mi? Et rn̄dit angelus qui lo
quebat᷑ in me: ⁊ dixit ad me. Nūquid nescis
quid sūt hec? Et dixi. Nō domine mi. Et rn̄-
dit: et ait ad me dicēs. Hoc est verbum dn̄i
ad zorobabel dicēs. Non in exercitu nec in
robore: sed in spū meo dicit dn̄s exercituū.
Quis tu mons magne coram zorobabel in
planū? Et educet lapidē p̄marium: et exequa
bit gratiā gratie eius. Et factū est v̄bū dn̄i
ad me dicēs. Manus zorobabel fundauerūt
domū istā: ⁊ manus eius pficiēt eā: et scietis
q2 dn̄s exercituū misit me ad vos. Quis eni
despexit dies paruos? Et letabūtur: et vide-
būt lapidē stagneū i manu zorobabel. Se
ptem sūt isti oculi domini: q̄ discurrūt in vni
uersam terrā. Et rn̄di: et dixi ad eū. Quid
sunt due oliue, iste ad dexterā cādelabri et
ad sinistrā eius? Et rn̄di secūdo: et dixi ad
eū. Quid sūt due spice oliuaꝝ que sūt iuxt
duo rostra aurea: in quib9 sunt suffusoria
ex auro? Et ait ad me dicēs. Nūquid nescis
quid sunt hec? Et dixi. Nō domine mi. Et
dixit. Isti sūt duo filij olei splendoris: qui
assistunt dn̄atori vniuerse terre.

V

Et conuersus sū: ⁊ leuaui oculos meos
et vidi: et ecce volumen volās. Et dixit ad
me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video
volumē volās: lōgitudo eius viginti cubi-
toꝝ: et latitudo eius decē cubitoꝝ. Et dixit
ad me. Hec ē maledictō q̄ egrediet᷑ sup
faciē omis terre: q2 omis fur sicut ibi scptū
est iudicabitur: et omnis iurans ex hoc simi
liter iudicabitur. Educā illud dicit dominus
exercituū: et veniet ad domū furis ⁊ ad domū
iurantis in nomine meo mēdaciter. et ɔmo-
rabit᷑ in medio domus eius: et ɔsumet eū et
ligna eius ⁊ lapides eius. Et egressus ē an
gelus q̄ loquebat᷑ in me: et dixit ad me. Le
ua oculos tuos et vide. Quid est hoc quod
egredit᷑? Et dixi. Quidnā est? Et ait. Hec
est anfora egrediēs. Et dixit. Hec ē oculus
eoꝝ in vniūsa terra. Et ecce talentū plūbi
portabatur: et ecce mulier vna sedēs in me
dio anfore. Et dixit. Hec ē impietas. Et p-
iecit eā in medio anfore: et misit massaz plū
beam in os eius. Et leuaui oculos meos et
vidi: et ecce mulieres egrediētes: et spūs
in alis earum. Et habebāt alas quasi alas

miliui: et leuauerũt anforã inter terrã ⁊ celũ. Et dixi ad ãgelũ qui loquebatᷣ in me. Quo iste deferũt anforã? Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in t̃ra sennaar: ⁊ stabiliatᷣ et ponatᷣ ibi sup basem suã.

VI

Et cõuũsus sũ: et leuaui oculos meos et vidi: et ecce quatuoꝛ quadrige egrediẽtes de medio duoꝝ montiũ: et montes. mõtes erei. In quadriga ꝑma equi rufi: in quadriga secũda equi nigri: in quadriga t̃cia equi albi: ⁊ in quadriga quarta equi varij et fortes. Et respondi: et dixi ad angelũ qui loquebatᷣ in me. Quid sũt hec domine mi? Et r̃ndit angelus: et ait ad me. Isti sũt quatuoꝛ venti celi: q̃ egrediũtᷣ ut stẽt corã dñatore omis terre. In q̃ erant equi nigri egrediebãtur ĩ terrã aq̃lonis: et albi egressi sunt post eos: et varij egressi sũt ad terrã austri. Qui aũt erant robustissimi exierũt: et querebãt ire ⁊ discurrẽ p omnẽ terrã. Et dixit. Ite: et pambulate terrã. Et pambulauerũt terrã. Et vocauit me: et locutus est ad me dicẽs. Ecce q̃ egrediũtᷣ in terrã aquilonis: requiescere fecerũt spm̃ meũ ĩ terra aq̃lonis. Et factũ est v̾bũ dñi ad me dicens. Sume a transmigracõne ab oldai et a thobia ⁊ ab idaia ⁊ venies tu in die illa ⁊ intrabis domũ iosie filij sophonie q̃ venerunt de babilone: et sumes aurũ ⁊ argẽtũ ⁊ facies coronas ⁊ pones in capite ihu filij iosedech sacerdotis magni: et loqueris ad eũ dicẽs. Hec ait dñs exercituũ dicẽs. Ecce vir: oriens nomẽ eius. Et subter eũ orietur: et edificabit templũ domino: et ipse extruet templũ dño. Et ip̃e portabit gloriã: et sedebit et dominabitᷣ sup solio suo. Et erit sacerdos sup solio suo: et ɔsiliũ pacis erit inter illos duos. Et corone erũt helem ⁊ thobie ⁊ idaie et hen filio sophonie: memoriale in templo domini. Et qui ꝓcul sũt venient ⁊ edificabunt in templo dñi: et scietis q̃ dñs exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc: si auditu audieritis vocem dñi dei vestri.

VII

Et factũ ẽ in ãno quarto darij regis: factũ ẽ v̾bũ dñi ad zachariã ĩ quarta mensis noni q̃ est casleu. Et miserunt ad domũ dei sarasar ⁊ rogomelech ⁊ viri q̃ erãt cũ eis ad dep̃candam faciẽ dñi: ut dicerent sacerdotibꝫ domus dñi exercituũ et ꝓphetis loquentes. Nunquid flendum est michi in quinto mense: vel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Et factũ est v̾bũ domini exercituũ ad me dicẽs. Loquere ad omẽ populũ terre: et ad sacerdotes dicẽs. Cũ ieiunaretis ⁊ plangẽtis ĩ quinto ⁊ septimo p hos septuaginta ãnos: nũq̃d ieiuniũ ieiunastis michi? Et cũ ɔmedistis ⁊ bibistis: nũq̃d nõ vobis comedistis ⁊ vobismetipis bibistis? Nunquid nõ hec sũt verba que locutus ẽ dñs in manu ꝓphetaꝝ prioꝝ cũ adhuc iherusalẽ habitaretᷣ et esset opulẽta: ip̃a et vrbes in circuitu eius. et ad austrũ et in cãpestribꝫ habitaretur? Et factũ ẽ verbum domini ad zachariã dicens. Hec ait dominus exercituũ dicens. Iudiciũ verum iudicate: et misericordiã ⁊ miseracõnes facite vnusquisq̃ cũ fratre suo. Et viduã ⁊ pupillũ et aduenã et pauperẽ nolite calũniari: et malũ vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerũt attendere ⁊ auerterũt scapulã recedẽtes: et aures suas aggrauauerũt ne audirẽt: et coꝛ suũ posuerũt ut adamãtẽ ne audirẽt legẽ et v̾ba q̃ misit dñs exercituũ ĩ spũ suo scõ p manũ ꝓphetaꝝ prioꝝ. Et facta ẽ indignatio magna a dño exercituũ. Et factũ ẽ: sic locutus sũ ⁊ nõ audierũt: sic clamabũt ⁊ nõ exaudiã dicit dñs exercituũ. Et dispsi eos p omia regna q̃ nesciunt: et terra desolata ẽ ab eis eo q̃ non esset trãsiens ⁊ reuẽtẽs: et posuerũt terrã desiderabilẽ in desertũ.

VIII

Et factũ ẽ v̾bũ domini exercitium dicens. Hec dicit dominus exercituũ. Zelatus sum syon zelo magno: et indignatione magna zelatus sũ eã. Hec dicit dñs exercituũ: reuersus sum ad syon: et habitabo in medio iherusalẽ. Et vocabitᷣ iherusalẽ ciuitas veritatis: et mõs dñi exercituũ mons sanctificatus. Hec dic̃ dñs exercituũ. Adhuc habitabũt senes ⁊ anus in plateis iherusalẽ: et viri baculus in manũ eius pre multitudine dierũ. Et platee ciuitatis ɔplebũtᷣ infantibꝫ: et puellis ludẽtibꝫ in plateis eius. Hec dicit dñs exercituũ. Si videbitur difficile in oculis reliquiaꝝ ꝑpli huius in diebꝫ illis: nunquid ĩ oculis meis difficile erit dicit dominus exercituũ? Hec

dicit dn̄s exercituū. Ecce ego saluabo ꝑpl'm
meū de terra oriētis ⁊ de terra occasus solis:
et adducā eos ⁊ habitabūt ī medio ihrl'm:
et erūt michi in populū ⁊ ego ero eis in deū
in veritate ⁊ in iusticia. Hec dic̄ dn̄s exerci-
tuū. Confortentur manus vestre qui auditis
in hijs diebꝫ ſmones istos p os ꝓphetaꝝ:
in die qua fundata est domus dn̄i exercituū
ut templū edificaretur. Siquidē ante dies
illos merces hominū non erat nec merces
iumētoꝝ erat: neqꝫ introeunti ⁊ exeūti erat
pax p̄ tribulacōe: et dimisi om̄es homines
vnūquēqꝫ contra ꝓximū suū. Nūc autē
nō iuxta dies priores ego faciā reliquijs
populi huius dicit dn̄s exercituū: sed semē
pacis erit. Vinea dabit fructū suū: ⁊ terra
dabit germē suū. Et celi dabūt rorē suum:
et possidere faciam reliquias populi huius
vniūsa hec. Et erit: sicut eratis maledictio
in gentibꝫ domus iuda ⁊ domus israhel: sic
saluabo vos et eritis benedictio. Nolite ti-
mere. Confortent̄ manus vestre: quia hec
dicit dn̄s exercituū. Sicut cogitaui ut af-
fligerē vos cū ad iracundiam ꝓuocassent
patres vestri me dicit dominus ⁊ non sū mi
sertus: sic conuūsus cogitaui in diebus istis
ut benefaciā iherusalem ⁊ domui iuda. No-
lite timere. Hec sūt ergo v̄ba que facietis.
Loquimini veritatē vnusquisqꝫ cū ꝓximo
suo. Veritatē et iudiciū pacis iudicate in
portis vestris: et vnusquisqꝫ malū cōtra ami
cū suū ne cogitetis in cordibꝫ vestris: ⁊ iura
mentū mendax ne diligatis. Omnia enim
hec sūt que odi dicit dn̄s. Et factū est v̄bū
domini exercituū ad me dicens. Hec dicit
dn̄s exercituum. Ieiuniū quarti et ieiunium
quinti ⁊ ieiuniū septimi et ieiuniū decimi erit
domui iude ī gaudiū ⁊ in leticiā: et in solēni-
tates p̄claras. Veritatē tantū ⁊ pacē dili-
gite. Hec dicit dn̄s exercituū. Usqꝫ quo ve-
niant populi ⁊ habitēt in ciuitatibꝫ multis:
et vadāt habitatores vnus ad alterum di
centes. Eamus ⁊ dep̄cemur faciē domini: et
queramus dn̄m exercituū. Vadam etiam
ego. Et venient ꝑpli multi et gentes robu-
ste ad querendū dominū exercituū ī iheru
salem: et dep̄candam faciem dn̄i. Hec dicit
dn̄s exercituū. In diebꝫ illis ī quibꝫ appre-
hendent decem homines ex omnibꝫ linguis
gentiū: et app̄hendēt fimbriā viri iudei dicē
tes: ibimus vobiscum. Audiuimus eni quo-

IX

Oniam deus vobiscum est. Onus v̄bi domini in terra adrach et
damasci requiei eius: q2 dn̄s est oculus ho
minis: ⁊ omniū tribuū israhel. Emath quoqꝫ
in terminis eius: et tyrus ⁊ sydon. Assumpse
rūt quippe sibi sapiētiā valde. Et edificauit
tyrus municōem suā: et coaceruauit argē-
tum quasi humū: et aurū ut lutū plateaꝝ.
Et ecce dn̄s possidebit eā: et p̄cutiet in mari
fortitudinē eius: et hec igni deuorabit̄. Vi-
debit ascalon ⁊ timebit: et gaza ⁊ dolebit ni-
mis: ⁊ accaron quoniā cōfusa est spes eius.
Et peribit rex de gaza: et ascalon nō habita
bitur. Et sedebit separator in azoto: et disp
dam supbiā philistinoꝝ. Et auferam san-
guinē eius de ore eius: et abominacōes ei9
de medio dentiū eius. Et relinquet̄ etiā ipe
deo nostro: et erit quasi dux in iuda: ⁊ acca
ron quasi iebuseus. Et circūdabo domū me-
am ex hijs q̄ militant michi eūtes ⁊ reuertē-
tes: et nō trāsibit sup eos vltra exactor: q2
nūc vidi in oculis meis. Exulta satis filia sy
on: iubila filia ihrl'm. Ecce rex tuus veniet ti
bi iustus ⁊ saluator: ipse paup et ascendens
sup asinā: ⁊ sup pullū filiū asine. Et dispdā
q̄drigā ex ephraim. et equū de iherusalē:
et dissipabit̄ arcus belli. Et loquetur pacē
gētibꝫ: et potestas eius a mari usqꝫ ad ma-
re: et a fluminibꝫ usqꝫ ad fines terre. Tu q̄ꝫ
in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tu-
os de lacu: in quo non est aqua. Cōuertimi
ad municōem vincti spei. Hodie q̄ꝫ annūci
ans duplicia reddam tibi: quoniā extēdi
michi iudā quasi arcū: impleui terrā ephra
im. Et suscitabo filios tuos syō sup filios tu-
os grecia: et ponā te q̄si gladiū fortiū. Et
dominus deus sup eos videbitur: et exibit
ut fulgur iaculum eius. Et dn̄s deus in tuba
canet: et vadet in turbine austri. Dn̄s exerci
tuū ꝓteget eos: et deuorabūt ⁊ subicient lapi
dibꝫ funde. Et bibētes inebriabunt̄ q̄si a vi
no: et replebūtur ut phiale: et quasi cornua
altaris. Et saluabit eos dominus deus eoꝝ
in die illa ut gregē populi sui: quia lapides
sancti eleuabuntur super terrā eius. Quid

enim bonū eius est. et quid pulcrū eius: nisi frumētū electoꝝ ⁊ vinū germinās virgines.

X

Petite pluuiā a domino in tēpore serotino: et dñs faciet niues ⁊ pluuiā ymbris: et dabit eis singulis herbā in agro. Quia simulacra locuta sūt inutile: et diuini viderūt mēdaciū: ⁊ sompniatores locuti sūt frustra: vane cōsolabātur. Idcirco adducti sūt quasi grex: affligent° quia nō est pastor eis. Sup pastores iratus ē furor meus: et sup hircos visitabo. Quia visitauit dñs exercituū gregem suū domū iuda: et posuit eos quasi equū glorie sue in bello. Ex ipso angelus. et ex ipso paxillus: ex ipso arcus prelij: et ex ipso egredietur omīs exactor simul et erūt quasi fortes: cōculcantes lutū viarū ī prelio. Et bellabūt q2 dñs cū eis: et confundentur ascensores equoꝝ. Et confortabo domū iuda: et domū ioseph saluabo. Et conuertam eos q2 miserebor eoꝝ: et erūt sicut fuerūt quando non proiecerā eos. Ego enim dñs deus eoꝝ: et exaudiā eos. Et erūt quasi fortes ephraim: et letabitur cor eoꝝ quasi a vino. Et filij eoꝝ videbūt ⁊ letabūtur: et exultabit cor eoꝝ in dño. Sibilabo eis et congregabo illos: q2 redemi eos. Et multiplicabo eos sicut ante fuerāt multiplicati: et seminabo eos in pplis. Et de longe recordabūtur mei: et viuent cū filijs suis ⁊ reuertentur. Et reducā eos de terra egipti: et de assirijs congregabo eos. Et ad terram galaad ⁊ libani adducā eos: et nō inuenietur eis locus. Et transiet in maris freto: et percutiet in mari fluctus: et cōfundentur omnia profunda fluminis. Et humiliabit° supbia assur: et sceptrū egipti recedet. Confortabo eos in dño: ⁊ in nomine eius ambulabunt dicit dñs.

XI

Aperi libane portas tuas: et comedat ignis cedros tuas. Vlula abies q2 cecidit cedrus: qm magnifici vastati sūt. Vlulate quercus basan: qm succisus ē saltus munitus. Vox vlulatus pastorū: quia vastata est magnificētia eoꝝ. Vox rugitus leonū: qm vastata est supbia iordanis. Hec dicit dñs deus meus. Pasce pecora occisionis: q̄ qui possederāt occidebāt ⁊ nō dolebāt: et vendebāt ea dicentes. Bñdictus dñs: diuites facti sum9. Et pastores eoꝝ nō parcebāt eis: et ego non parcam vltra sup habitantes terrā dicit dñs. Ecce ego tradam homines. vnumquēq3 in manu pximi sui. et in manu regis sui: et cōcident terrā ⁊ nō eruā de manu eoꝝ: et pascā pecus occisionis pter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi michi duas virgas: vnā vocaui decorē ⁊ alterā vocaui funiculū: et paui gregē. Et succidi tres pastores in mense vno: et cōtracta est anima mea in eis. Siquidē et anima eoꝝ variauit in me. Et dixi. Nō pascā vos. Quod moritur moriat°: et quod succidit° succidatur: et reliqui deuorēt vnusquisq3 carnē pximi sui. Et tuli virgā meā que vocabat° decus ⁊ abscidi eam: ut irritū facerē fedus meū qd̄ percussi cū omib9 pplis: et in irritū deductū est ī die illa. Et cognouerūt sic paupes gregis qui custodiūt michi: quia verbū dñi est. Et dixi ad eos. Si bonū est in oculis vrīs afferte mercedem meam: et si nō. quiescite. Et appenderūt mercedē meā: triginta argenteos. Et dixit dñs ad me. Proice illud ad statuariū. Decorū preciū: quo appciatus sū ab eis. Et tuli triginta argenteos: et pieci illos ī domo dñi ad statuariū. Et pscidi virgam meā secūdam que appellabat° funiculus: ut dissoluerē germanitatē inter iudā et israhel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorē ī terra qui derelicta nō visitabit. dispsū nō queret: et cōtritū nō sanabit et id qd̄ stat non enutriet: et carnes pinguiū comedet. et vngulas eoꝝ dissoluet. O pastor ⁊ ydolū derelinquēs gregē. Gladius sup brachiū eius: et sup oculū dextrū eius. Brachiū eius ariditate siccabit°: et oculus dexter eius tenebrescēs obscurabit°.

XII

Onus verbi dñi sup israhel. Dixit dñs extendens celū ⁊ fundans terram: et fingēs spm̄ hominis in eo. Ecce ego ponā ihrlm suplimināre crapule omib9 pplis in circuitu: s3 ⁊ iuda erit in obsidione cōtra ihrusalem. Et erit: in die illa ponā ihrusalē lapidem oneris cūctis pplis. Omēs q̄ eleuabūt eam concisione lacerabūtur: et colligētur aduisus eam omnia regna terre. In die illa dicit dñs pcutiā omnē equū in stupore:

et āſcenſorē eius in amentia. Et ſup domū
iuda aperiam oculos meos: et omnē equū
ꝑploꝝ ꝑcutiā cecitate. Et dicēt duces iuda
in corde ſuo. ꝯfortent᷑ michi habitatores
iheruſalē: in domino exercituū deo eoꝝ. In
die illa ponā duces iuda ſicut caminū ignis
in lignis ⁊ ſicut facē ignis in feno: et deuora
būt ad dexterā ⁊ ad ſiniſtrā omēs populos
in circuitu. Et habitabitur iheruſalē rurſus
in loco ſuo i iheruſalē: ⁊ ſaluabit dn̄s taber
nacula iuda ſicut ī pn̄cipio: ut nō magnifice
glorietur domus dauid: et gloria habitan-
tiū ihrl'm cōtra iudā. In die illo ꝓteget do-
minus habitatores ihrl'm. Et erit q̄ offen-
derit ex eis ī die illa quaſi dauid: et domus
dauid quaſi dei: ſicut angelus dn̄i in ꝯſpcū
eius. Et erit in die illa querā ꝯterere omēs
gentes que veniūt cōtra iheruſalē: et effun
dam ſup domū dauid ⁊ ſuper habitatores
ihrl'm ſpiritū gratie ⁊ precū. Et aſpiciēt ad
me quē confixerunt: et plangēt eū planctu
quaſi ſup vnigenitū: et dolebūt ſup eum ut
doleri ſolet in morte ꝑmogeniti. In die illa
magnus erit planctus in iheruſalem ſicut
plāctus ad remmon in cāpo magedon. Et
plāget terra: familie ⁊ familie ſeorſū. Fami
lie domus dauid ſeorſū: ⁊ mulieres eorū ſeor
ſū. Familie domus nathan ſeorſū: et mulie-
res eoꝝ ſeorſū. Familie domus leui ſeorſū:
et mulieres eoꝝ ſeorſū. Familie ſemei ſeor
ſū: ⁊ mulieres eoꝝ ſeorſū. Oēs familie re-
liq: familie ⁊ familie ſeorſū: ⁊ mulieres eoꝝ
IN die illa erit fons patēs XIII ſeorſū.
domus dauid et habitātib; ihrl'm: in ablu
tionē peccatoris et menſtruate. Et erit i die il-
la dic̄ dn̄s exercituū diſpdā nomīa ydolo-
rū de t'ra: et nō memorabūtur vltra. Et pſeu
do ꝓphetas et ſpm̄ immundū auferā de t'ra.
Et erit cū ꝓphetauerit quiſpiā vltra: dicent
ei pr̄ eius ⁊ mater eius qui genuerūt eum.
Non viues: q2 mendaciū locutus es in no-
mine dn̄i. Et configent eū pr̄ eius et mater
eius genitores eius cū ꝓphetauerit. Et erit:
in die illa ꝯfundentur ꝓphete vnuſquiſq; ex
viſione ſua cū ꝓphetauerint: nec operietur
pallio ſaccino ut mentiantur. Sed dicet:
nō ſū ꝓpheta. Homo agricola ego ſū: qm̄
adam exemplū meū ab adoleſcentia mea.

Et dicetur ei. Quid ſūt plage iſte in medio
manuū tuaꝝ? Et dicet. His plagatus ſū
in domo eoꝝ qui diligebāt me. Framea ſu-
ſcitare ſup paſtorē meū: et ſup virū coherē
tem michi dicit dn̄s exercituū. Percute pa
ſtorem: et diſpgentur oues. Et conuertam
manū meā ad paruulos: et erūt in omī ter-
ra dicit dn̄s. Partes due in ea diſpgent᷑ et
deficiēt: ⁊ tercia pars relinquet᷑ in ea. Et du
cam terciā partē ꝑ ignē: et vram eos ſic vri
tur argētū: et ꝓbabo eos ſicut ꝓbat᷑ aurū.
Ipe vocabit nomē meū: ⁊ ego exaudiā eū.
Et dicā: ꝑplus meus es: et ipe dicet. dominus
ECce dies veniūt XIIII deus meus.
dicit dn̄s: et diuident᷑ ſpolia tua ī me
dio tui. Et congregabo omnes gentes ad
iheruſalē ī preliū: et capiet᷑ ciuitas ⁊ vaſta-
bunt᷑ domus: et mulieres violabuntur. Et
egrediet᷑ media pars ciuitatis ī captiuita
tem: et reliquū populi non auferet᷑ ex vrbe.
Et egredietur dn̄s ⁊ pliabitur cōtra gētes
illas: ſicut pliatus eſt in die certaminis. Et
ſtabūt pedes eius in die illa ſup montē oli
uaꝝ: q̄ eſt contra iheruſalē ad orientē. Et
ſcindetur mons oliuaꝝ ex media parte ſui
ad orientē ⁊ ad occidentē: prerupto grandi
valde. Et ſeparabit᷑ mediū montis ad aq
lonē: et mediū eius ad meridiē. Et fugietis
ad vallem montiū eoꝝ: quoniā cōiūget᷑
vallis montiū uſq; ad ꝓximū. Et fugietis
ſicut fugiſtis a facie terremotus ī diebus
oſie regis iuda. Et veniet dominus deus me
us: omeſq; ſancti cū eo. Et erit: in die illa nō
erit lux ſed frigus ⁊ gelu. Et erit dies vna
que nota eſt domino: non dies neq; nox: et
in tempore veſperi erit lux. Et erit: in die illa
exibūt aque viue de iheruſalē. Mediū eaꝝ
ad mare orientale: et mediū eaꝝ ad mare
nouiſſimū. In eſtate ⁊ in hyeme erūt: et erit
dominus rex ſup omēz terrā. In die illa erit
dn̄s vnus: et erit nomē eius vnū. Et reuerte
tur omis terra uſq; ad deſertū: de colle rem-
mon ad auſtrū iheruſalem. Et exaltabit᷑ et
habitabit in loco ſuo a porta beniamin uſq;
ad locū porte prioris ⁊ uſq; ad portam an-
guloꝝ: ⁊ a turri ananehel uſq; ad torcula-
ria regis. Et habitabūt ī ea ⁊ anathema nō
erit āpliuſ. S; ſedebit ihrl'm ſecura: ⁊ hec erit

plaga qua pcutiet dn̄s om̄es gentes q̄ pu
gnauerūt adūsus ihrl'm. Tabescet caro vni
uscuiusq3 stantis sup pedes suos : et oculi
eius contabescent in foraminib9 suis:et lin=
gua eoꝝ contabescet in ore suo. In die illa
erit tumultus dn̄i magnus in eis: et app̄hen
det vir manū proximi sui: et conseretur ma=
nus eius sup manuz proximi sui. Sed ⁊ iu=
das pugnabit aduersus ihrl'm. Et congre
gabuntur diuicie omniū gentiū in circuitu:
aurū et argentū et vestes multe satis. Et sic
erit ruina equi et muli et cameli et asini et o=
mniū iumentoꝝ que fuerint in castris illis:
sicut ruina hec. Et om̄es qui reliqui fuerint
de vniuersis gentib9 que venerūt cōtra ihe=
rusalem: ascendēt ab anno in annū. ut ad=
orent regem dn̄m exercituū: et celebrent fe=
stiuitates tabernaculoꝝ. Et erit qui non a=
scenderit de familijs terre ad ihrl'm ut ad=
orent regem dn̄m exercituū : non erit super
eos ymber. Quod et si familia egipti non
ascenderit ⁊ non venerit: nec super eos erit.
Sed erit ruina qua pcutiet dn̄s om̄es gē=
tes: q̄ nō ascēderint ad celebrandā festiui=
tatē tabnaculoꝝ. Hoc erit peccm̄ egipti et
hoc peccm̄ omniū gentiū : q̄ non ascēderint
ad celebrandā festiuitatē tabnaculoꝝ. In
die illa erit qđ sup frenuz est equi sanctum
dn̄o: et erūt lebetes in domo dn̄i quasi phya
ale coram altari. Et erit om̄is lebes in ihrl'm
et in iuda sanctificatus dn̄o exercituū. Et ve
nient omnes immolantes et sument ex eis:
et coquent in eis. Et non erit mercator vltra
i domo dn̄i exercituū in die illo. Explicit
zacharias p̄pha. Incipit malachias p̄pha.

Onus verbi domini ad
israhel in manu mala=
chie prophete. Dilexi
vos dicit dn̄s . Et di=
xistis. In quo dilexisti
nos? Nonne frater e=
rat esau iacob dicit do=
minus? Et dilexi iacob: esau autē odio ha=
bui. Et posui sepr mōtes eius in solitudinē:
et hereditatē eius in dracones deserti. Quod
si dixerit ydumea destructi sumus s3 reuerten=
tes edificabimus q̄ destructa sunt: hec dicit
dominus exercituū. Isti edificabunt: et ego
destruā. Et vocabuntur termini iniquitatis:
et populus cui iratus est dn̄s usq3 in eternū.
Et oculi vestri videbūt: et vos dicetis . Ma=
gnificet' dn̄s sup terminū israhel. Filius ho=
norat patrem: et seruus dn̄m suuz. Si ergo
pater ego sum ubi ē honor meus : et si dn̄s
ego sū. ubi ē timor meus. dicit dn̄s exercituū?
Ad vos o sacerdotes: qui despicitis nomen
meū. Et dixistis. In quo despeximus nomē
tuū? Offertis sup altare meū panē pollutū.
Et dicitis. In quo polluimus te? In eo q' di
citis : mensa domini despecta ē. Si offeratis
cecū ad immolandū: nonne maluz est? Et si
offeratis claudū et languidū: nonne maluz
est? Offer illud duci tuo: si placuerit ei. aut
si susceperit faciē tuā dicit dn̄s exercituū. Et
nūc dep̄camini vultū dei ut misereat' vestri:
de manu eni vr̄a factū est hoc: si quo modo
suscipiat facies vestras dicit dn̄s exercituū:
Quis est in vobis q̄ claudat ostia et incen=
dit altare meum gratuito? Non est michi
volūtas in vobis dicit dn̄s exercituū: et mū
nus nō suscipiā de manu vr̄a. Ab ortu enim
solis usq3 ad occasū magnū est nomē meuz
in gētib9: ⁊ in om̄i loco sanctificatur ⁊ offer=
tur nomi meo oblacō mūda: q2 magnū no=
mē meū in gentib9 dicit dn̄s exercituum. Et
vos polluistis illud in eo q' dicitis mēsa do
mini ɔtaminata est: et qđ superponitur ɔtē=
ptibile est cū igne qui illud deuorat . Et di=
xistis. Ecce de labore: et exsufflastis illud di
cit dominus exercituū. Et intulistis de rapinis
claudū ⁊ languidū: et intulistis munus. Nū
quid suscipiā illud de maū vestra dicit dn̄s?
Maledictus dolosus q̄ habet in grege suo
masculū: et votū faciēs immolat debile dn̄o.
Quia rex magnus ego dicit dn̄s exercituū:
et nomē meū horribile in gentib9. II

Et nūc ad vos mādatū hoc o sacerdo
tes. Si nolueritis audire et si nolueri
tis ponē sup cor ut detis gl'am nomi meo ait
dn̄s exercituū: mittā in vos egestatē ⁊ male
dicam bn̄dictōnib9 vr̄is: et maledicam illis
qm̄ nō posuistis sup cor. Ecce ego proiciaz
vobis brachiū: et disp̄gam sup vultū vr̄m
stercus solēnitatū vr̄arū: et assumet vos se=
cū. Et scietis q2 misi ad vos mandatuz istud:
ut esset pactū meū cū leui dicit dn̄s exercituū.

Pactuz meū fuit cū eo vite ⁊ pacis: et dedi ei timorē ⁊ timuit me: et a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius: et ini-quitas non est inuēta in labijs eius. In pace ⁊ in equitate ambulauit mecū: et multos auertit ab iniquitate. Labia eni sacerdotis custodiūt sciētiā: et legē requirent ex ore eius: qꝛ angelus dn̄i exercituū est. Vos autem recessistis de via: et scandalizastis pluri-mos in lege. Irritū fecistis pactū leui: dicit dn̄s exercituum. Propter quod ⁊ ego dedi vos cōtēptibiles ⁊ humiles omībꝫ ꝑplis: sicut non seruastis vias meas: et accepistis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omniū nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquis-qꝫ nostrū fratrē suū: violās pactū patrum nostroꝝ? Transgressus est iuda ⁊ abomi-natio facta est in israhel et in iherusalem: qꝛ contaminauit iudas sanctificacōēz domini quā dilexit: et habuerūt filiā dei alieni. Dis-perdat dn̄s virū qui fecerit hoc: magistruz et discipulū de tabernaculo iacob. et offerē-tem munus domino exercituū. Et hoc rursū fecistis. Operiebatis lacrimis altare domini fletu ⁊ mugitu: ita ut nō respiciā ultra ad sa-crificiū: nec accipiā placabile quid de manu vestra. Et dixistis. Quā ob causam? Quia dn̄s testificatus est inter te et uxorē puber-tatis tue: quā tu despexisti. Et hec particeps tua: et uxor federis tui. Nonne vnus fecit: ⁊ residuū sp̄us eius est? Et quid vnus q̄rit nisi semē dei? Custodite ergo spiritū vr̄m: et uxorē adolescentie tuē noli despicere. Cū odio habueris dimitte: dicit dn̄s deus isrl̄. Operiet autē iniquitas vestimentū eius: di-cit dn̄s exercituū. Custodite spiritū vestrū: et nolite despicere. Laborare fecistis dn̄m in sermonibꝫ vestris. Et dixistis. In quo eum fecimus laborare? In eo qꝙ dicitis. Omnis q̄ facit maluz bonus est in cōspectu dn̄i: et ta-les ei placēt. Aut certe: ubi ē deus iudicij?

III

Ecce ego mittā angelū meū: et ꝑparabit viā ante faciē meā. Et sta-tim veniet ad tēplū suū dn̄ator quē vos q̄ri-tis: et angelus testamenti quē vos vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū. Et quis po-terit cogitare diē aduentus eius? Et quis stabit ad videndū eū? Ipse eni quasi ignis conflans: et quasi herba fullonū. Et sedebit cōflans ⁊ emūdās argentū: et purgabit fi-lios leui. Et colabit eos quasi aurū ⁊ quasi argentū: et erūt dn̄o offerētes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificiū iuda et iherusalem sicut dies seculi: et sicut ān̄i an-tiqui. Et accedā ad vos in iudicio: et ero te-stis velox maleficis ⁊ adulteris et periuris: et qui calūniātur mercedē mercēnarij: et hu-miliāt viduas ⁊ pupillos ⁊ opprimūt pegri-nū: nec timuerunt me dicit dn̄s exercituum. Ego enim dn̄s et nō mutor: et vos filij iacob non estis ꝯsumpti. A diebꝫ enim patrū vro-rū recessistis a legitimis meis: et nō custodi-stis. Reuertimini ad me ⁊ reuertar ad vos: dic̄ dn̄s exercituū. Et dixistis. In quo reuer-temur? Si affiget hō deū: qꝛ vos configitis me. Et dixistis. In quo ꝯfigimus te? In de-cimis ⁊ in p̄micijs et in penuria. Vos ma-ledicti estis: et me vos configitis gens to-ta. Inferte omnem decimā in horreū: et sit cibꝫ in domo mea: et ꝓbate me sup hoc dic̄ dn̄s. Si non aperuero vobis catharactas celi: et effudero vobis benedictōēz usqꝫ ad abū-dantiā. Et increpabo ꝓ vobis deuorantē: et non corrūpet fructū terre vestre: nec erit ste-rilis vinea in agro dicit dn̄s exercituum. Et beatos vos dicent omēs gentes. Eritis eni vos terra desiderabilis dicit dn̄s exercituū. Inualuerūt sup me verba vestra dicit dn̄s. Et dixistis. Quid locuti sumus cōtra te? Dixi-stis. Vanus est qui seruit deo. Et qđ emolu-mentuz qꝛ custodiuimus p̄cepta eius: et qꝛ ambulauimus tristes coraz dn̄o exercituū? Ergo nūc beatos dicimus arrogātes. Si-quidē edificati sūt facientes impietates: et tē-ptauerūt deū ⁊ salui facti sūt. Tūc locuti sūt timētes deum: vnusquisqꝫ cū ꝓximo suo. Et attendit dominus et audiuit: et scriptus est liber monumēti coram eo timentibꝫ dn̄m et cogitantibꝫ nomē eius. Et erunt michi ait dn̄s exercituū in die qua ego faciaz in pecu-liū: et parcaz eis sicut parcit vir filio suo ser-uiēti sibi. Et ꝯuertimini ⁊ videbitis q̄d sit in-ter iustū ⁊ impiū: et inter seruientē deo et nō seruiētē ei.

IIII

Ecce eni dies veniet succensa quasi caminus: et erūt

oēs supbi ⁊ oēs facientes impietatē stipula. Et inflammabit eos dies veniēs dicit dñs exercituū: q nō derelinquet eis radicē ⁊ germē. Et orietur vobis timētibꝫ nomē meū sol iusticie: et sanitas in pēnis eius. Et egrediemini ⁊ salietis sicut vituli de armēto: et calcabitis impios cū fuerit cinis sb plāta pedū vrorū in die qua ego facio dicit dñs exercituū. Memētote legis moysi sui mei: quā mādavi ei in oreb ad omnē isrł pcepta ⁊ iudicia. Ecce ego mittā vobis helyam pphetam: anteq̄ veniat dies dñi magnus et horribilis. Et convertet cor patrū ad filios: et cor filiorū ad patres eorū: ne forte veniam et percutiā terrā anathemate. Expł malachias pphā.

Incipit plogus beati Jeronimi presbiteri In libros Machabeorum.

Machabeorū libri duo prenotant plia. inter hebreorū duces gentesq; psarū: pugnas quoq; sabbatorū. et nobiles machabei ducis triūphos: ex cuius nomie et libri iidem sūt nūcupati. Hec q; historia continet etiā inclitā illā gesta machabeorū fratrū: qui sb antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta ptessi sūt. Quos mater pia dum diversis supplicijs vrgerentur non solum non flevit: sed et gaudens hortabatur ad gloriā passionis. Explicit plogus Incipit liber primus machabeorū

Et factum est postq̄ percussit alexander philippi rex macedo qui primus regnavit in grecia egressus de terra cethim dariū regem psarū ⁊ medorū: constituit prelia multa: et obtinuit omniū municōnes: et interfecit reges terre. Et pertransijt usq; ad fines terre: et accepit spolia multitudinis gentiū: et siluit terra in cōspectu eius. Et ōgregavit virtutē et exercitū fortem nimis: et exaltatū est et elevatū cor eius: et obtinuit regiones gentiū ⁊ tirānos et facti sūt illi in tributū. Et post hec decidit in lectū: et ōgnovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles qui secū erāt nutriti a iuventute sua: et divisit illis regnū suū cum adhuc viveret. Et regnavit alexander annis duodecim: et mortuus ē. Et obtinuerūt pueri eius regnū vnusquisq; i loco suo: et imposuerūt oēs sibi dyademata post mortē eius ⁊ filij eorū post eos annis multis: et multiplicata sūt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati. antiochus illustris filius antiochi regis qui fuerat rome obses: et regnavit in anno centesimotricesimo ⁊ septīo regni grecorū. In diebꝫ illis exierūt ex isrł filij iniqui: et suaserūt multis dicētes. Eamus et disponamus testamentū cū gentibꝫ que circa nos sūt: q ex quo recessimus ab eis invenerūt nos multa mala. Et bonus visus ē sermo in oculis eorū. Et destinaverūt aliqui de populo ⁊ abierūt ad regem: et dedit illis potestatē. ut facerēt iusticiā gentiū. Et edificaverūt gymnasiū in iherosolimis secūdū leges nationū. et fecerūt sibi pputia: et recesserūt a testamēto sancto. et iuncti sūt nationibus: et venūdati sūt ut facerēt malum. Et paratū est regnū in ōspectu antiochi: et cepit regnare in terra egipti: ut regnaret sup duo regna. Et intravit in egiptū in multitudine gravi in curribꝫ et elephantis et equitibus: et copiosa naviū multitudine. Et constituit bellū adūsus ptolomeū regē egipti: et veritus ē ptolomeus a facie eius ⁊ fugit: et ceciderūt vulnerati multi. Et cōphendit civitates munitas i terra egipti: et accepit spolia terre egipti. Et convertit antiochus postq̄ pcussit egiptū in centesimo ⁊ quadragesimo ⁊ tercio anno ⁊ ascēdit ad israhel: et ascendit iherosolimis i multitudine gravi. Et intravit in sanctificacōnem cū supbia: et accepit altare aureū et candelabrū luminis et vniversa vasa eius et mensā pposicōis et libatoria ⁊ fialas et mortariola aurea ⁊ velū et coronas et ornamentum aureū qđ in facie templi erat: et comminuit omnia. Et accepit argentū ⁊ aurū ⁊ vasa ōcupiscabilia: et accepit thesauros occultos quos invenit: et sublatis oībꝫ abijt in terrā suā. Et fecit cedē hominū: et locutus est in supbia magna. Et factus est planctus magnus in israhel: et in omni loco eorū. Et ingemuerūt pncipes et seniores: et iuvenes ⁊ vgines infirmati sūt: et speciositas mulierū immutata est. Omis

maritus sũpsit lamentũ: et q̄ sedebãt in tho-
ro maritali lugebãt. Et cõmota ē terra sup
habitãtes in ea: et vniũsa domus iacob in-
duit cõfusionē. Et post duos annos dierū
misit rex pn̄cipē tributorū ĩ ciuitates iuda:
et venit ihrl̄m cũ turba magna. Et locutus
est ad eos verba pacifica in dolo: et credide
rũt ei. Et irruit sup ciuitatē repente: et pcus-
sit eam plaga magna: et pdidit pplm mul-
tũ ex isrl̄. Et accepit spolia ciuitatis: et succē
dit eã igni. Et destruxit domos eius et mu-
ros eius ĩ circuitu: et captiuas duxerũt mu-
lieres ⁊ natos: et pecora possederũt. Et edi-
ficauerũt ciuitatē dauid muro magno ⁊ fir
mo ⁊ turribꝫ firmis: et facta ē illis in arcē.
Et posuerũt illic gentē peccatricē viros ini
quos: et cõualuerũt in ea. Et posuerũt arma
et escas: et cõgregauerũt spolia ihrl̄m ⁊ repo
suerũt illic: et facti sũt ĩ laqueũ magnũ. Et
factū est hoc ad insidias sanctificationi: et
in diabolum malum in israhel. Et effuderũt
sanguinem innocentē p circuitũ sanctifi-
cacõnis: et cõtaminauerũt sanctificacõem.
Et fugerũt habitatores ihrl̄m pp̄ter eos: et
facta est habitacõ exterorū ⁊ facta ē exte
ra semini suo: et nati eius reliquerunt eam.
Sanctificatio eius desolata est sicut solitu-
do: dies festi eius cõuersi sũt in luctũ: sabba-
ta eius in opprobriũ: honores eius in nichi-
lũ. Secundũ gloriam eius multiplicata est
ignominia eius: et sublimitas eius cõuersa
est in luctū. Et scripsit rex antiochus omi
regno suo: ut essꝫ omis ppl̄s vnus. Et reli
querũt vnusquisqꝫ legem suã: et cõsenserũt
omnes gentes scd̄m verbũ regis antiochi.
Et multi ex israhel cõsenserũt ei: et sacrifica-
uerũt ydolis: et coinq̄nauerũt sabbatũ. Et
misit rex antiochus libros p manus nũcio
rũ in ihrl̄m ⁊ in omnes ciuitates iude: ut se-
querētur leges gentiū terre: et pꝛhiberent
olocausta et sacrificia et placacõnes fieri in
templo dei: et pꝛhiberent celebrari sabbatũ
et dies solēnes. Et iussit coinq̄nari sancta:
et sanctũ pplm israhel. Et iussit edificari aras
et templa ⁊ ydola et immolari carnes suil-
las et pecora cõmunia: et relinquere filios
suos incircũcisos ⁊ coinq̄nari animas eorū
in omibꝫ immũdicijs ⁊ abominacõibꝫ: ita
ut obliuiscerētur legem et immutarēt oms
iustificacões dei. Et quicũqꝫ nõ fecissent se-
cundũ verbũ regis antiochi morerētur. Se
cundũ omia verba hec scripsit omni regno
suo: et pꝛposuit pn̄cipes populo qui hec fieri
cogerent. Et iusserũt ciuitatibꝫ iude sacrifi-
care. Et cõgregati sũt multi de ppl̄o ad eos
q̄ dereliquerãt legē dn̄i: et fecerũt mala sup
terrã: et effugauerunt pplm isrl̄ in abditis et
in abscõditis fugitiuorū locis. Die quĩta de-
cima mensis casleu: quĩto et quadragesimo
et centesimo anno edificauit rex antiochus
abominandũ ydolũ desolacõis sup altare
dei: et p vniuersas ciuitates iude in circuitu
edificauerũt aras: et ante ianuas domorū et
in plateis incendebãt thura et sacrificabãt.
Et libros legis dei cõbusserũt igni scindē-
tes eos: et apud quēcunqꝫ inueniebãtur li-
bri testamenti dn̄i et quicũqꝫ obseruabat le
gē dn̄i: scd̄m edictũ regis trucidabant eũ.
In virtute sua faciebant hec ppl̄o israhel: q̄
inueniebatur in omi mense in ciuitatibꝫ. Et
quĩta ⁊ vicesima die mensis sacrificabãt su-
per aram que erat cõtra altare: et mulieres
que circũcidebãt filios suos trucidabãtur
scd̄m iussū regis antiochi. Et suspendebãt
pueros a ceruicibꝫ p vniũsas domos eorū:
et eos qui circũciderãt illos trucidabant.
Et multi de pplo israhel diffinierũt apud se.
ut nõ manducarēt immũda: et elegerũt ma-
gis mori q̄ cibis coinq̄nari immũdis: et no
luerũt infringere legē dei sanctã: ⁊ trucida
ti sũt. Et facta ē ira magna sup pplm valde.

II

In diebꝫ illis surrexit mathathias
filius iohannis filij symeonis sacerdos ex fi
lijs ioarim ab ihrusalē: et cõsedit in monte
modin. Et habebat filios quinqꝫ: iohãnan q̄
cognominabatur gaddis. et symonē q̄ cogno
minabatur thasi. et iudam q̄ vocabatur ma-
chabeus: et eleazarũ q̄ cognominabatur ab-
aron. et ionathan q̄ cognominabatᷣ apphus.
Hij viderũt mala que fiebant in pplo iuda
et in ihrl̄m. Et dixit matathias. Ve michi.
Vt quid natus sũ videre cõtricõem populi
mei et cõtricõem ciuitatis sancte: et sedere il
lic cũ datur in manibꝫ inimicorū? Sancta
in manu extraneorū facta sũt: tēplũ eius si-
cut hõ ignobilis. Vasa glorie eius captiua

abducta sunt: trucidati sunt senes eius in
plateis: et iuuenes eius ceciderūt in gladio
inimicoꝝ. Que gens non hereditauit re-
gnū eius: et nō obtinuit spolia eius? Omnis
cōpositio eius ablata est. Que erat libera.
facta ē ancilla. Et ecce sancta nr̄a ⁊ pulcri-
tudo nr̄a ⁊ claritas nr̄a desolata est: et coin-
quinauerūt eam gentes. Quo ergo nobis
adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua ma
tathias ⁊ filij eius: et operuerūt se cilicijs: et
planxerūt valde. Et venerūt illuc qui missi
erant a rege antiocho: ut cogerent eos qui
confugerāt in ciuitatē modin immolare et
accendē thura: ⁊ a lege dei discedē. Et mul
ti de p̄plo israhel consentiētes accesserūt ad
eos: sed matathias et filij eius constanter ste
terūt. Et respondētes qui missi erant ab an-
tiocho dixerūt matathie. Princeps et cla-
rissimus ⁊ magnus es in hac ciuitate: et or
natus filijs ⁊ fratribꝫ. Ergo accede prior et
fac iussum regis sicut fecerūt oīs gētes et
viri iuda et qui remāserūt in ihrl̄m: et eris
tu ⁊ filij tui inter amicos regis: et amplifica-
tus auro ⁊ argento ⁊ muneribꝫ multis. Et
respondit matathias: et dixit magnā voce.
Et si oīnes gentes regi antiocho obediunt
ut discedāt vnusquisqꝫ a s͛uitute legis pa-
trū suoꝝ et cōsentiant mandatis eius: ego
et filij mei ⁊ frēs mei obediemus legi patrū
nr̄oꝝ. Propicius sit nobis deus: nō est no-
bis utile relinquē legem ⁊ iusticias dei. Nō
audiemus verba regis antiochi: nec sacrifi
cabimus transgrediētes legis nr̄e manda
ta: ut eamus altera via. Et ut cessauit loqui
verba hec: accessit quidā iudeus in omniū
oculis sacrificare ydolis sup aram ī ciuitate
modin scd̄m iussū regis. Et vidit matathi
as ⁊ doluit: et contremuerūt renes eius. Et ac
census est furor eius scd̄m iudiciū legis: et
insiliens trucidauit eū sup aram. Sed ⁊ vi-
rū quē rex antiochus miserat qui cogebat
immolari occidit in ip̄o tempore. et aram de
struxit: et zelatus est legem sicut fecit finees
zambri filio salomi. Et exclamauit matathi
as voce magna dicens. Omnis qui zelum
habet legis statuens testamentum: exeat
post me. Et fugit ip̄e et filij eius in montes:
et reliquerūt quecūqꝫ habebant in ciuitate.

Tunc descenderūt multi querentes iudiciū
et iusticiā in desertū: ut sederēt ibi ipsi ⁊ filij
eoꝝ ⁊ mlieres eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ: qm̄ indu
rauerūt sup eos mala. Et renūciatū ē viris
regis ⁊ exercitui q̄ erāt in ihrl̄m ciuitate da
uid: qm̄ discessissent viri quidā qui dissipa-
uerūt mādatū regis in loca occulta in deser
to: et abissent post illos multi. Et statī pre-
xerūt ad eos: et constituerūt aduersus eos
preliū in die sabbatoꝝ. Et dixerūt ad eos.
Resistitis ⁊ nūc adhuc? Exite: et facite secū
dū verbū regis antiochi. et viuetis. Et dixe-
rūt. Non exibimus: neqꝫ faciemus verbum
regis ut polluamus diem sabbatoꝝ. Et cō
citauerūt adūsus eos preliū: et nō respōde-
rūt illis. nec lapidē miserūt in eos: nec oppi-
lauerunt loca occulta dicentes. Moriamur
oīs in simplicitate nr̄a: et testes erūt super
nos celū ⁊ terra q̄d iniuste perditis nos. Et
intulerūt illis bellum sabbatis: et mortui sūt
ipsi ⁊ uxores eoꝝ et filij eorū ⁊ pecora eorū:
usqꝫ ad mille animas hominū. Et cognouit
matathias ⁊ amici eius: et luctū habuerūt
sup eos valde. Et dixit vir ꝓximo suo. Si
oīnes fecerimus sicut fratres nostri fecerūt
et nō pugnauerimus adūsus gentes pro
animabꝫ nr̄is ⁊ iustificacōnibus nostris: ci
tius disperdent nos a terra. Et cogitauerūt
in die illa dicentes. Omis homo quicūqꝫ ve-
nerit ad nos in bello die sabbatoꝝ pugne-
mus adūsus eū: et nō moriemur oīnes sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc
congregata est ad eos sinagoga iudeoꝝ
fortis viribꝫ ex israhel: oīnis volūtarius in
lege et oīnes qui fugiebant a malis additi
sūt ad eos: et facti sūt illis ad firmamentū.
Et collegerūt exercitū: et ꝑcusserūt peccōres
in ira sua et viros iniquos in indignatione
sua: et ceteri fugerūt ad nacōnes ut euade-
rent. Et circuiuit matathias et amici eius et
destruxerūt aras: et circūciderūt pueros in
circūcisos quotquot inuenerīt in finibꝫ isra-
hel ī fortitudīe. Et ꝑsecuti sūt filios supbie:
et ꝓsperatū est opus in manibꝫ eoꝝ. Et ob-
tinuerūt legē de manibꝫ gentiū ⁊ de manibꝫ
regū: et non dederūt cornu peccatori. Et ap-
propinquerūt dies matathie moriendi: et
dixit filijs suis. Nūc confortata ē supbia

et castigatio: et tempus euersionis ⁊ ira in=
dignationis. Nūc ergo o filij emulatores
estote legis: et date animas vestras pro te=
stamento patrū. Et memētote operū patrū
que fecerūt in gn̄acōnibꝫ suis: et accipietis
gloriam magnā ⁊ nomē eternū. Abraham
nōne in tēptacōe inuētus est fidelis: et re=
putatū est ei ad iusticiā? Joseph in tēpore
angustie sue custodiuit mandatū: et factus
est dn̄s egipti. Finees pater noster zelādo
zelū dei: accepit testamētū sacdotij eterni.
Jhesus dū impleuit verbū fcūs est dux isrl̄.
Caleph dū testificatur ī ecclesia: accepit he=
reditatē. Dauid in sua misericordia cōsecu=
tus est sedē regni ī secula. Helias dū zelat
zelū legis: receptus ē in celū. Ananias aza=
rias ⁊ misahel credētes liberati sūt de flāma.
Daniel in sua simplicitate liberatus ē de ore
leonum. Et ita cogitate p generacōnem et
gn̄acōem: qꝛ oīes qui sperant in eū non in=
firmātur. Et a verbis viri pcc̄oris ne timue=
ritis: quia gloria eius stercus ⁊ vermis est.
Hodie extollitur ⁊ cras non inuenietur: qꝛ
cōuersus est in terrā suā: et cogitacō eius pe
rijt. Vos ergo filij cōfortamini ⁊ viriliter a=
gite in lege: qꝛ cū feceritis q̄ vobis p̄cepta
sunt in lege a dn̄o deo vestro: in ip̄a gloriosi
eritis. Et ecce symō frater vester scio qꝛ vir
cōsilij ē. Ipsū audite semꝑ: et ipse erit vobis
pater. Et iudas machabeus fortis viribus
a iuuētute sua sit vobis princeps milicie: et
ipse aget bellum ppli. Et adducetis ad vos
oīs factores legis: et vindicate vindictā
populi vestri. Retribuite retribucōez genti=
bus: et intēdite in p̄ceptū legis. Et bn̄dixit
eos: et appositus est ad p̄res suos. Et defun
ctus ē centesimo ⁊ quadragesimo sexto an=
no: et sepultus ē a filijs suis in sepulcris pa
trum suoꝝ in modin: et planxerūt eū oīs
israhel planctu magno. III

Et surrexit iudas qui vocabatur ma=
chabeus filius eius pro eo: et adiuua
bant eū oīs fratres eius et vniuersi qui se
coniunxerāt patri eius: et p̄liabātur p̄lium
israhel cū leticia. Et dilatauit gloriā populo
suo: et induit se loricā sicut gigas. ⁊ succin
xit se arma bellica sua in p̄lijs: et ptegebat
castra gladio suo. Similis factus ē leoni
in opibꝫ suis: et sicut catulus leonis rugiēs
in venacōe. Et psecutus ē iniquos pscrutās
eos: et qui cōturbabāt populū suū. eos suc=
cendit flammis: et repulsi sūt inimici eius p
timore eius. Et oīs operarij iniquitatis cō=
turbati sūt: et directa est salus in manu eius.
Et exacerbabat reges multos: ⁊ letificabat
iacob in operibꝫ suis: et in seculum memoria
eius in benedictōe. Et pambulabat ciuita=
tes iuda et pdidit impios ex eis: et auertit
iram ab israhel. Et nomiatus est usqꝫ ad no=
uissimū terre: et congregauit pereūtes. Et
congregauit appolonius gentes: et a sama
ria virtutē multā ⁊ magnā ad bellandū cō=
tra israhel. Et cognouit iudas ⁊ exijt obuiā
illi: et pcussit ⁊ occidit illū ⁊ ceciderūt vulne
rati multi ⁊ reliqui fugerūt: et accepit spolia
eoꝝ. Et gladiū appolonij abstulit iudas: et
erat pugnās in eo oībꝫ diebꝫ. Et audiuit
seron princeps exercitus syrie: qꝛ cōgregauit
iudas cōgregacōem fideliū ⁊ ecclesiā secū.
Et ait. Faciā michi nomen ⁊ glorificabor in
regno: et debellabo iudā ⁊ eos q̄ cū ipo sūt:
qui spernebant verbū regis. Et pparauit se:
et ascenderūt cū eo castra impioꝝ fortes au=
xiliarij ut facerent vindictā ī filios israhel.
Et appropinquauerūt usqꝫ bethorō: et exiuit
iudas obuiā illis cū paucis. Vt autē vide=
rūt exercitū venientē sibi obuiā: dixerūt iude.
Quomodo poterimus pauci pugnare cō
tra multitudinē tantā tā fortē? Et nos fati=
gati sumus ieiunio hodie. Et ait iudas. Fa
cile est cōcludi multos in manu paucoꝝ: et
et nō est differētia in cōspectu dei celi libera=
re in multis ⁊ in paucis: quoniā nō in multi=
tudine exercitus victoria belli: sꝫ de celo for=
titudo ē. Ipsi veniūt ad nos in multitudine
contumaci ⁊ supbia: ut dispdāt nos ⁊ vxo=
res nostras ⁊ filios nostros: et ut spolient
nos. Nos vero pugnabimus pro animabꝫ
nostris et legibꝫ nostris: et ipe dn̄s cōteret
eos ante faciē nr̄am. Vos aūt ne timueritis
eos. Vt cessauit autē loqui insiluit in eos
subito: et cōtritus est seron ⁊ exercitus eius
in conspectu ipius: et psecutus est eum in de=
scensu bethorō usqꝫ in campū. Et ceciderunt
ex eis octingenti viri: reliqui autē fugerūt
in terrā philistijm. Et cecidit timor iude at

fratrū eius ⁊ formido sup om̄es gentes. in
circuitu eoꝝ: et ꝓuenit ad regē nomē eius:
et de ꝑliis iude narrabant omnes gentes.
Vt audiuit autē rex antiochus ſmones
istos iratus est animo: et misit et ꝯgregauit
exercitū vniūsi regni sui castra fortia valde.
Et aperuit erariū suū: et dedit stipendia exē
citui in annū: et mandauit illis ut essent pa-
rati ad omnia. Et vidit ꝙ defecit pecunia de
thesauris suis: et tributa regionis modica
ꝓpter dissensionē ⁊ plagam quā fecit in ter
ra: ut tolleret legitima que erāt a ꝑmis die-
bus. Et timuit ne non haberet ⁊ semel ⁊ bis
in sūptus ⁊ donatiua que dederat ante lar-
ga manu: et abūdauerat sup reges q̄ ante
eū fuerāt. Et ꝯsternatus erat animo valde:
et cogitauit ire in ꝑsidē ⁊ accipere tributa
regionū: et ꝯgregare argētū multū. Et re
liquit lysiam hoīe nobilē de genere regali
sup negocia regia a flumine eufraten usq3
ad flumen egipti: et ut nutriret antiochū fi
liū suū donec rediret. Et tradidit ei mediū
exercitum et elephantos: et mandauit ei de
om̄ibꝰ que volebat ⁊ de inhabitantibꝰ iude
am ⁊ ih'rl'm: et ut mitteret ad eos exercitum
ad cōterendā et extirpandā virtutē israhel.
et reliquias ih'rl'm. et auferendā memoriā
eoꝝ de loco: et ut ꝯstitueret habitatores fi-
lios alienigenas ī om̄ibꝰ finibꝰ eoꝝ: et sor
te distribueret terrā eoꝝ. Et rex assumpsit
partem exercitus residui. et exiuit ab antio
chia ciuitate regni sui anno cētesimo ⁊ qua
dragesimo septimo: et trāsfretauit eufraten
flumen: et ꝑambulabat superiores regio-
nes. Et elegit lysias ptolomeū filiū dorimi-
ni et nychanorē et gorgiam viros potentes
ex amicis regis: et misit cū eis quadragin-
ta milia viroꝝ et septē milia equitū: ut veni-
rent in terrā iuda et disꝑderēt eam secūdū
verbū regis. Et processerūt ut irent cū vni-
uersa virtute sua: et venerunt ⁊ applicuerunt
ammaū in terra cāpestri. Et audierūt mer-
catores regionū nomen eoꝝ: et acceperunt
argentū ⁊ aurū multū valde ⁊ pueros. et ve
nerūt in castra ut acciperent filios israhel in
seruos: et additi sūt ad eos exercitus sirie
et terre alienigenarū. Et vidit iudas ⁊ fra
tres eius qꝛ multiplicata sūt mala: et exerci

tus applicabat ad fines eoꝝ: et cognouerūt
verba regis que mādauit populo facere
in interitū et consūmacōēm. Et dixerūt vnus-
quisq3 ad ꝓximū suū. Erigamus deiectōem
populi nostri: et pugnemus pro populo no
stro et sanctis nostris. Et congregatus est
conuētus ut essent parati in preliū: et ut ora
rent ⁊ peterent misericordiā ⁊ miseracōes.
Et ih'rl'm nō habitabatur: ſꝫ erat sicut desertū.
Nō erat q̄ ingrederetur ⁊ egrederetur de na-
tis eius: et sanctū cōculcabatur. Et filii alie-
nigenarū erāt in arce: ibi erat habitacō gē-
tiū. Et ablata ē voluptas a iacob: et defecit
ibi tibia ⁊ cithara. Et ꝯgregati sūt ⁊ venerūt
in masphat ꝯtra ihersalē. qꝛ locus oracōis
erat in masphat ante in israhel. Et ieiunaue-
rūt illa die: et induerūt se ciliciis ⁊ cinerem
imposuerūt capiti suo: et desciderūt vestimē-
ta sua. Et expāderūt libros legis de quibꝰ
scrutabātur gentes similitudinē simulacro
rū suoꝝ: et attulerūt ornamēta sacerdotalia
et ꝑmicias ⁊ decimas: et suscitauerūt nazare
os q̄ impleuerāt dies: et clamauerunt voce
magna in celum dicentes. Quid faciemus
istis: et quo eos ducemus? Et sancta tua cō
culcata sūt et cōtaminata sūt: et sacerdotes
tui facti sūt in luctū ⁊ in humilitatē. Et ecce
nacōnes ꝯuenerūt aduersum nos: ut nos dis-
perdant. Tu scis que cogitant in nos. Quō
poterimus subsistē ante faciē eoꝝ: nisi tu
deus adiuues nos? Et tubis exclamauerūt
voce magna. Et post hec ꝯstituit iudas du-
ces populi: tribunos ⁊ centuriones ⁊ penta-
contarchos et decuriones. Et dixit hiis qui
edificabant domos et sponsabant uxores et
plantabāt vineas ⁊ formidolosis: ut redirēt
vnusquisq3 in domū suā scd'm legē. Et mo-
uerūt castra: et collocauerūt ad austrū am-
maū. Et ait iudas. Accingimini ⁊ estote filii
potētes. et estote parati in mane ut pugne-
tis aduersus nacōes has que ꝯuenerūt dis
perdere nos et sancta nostra: qm̄ melius ē
nos mori in bello: ꝙ videre mala gētis nr̄e
et sanctoꝝ. Sicut aūt fuerit volūtas ī celo
sic fiat.

IIII

Et assumpsit gor-
gias quīq3 milia viroꝝ: et mille equi-
tes electos. Et mouerūt castra nocte ut appli
carent ad castra iudeoꝝ: et ꝑcuterent eos

subito. Et filij qui erant ex arce erant illis
duces. Et audiuit iudas: et surrexit ipse et
potentes pcutere virtutē exercituū regis:
que erat in ammaum. Adhuc eni dispersus
erat exercitus a castris. Et venit gorgias in
castra iude noctu: et neminē inuenit. Et que
rebat eos in montibꝫ: quoniā dixit: fugiūt
hij a nobis. Et cū dies factus esset apparuit
iudas in campo cū tribꝫ milibꝫ viroꝝ tantū:
qui tegumenta ꝛ gladios non habebāt. Et
viderūt castra gentiū valida: et loricatos et
equitatus in circuitu eoꝝ: et hij docti ad p̄-
liū. Et ait iudas viris qui secū erant. Ne ti-
mueritis multitudinē eoꝝ: et impetū eoꝝ
ne formidetis. Mementote qualiter salui
facti sūt patres nr̄i in mari rubro: cū seque
retur eos pharao cū exercitu multo. Et nūc
clamemus in celū: et miserebitur nr̄i dn̄s: et
memor erit testamenti patrū nr̄oꝝ: et cōteret
exercitū istū ante faciē nostrā hodie: et sciēt
omnes gentes qz ē deus qui redimat et libe-
ret israhel. Et leuauerunt alienigene oculos
suos: et viderunt eos venientes ex aduerso.
Et exierūt de castris in p̄liū: et tuba cecine-
rūt hij qui fuerant cū iuda. Et ɔgressi sunt:
et contrite sūt gentes et fugerūt in campū.
Nouissimi autē ceciderūt in gladio: et p-
secuti sūt eos usqz gezeron ꝛ usqz in campos
ydumee ꝛ azoti et iamnie: et ceciderūt ex illis
usqz ad tria milia viroꝝ. Et reuersus ē iu-
das: et exercitus eius sequēs eū. Dixitqz ad
populū. Non cōcupiscatis spolia qz bellum
contra nos est: et gorgias et exercitus eius
ppe nos in montibꝫ: sed state nunc contra
inimicos nr̄os ꝛ expugnate eos: et sumetis
postea spolia securi. Et adhuc loquente iu-
da hec: ecce apparuit pars quedā pspiciēs
de mōte. Et vidit gorgias qz in fugā ɔuer-
si sunt sui: et succensa sūt castra. Fumus
enim qui videbatur declarabat qd̄ factū ē.
Quibꝫ illi cōspectis timuerūt valde: aspi-
cientes simul et iudam et exercitū in campo
paratū ad preliū. Et fugerūt oēs in campo
alienigenarū: et iudas reuersus est ad spo-
lia castroꝝ. Et acceperūt aurū multū ꝛ ar-
gentū ꝛ iacinctū ꝛ purpurā marinā ꝛ opes
magnas: et ɔuersi ymnū canebāt ꝛ bn̄dice
bant deū in celū quoniā bonus ē: quoniā in
seculū misericordia eius. Et facta est salus
magna in israhel in die illa. Quicunqz autē
alienigenarū euaserūt: venerūt ꝛ nūciauerūt
lysie vniuersa q̄ acciderāt. Quibꝫ ille audi
tis consternatus animo deficiebat: qz nō q̄-
lia voluit talia cōtigerūt in israhel: et qualia
mandauit rex. Et sequēti anno cōgregauit
lysias viroꝝ electoꝝ sexagintamilia ꝛ equi-
tum quinqz milia: ut debellaret eos. Et vene-
rūt in iudeā: et castra posuerūt i bethoron: et
occurrit illis iudas cū decē milibꝫ viris. Et
viderūt exercitū fortē: et orauit et dixit. Bn̄
dictus es saluator israhel qui ɔtriuisti impe-
tum potentis in manu serui tui dauid: et tra-
didisti castra alienigenarū i manu ionathe
filij saul ꝛ armigeri eius. Cōclude exercitū
istū in manu populi tui israhel: et ɔfundātur
in exercitu suo ꝛ equitibꝫ. Da illis formidinē:
et tabefac audaciā virtutis eoꝝ: et ɔmoue-
ātur ɔtricōe sua. Deice illos gladio diligē-
tiū te: et collaudēt te omnes qui nouerunt
nomē tuū in ymnis. Et ɔmiserūt p̄liū: et ceci-
derūt de exercitu lysie quinqz milia viroꝝ. Vi-
dens aūt lysias suoꝝ fugā et iudeoꝝ auda
ciā. et qz parati sūt aut viuere aut mori for-
titer: abijt antiochiam et elegit milites: ut
multiplicati rursus venirent in iudeā. Dixit
autē iudas ꝛ fratres eius. Ecce ɔtriti sunt
inimici nostri: ascēdamus nūc mūdare san-
cta ꝛ renouare. Et ɔgregatus est omnis ex-
ercitus: et ascenderūt i montē syon. Et vide
rūt sanctificacōem desertā ꝛ altare pphanatū.
et portas exustas: et in atrijs virgulta nata si
cut in saltu. vel montibꝫ: et pastoforia diru-
ta. Et sciderūt vestimenta sua ꝛ planxerunt
planctu magno: et imposuerūt cinerē super
caput suū. et ceciderūt in faciē sup terrā: et
exclamauerūt tubis signoꝝ ꝛ clamauerūt in
celū. Tūc ordinauit iudas viros ut pugna
rent aduersus eos qui erant in arce: donec
emūdarēt sancta. Et elegit sacerdotes sine
macula voluntatem habentes in lege dei: et
mūdauerūt sancta: et tulerūt lapides ɔta-
minacōis in locū immūdū. Et cogitauit de
altari olocaustoꝝ qd̄ pphanatū erat: quid
de eo faceret. Et incidit illi consilium bonū
ut destrueret illud: ne forte illis esset in op-
probriū quia cōtaminauerūt illud gentes:

et demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapi=
des in monte₃ domus in loco apto: quoad=
usq₃ veniret ꝓpheta et responderet de eis. Et
acceperunt lapides integros scd̄m legem:
et edificauerūt altare nouu₃ scd̄m illud qd̄
fuit prius: et edificauerūt sancta: et que in=
tra domū erant intrinsecus ⁊ edem: et atria
sanctificauerūt. Et fecerūt vasa sancta no=
ua: et intulerūt candelabrū et altare incen=
soꝝ et mensam in templū. Et incensū posu=
erūt sup altare: et accenderūt lucernas que
sup candelabrū erant: et lucebant in tēplo.
Et posuerunt sup mensam panes: et appen=
derūt velamina: et consūmauerūt oīa opa
que fecerant. Et ante matutinū surrexerunt
quinta et vicesima die mensis noni. hic est
mensis casleu cētesimi quadragesimi octa=
ui anni: et obtulerūt sacrificiū scd̄m legē su
per altare olocaustoꝝ nouū quod fecerūt.
Secūdū tempus ⁊ scd̄m diem in qua con=
taminauerūt illud gentes: in ipa renouatū
est in canticis et citharis ⁊ cineris ⁊ cimba=
lis. Et cecidit oīs populus in faciē: et ado
rauerūt ⁊ benedixerūt in celū eū qui ꝓspera
uit eis. Et fecerūt dedicacōem altaris diebꝫ
octo: et obtulerūt olocausta cū leticia: et sa
lutaria laudis. Et ornauerunt faciē templi
coronis aureis ⁊ scutulis: et dedicauerūt por=
tas et pastoforia: et imposuerūt eis ianuas.
Et facta est leticia ī populo magna valde:
et auersū est opprobrium gentiū. Et statuit
iudas ⁊ frēs eius ⁊ vniuersa ecclesia israhel
ut agatur dies dedicacōis altaris in tem=
poribꝫ suis ab anno in annū per dies octo:
a quīta et vicesima die mensis casleu cū leti=
cia et gaudio. Et edificauerūt in tēpore illo
motē syon ⁊ p circuitu₃ muros altos et tur=
res firmas: nequādo venirēt gentes et cō=
culcarent eū sicut antea fecerūt. Et colloca=
uit illic exercitū ut seruarent eū: et muniuit
eū ad custodiendā bethsurā: ut haberet po
pulus munitionem contra faciem ydumee.

ET factū est ut audierūt gētes V
in circuitu quia edificatu₃ est altare et
sanctuariū sicut prius irate sūt valde: et co
gitabant tollere genus iacob. q̄ erāt inter
eos: et ceperūt occidē de populo et ꝑsequi.
Et debellabat iudas filios esau in ydumea
et eos qui erāt in arabathane quia circūse=
debant israhelitas: et percussit eos plaga
magna. Et recordatus est maliciam filioꝝ
bean: q̄ erant populo in laqueū ⁊ in scanda=
lum insidiantes ei in via. Et conclusi sūt ab
eo in turribꝫ: et applicuit ad eos. et anathe=
matizauit eos: et incendit turres eoꝝ igni
cū oībꝫ qui in eis erant. Et transiuit ad fi=
lios ammon ⁊ inuenit manū fortē ⁊ populu₃
copiosū: et thimotheū ducē ipoꝝ. Et cōmisit
cū eis ꝓlia multa ⁊ contriti sūt in conspectu
eoꝝ ⁊ pcussit eos: et cepit iazer ciuitatē ⁊ fi
lias eius: et reuersus ē in iudeam. Et cōgre=
gate sūt gentes que sūt in galaad aduſus
israhelitas q̄ erant in finibꝫ eoꝝ ut tollerēt
eos: et fugerūt in datheman munitione₃: et
miserūt litteras ad iudam ⁊ fratres eius di
centes. Congregate sūt aduersū nos gen=
tes p circuitū ut nos auferant: et parant ve=
nire ⁊ occupare municōnem in quā cōfugi=
mus: et timotheus est dux exercitus eoru₃.
Nunc ergo veni ⁊ eripe nos de manibꝫ eo
rum: quia cecidit multitudo de nobis. Et o=
mnes fratres nostri qui erāt in locis tubin
interfecti sunt: et captiuas duxerūt vxores
eoꝝ ⁊ natus ⁊ spolia: et peremerūt illic fere
mille viros. Et adhuc epistole legebātur:
et ecce alij nūcij venerunt de galilea cōscissis
tunicis nūciantes scd̄m verba hec: dicentes
cōuenisse aduersū se a ptholomayda ⁊ ty=
ro. et sydone: et repleta ē oīs galilea ali=
enigenis: ut nos cōsumant. Ut audiuit aūt
iudas et populus sermones istos: cōuenit
ecclesia magna cogitare quid facerēt fra=
tribus suis qui in tribulacōe erant et expu
gnabātur ab eis. Dixitq₃ iudas symoni fra
tri suo. Elige tibi viros ⁊ vade ⁊ libera frēs
tuos in galilea: ego aūt ⁊ frater meus iona
thas ibimus in galaditbim. Et reliquit io=
sephū filiū zacharie ⁊ azariam duces popli
cū residuo exercitu in iudea ad custodiam:
et precepit illis dicens. Prestote populo
huic: et nolite bellū cōmittere aduersū gen=
tes donec reuertamur. Et dati sūt symoni viri
tria milia ut iret in galileam: iude aūt octo
milia in galaditbim. Et abijt symon in gali
leam: et cōmisit prelia multa cū gentibꝫ. Et
contrite sūt gentes a facie eius: et ꝑsecutus

est eos usq; ad portā ptholomaidis. Et ce-
ciderūt de gentib; fere tria milia virorū: et
accepit spolia eorum. Et assumpsit eos qui
erant in galilea et in arbatis cū uxoribus et
natis ⁊ omnib; q̄ erant illis: et adduxit in iu-
deā cū leticia magna. Et iudas machabeus
et ionathas ⁊ fratres eius transierūt iorda
nen: et abierūt viam triū dierū ī desertū. Et
occurrerūt eis nabuthei et susceperunt eos
pacifice: et narrauerūt eis omnia q̄ acciderāt
fratrib; eorū in galaaditide: et q2 multi ex
eis cōprehensi sunt in barasa ⁊ bosor ⁊ in alimis
et in casphor ⁊ mageth ⁊ carnaim. Hee oēs
ciuitates munite ⁊ magne. Sed et in cete-
ris ciuitatibus galaaditidis tenentur com-
p̄hensi. Et in crastinū cōstituerūt admoue-
re exercitū ciuitatib; hijs: et cōprehendere et
tollere eos in vna die. Et cōuertit iudas et
exercitus eius viam in desertū bosor repēte:
et occupauit ciuitatē ⁊ occidit omē3 mascu-
lū in ore gladij: et accepit omnia spolia eorū:
et succendit eā igni. Et surrexerūt inde no-
cte: et ibant usq; ad municōem. Et factū ē
diluculo cū eleuassent oculos suos: et ecce
populus multus: cuius non erat numerus:
portantes scalas ⁊ machinas ut cōprehēderēt
municōem ⁊ expugnarent eos. Et vidit iu-
das q2 cepit bellū: et clamor belli ascendit
ad celū sicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciui
tate. Et dixit exercitui suo. Pugnate hodie
p fratrib; vestris. Et venit tribus ordinib;
post eos: et exclamauerunt tubis: et clama-
uerūt in oracōne. Et cognouerūt castra ti-
mothei q2 machabeus est: et refugerūt a fa-
cie eius. Et pcusserūt eos plaga magna: et
ceciderunt ex eis in die illa fere octo milia
virorū. Et diuertit iudas in masphat et ex
pugnauit et cepit eā: et occidit omem ma-
sculū eius ⁊ sumpsit spolia eius: et succēdit
eam igni. Inde prexit ⁊ cepit casbon et ma
ged ⁊ bosor: et reliquas ciuitates galaadi-
tidis. Post hec autē verba cōgregauit timo-
theus exercitū aliū: et castra posuit cōtra ra-
phon trās torrentē. Et misit iudas specula-
ri exercitū: et renūciauerūt ei dicētes. quia
conuenerūt ad eū omes gentes q̄ in circui
tu nostro sūt: et exercitus multus nimis. Et
arabas conduxerūt in auxiliū sibi: et castra
posuerūt trās torrentem parati ad te venire
in preliū. Et abijt iudas obuiā illis. Et ait ti-
motheus principib; exercitus sui. Cū appro
pinquauerit iudas ⁊ exercitus eius ad tor-
rentē aque: si transierit ad nos prior. nō po-
terimus sustinere eū: q2 potēs poterit aduer-
sum nos. Si vero timuerit trāsire ⁊ posuerit
castra extra flumē: transfretemus ad eos: et
poterimus aduersus illū. Ut autē appropin
quauit iudas ad torrentē aque statuit scri-
bas populi secus torrentē: et mandauit eis
dicens. Neminē hominum reliqueritis: sed
veniāt omnes in preliū. Et transfretauit ad
illos prior: et omnis populus post eū. Et cōtrite
sunt omes gentes a facie eorū: et piecerūt
arma sua: et fugerūt ad phanū quod erat
in carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatē: et
phanum succēdit igni cū omnib; q̄ erant in
ipso. Et oppressa est carnaim: et nō potuit su-
stinere cōtra faciē iude. Et cōgregauit iu-
das vniuersos israhelitas q̄ erāt in galaadi-
tide a minimo usq; ad maximū: et uxores eo
rū. et natos et exercitū magnū valde: ut veni
rent in terrā iude. Et venerūt usq; ephron:
et hec ciuitas magna in ingressu posita mu-
nita valde. Et nō erat declinare ab ea dextra
vel sinistra: sed p medium iter erat. Et inclu-
serūt se qui erāt in ciuitate: et obstruxerunt
portas lapidib;. Et misit ad eos iudas ver
bis pacificis dicens. Transeamus p terrā
vestram ut eamus in terrā nostrā: et nemo
vobis nocebit: tantū pedib; trāsibimus. Et
nolebāt eis aperire. Et p̄cepit iudas p̄dicare
in castris: ut applicarent vnusquisq; in quo
erat loco. Et applicuerūt se viri virtutis: et op
pugnauit ciuitatē illā tota die ⁊ tota nocte:
et tradita est ciuitas in manu eius. Et peme
runt omē3 masculū in ore gladij: et eradica
uit eā ⁊ accepit spolia eius: et transiuit per
totā ciuitatē sup interfectos. Et transgressi
sunt iordanen in campo magno contra faci-
em bethsan. Et erat iudas congregans ex-
tremos: et exhortabatur populū per totā
viam donec venirent in terram iuda. Et a-
scenderunt in montem syon. cum leticia et
gaudio: et obtulerunt olocausta: quod
nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur
in pace. Et in diebus quibus erat iudas et

ionathas in terra galaad. et symon frater eius in galilea. contra faciem ptholomaidis audiuit iosephus zacharie filius et azarias princeps virtutis res bene gestas: et prelia que facta sunt: et dixit. Faciamus et ipsi nobis nomen: et eamus pugnare aduersus gentes que in circuitu nostro sunt. Et precepit hijs qui erant in exercitu suo et abierūt iamniam: et exiuit gorgias de ciuitate. et viri eius obuiā illis in pugnā. Et fugati sūt iosephus ⁊ azarias usqꝫ in fines iudee: et ceciderunt illa die de poplo israhel ad duo milia viri. Et facta ē plaga magna in populo: quia nō audierūt iudam et fratres eius: existimantes fortiter se facturos. Ipsi aūt non erant de semine viroꝝ illorum: per quos salus facta est in israhel. Et viri iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis israhel ⁊ gentiū omniū: ubi audiebatur nomen eoꝝ. Et cōuenerūt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit iudas et fratres eius et expugnabant filios esau in terra que ad austrū est: et percussit chebron ⁊ filias eius: et muros eius ⁊ turres eius succendit igne in circuitu. Et mouit castra ut iret in terram alienigenarū: et pambulabat samariā. In illa die ceciderūt sacerdotes in bello dū volūt fortiter facere: dū sine consilio exeunt in preliū. Et declinauit iudas in azotū in terrā alienigenarum: et diruit aras eoꝝ et spolia deoꝝ suoꝝ succendit igni: et cepit spolia ciuitatū ⁊ reuersus est in terrā iuda.

VI

Et rex antiochus pambulauit supiores regiones. Et audiuit esse ciuitatem elimaidem in psida nobilissimā ⁊ copiosam in argento ⁊ auro: templūqꝫ in ea locuples valde. Et illic velamina aurea ⁊ lorice ⁊ scuta: que reliquit alexander philippi rex macedo qui regnauit primus ī grecia. Et venit ⁊ querebat capere ciuitatē ⁊ depredari eā: et nō potuit qm̄ innotuit sermo hijs qui erant in ciuitate. Et insurrexerūt in preliū et fugit inde: et abijt cū tristicia magna: et reuersus est babiloniā. Et venit qui nūciaret ei in psida: quia fugata sunt castra que erant in terra iuda: et quia abijt lysias cum virtute forti in primis ⁊ fugatus est a facie iudeoꝝ: et inualuerūt armis ⁊ viribꝫ ⁊ spolijs multis que ceperūt de castris que exciderūt: et quia diruerūt abominacōem quā edificauerāt sup altare quod erat in ihrlm. et sanctificacōem sicut prius circūdederūt muris excelsis: sed ⁊ bethsuram ciuitatē suā. Et factū est ut audiuit rex sermones istos expauit et cōmotus est valde: et decidit in lectū ⁊ incidit in languorē pre tristicia: quia non est factū sicut cogitabat. Et erat illic dies multos: quia renouata ē in eo tristicia magna: et arbitratus est se mori. Et vocauit oīes amicos suos: et dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis: et concidi ⁊ corrui corde pre sollicitudine. Et dixi in corde meo. In quantam tribulacōem deueni: et in quos fluctus tristicie in qua nūc sū: qui iocūdus erā et dilectus in potestate mea. Nūc vero reminiscor maloꝝ q̄ feci in iherusalem: vnde et abstuli oīa spolia aurea ⁊ argentea que erant in ea: et misi auferre habitātes iudeā sine causa. Cognoui ergo quia ꝓpterea inuenerūt me mala ista: et ecce pereo tristicia magna in terra aliena. Et vocauit philippum vnū de amicis suis: et ꝓposuit eū sup vniuersum regnū suū. Et dedit ei diadema. et stolā suā ⁊ anulū: ut adduceret antiochū filium suū et nutriret eū ⁊ regnaret. Et mortuus ē illic antiochus rex anno centesimoquadragesimonono. Et cognouit lysias qm̄ mortuus est rex: et constituit regnare antiochū filiū eius quē nutriuit adolescentē: et vocauit nomen eius eupatorē. Et hij qui erant in arce concluserāt israhel in circuitu sanctoꝝ: et querebāt eis mala semp ad firmamentū gētiū. Et cogitauit iudas disperdere eos: et conuocauit vniuersū populū ut obsideret eos. Et conuenerūt simul: et obsederunt eos anno centesimoquinquagesimo: et fecerūt balistas et machinas. Et exierūt quidam ex eis qui obsidebātur: et adiūxerūt se illis aliqui ex impijs israhel: et abierūt ad regem et dixerūt. Quousqꝫ nō facis iudiciū: et vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo et ambulare in ꝑceptis eius et obsequi edictis eius: et filij popli nostri ꝓpter hec alienabāt se a nobis. Et quicūqꝫ inueniebantur ex nobis interficiebātur: et hereditates nostre diripiebantur. Et non ad nos

tantū extenderūt manū: sed ⁊ in oīes fines
nostros. Et ecce applicuerūt hodie ad arcē
in iherusalem occupare eā: et municōnez in
bethsuram munierunt. Et nisi preueneris
eos velocius maiora ꝙ̄ hec faciēt: et non po-
teris obtinere eos. Et iratus est rex ut hec
audiuit: et conuocauit oīes amicos suos.
et pn̄cipes exercitus sui: et eos qui sup equi
tes erant. Sed ⁊ de regnis alijs ⁊ de insulis
maritimis venerūt ad eū: exercitus ꝯducticii
us. Et erat numerus exercitus eius centum
milia peditū ⁊ vigintimilia equitū: ⁊ elephā
ti triginta duo. docti ad preliū. Et venerunt
ꝑ ydumeā ⁊ applicuerunt ad bethsuram: et
pugnauerūt dies multos: ⁊ fecerūt machinas.
Et exierūt ⁊ succenderūt eas igni: et pugna
uerūt viriliter. Et recessit iudas ab arce: et
mouit castra ad bethzacharan contra castra
regis. Et surrexit rex ante lucē: et ꝯcitauit
exercitus impetū ꝯtra viam bethzacharan.
Et ꝯparauerūt se exercitus in preliū: et tubis
cecinerūt. Et elephātis ostenderūt sangui
nem vue ⁊ mori: ad acuendos eos in ꝓliū.
Et diuiserūt bestias ꝑ legiones: et astiterūt
singulis elephātis mille viri. in loricis con-
cathenatis ⁊ galee eree in capitibus eoꝝ: et
quingenti equites ordinati vnicuiqꝫ bestie
electi erant. Hij ante tempus vbicūqꝫ erat
bestia ibi erāt: et quocūqꝫ ibat ibant: et non
discedebant ab ea. Sed ⁊ turres lignee su-
per eos firme ꝓtegentes. sup singlas besti-
as: et sup eas machine. Et sup singulas vi-
ri virtutis triginta duo qui pugnabāt desu
per: et intus magister bestie. Et residuū eq̄-
tatū hinc ⁊ inde statuit in duas partes. tu-
bis exercitū ꝯmouere: et purgere constipa
tos in legionib₉ eius. Et ut refulsit sol in cli-
peos aureos ⁊ ereos resplenduerūt mōtes
ab eis: et resplēduerūt sicut lāpades ignis.
Et distenta ē pars exercitus regis ꝑ mōtes
excelsos: et alij ꝑ loca humilia: et ibāt caute
et ordinate. Et ꝯmouebātur oīs inhabitā
tes terraꝫ a voce multitudinis eoꝝ: et incess-
su turbe ⁊ collisione armoꝝ. Erat enī exer-
citus magnus valde ⁊ fortis. Et appropia-
uit iudas ⁊ exercitus eius in ꝓliū: et cecide-
runt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit
eleazar filius saura vnā de bestijs loricatam

loricis regis: et erat eminēs sup ceteras be-
stias. Et visū ē ei ꝙ in ea esset rex: et dedit se
ut liberaret ppl'm suū: ⁊ acquireret sibi nomē
eternū. Et cucurrit ad eā audacter in me-
dio legiōis interficiēs a dextris ⁊ a sinistris:
et cadebant ab eo huc atqꝫ illuc. Et iuit sub
pedes elephātis ⁊ supposuit se ei: et occidit
eum ⁊ cecidit in terram sup ipsū: et mortuus
est illic. Et vidētes virtutē regis et impetum
exercitus eius: diuerterūt se ab eis. Castra
autē regis ascenderūt contra eos in iheru-
salē: et applicuerūt castra regis ad iudeā et
montez syon. Et fecit pacē cū hijs qui erant
in bethsura. et exierūt de ciuitate q2 non erāt
eis ibi alimenta conclusis: q2 sabbata erant
terre. Et ꝯphēdit rex bethsurā ⁊ ꝯstituit
ibi custodiam seruare eam: et ꝯuertit castra
ad locū sanctificacōis dies multos. Et sta-
tuit illic balistas ⁊ machinas. et ignis iacu
la ⁊ tormēta ad lapides iactādos: et spicu-
la. et scorpios. ad mittēdas sagittas. et fun
dibula. Fecerūt autē et ipsi machinas adu-
sus machinas eoꝝ: et pugnauerūt dies mul
tos. Esce aūt non erāt in ciuitate eo ꝙ septi-
mus annus esset: et qui remanserant in iudea
de gentib₉ ꝯsumpserāt reliquias eoꝝ que
reposite fuerant. Et remanserunt in sanctis
viri pauci quoniā obtinuerat eos fames: et
dispsi sūt vnusquisqꝫ in locū suū. Et audiuit
lysias ꝙ philippus quē ꝯstituerat rex antio
chus cū adhuc viueret ut nutriret āntiochū
filiū suū ⁊ regnaret. reuersus est a perside et
media et exercitus qui abierat cū ipso: et ꝗ-
queret suscipere regni negocia. Et festinauit
ire: et dicere ad regē ⁊ duces exercitus. De-
ficimus quotidie ⁊ esca nobis modica est: et
locus quē obsidemus ē munitus: et incūbit
nobis ordinare de regno. Nūc itaqꝫ demus
dextras hominib₉ istis: et faciamus cū illis
pacē ⁊ cū omni gente eoꝝ: et ꝯstituamus illis
ut ābulēt in legitīs suis sicut prius. Propt'
legitima enī ipsoꝝ q̄ despeximus irati sūt: et
fecerūt omia hec. Et placuit ſmo in ꝯspectu
regis ⁊ pn̄cipū: et misit ad eos pacē facere
et ceperūt illam: et iurauit illis rex ⁊ princi-
pes et exierunt de municōne. Et intrauit rex
montem syon et vidit municōnem loci: et
rupit citius iuramentum quod iurauit: et

mādauit destruere murū in gyro. Et discessit festinanter et reuersus est antiochiam: et inuenit philippum dominantem ciuitati: et pugnauit aduſus eū ⁊ occupauit ciuitatē.

VII

Anno centesimoquinquagesimo et primo exiuit demetrius seleuci filius ab urbe roma: et ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam: et regnauit illic. Et factum est ut ingressus est domū regni patrū suoꝝ: comphendit exercitus antiochū ⁊ lysiam ut adducerent eos ad eū: et res ei innotuit: et ait. Nolite michi ostendere faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus. Et sedit demetrius super sedem regni sui: et venerūt ad eū viri iniqui ⁊ impij ex israhel. et alchimus dux eoꝝ: q̇ volebat fieri sacerdos. Et accusauerūt ipsum apud regem dicentes. Perdidit iudas ⁊ fratres eius amicos tuos: et nos disꝑdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virū cui credis ut eat et videat exterminiuꝫ omne quod fecit nobis in regionibꝫ regis: et puniat omnes amicos eius et adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis suis bachidem qui dñabatur trans flumē magnū in regno ⁊ fidelē regi: et misit eū ut videret exterminiū quod fecit iudas. Sed ⁊ alchimū impiuꝫ constituit in sacerdotiū: et mādauit ei facere ultioneꝫ in filios israhel. Et surrexerūt ⁊ venerūt cū exercitu magno in terrā iuda: et miserūt nūcios et locuti sūt ad iudā ⁊ ad fratres eius verbis pacificis in dolo: et nō intenderūt ſmonibꝫ eoꝝ. Viderūt enim quia venerūt cū exercitu magno: et ꝯuenerūt ad alchimū et bachidem ꝯgregatio scribarū requirere que iusta sunt. Et primi assidei qui erant in filijs israhel: et exquirebant ab eis pacē. Dixerūt enim. Homo sacerdos de semine aaron venit: non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica: et iurauit illis dicens. Nō inferemus vobis malū: neqꝫ amicis vestris. Et crediderūt ei. Et comphendit ex eis sexaginta viros: et occidit eos in vna die secūdum verbū quod scriptum est. Carnes sanctoꝝ tuoꝝ et sanguinē ipsoꝝ effuderūt in circuitu ihrl̄m: et nō erat qui sepeliret. Et incubuit timor ⁊ tremor in omnem populum: qꝛ dixerūt. Non est veritas et iudicium in eis. Transgressi sūt enim cōstitutū: et iusiurādū quod iurauerunt. Et mouit bachides castra ab ihrl̄m et applicuit in bethzecha: et misit et comphēdit multos ex eis q̇ a se refugerāt: et quosdaꝫ de populo mactauit: et in puteū magnū ꝓiecit. Et ꝯmisit regionē alchimo: et reliquit cū eo auxiliū in adiutoriū ipsi. Et abijt bachides ad regem. Et satis agebat alchimus pro principatu sacerdotij sui. Et conuenerūt ad eum omnes qui ꝑturbabāt populū suū: et obtinuerūt terrā iuda: et fecerūt plagā magnā in israhel. Et vidit iudas omnia mala que fecit alchimus et qui cū eo erāt filijs israhel plus multo q̄ gētes: et exijt in omēs fines iudee in circuitu et fecit vindictam in viros desertores: et cessauerūt ultra exire in regione. Vidit autēꝫ alchimus q̄ ꝓualuit iudas ⁊ qui cū eo erāt et cognouit quia nō potest sustinere eos: et egressus est ad regeꝫ: et accusauit eos multis criminibꝫ. Et misit rex nichanorem vnū ex principibꝫ suis nobilioribꝫ. q̇ erat inimicicias exercens contra israhel: et mandauit ei euertere ꝑplm̄. Et venit nichanor in ihrl̄m cum exercitu magno: et misit ad iudam et ad fratres eius cū dolo verbis pacificis dicēs. Non sit pugna inter me ⁊ vos. Veniaꝫ cū viris paucis: ut videam facies vestras cū pace. Et venit ad iudam et salutauerunt se inuicē pacifice: et hostes parati erāt rapere iudaꝫ. Et innotuit sermo iude qm̄ cū dolo venerat ad eū: et cōterritus est ab eo: et amplius noluit videre faciē eius. Et cognouit nichanor qm̄ denudatū est consiliū eius: et exiuit obuiam iude in pugnā iuxta capharsalama. Et ceciderūt de nichanoris exercitu fere quiqꝫ milia viri: et fugerūt in ciuitatē dauid. Et post hec verba ascendit nichanor in montē syon: et exierūt de sacerdotibꝫ populi salutare eum in pace: et demōstrare ei olocaustomata que offerebantur pro rege. Et irridens spreuit eos et polluit: et locutus est suꝑbe: et iurauit cum ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas et exercitus eius in manus meas: continuo cū egressus fuero in pace succēdaꝫ domū istā. Et exijt cū ira magna. Et intrauerūt sacerdotes et steterūt ante faciē altaris ⁊ templi: et flentes dixerūt. Tu dñe elegisti domū istā

ād inuocandū nomē tuū in ea: ut esset dom⁹
orationis et obsecracōnis populo tuo. Fac
vindictam in homine isto. et exercitu eius:
et cadant in gladio. Memēto blasphemias
eorꝝ: et nē dederis eis ut pmaneāt. Et exijt
nichanor ab iherusalē ꝛ castra applicuit ad
bethoron: et occurrit illi exēcitus syrie. Et iu
das applicuit ī adarsa cū tribus milibꝫ viris.
Et orauit iudas et dixit. Qui missi erant a
rege sennacharib dn̄e qꝛ blasphemauerūt
te. exijt angelus ꝛ pcussit ex eis centūocto-
ginta quinqꝫ milia: sic contere exercitū istū
in conspectu nostro hodie et sciant ceteri qꝛ
male locutus ē sup sancta tua: et iudica illū
secundū maliciā illius. Et cōmiserūt exēcitus
pliū terciadecia die mensis adar: et cōtrita
sunt castra nichanoris: et cecidit ipe primus
in plio. Ut autē vidit exercitus eius quia
cecidisset nichanor, piecerūt arma sua et fu-
gerūt: et psecuti sūt eos viam vnius diei ab
adazer usqꝫ quo veniatur in gazara: et tubis
cecinerūt post eos cū significacōnibꝫ. Et ex
ierūt de omībꝫ castellis iudee in circuitu: et
ventilabant eos cornibꝫ: et conuertebātur
iterū ad eos. Et ceciderunt oēs gladio: et
non est relictus ex eis nec vnus. Et accepe-
rūt spolia eorꝝ ī predā: et caput nichanoris
amputauerūt ꝛ dexterā eius quā extēderat
supbe: et attulerūt ꝛ suspenderūt cōtra ihrlm.
Et letatus est populus valde: et egerūt diē
illā in leticia magna. Et cōstituit agi omībꝫ
ānis diē istā terciadecima die mens adar:
et siluit terra iuda dies paucos. VIII

ET audiuit iudas nomē romanorꝝ qꝛ
sunt potentes viribꝫ et acquiescūt ad
oīa q̄ postulātur ab eis: et quicunqꝫ accesse-
rūt ad eos statuerūt cū eis amicicias: et qꝛ
sunt potentes viribꝫ. Et audierūt plia eorꝝ
et virtutes bonas quas faciunt in galacia:
qꝛ obtinuerunt eos ꝛ duxerūt sub tributū.
Et quāta fecerūt in regione hispanie: et qꝛ
in potestatē redegerunt metalla argenti et
auri que illic sunt: et possederūt omnem locū
consilio suo ꝛ paciētia: loca que longe erāt
valde ab eis et reges qui supuenerant eis
ab extremis terre contriuerūt: et pcusserūt
eos plaga magna. Ceteri aūt dant eis tri-
butū omībꝫ annis. Et philippū psen ciciorꝝ
regē ꝛ ceteros qui aduersus eos arma tu-
lerāt cōtriuerūt in bello: et obtinuerūt eos.
Et antiochū magnū regē asie q̄ eis pugnā
intulerat habēs centūuiginti elephantes et
equitatū et currus ꝛ exercitū magnū valde
contritū ab eis: et qꝛ ceperūt eū viuū et sta-
tuerūt ei ut daret ipe et q̄ regnauerūt post
ipm tributū magnū: et daret obsides ꝛ cōsti-
tutū. Et regionē medorꝝ ꝛ medos et lydos
de optimis regionibꝫ eorꝝ: et acceptas eas
ab eis dederūt eumeni regi. Et qꝛ qui erant
apud elladam voluerūt ire ꝛ tollere eos: et
innotuit sermo hijs ꝛ miserunt ad eos ducē
vnū ꝛ pugnauerūt contra illos ꝛ ceciderūt
ex eis multi: et captiuas duxerūt vxores eorꝝ
et filios ꝛ diripuerūt eos ꝛ terrā eorꝝ possede-
rūt: et destruxerūt muros eorꝝ: et in seruitutē
illos redegerūt usqꝫ in hūc diē. Et residua
regna ꝛ insulas que aliquando restiterant
illis, exterminauerūt: et ī potestatē redege-
runt. Cum amicis autē suis et qui in ipis re-
quiē habebāt cōseruauerūt amiciciā: et ob-
tinuerunt regna que erant proxima et que
erant longe: qꝛ quicūqꝫ audiebant nomen
eorū timebāt eos. Quibꝫ vero vellent auxilio
esse ut regnarēt regnabāt. Quos aūt vellēt
regno deturbabāt: et exaltati sūt valde. Et
in oībꝫ istis nemo portabat dyadema: nec
induebat purpura: ut magnificaretur ī ea.
Et quia curiam fecerūt sibi: et quotidie con-
sulebant trecentosuiginti consiliū agentes
semp de multitudine: ut q̄ digna sūt gerāt.
Et cōmittunt vni homini magistratū suū per
singulos ānos dominari vniuerse terre sue:
et oēs obediūt vni: et non est inuidia neqꝫ
zelus inter eos. Et elegit iudas eupolemū fi-
liū iohannis filij iacob et iasonē filiū eleaza-
ri et misit eos romā constituere cū illis ami-
ciciā ꝛ societatē: et ut auferrēt ab eis iugum
grecorꝝ: qꝛ viderūt qꝛ in seruitutē pmerent
regnū israhel. Et abierūt romam viā, multā
valde: et introierūt curiā ꝛ dixerunt. Iudas
machabeus et fratres eius ꝛ pplus iudeorū
miserūt nos ad vos statuere vobiscū socie-
tatem ꝛ pacem: et conscribere nos socios et
amicos vestros. Et placuit sermo in cōspectu
eorꝝ. Et hoc rescriptū quod rescripserūt in
tabulis ereis: et miserūt in iherusalē ut essꝫ

apud eos ibi memoriale pacis ⁊ societatis.
Bene sit romanis ⁊ genti iudeorum in mari
et in terra in eternū: gladiusq; ⁊ hostis ꝓcul
sit ab eis. Quod si insteterit bellū romanis
prius aut omibꝫ socijs eoꝝ in omi dn̄atio-
ne eoꝝ: auxiliū feret gens iudeoꝝ ꝓut tē-
pus dictauerit corde pleno. Et preliantibꝫ
nō dabūt neq; subministrabūt triticum ar-
ma pecuniam naues sicut placuit romanis:
et custodient mandata eorum nichil ab eis
accipientes. Similiter autē ⁊ si gēti iudeoꝝ
prius acciderit bellum adiuuabūt romani
ex animo ꝓut eis tempus ꝑmiserit: et adiu
uantibꝫ nō dabitur triticū arma pecunia na-
ues sicut placuit romanis: et custodiēt mā-
data eoꝝ absq; dolo. Secundum hec verba
cōstituerūt romani populo iudeoꝝ. Quod si
post hec verba hij aut illi addē aut demere
ad hec aliquid voluerint faciēt ex ꝓposito
suo: et quecunq; addiderint vel dempserint
rata erūt. Sed ⁊ de malis q̄ demetrius rex
fecit in eos scripsimus ei dicentes. Quare
grauasti iugum tuū sup amicos nostros et
socios iudeos? Si ergo iterū adierint nos
aduersum te faciemus illis iudicium: et pu-
gnabimus tecum mari terraq;. IX

Interea ut audiuit demetrius quia cecidit
nichanor et exercitus eius in ꝓlio: apposuit
bachidem ⁊ alchimū rursū mittere in iudeā:
et dexteruz cornu cū illis. Et abierunt viam
que ducit in galgalam: et castra posuerūt in
masaloth que est in arbellis et occupauerūt
eam: et peremerūt animas hominū multas.
In mense primo anni centesimi ⁊ quinqua-
gesimi ⁊ secundi applicuerūt exercitum ad
iherusalem: et surrexerūt et abierūt in berea
viginti milia virorū ⁊ duo milia equituz. Et
iudas posuerat castra in laisa: et tria milia
viri electi cū eo. Et viderūt multitudinē ex
ercitus q͛ multi sunt et timuerunt valde: et
multi subtraxerūt se de castris: et non remā-
serūt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit iu-
das q͛ defluxit exercitus suus ⁊ bellū perur-
gebat eū: et confractus est corde quia non
habebat tempus congregandi eos: et dis-
solutus est. Et dixit hijs qui residui erant.
Surgamus ⁊ eamus ad aduersarios nr̄os:
si poterimus pugnare aduersus eos. Et
auertebant eum dicentes. Nō poterimus:
s; liberemus aīas nr̄as modo ⁊ reuertamur
ad fratres nostros: et tūc pugnabimus ad
uersus eos. Nos autem pauci sumus. Et
ait iudas. Absit istā rem facere ut fugiam⁹
ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum
moriamur ī virtute ꝓpter fratres nr̄os: et nō
inferamus crimē glie nostre. Et mouit ex-
ercitus de castris: et steterūt illis obuiaz. Et
diuisi sūt equites in duas partes: et fundi-
bularij ⁊ sagittarij ꝓibant exercituz: et ꝓmi
certaminis om̄es potētes. Bachides autez
erat in dextro cornu: et proximauit legio ex
duabꝫ partibꝫ: et clamabāt tubis. Exclama
uerūt aūt et hij qui erant ex parte iude etiā
ipsi: et commota est terra a voce exercituū:
et commissum est ꝓliū a mane usq; ad vespam.
Et vidit iudas q͛ firmior est pars exercitus
bachidis in dextris: et conuenerūt cū ipo oēs
constantes corde. et cōtrita est dextra pars
ab eis: et ꝑsecutus est eos usq; ad montem
azoti. Et qui in sinistro cornu erant viderūt
q͛ contritū est dextrū cornu: et secuti sūt post
iudam et eos qui cum ipso erant a tergo. Et
ingrauatum est ꝓliū: et ceciderūt vulnerati
multi ex hijs et ex illis. Et iudas cecidit: et
ceteri fugerūt. Et ionathas ⁊ symon tulerūt
iudam fratrem suū: et sepelierūt eū in sepul-
cro patrū suorū in ciuitate modin. Et fleue-
rūt eū omis poplus israhel planctu magno:
et lugebūt dies multos: et dixerūt. Quomō
cecidit potens qui saluū faciebat ꝓplm isrl̄?
Et cetera verba belloꝝ iude ⁊ virtutuz quas
fecit ⁊ magnitudinis eius nō sūt descripta.
Multa enim erant valde. Et factuz est post
obitū iude emerserūt iniqui in omibꝫ finibꝫ
israhel: et exorti sunt om̄es qui operabantur
iniquitatē. In diebꝫ illis facta ē fames ma-
gna valde: et tradidit se bachidi oīs regio
eoꝝ cū ipis. Et elegit bachides viros im-
pios ⁊ cōstituit eos dn̄os regionis: et exqui-
rebant ⁊ ꝑscrutabātur amicos iude. et addu
cebant eos ad bachidem: et vindicabat in
illos ⁊ illudebat. Et facta ē tribulacō ma-
gna in israhel: qualis nō fuit ex die qua nō
est visus ꝓpheta in israhel. Et cōgregati sūt
om̄es amici iude: et dixerūt ionathe. Ex quo
frater tuus iudas defunctus est: vir similis

ei nō est qui exeat contra inimicos. bachi-
dem et eos qui inimici sunt gentis nostre.
Nunc itaq; te hodie eligimus esse pro eo
nobis in principem ⁊ ducē: ad bellādū bel-
lum nostrum. Et suscepit ionathas tpe illo
principatū: et surrexit loco iude fratris sui.
Et ꝯgnouit bachides: et querebat eū occi-
dere. Et cognouit ionathas ⁊ symon frater
eius ⁊ omēs qui cū eo erant: et fugerunt in
desertū thecue: et ꝯsederūt ad aquam lacus
asphar. Et cognouit bachides: et die sab-
batoꝝ venit ipe ⁊ omīs exercitus eius trās
iordanen. Et ionathas misit frēm suū ducē
populi: et rogauit nabutheos amicos suos
ut comodarent illis apparatū suū: qui erat
copiosus. Et exiert filij iambri ex madaba
et comphenderūt iohannē ⁊ omīa q̄ habe-
bat: et abierūt habentes ea. Post hec v̄ba
renūciatū est ionathe ⁊ symoni fratri eius:
q2 filij iambri faciūt nuptias magnas ⁊ du
cunt sponsam ex madaba filiā vnius de ma-
gnis principib9 chanaan cū ambicōe ma-
gna. Et recordati sunt sanguinis iohannis
fratris sui: et ascenderūt et absconderūt se
sb tegimento montis. Et eleuauerūt oclos
suos ⁊ viderūt: et ecce tumultus ⁊ apparat9
multus. et sponsus processit et amici eius: et
fratres eius obuiā illis cū tympanis ⁊ mu-
sicis ⁊ armis multis. Et surrexerūt ad eos
ex insidijs et occiderunt eos: et ceciderunt
vulnerati multi: et residui fugerūt in mōtes.
Et acceperunt omnia spolia eoꝝ: et cōuerse
sunt nuptie in luctū: et vox musicoꝝ ipsoꝝ
in lamentū. Et vindicauerūt vindictā san-
guinis fratris sui: et reuersi sūt ad ripā ior-
danis. Et audiuit bachides: et venit die sab
batoꝝ usq; ad oram iordanis in v̄tute ma-
gna. Et dixit ad suos ionathas. Surga-
mus: et pugnemus cōtra inimicos nostros.
Nō est enim hodie sicut heri ⁊ nudiustercī-
us. Ecce enim bellū ex aduerso: aqua vero
iordanis hinc ⁊ inde ⁊ ripe et paludes ⁊ sal
tus: et non est locus diuertēdi. Nunc er-
go clamate in celū: ut liberemini de manū ini
micoꝝ vestroꝝ. Et cōmissum est bellum. Et
extēdit ionathas manū suam pcutere ba-
chidem: et diuertit ab eo retro. Et dissilijt
ionathas ⁊ qui cum eo erāt in iordanen: et
transnatauerūt ad eos iordanen. Et cecide
runt de parte bachidis die illa mille viri: et
reuersi sūt ī iherusalē. Et edificauerūt ciuita
tes munitas in iudea: municōem que erat in
iericho. et in ammaum. et in bethoron. et be-
thel ⁊ thamnatha ⁊ phara ⁊ thopo muris ex-
celsis ⁊ portis et seris. Et posuit custodiā in
eis: ut inimicicias exercerent in israhel. Et
muniuit ciuitatē bethsuram ⁊ gazaram. et ar
cem ⁊ posuit in eis auxilia ⁊ apparatū escarū:
et accepit filios principū regionis obsides:
et posuit eos in arce in ihrlm ī custodiā. Et
anno centesimo quinquagesimo tercio men
se secundo p̄cepit alchimus destrui muros
domus sancte interioris: et destrui opa pphe-
tarū. Et cepit destruere. In tempore illo per
cussus est alchimus et impedita sunt opera
illius: et occlusū est os eius ⁊ dissolutus est
paralisi: nec ultra potuit loqui verbū ⁊ man-
dare de domo sua. Et mortuus est alchimus
in tēpore illo cū tormento magno. Et vidit
bachides quoniā mortuus est alchimus: et
reūsus ē ad regē: et siluit terra ānis duob9.
Et cogitauerūt omēs iniqui dicentes. Ecce
ionathas ⁊ qui cū eo sūt in silentio habitāt
cōfidēter. Nūc ergo adducamus bachidē:
et comphendet eos omēs vnā nocte. Et ab
ierūt: et cōsiliū ei dederūt. Et surrexit ut ve-
niret cū exercitu multo. Et misit occulte epi-
stolas socijs suis qui erāt in iudea ut com-
p̄henderent ionathan. et eos qui cū eo erāt:
sed nō potuerūt q2 innotuit eis cōsiliū eoꝝ.
Et apphendit de viris regionis qui pncipes
erant milicie quīquaginta viros: et occidit
eos. Et secessit ionathas ⁊ symō ⁊ qui cū eo
erāt in bethbessem que ē in deserto: et extruxit
diruta eius: et firmauerūt eā. Et cognouit
bachides et ꝯgregauit vniuersam multitu
dinē suā: et hijs qui de iudea erant denūcia-
uit. Et venit et castra posuit desup bethbesse:
et oppugnauit eam dies multos: et fecit ma
chinas. Et reliquit ionathas symonē fratrē
suū in ciuitate ⁊ exiuit in regionē: et venit cū
numero ⁊ pcussit odaren ⁊ fratres eius ⁊ fi-
lios phaseron in tabnaculis ipsoꝝ: et cepit
cedē ⁊ crescē in virtutib9. Symō vero ⁊ q̄ cū
ipso erant exierūt de ciuitate et succenderūt
machinas: et pugnauerūt cōtra bachidē:

et contritus est ab eis. Et afflixerit eũ valde: quomã consiliuz eius et cõgressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos q̃ ei consiliũ dederãt ut veniret in regionez ipsorũ: multos ex eis occidit. Ipe autẽ cogitauit cũ reliquis abire in regionẽ suaz. Et cognouit ionathas ⁊ misit ad eũ legatos. cõponere pacem cũ ipo: et reddere ei captiuitatẽ. Et libenter accepit: et fecit scd̃m verba eius: et iurauit se nichil facturũ ei mali omĩbus dieb⁹ vite eius. Et reddidit ei captiuitatez quã prius erat p̃datus de terra iuda. Et conuersus abijt in terram suã: et non apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex isrl̃. Et habitauit ionathas in magmas: et cepit ionathas ibi iudicare populũ: et extermiauit impios ex isrl̃. X

ET ãno centesimosexagesimo ascẽdit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis ⁊ occupauit ptolomaidã: et receperũt eũ: et regnauit illic. Et audiuit demetrius rex ⁊ cõgregauit exẽcitũ copiosũ valde: et exiuit obuiã illi ĩ p̃liũ. Et misit demetrius epistolã ad ionathan. verbis pacificis: ut magnificaret eũ. Dixit enĩ. Anticipemus facere pacem cũ eo: priusq̃ faciat cũ alexandro aduersuz nos. Recordabitur enĩ omiũ maloꝝ q̃ fecimus in eũ. et in frẽm eius: et in gentem eius. Et dedit ei p̃tãtem cõgregandi exercitũ. et fabricare arma: et esse ipsum socium eius: et obsides qui erãt in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas in ierusalẽ: et legit epistolas in auditu omĩs populi: ⁊ eoꝝ qui in arce erant. Et timuerũt timore magno: quoniam audierũt q̃ dedit ei rex potestatẽ cõgregandi exercitũ. Et traditi sunt ionathe obsides: et reddidit eos parentibus suis. Et habitauit ionathas in ierusalẽ: et cepit edificare. et innouare ciuitatẽ. Et dixit facientib⁹ opera ut extruerent muros ⁊ montẽ syon in circuitu. lapidibus quadratis ad municiõem: et ita fecerunt. Et fugerũt alienigene qui erãt in municõib⁹ q̃s bachides edificauerat: et reliquit vnusquisq; locũ ⁊ abijt in terrã suã: tantũ in bethsura remanserũt aliqui ex hijs qui reliquerant legem ⁊ precepta dei. Erat enim hec eis ad refugiũ. Et audiuit alexãder rex ꝓmissa que ꝓmisit demetrius ionathe: et narrauerũt ei p̃lia et virtutes quas ipse fecit et fratres eius: et labores quos laborauerunt. Et ait. Nunquid inueniemus aliquẽ virũ talem? Et nũc faciemus eũ amicũ ⁊ sociũ nostrum. Et scripsit epistolam: et misit ei secundũ hec verba dicens. Rex alexãder. fratri ionathe salutẽ. Audiuimus de te q̃ vir potẽs sis viribus: et aptus es ut sis amicus nr̃. Et nũc cõstituimus te hodie sũmũ sacẽdotẽ gẽtis tue: et ut amicus voceris regis. Et misit ei purpuram ⁊ coronam aureaz: ut que nostra sũt sentias nobiscuz: et cõserues amicicias ad nos. Et induit se ionathas stola sancta septimo mense. anno centesimosexagesimo in die sollẽni scenophegie. Et cõgregauit exercituz: et fecit arma copiosa. Et audiuit demetrius verba ista: et contristatus est nimis. Et ait. Quid hoc fecim⁹: q̃ p̃occupauit nos alexãder apꝑhendẽ amiciciã iudeoꝝ ad muniminẽ sui? Scribã ⁊ ego illi verba dep̃catoria ⁊ dignitates et dona: ut sit mecũ in adiutorium. Et sc̃psit ei in hec verba. Rex demetrius: gẽti iudeoꝝ salutem. Quomiã seruastis ad nos pactũ ⁊ mansistis in amicicia nostra: et non accessistis ad inimicos nostros: audiuimus et gauisi sumus. Et nũc pseuerate adhuc cõseruare ad nos fidez: et retribuemus vobis bona ꝓ hijs que fecistis nobiscũ: et remittemus vobis p̃stacões multas et dabimus vobis donacões. Et nunc absoluo vos et omẽs iudeos a tributis: et p̃cia salis indulgeo: et coronas remitto. Et tercias seminis. et dimidiam partem fructus ligni quod est portionis mee relinquo vobis ex hodierno die ⁊ deinceps: ne accipiatur a terra iuda. et a tribus ciuitatib⁹ que addite sunt illi ex samaria et galilea: ex hodierna die et in totum tempus. Et ierusalem sit sancta et libera cũ finib⁹ suis: et decime ⁊ tributa. ipsius sint. Remitto etiã potestatez arcis que est in ierusalẽ ⁊ do eam sũmo sacerdoti: ut constituat in ea viros quoscũq; ipe elegerit qui custodiant eam. Et omnem animã iudeoꝝ que captiua est a terra iuda in omni regno meo relinquo liberã gratis: ut omẽs a tributis soluãtur etiã pecoꝝ suoꝝ. Et omẽs dies solẽnes ⁊ sabbata. et neomenie ⁊ dies decreti.

et tres dies ante diem solemnē. et tres dies
post diem solēnem sint omnes immunitatis
et remissionis omnibꝫ iudeis q̄ sūt in regno
meo. Et nemo habebit potestatē agere ali=
quid: et mouere negocia aduersus aliquez
illoꝝ in omni causa. Et ut ascribantur ex iu=
deis in exercitu regis ad trigintamilia viro
rū. Et dabūtur illis copie ut oportet omibꝫ
exercitibꝫ regis: et ex eis ordinabūtur qui
sint in municōnibꝫ regis magni. Et ex hijs
cōstituētur sup negocia regni que agūtur
ex fide: et principes sint ex eis ⁊ ambulent
legibꝫ suis: sicut precepit rex in terra iuda.
Et tres ciuitates que addite sunt iudee ex
regione samarie cū iudea reputētur ut sint
sub vno: et nō obediant aliene potestati nisi
summo sacerdoti: ptolomaida et confines
eius quas dedi donū sanctis qui sūt in ihe=
rusalem ad necessarios sūptus sanctorum.
Et ego dabo singulis annis quindecim mi=
lia sicloꝝ argenti de racōibꝫ regis que me
contingunt: et omne qđ reliquū fuerit quod
non reddiderant qui sup negocia erāt an=
nis prioribꝫ: ex hoc dabūt in opera domus.
Et sup hec quinqꝫ milia sicloꝝ argenti que
accipiebant de sanctoꝝ ratione p singulos
annos: et hec ad sacerdotes ptineāt qui mi=
nisterio fungūtur. Et quicūqꝫ confugerint
in templū qđ est iherosolimis et in omnibꝫ
finibꝫ eius obnoxij regi in omni negocō di
mittātur: et vniuersa que sunt eis in regno
meo libera habeāt. Et ad edificanda vel re=
staurāda opera sanctoꝝ sumptus dabūtur
de racōne regis: et ad extruēdos muros in
iherusalē. et cōmmuēdos in circuitu sūptus
dabūtur de racōe regis: et ad cōstruendos
muros in iudea. Ut audiuit aūt ionathas
et populus sermones istos. nō crediderunt
eis nec receperūt eos: qꝛ recordati sūt mali=
cie magne quā fecerat in israhel: et tribula=
uerat eos valde. Et cplacuit eis in alexan
drū: qꝛ ipse fuerat eis pnceps sermonū pa=
cis: et ipi auxiliū ferebant omibus diebus.
Et cgregauit rex alexāder exercitū magnū:
et admouit castra contra demetriū. Et cmi=
serūt pliū reges ⁊ fugit exercitus demetrij:
et insecutus est eū alexāder: et incubuit sup
eos. Et inualuit preliū nimis. donec occidit
sol: et cecidit demetrius in illa die. Et misit
alexāder ad ptolomeuz regē egipti lega=
tos. scđm hec vba dicēs. Quoniā regressus
sū in regnū meū ⁊ sedi i sede patrū meoꝝ. et
obtinui principatū ⁊ ctriui demetriū. et pos=
sedi regionē nostrā. et cmisi pugnā cum eo
et contritus est ipse et castra eius a nobis et
sedemus in sede regni eius: et nūc statuamꝰ
adinuicē amiciciā et da michi filiā tuaz uxo=
rem: et ero gener tuus: et dabo tibi dona et
dignitatez. Et rn̄dit rex ptolomeus dicēs.
Felix dies i qua reuersus es ad terrā patrū
tuoꝝ: et sedisti in sede regni eoꝝ. Et nunc
faciam tibi qđ scripsisti: sed occurre michi
ptolomaidam ut videamus inuicez nos: et
spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit ptolo=
meus de egipto ipe ⁊ cleopatra filia eius: et
venit ptolomaidam āno cētesimo sexagesi=
mo secūdo. Et occurrit ei alexāder rex. Et de=
dit ei cleopatram filiam suā: et fecit nuptias
eius ptolomaide. sicut reges i magna glo
ria. Et scripsit alexāder rex ionathe: ut ve=
niret obuiam sibi. Et abijt cū gloria ptolo=
maidā et occurrit ibi duobꝫ regibꝫ: et dedit
illis argentū multū ⁊ aurū ⁊ dona: et inuenit
gratiā in cōspectu eoꝝ. Et cuenerūt aduer=
sus eū viri pestilētes ex israhel viri iniqui in=
terpellātes aduersus eū: et nō intendit ad
eos rex. Et iussit spoliari ionathan vestibus
suis: et indui eū purpura. Et ita fecerunt. Et
collocauit eū rex sedere secū: dixitqꝫ pncipi=
bus suis. Exite cū eo in mediū ciuitatis: et p
dicate ut nemo adūsus eū interpellet de vl=
lo negotio: nec quisq̄ ei molestus sit de ulla
racōne. Et factū est ut viderūt qui interpel=
labant. gloriā eius que pdicabatur. et opti
eū purpura: fugerūt oms. Et magnificauit
eū rex: et scripsit eū inter primos amicos: et
posuit eū ducem ⁊ participem principatus.
Et reuersus ē ionathas i iherusalez: cū pace
et leticia. In āno centesimo sexagesimo qnto
venit demetrius filius demetrij a creta i ter=
rā patrū suoꝝ. Et audiuit alexāder rex et
cōtristatus est valde: et reūsus ē antiochiā.
Et constituit demetrius rex appolonium
ducem qui perat celesyrie: et congregauit
exercitum magnum et accessit ad iammam:
et misit ad ionathan sūmū sacerdotē dicēs.

Tu solus resistis nobis. Ego autez factus
sum in derisuz et in opprobriū: ꝓpterea quia
tu potestatē aduersū nos exerces in monti-
bus. Nūc ergo si confidis in virtutibꝫ tuis
descende ad nos in campū et comparemus
illic invicē: quia mecū est virtus belloꝝ. In-
terroga et disce quis sim ego et ceteri qui
auxilio sunt michi: qui ⁊ dicūt quia non po-
test stare pes vester. ante faciem nostram:
quiá bis in fugam cōuersi sunt patres tui in
terram suam. Et nūc quō poteris sustinere
equitatū et exercitum tantū in campo ubi nō
est lapis neqꝫ saxum: neqꝫ locus fugiendi:
Ut audiuit aūt ionathas sermones appol-
lonij: motus est animo. Et elegit decem mi-
lia viroꝝ: et exijt ab iherusalez: et occurrit
ei symon frater eius in adiutoriuz. Et appli-
cuerūt castra in ioppen. Et exclusit eū a ciui-
tate: quia custodia appolonij ioppe erat: et
oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in
ciuitate aperuerunt ei: et obtinuit ionathas
ioppen. Et audiuit appollonius: et admo-
uit tria milia equitū. et exercitum multuz. Et
abijt in azotum tanq̄ iter faciens: et statim
exijt in campū: eo quod haberet multitudi-
nem equitū ⁊ confideret in eis. Et insecutus
est eū ionathas in azotū: et cōmiserūt pliū.
Et reliquit appollonius ī castris mille eq̄tes
post eos occulte. Et cognouit ionathas
qm̄ insidie sunt post se: et circuierunt castra
eius: et iecerūt iacula in poplm̄ a mane usqꝫ
ad vesperam. Populus aūt stabat sicut p̄ce
pit ionathas: et laborauerunt equi eoꝝ. Et
eiecit symon exercituz suū: et cōmisit contra
legionem. Equites enim fatigati erant. Et
contriti sunt ab eo: et fugerūt. Et qui dispsi
sunt per campū fugerūt in azotū: et intraue-
rūt in bethdagon ydolū suū: ut ibi se libera-
rent. Et succendit ionathas azotum et ciui-
tates que erant in circuitu eius: et accepit
spolia eoꝝ: et templū dagon et omnes qui
fugerūt in illud succēdit igni. Et fuerūt qui
ceciderūt gladio cū hijs qui succensi sunt:
fere octo milia viroꝝ. Et mouit inde iona
thas castra. et applicuit ea aschalonam: et
exierunt de ciuitate obuiam illi in magna
gloria. Et reuersus est ionathas in iherusa-
lem cū suis habētibꝫ spolia multa. Et factuz
est ut audiuit alexā der rex s̄mones istos:
addidit adhuc glorificare ionathan. Et
misit ei fibulam auream: sicut consuetudo ē
dari cognatis regum. Et dedit ei accharon
et omnes fines eius in possessionem. XI

Et rex egipti cōgregauit exercitū sic
arenam que ē circa oram maris. et na-
ues multas: et querebat obtinere regnum
alexandri dolo: ⁊ addere illud regno suo.
Et exijt in syriam verbis pacificis: et aperie-
bantur ei ciuitates. et occurrebant ei: quia
mandauerat alexander rex exire ei obuiā.
eo q̄ socer suus esset. Cū autē introiret ciui-
tatem ptolomeus: ponebat custodias mili-
tum ī singulis ciuitatibꝫ. Et ut appropiauit
azoto ostēderūt ei templū dagon succensū
igni: et azotum et cetera eius demolita ⁊ cor-
pora ꝓiecta: et eoꝝ qui cesi erāt in bello tu-
mulos. quos fecerant secus viam. Et narra
uerūt regi q̄ hec fecit ionathas: ut inuidi-
am facerēt ei. Et tacuit rex. Et occurrit io-
nathas regi in ioppen cū gloria: et inuicem
se salutauerūt: et dormierūt illic. Et abijt io
nathas cū rege usqꝫ ad fluuiū q̄ vocabatur
eleutherus: et reuersus est in ihrl'm. Rex aūt
ptolomeus obtinuit dn̄iū ciuitatū usqꝫ seleu
tiam maritimam: et cogitabat ī alexandruz
cōsilia mala. Et misit legatos ad demetriuz
dicens. Ueni componamus inter nos pa-
ctum ⁊ dabo tibi filiā meā quā habet alexā-
der: et regnabis ī regno patris tui. Penitet
enim me: q̄ dederim illi filiam meaz. Que-
siuit enim me occidere. Et vituperauit eum:
ꝓpterea q̄ concupierat regnū eius. Et abs-
tulit filiā suā et dedit eam demetrio: et alie-
nauit se ab alexandro: et manifestate sunt
inimicicie eius. Et intrauit ptolomeus antio
chiā: et imposuit duo dyademata capiti suo.
egipti et asie. Alexander aūt rex erat in ci-
licia illis temporibꝫ: q̄ rebellabant qui erāt
in locis illis. Et audiuit alexander: et venit
ad eū in belluz. Et produxit ptolomeus rex
exercitū: et occurrit ei in manu valida: et fu-
gauit eū. Et fugit alexander in arabiam: ut
ibi protegeretur. Rex aūt ptolomeus exal-
tatus est: et abstulit zabdihel arabs caput
alexandri: et misit ptolomeo. Et rex ptolo-
meus mortuus ē in die tercia: et qui erant in

municōibus pierūt ab hijs qui erant inter
castra. Et regnauit demetrius anno centē-
simoseptuagesimoseptimo. In diebus illis
congregauit ionathas eos qui erāt in iu-
dea· ut expugnarent arcē que est in ihrl'm:
et fecerunt contra eā machinas multas. Et
abierūt quidā qui oderāt gentē suam viri
iniqui ad regē demetriū: et renūciauerūt ei
ꝙ ionathas obsideret arcē. Et ut audiuit
iratus est· et statim venit ptolomaidam: et
scripsit ionathe ne obsideret arcem: sed oc-
curreret sibi ad colloquium festinato. Ut
audiuit autem ionathas iussit obsideri. Et
elegit de senioribꝫ israhel et de sacerdotibus:
et dedit se piculo. Et accepit aurū argentū
et vestē et alia xenia multa: et abijt ad regē
ptolomaidā: et inuenit gratiā in ɔspcū eius.
Et interpellabant adūsus eū· quidā iniqui
ex gente sua. Et fecit ei rex: sicut fecerant ei
qui ante eū fuerant. Et exaltauit eū in con-
spectu omniū amicoꝝ suoꝝ: et statuit ei pri
cipatū sacerdotij· et quecūqꝫ alia habuit
prius pciosa: et fecit eū principē amicoꝝ.
Et postulauit ionathas a rege ut immunē
faceret iudeā et tres toparchias id ē sama-
riam et ɔfines eius: et ꝓmisit ei talēta trecē-
ta. Et ɔsensit rex: et scripsit ionathe ep̄las
de hijs omībꝫ hūc modū cōtinētes. Rex de-
metrius fratri ionathe salutē et gēti iudeoꝝ.
Exemplū epistole quā scripsimus lasthem
parenti nostro de vobis misimus ad vos:
ut sciretis. Rex demetrius lasthem parenti
salutē. Genti iudeoꝝ amicis nr̄is et ɔseruan
tibus que iusta sunt apud nos decreuimus
benefacere ꝓpter benignitatē ipoꝝ quam
erga nos habēt. Statuimus ergo illis oēs
fines iudee· et tres ciuitates lydā et rama-
the que addite sūt iudee et samariā· et omes
cōfines earū sequestrari omībꝫ sacrificātibꝫ
in iherosolimis: pro hijs que ab eis prius
rex accipiebat p singulos annos: et ꝓ fru-
ctibꝫ terre et pomoꝝ. Et alia que ad nos p
tinebant decimarū et tributoꝝ· ex hoc tpe
remittimus eis· et areas salinarū et coronas
que nobis deferebātur oīa ipis ɔcedimus:
et nichil hoꝝ irritū erit ex hoc et in omē tps.
Nunc ergo curate facere hoꝝ exemplū: et
detur ionathe et ponatur in mōte sancto et in
loco celebri. Et vidēs demetrius rex ꝙ siluit
terra in cōspectu suo et nichil ei resistit dimi-
sit totū exercitū suū vnūquēqꝫ in locū suū·
excepto pegrino exēcitu quē traxit ab insu
lis gentiū: et inimici erāt ei omēs exercitus
patrū eius. Triphon aūt erat quidā partiū
alexādri prius: et vidit quoniā omīs exer-
citus murmurauit cōtra demetriū: et iuit ad
emalchuel arabū qui nutriebat antiochum
filiū alexandri: et assidebat ei ut traderet eū
ipi: ut regnaret in loco patris sui. Et enūci-
auit ei quāta fecit demetrius: et inimicicias
exēcituū eius adūsus illū. Et mansit ibi die-
bus multis. Et misit ionathas ad demetriū
regem ut eiceret eos qui in arce erāt in ihe-
rusalē· et qui in p̄sidijs erant: qꝛ impugna-
bant israhel. Et misit demetrius ad ionathā
dicens. Nō hoc tantū faciā tibi et genti tue:
sed gloria illustrabo te et gentē tuā cū fuerit
oportunū. Nūc ergo recte feceris si miseris
in auxiliū michi viros: qꝛ discessit omīs exē-
citus meus· Et misit ei ionathas tria milia
viroꝝ fortiū antiochiam. Et venerūt ad re-
gem: et delectatus est rex in aduentu eorū.
Et cōuenerūt qui erāt in ciuitate· centumui-
ginti milia viroꝝ: et volebant interficere re
gem. Et fugit rex in aulam: et occupauerūt
qui erant de ciuitate itinera ciuitatis: et cepe
rūt pugnare. Et vocauit rex iudeos in auxi
liū: et ɔuenerūt omēs simul ad eū. Et dispsi
sunt omēs p ciuitatē: et occiderūt in illa die
centū milia hominū. Et succenderūt ciuitatē:
et ceperūt spolia multa in illa die: et liberaue
rūt regē. Et viderūt qui erāt de ciuitate ꝙ
obtinuissent iudei ciuitatē sicut volebant: et
infirmati sūt mente sua: et clamauerūt ad re-
gē cū p̄cibꝫ dicētes. Da nobis dextras: et ces
sent iudei oppugnare nos· et ciuitatē. Et ꝓ-
iecerūt arma sua et fecerūt pacē. Et glorifi-
cati sūt iudei in cōspectu regis et in cōspectu
omniū qui erant in regno eius: et nominati
sunt in regno. Et regressi sunt in iherusalē:
habentes spolia multa. Et sedit demetrius
rex in sede regni sui: et siluit terra in cōspcū
eius. Et mētitus ē oīa quecūqꝫ dixit: et ab a-
lienauit se a ionatha et nō retribuit ei scd̄m
beneficia que sibi tribuerat: et vexabat eum
valde. Post hec autē reuersus est triphon

et antiochus cū eo puer adolescens: et regnauit et imposuit sibi diadema. Et ꝯgregati sūt ad eū omnes exercitus quos dispserat demetrius: et pugnauerūt contra eū: et fugit et terga vertit. Et accepit triphon bestias: et obtinuit antiochiam. Et scripsit antiochus adolescēs ionathe dicens. Cōstituo tibi sacerdotiū: et ꝯstituo te sup quatuor ciuitates: ut sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministeriū ⁊ dedit ei potestatē bibendi ī auro ⁊ esse in purpura: et habere fibulā aureā. Et simonē fratrē eius cōstituit ducē a terminis tyri· usq̄ ad fines egipti. Et exijt ionathas et pambulabat trās flumē ciuitates: et ꝯgregatus ē ad eū omnis exēcitus sirie ī auxiliū. Et venit aschalonē: et occurrerūt ei honorifice de ciuitate. Et abijt inde gazam et cōcluserūt se q̄ erāt gaze· et obsedit eam: et succendit que erāt in circuitu ciuitatis: et predatus est eam. Et rogauerūt gazenses ionathan ⁊ dedit illis dextrā: et accepit filios eorū obsides· et misit illos in ihrlm: et pambulauit regionem usq̄ damascū. Et audiuit ionathas q̄ preuaricati sūt principes demetrij in cades que est in galilea cū exercitu multo volētes eū remouere a negocio regni: ⁊ occurrit illis: fratrē aūt suū simonē reliquit intra ꝓuinciam. Et applicuit simon ad bethsurā· et expugnabat eam diebus multis: et conclusit eos. Et postulauerūt ab eo dextras accipē: et dedit illis. Et eiecit eos inde et cepit ciuitatē: et posuit ī ea presidiū. Et ionathas et castra eius applicuerūt ad aquā genesar: et ante lucem vigilauerūt in campo asor. Et ecce castra alienigenarū occurrebāt ī campo: et tendebāt ei insidias in montibꝰ: ipse autem occurrit ex aduerso. Insidie vero exsurrexerūt de locis suis: et cōmiserūt preliū. Et fugerūt q̄ erant ex parte ionathe omnes: et nemo relictus ē ex eis nisi mathatias filius absolomi: et iudas filius calphi: princeps milicie exercitus. Et scidit ionathas vestimēta sua: et posuit terrā in capite suo: et orauit. Et reuersus est ionathas ad eos in preliū: et conuertit eos in fugā: et pugnauerūt. Et viderūt qui fugiebant partis illius· et reuersi sūt ad eū: et insequebantur cū eo omnes usq̄ cades ad castra sua: et peruenerunt usq̄ illuc. Et ceciderūt de alienigenis in die illa tria milia viroꝝ: et reuersus ē ionathas in ihrlm.

XII

Et vidit ionathas quia tempus eum iuuat: et elegit viros: et misit eos romā statuere ⁊ renouare cū eis amiciciā. Et ad spartiatas et ad alia loca misit epistolas secūdū eandē formam. Et abierūt romā: ⁊ intrauerūt curiam et dixerūt. Ionathas sūmus sacerdos et gens iudeoꝝ miserūt nos: ut renouemꝰ amiciciā ⁊ societatē secundū pristinū. Et dederūt illis epistolas ad ipos per loca: ut deducerent eos in terrā iuda cū pace. Et hoc est exemplū epistolaꝝ quas scripsit ionathas spartiatis. Ionathas sūmus sacerdos. et seniores gētis· et sacerdotes· et reliquus populus iudeoꝝ· spartiatis fratribꝰ salutē. Iam pridē misse erant epistole ad oniam summū sacerdotem a dario qui regnabat apud vos: qm̄ estis fratres nr̄i: sicut scriptū continet qd̄ subiectum est. Et suscepit onias virū qui missus fuerat cū honore: et accepit epistolas in quibꝰ significabatur de societate et de amicicia. Nos enim cū nullo hoꝝ indigeremus. habētes solacō sanctos libros qui sūt in manibꝰ nostris: maluimꝰ mittere ad vos renouaē fraternitatē ⁊ amiciciam: ne forte alieni efficiamur vobis. Multa eni tēpora trāsierūt ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omi tēpore sine intermissione· in diebus solemnibus et ceteris quibꝰ oportet· memores sumus vr̄i in sacrificijs q̄ offerimus· et in obseruationibꝰ: sicut phas ē et decet· meminisse fratrū. Letamur itaq̄ de gloria vestra. Nos autē circūdederunt multe tribulacōes· et multa prelia: et impugnauerūt nos reges qui sūt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse: neq̄ ceteris socijs et amicis nostris in hijs plijs. Habuimus eni de celo auxiliū: et liberati sumus nos: et humiliati sūt inimici nostri. Elegimus itaq̄ numeniū antiochi filiū ⁊ antipatrē iasonis filiū: et misimus ad romanos renouare cū eis amiciciā et societatem pristinā. Mandauimus itaq̄ eis ut veniant etiā ad vos et salutent vos: et reddant vobis epistolas nr̄as de inuocatione

fraternitatis nostre. Et nunc benefacietis:
respondētes nobis ad hec. Et hoc rescriptū
epistolaꝝ: q̄d misit onias. Rex spartiata-
rū onias. ionathe sacerdoti magno salutē.
Inuentū est in scriptura de spartiatis ⁊ iude-
is quoniā sunt fratres: et q̄ sunt de genere
abraham. Et nūc exquo hec cognouimus:
bn̄facitis scribētes nobis de pace vr̄a. Sꝫ
et nos rescripsimus vobis. Pecora nostra
et possessiones nostre vestre sūt: et vr̄e nr̄e.
Mandauimus itaqꝫ hec nūciari vobis. Et
audiuit ionathas quoniā egressi sūt prin-
cipes demetrij cum exercitu multo supra q̄
prius. pugnare aduersus eū: ⁊ exijt ab ihe
rusalem: et occurrit eis in amathite regio-
ne. Non enim dederat eis spaciū ut ingre-
derētur regionē eius. Et misit speculatores
in castra eoꝝ: et reuersi renunciauerunt q̄
constituerūt superuenire illic nocte. Cū occi
disset autē sol. ꝑcepit ionathas suis vigila
re: et esse in armis paratos ad pugnā tota
nocte. Et posuit custodes ꝑ circuitū castro
rū. Et audierunt aduersarij q̄ paratus est
ionathas cū suis in bello: et timuerūt et for-
midauerūt ī corde suo: et accenderūt focos
in castris suis. Jonathas autē et qui cū eo
erāt non cognouerūt usqꝫ mane. Viderūt
autē lumina ardētia: et secutus ē eos iona
thas: et nō ↄp̄hendit eos. Transierūt enī
flumen eleutherū. Et diuertit ionathas ad
arabes q̄ vocabātur zabadei: et ꝑcussit eos.
et accepit spolia eoꝝ. Et iunxit. et venit da
mascū: et ꝑambulabat omē regionē illā.
Symon autē exijt. et venit usqꝫ ascalonē et
ad ꝓxima p̄sidia: et declinauit in ioppen: et
occupauit eā. Audiuit enim q̄ vellent pre
sidiū tradere partibꝰ demetrij: et posuit ibi
custodes: ut custodirent eā. Et reuersus ē
ionathas ⁊ conuocauit seniores populi: et co-
gitauit cū eis edificare presidia in iudea: et
edificare muros in ihrusalē. et exaltare al
titudine magna inter medium arcis ⁊ ciui
tatis. ut separaret eā a ciuitate. ut esset ipa
singulariter: et neqꝫ vendāt neqꝫ emāt. Et
conuenerūt ut edificarēt ciuitatē: et cecidit
murus qui erat sup torrentē: ab ortu solis.
et reparauit eū q̄ vocat̄ caphetheta. Et symō
edificauit adiada in sephela. et muniuit eā:
et imposuit portas ⁊ seras. Et cum cogitasset
triphon regnare asye. et assumere diade-
ma. et extēdere manū ī antiochū regē timēs
ne forte nō ꝑmitteret eū ionathas sed pu-
gnaret aduersus eū: querebat ↄp̄hendere
eū ⁊ occidere. Et exsurgēs abijt ī bethsan:
et exijt ionathas obuiā cum quadraginta
milibꝰ viroꝝ electoꝝ ī p̄liū: et venit betha
san. Et vidit triphon q̄ venit ionathas cū
exercitu multo ut extēderet ī eū manus: et ti-
muit. Et excepit eū cū honore: et ↄmēdauit
eū omībꝰ amicis suis: ⁊ dedit ei munera. Et
p̄cepit exercitibꝰ suis ut obedirēt ei sicut sibi.
Et dixit ionathe. Ut quid vexasti uniuersum
ꝑplm: cū nobis bellū nō sit? Et nūc remitte
eos ī domos suas. Elige aūt viros paucos
qui tecū sint: et veni mecū ptolomaidam. et
tradā eā tibi: et reliqua p̄sidia. et exercitū.
et uniuersos ꝓpositos negocij: et ↄuersus abi-
bo. Propterea enī veni. Et credidit ei: et fe
cit sicut dixit ⁊ dimisit exercitū: et abierunt
in terrā iuda. Retinuit aūt secū tria milia vi-
roꝝ: ex quibꝰ remisit ī galileā duo milia:
mille autē venerūt cū eo. Ut autē intrauit
ptolomaidam ionathas. clauserūt portas
ciuitatis ptolomenses: et ↄp̄henderūt eū: et
omēs qui cū eo intrauerunt. gladio interfe
cerūt. Et misit triphon exercitū ⁊ equites in
galileā ⁊ in campū magnū: ut ꝑderet omēs
socios ionathe. At illi cū cognouissent q̄
comp̄hensus est ionathas ⁊ ꝑijt. et omēs
qui cū eo erāt: hortati sūt semetipsos. et ex-
ierūt parati in p̄liū. Et vidētes hij q̄ insecuti
fuerāt q̄ ꝓ anima res est illis. reuersi sūt: il-
li aūt venerunt omēs cū pace ī terrā iuda.
Et planxerunt ionathan: et eos qui cū ipso
erāt valde. Et luxit isrl̄ luctu magno. Et
quesierūt omēs gentes qui erāt in circuitu
eoꝝ ↄterere eos. Dixerūt enim. Nō habēt
p̄ncipē ⁊ adiuuātē: nūc ergo expugnemꝰ
illos: et tollamus de hoībꝰ memoriā eoꝝ.

XIII

Et ut audiuit symō q̄ ↄgre-
gauit triphon exercitū copiosū. ut ve
niret in terrā iuda ⁊ attereret eam: videns
quia ī tremore populus est ⁊ in timore. ascē
dit ihrusalem ⁊ congregauit populum: et
adhortans dixit. Vos scitis quanta ego
et fratres mei. et domus patris mei fecimꝰ

pro legibus et pro sanctis prelia: et angu-
stias quales vidimus. Horum gratia peri-
erūt fratres mei omnes propter israhel: et
relictus sū ego solus. Et nūc nō michi con
tingat parcere anime mee: in omī tempore
tribulationis. Non enim melior sū fratribꝰ
meis. Vindicabo itaqꝫ gentē meā ⁊ sancta.
natos qꝫ vestros et vxores: qꝛ congregate
sūt vniuerse gentes conterere nos inimicicie
gratia. Et accensus ē spūs populi simul. ut
audiuit sermones istos: et responderūt vo
ce magna dicētes. Tu es dux noster loco
iude et ionathe fratris tui. Pugna preliū
nostrū: et omnia quecūqꝫ dixeris nobis fa
ciemus. Et congregans omnes viros bel-
latores accelerauit cōsummare vniuersos mu
ros ihrlm: et muniuit eam in gyro. Et misit
ionathan filiū absolomi: et cū eo exercitum
nouū in ioppen: et eiectis hijs qui erant in
arce. remansit illic ipe. Et mouit triphon a
ptolomaida cum exercitu multo ut veniret
in terrā iuda: et ionathas cū eo i custodia.
Simon autem applicuit in addus cōtra fa
ciem campi. Et ut cognouit triphon qꝛ sur-
rexit simon loco fratris sui ionathe. et quia
commissurus esset cū eo pliū: misit ad eū le
gatos dicens. Pro argento qđ debebat fra
ter tuus ionathas i ratōne regis ꝓpter ne-
gocia que habuit: detinuimus eum. Et nūc
mitte argenti talenta centum ⁊ duos filios
eius obsides: ut nō dimissus fugiat a nob:
et remittemus eū. Et cognouit simon quia
cū dolo loqueretꝰ secū. Jussit tamen dari ar
gentum ⁊ pueros: ne inimiciciā magnā su-
meret ad populū israhel dicentē: qꝛ nō misit
ei argentū et pueros. ꝓpterea perijt. Et mi
sit pueros et centum talenta. Et mentitus
est: et non dimisit ionathan. Et post hec ve-
nit triphon in regionē ut cōtereret eam: et
gyrauerūt per viam que ducit ador. Et si-
mon et castra eius. ambulabant in omnem
locū quocūqꝫ ibant. Qui autē in arce erāt.
miserūt ad triphonē legatos. ut festinaret
venire per desertū: et mitteret illis alimoni-
as. Et parauit triphon omnē equitatū: ut
veniret illa nocte. Erat aūt nix multa val-
de: et non venit in galadithim. Et cū appro-
pinquasset baschaman: occidit ionathan
et filios eius illic. Et cōuertit triphon: et abijt
in terram suā. Et misit simon et accepit ossa
ionathe fratris sui: et sepeliuit ea in modin
ciuitate patrū eius. Et planxerūt eū omnis
israhel planctu magno: et luxerūt eum dies
multos. Et edificauit simon super sepulcrū
patris sui et fratrū suorū edificiū altū visu.
lapide polito retro et ante: et statuit septē
piramidas vnā contra vnā: patri et matri.
et quatuor fratribꝰ. Et hijs circūposuit co-
lūnas magnas: et sup colūnas arma. ad me
moriā eternā: et iux arma naues sculptas:
que viderentꝰ ab hominibꝰ nauigātibꝰ ma
re. Hoc est sepulcrū qđ fecit i modin usqꝫ
in hunc diē. Triphon aūt cū iter faceret cū
antiocho rege adolescēte. dolo occidit eū:
et regnauit i loco eius. Et imposuit sibi di-
adema asye: et fecit plagā magnā in terra.
Et edificauit simon ꝑsidia iudee: muniens
eā turribꝰ excelsis. et muris magnis et por-
tis ⁊ seris: et posuit alimenta i municōibꝰ.
Et elegit simon viros et misit ad demetriū
regem. ut faceret remissionē regioni: quia
actus omēs triphonis p direptiōnē fuerāt
gesti. Et demetrius rex ad verba ista respō
dit ei: et scripsit epistolam talē. Rex deme-
trius simoni sūmo sacerdoti ⁊ amico regū:
et senioribꝰ et genti iudeorꝫ. salutē. Coro-
nā aureā ⁊ bahen quā misistis suscepimus:
et parati sumus facē vobiscū pacē magnā:
et scribere ꝑpositis regis remittere vobis q
indulsimus. Quecūqꝫ enim constituimus
vobis constant. Municōes quas edifica-
stis vobis sint. Remittimus qꝫ ignorantias
et peccata usqꝫ in hodiernū diem et coronā
quā debebatis. Et si quid aliud erat tribu-
tariū in iherusalē: iam nō sit tributariū. Et
si qui ex vobis apti sūt conscribi inter nos
conscribantꝰ: et sit inter nos pax. Anno cēte
simo septuagesimo ablatū ē iugū gētiū ab
israhel. Et cepit populus israhel scribere i ta
bulis ⁊ gestis publicis: āno pmo sub simo-
ne sūmo sacerdote magno duce et principe
iudeorꝫ. In diebus illis applicuit simon ad
gazā. et circūdedit eam castris. et fecit ma-
chinas: et applicuit ad ciuitatē. et pcussit tur
rem vnam: et comphendit eam. Et qui eru
perant erant intra machinam et ciuitatē: et

factus est motus magnus in ciuitate. Et
ascenderūt qui erāt ī ciuitate cū vxorib⁹ et
filijs sup̄ murū scissis tunicis suis: et clama
uerūt voce magna postulātes a symone de-
xtras sibi dari: et dixerūt. Non nobis red-
das secundū malicias nostras. ſ; scd̄m mi-
sericordias tuas: et seruiemus tibi. Et flexus
symō. nō debellauit eos: eiecit tamē eos de
ciuitate. et emūdauit edes in quib⁹ fuerant
simulacra: et tūc intrauit in eā cū ymnis bn̄-
dicens dn̄m. Et eiecta ab ea omi immūdi-
cia collocauit in ea viros qui legē facerēt:
et muniuit eā: et fecit sibi habitacōem. Qui
aūt erāt in arce ihrusalē ꝓhibebāt̄ egre-
di et ingredi regionē. et emē ac vendē: et
esurierūt valde: ⁊ multi ex eis fame perierūt.
Et clamauerūt ad symonē ut dextras acci-
perēt: et dedit illis. Et eiecit eos inde: et mū-
dauit arcem a cōtaminacōib⁹. Et intraue
rūt in eā. tercia ⁊ vicesima die scd̄i mens̄. an
no cētesimoseptuagesimoprimo cū laude
et ramis palmaꝝ. et citharis ⁊ cimbalis et
nablis et ymnis ⁊ cāticis: q̄ꝛ ɔtritus ē inimi-
cus magnus ex israhel. Et ɔstituit ut omib⁹
annis agerent̄ dies hij cū leticia. Et muni
uit montē tēpli. qui erat secus arcē: et habi
tauit ibi ipse et qui cum eo erāt. Et vidit sy
mon iohannem filium suū q̄ꝛ vir fortis esset:
et posuit eū ducē virtutū vniūsaꝝ: et habi-
tauit ī gazaris.

XIIII

Anno cen-
tesimoseptuagesimosecūdo ɔgrega
uit rex demetrius exercitum suū: et abijt in
mediam ad contrahenda sibi auxilia: ut ex
pugnaret triphonem. Et audiuit arsaces
rex persidis ⁊ medie q̄ꝛ intrauit demetrius
ɔfines suos: et misit vnū de principib⁹ suis
ut ɔp̄henderet eū viuū: ⁊ adducerēt eū ad se.
Et abijt ⁊ peussit castra demetrij. ⁊ ɔp̄hēdit
eū: et duxit eū ad arsacem: et posuit eū in cu-
stodiā. Et siluit omis terra iuda omib⁹ die
bus symonis. et quesiuit bona genti sue: et
placuit illis potestas eius. et gloria eius
omib⁹ dieb⁹. Et cū omi gloria sua accepit
ioppen ī portū: et fecit introitū ī insulis ma-
ris. Et dilatauit fines gētis sue: et obtinuit
regionē. Et ɔgregauit captiuitatē multā:
et dominatus ē gazare. et bethsure. et arci. et
abstulit immundicias ex ea: et nō erat qui
resistēt ei. Et vnusquisq; colebat terrā suā
cū pace: et terra iuda dabat fructus suos:
et ligna campoꝝ fructū suū. Seniores ī pla-
teis sedebāt omes. et de bonis terre tracta
bāt: et iuuenes induebāt se gloriā ⁊ stolas
belli. Et ciuitatib⁹ tribuebat alimonias: et
ɔstituebat eas ut essent vasa municōis: quo
adusq; noīatū ē nomē glorie eius usq; ad
extremū terre. Fecit pacē sup terrā: et leta-
tus ē isrl̄ leticia magna. Et sedit vnusquis-
q; sub vite sua. et sb̄ ficulnea sua: ⁊ nō erat q̄
eos terreret. Defecit impugnās eos super
terrā: reges cōtriti sūt ī dieb⁹ illis. Et ɔfir-
mauit omes humiles ꝑpli sui: et legē exqui
siuit: et abstulit omē iniquū ⁊ malū. San-
cta glorificauit: ⁊ multiplicauit vasa scōꝝ.
Et auditū est rome q̄ꝛ defunctus esset iona-
thas ⁊ usq; ī spartiatas: et ɔtristati sūt val-
de. Ut audierūt aūt q̄ꝛ symon frater eius fa
ctus esset sūmus sacerdos loco eius. et ipse
obtineret omē regionē et ciuitates in ea:
scripserūt ad eū tabulis ereis ut renouarēt
amicicias ⁊ societatē: quā fecerāt cū iuda et
cū ionatha fratrib⁹ eius. Et lecte sūt in cō-
spectu ecclesie in ihrl̄m. Et hoc exēplū epi-
stolaꝝ quas spartiate miserūt. Spartiano
rū principes ⁊ ciuitates. symoni sac̄doti ma
gno: ⁊ seniorib⁹ ⁊ sac̄dotib⁹. et reliquo ꝑplo
iudeoꝝ frīb⁹. salutē. Legati q̄ missi sūt ad
ꝑplm nr̄m nūciauerūt nobis de vr̄a gloria et
honore. et leticia: et gauisi sumus in intro-
itu eoꝝ. Et scripsimus q̄ ab eis erant dicta
in ɔcilijs ꝑpli sic. Numenius ātiochi. et anti-
pat̄ iasonis filius legati iudeoꝝ venerūt ad
nos: renouantes nobiscū amiciciā pristinā.
Et placuit ꝑplo excipe viros gloriose: ⁊ po
nē exēplū s̄monū eoꝝ. in segregatis ꝑpli li
bris: ut sit ad memoriā ꝑplo spartiataꝝ. Ex
emplū aūt hoꝝ sc̄psimus symoni magno
sac̄doti. Post hoc aūt misit symō numeniū
romā habentē clipeū magnū aureū pōdus
minaꝝ mille: ad statuēdā cū eis societatē.
Cū autē audisset ꝑplus romanus s̄mones
istos. dixerūt. Quā gr̄aꝝ actōnē reddemus
symoni ⁊ filijs eius? Restituit enī ipe frēs su
os: et expugnauit inimicos israhel ab eis.
Et statuerūt ei libertatē: et descripserūt ī ta
bulis ereis: et posuerūt in titulis ī montē syō.

Et hoc ē exēplū scripture. Octauadecima
die mensis ebul. anno centesimo septuage
simo secūdo. anno tercio. sub symone sacer
dote magno i assaramel in ꝯuentu magno
sacerdotū et populi ⁊ principū. et gentis et
senioꝝ regionis. nota facta sunt hec: qm̄
frequēter facta sūt ꝓlia ī regione nostra.
Symon aūt matathie filius ex filijs iarib.
et fratres eius dederūt se periculo: ⁊ restite
rūt adūsarijs gentis sue ut starent sancta
ipsoꝝ ⁊ lex: et gloria magna glorificauerūt
gentē suā. Et ꝯgregauit ionathas gentē
suam: et factus est illis sacerdos magnus:
et appositus ē ad ꝑplm suū. Et voluerūt ini-
mici eoꝝ calcare sancta: et atterere regio-
nem ipsoꝝ: et extendere manus in sancta
sanctoꝝ. Tunc restitit symon et pugnauit
ꝓ gēte sua: et erogauit pecunias multas.
et armauit viros virtutis gentis sue: et de-
dit illis stipendia. Et muniuit ciuitates iu-
dee ⁊ bethsurā que erat in finib⁊ iudee. vbi
erant arma hostiū antea: et posuit illic pre
sidium viros iudeos. Et ioppen muniuit q̄
erat ad mare: et gazaram q̄ est in finibus
azoti: in qua hostes antea habitabant. Et
collocauit illic iudeos: ⁊ quecūq; apta erāt
ad correptionē eoꝝ posuit in eis. Et vidit
populus actū symonis et gloriā quā cogi-
tabat facere genti sue. et posuerūt eū ducē
suū et pncipem sacerdotū eo ꝙ ipe fecerit
hec oīa: et iusticiā et fidem quā ꝯseruauit
genti sue: et exquisiuit omnimodo exalta-
re populū suū. Et in dieb⁊ eius prosperatū
est in manib⁊ eius. ut tollerent̄ gentes de
regione ipoꝝ: et q̄ in ciuitate dauid erant
in iherusalē in arce de qua ꝓcedebāt et con
taminabant oīa que in circuitu sanctoꝝ
sunt: et inferebant plagā magnā castitati.
Et collocauit ī ea viros iudeos ad tutamē-
tum regionis ⁊ ciuitatis: et exaltauit muros
in iherusalē. Et rex demetrius statuit illi sū
mū sacerdotiū. Secūdū hec fecit eū amicū
suū: et glorificauit eū gloria magna. Audi
uit enim ꝙ appellati sunt iudei a romanis
amici ⁊ socij ⁊ fratres: et quia susceperūt le-
gatos symonis gloriose: et quia iudei ⁊ sa
cerdotes eoꝝ consenserūt eū esse ducē suū
et sūmū sacerdotē in eternū donec surgat
ꝓpheta fidelis: et ut sit sup eos dux: et ut cu
ra esset illi pro sanctis. et ut ꝯstitueret ꝓpo
sitos sup opera eoꝝ et sup regionē. et sup
arma ⁊ sup ꝑsidia. et cura sit illi de sanctis:
et ut audiat̄ ab oīb⁊. et scribant̄ in nomi
ne eius omnes circūscripcōes in regione:
et ut operiatur purpura et auro: et ne liceat
vlli ex populo ⁊ ex sacerdotib⁊ irritū facē
aliquid hoꝝ. et contra dicere hijs que ab
eo dicūtur aut cōuocare ꝯuentū in regione
sine ipso: et vestiri purpura. et vti fibula au-
rea. Qui aūt fecerit contra hec. aut irritū fe-
cerit aliquid hoꝝ: reus erit. Et complacuit
oīni populo statuē symonē: et facere secū-
dū v̄ba ista. Et suscepit symon ⁊ placuit ei
ut sūmo sacerdotio fungeret̄: et esset dux et
pnceps gentis iudeoꝝ et sacerdotū: et p̄-
esset omnibus. Et scripturā istā dixerūt ponē
in tabulis ereis: et ponē eas ī peribulo san-
ctoꝝ in loco celebri. Exēplū autē eoꝝ po-
nere in erario: ut habeat symon ⁊ filij eius.

XV

Et misit rex antiochus filius
demetrij epistolas ab insulis maris
symoni sacerdoti ⁊ principi gentis iudeoꝝ
et vniūse genti: et erant ꝯtinentes hūc mo
dum. Rex antiochus symoni sacerdoti ma
gno: et genti iudeoꝝ salutē. Quoniāquidē
pestilentes obtinuerūt regnū patrū nroꝝ:
volo autē vindicare regnū et restituē illud
sicut erat antea electū: feci multitudinē exē
citus. et feci naues bellicas. Volo aūt pro-
cedere p regionē ut vlciscar in eos q̄ cor-
ruperūt regionē nostrā: et qui desolauerūt
ciuitates multas in regno meo. Nūc ergo
statuo tibi oēs oblacōes quas remiserūt
tibi ante me omnes reges. et quecūq; alia
dona remiserūt tibi: ⁊ pmitto tibi facere ꝑ-
cussurā proprij nūmismatis in regione tua.
Iherusalē autē sanctā esse ⁊ liberā: et oīa
arma que fabricata sūt et presidia que cō-
struxisti que tenes. maneāt tibi. Et omne de
bitū regis et que futura sūt regi ex hoc ⁊ in
totū tempus remittunt̄ tibi. Cū aūt obtinu
erimus regnū nostrū. glorificabimus te et
gentē tuam. et templū gloria magna: ita ut
manifestetur gloria vr̄a in vniūsa terra. An
no centesimo septuagesimo quarto exijt āti
ochus in terrā patrū suoꝝ: et ꝯuenerūt ad

eū omnes exercitus: ita ut pauci relicti ef=
ſent cū triphone. Et inſecutus eſt eum anti=
ochus rex: et venit doram fugiēs per mari=
timam. Sciebat enim ꝙ congregata ſūt
mala in eū: et reliquit eū exercitus. Et appli
cuit antiochus ſup doram cū centū viginti
milibꝫ viroꝝ bellígeratoꝝ: et octo milibꝫ
equitū. Et circuiuit ciuitatē: et naues a ma=
ri acceſſerūt et vexabant ciuitatē a terra et
mari: et nemīnē ſinebāt ingredi vel egredi.
Venit autē numenius ⁊ qui cū eo fuerant
ab vrbe roma habentes epiſtolas regibꝫ
et regionibꝫ ſcriptas: in quibꝫ cōtinebant̄
hec. Lucius ꝯſul romanoꝝ. ptolomeo re=
gi ſalutē. Legati iudeoꝝ venerūt ad nos
amici noſtri renouātes priſtinā amiciciā ⁊
ſocietatē: miſſi a ſymone pͥncipe ſacerdotuꝫ
et populo iudeorū. Attulerūt aūt clipeū au=
reū minarū mille. Placuit itaqꝫ nobis ſcri=
bere regibꝫ et regionibꝫ ut nō inferant illiſ
mala: neqꝫ impugnēt eos ciuitates eorum.
et regiones eorū: et ut nō ferāt auxiliū pu=
gnantibꝫ adūſus eos. Viſū aūt eſt nobiſ
accipere ab eis clipeū. Si qui ergo peſtilē=
tes fugerint de regione ipſorū ad vos. tra
dite eos ſymoni principi ſacerdotū: ut vin
dicet in eos ſecundū legem ſuā. Hec eadeꝫ
ſcripta ſūt demetrio regi. et attalo ⁊ arabe.
et arſaci. Et in oīnes regiones: et ſamſame.
et ſpartanis. et delo. et mido. ⁊ ſicione. et ca=
rie. et ſamum. et panphiliaꝫ. et liciam. et ala
carnaſū. et rodū. ⁊ faſelida. ⁊ choo. et ſiden.
et arado. et gortinā. et gnidū. et ciprū. et ci=
renē. Exemplū autē eoꝝ ſcripſerūt ſymoni
principi ſacerdotū: et populo iudeorū. An
tiochus auteꝫ rex applicuit caſtra in doram
ſecūdo: admouens ei ſemper manus ⁊ ma=
chinas faciens: et concluſit triphonem ne
ꝓcederet. Et miſit ad eū ſymon duo milia
virorū electorū in auxiliū: et argentū et au=
rum et vaſa copioſa. et noluit ea accipere:
ſed irrupit omnia que pactus eſt cū eo an
tea. et alienauit ſe ab eo. Et miſit ad eū an=
thenobiū vnū de amicis ſuis: ut tractaret
cum ipo dicens. Vos tenetis ioppen ⁊ ga=
zaram ⁊ arcem que eſt in ihrlm ciuitates re=
gni mei: fines earū deſolaſtis et feciſtis pla
gam magnā in terra: et dn̄ati eſtis per loca
multa in regno meo. Nunc ergo tradite ci
uitates quas occupaſtis: ⁊ tributa locoꝝ
in quibꝫ dn̄ati eſtis extra fines iudee. Sin=
autem date pro illis quingenta talēta ar=
genti: et exterminij qđ exterminaſtis. et tri
butoꝝ ciuitatū. alia talenta quīgēta. Sin
autē veniemus: et expugnabimus vos. Et
venit anthenobius amicus regis in ihrlm.
et vidit gloriā ſymonis ⁊ claritatē in auro
et argēto ⁊ apparatū copioſū. et obſtupuit:
et retulit ei v̄ba regiſ. Et reſpōdit ei ſymon:
et dixit ei. Neqꝫ alienā terrā ſūpſimuſ. neqꝫ
alienā detinemus: ſꝫ hereditatē pꝛm nr̄oꝝ.
que iniuſte ab inimicis noſtris aliquo tem
pore poſſeſſa eſt. Nos vero tempus haben=
tes vindicamus hēditatē patrū noſtroꝝ.
Nā de ioppe. et gazara. que expoſtulas: ipi
faciebant in populo plagam magnā. et in
regione nr̄a: hoꝝ damus talenta centū. Et
nō reſpondit ei anthenobius verbū. Reuer=
ſus aūt cū ira ad regem renūciauit ei v̄ba
iſta: et gloriā ſymonis et vniūſa que vidit:
et iratus ē rex ira magna. Triphon aūt fu=
git naui in ortoſaida. Et cōſtituit rex cēde
beū ducē maritimū: et exercitū peditū ⁊ equi
tū dedit illi. Et mādauit illi mouere caſtra
contra faciē iudee: et mandauit ei edificare
cedronē. ⁊ obſtruē portas ciuitatis: ⁊ debel
lare populū. Rex aūt pſequebat̄ triphonē.
Et puenit cendebeus iamniam. ⁊ cepit irri
tare plebem. et conculcare iudeam. et capti=
uare ppl̄m. et interficē: ⁊ edificare cedronē.
Et collocauit illic eq̄tes et exēcitū: ut egreſ
ſi pambularēt viā iudee ſic̄ ꝯſtituit ei rex.

XVI

Et aſcendit iohannes de
gazaris: et nūciauit ſymoni patri ſuo
que fecit cēdebeus in populo ipoꝝ. Et vo=
cauit ſymō duos filios ſuos ſeniores iudā
et iohannē: et ait illiſ. Ego ⁊ fratres mei et
domus patris mei expugnauimus hoſtes
iſrahel ab adoleſcentia uſqꝫ in hunc diē: et
ꝓſperatū eſt in manibꝫ nr̄is liberare iſrahel
aliquotiens. Nūc autē ſenui: ſed eſtote lo=
co meo ⁊ fratris mei: et egreſſi pugnate ꝓ
gente noſtra. Auxiliū vero de celo vobiſcū
ſit. Et elegit de regione vigītimilia viroꝝ
belligeratoꝝ et equites: et pfecti ſūt ad cē
debeū: et dormierūt in modin. Et ſurrexerūt

mane: et abierūt ī campū. Et ecce exercitꝰ copiosus in obuiam illis peditū ⁊ equitū: et fluuius torrens erat inter mediū ipoꝝ. Et admouit castra contra faciē eoꝝ ipe ⁊ populus eius: et vidit populū trepidantē ad transfretandū torrentē: et transfretauit primus. Et viderūt eum viri: et transierūt post eum. Et dimisit populū: et equites ī medio peditū. Erat autē equitatus adūsarioꝝ copiosus nimis. Et exclamauerūt sacris tubis: et in fugam conūsus est cendebeus ⁊ castra eius. et ceciderūt ex eis multi vulnerati: residui aūt in munitionē fugerūt. Tūc vulneratus ē iudas frater iohānis. Johānes aūt insecutus est eos donec venit cedronā quā edificauit: ⁊ fugerūt usqꝫ ad turres q̄ erant in agris azoti: et succēdit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia viroꝝ: ⁊ reūsus ē in iudeā in pace. Et ptolomeus filius abobi constitutus erat dux in campo iericho: et habebat argentū et aurū multū. Erat enim gener. sūmi sacerdotis. Et exaltatū est cor eius: et volebat obtinere regionē: et cogitabat dolū adūsus symonē ⁊ filios eius ut tolleret eos. Simō aūt pambulans ciuitates que erant in regione iudee. et sollicitudinem gerens eaꝝ descendit ī iericho. ipe et mathatias filius eius ⁊ iudas: anno centesimo septuagesimoseptimo mense vndecimo. Hic est mensis sabbath. Et suscepit eos filius abobi in municiūculā que vocatꝰ doch. cū dolo quā edificauit: et fecit eis ouiuiū magnū: et abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset symon et filij eius. surrexit ptolomeus cū suis. et sūpserūt arma sua: et intrauerūt in ouiuiū. et occiderūt eū ⁊ duos filios eius: et quosdam pueros eius. Et fecit deceptionē magnā in israhel: ⁊ reddidit mala pro bonis. Et scripsit hec ptolomeus et misit regi: ut mitteret ei exercitū in auxiliū: et traderet ei regionē et ciuitates eoꝝ et tributa. Et misit alios in gazarā tollere iohannē: et tribunis misit epistolas ut venirent ad se: et daret eis argentū ⁊ aurū et dona. Et alios misit occupaē ihrlm. ⁊ mōtē templi. Et pcurrēs quidā nūciauit iohāni in gazara qꝛ perijt pater eius ⁊ frēs eius: et quia misit te qꝫ interfici. Vt audiuit autē vehemēter expauit: ⁊ comphendit viros q̄ venerāt pdere eū: et occidit eos. Cognouit eni qꝛ querebāt eū pdere. Et cetera sermonū iohānis et belloꝝ eius. et bonaꝝ ꝟtutū quibꝫ fortiter gessit ⁊ edificij muroꝝ quos extruxit ⁊ rerū gestarū eius: ecce hec scripta sūt in libro dierū sacēdocij eius: ex quo factus ē pnceps sacēdotiꝫ post patrē suū.

Explicit liber pmus machabeoꝝ. Incipit scdus

Fratribꝫ qui sūt p egiptū iudeis salutē dicūt fratres qui sūt in iherosolimis iudei. et q̄ in regione iudea: ⁊ pacem bonā. Benefaciat vobis deus. et meminerit testamenti sui. qđ locutus ē ad abrahā. et ysaac ⁊ iacob seruoꝝ suoꝝ fideliū: et det vobis cor omnibꝫ ut colatis eū: et faciatis eius volūtatē corde magno ⁊ animo volēti. Adaperiat cor vr̄m in lege sua ⁊ in p̄ceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras. et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo. Et nūc hic sumus orātes pro vobis. Regnāte demetrio anno cētesimo sexagesimonono nos iudei scripsimus vobis in tribulacōe et impetu qui supuenit nobis in istis annis: ex quo recessit iason a sancta terra. et a regno. Portā succēderūt: et effuderūt sanguinē innocentē. Et orauimus ad dn̄m ⁊ exauditi sumus: et obtulimus sacrificiū ⁊ similaginē: et accendimus lucernas ⁊ pposuimus panes. Et nūc frequētate dies scenophegie mēsis casleu. Anno cētesimo octogesimooctauo. populus qui ē iherosolimis et in iudea senatusqꝫ et iudas: aristobolo magistro ptolomei regis qui est de genere cristoꝝ sacerdotū et hijs qui in egipto sūt iudeis: salutē et sanitatē. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipi: utpote qui aduersus talem regē dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de ꝑside eos qui pugnauerūt contra nos. et sanctam ciuitatē. Nam cū in ꝑside essꝫ dux ipse et cū ipso immensus exercitus. cecidit in templo nanee: ꝯsilio deceptus sacerdotū nanee. Eteni in ea habitaturus venit ad locum antiochus ⁊ amici

eius: et ut acciperet pecunias multas dotis nomine. Cūq; ꝓposuissent eas sacerdotes nanee et ipse cū paucis ingressus esset intra ambitū phani: clauserūt templū. Cū autē intrasset antiochus apertoq; occulto aditu templi mittentes lapides percusserunt ducē et eos qui cū eo erāt: et diuiserūt membratim: et capitibꝫ amputatis foras ꝓiecerūt. Per omnia benedictus deus: qui tradidit impios. Facturi igitur quinta et vicesima die mensis casleu purificacōem tēpli. necessariū duximus significare vobis: ut et vos quoq; agatis diem scenophegie. et diē ignis: qui datus est quādo neemias edificato tēplo et altari obtulit sacrificia. Nam cū in ꝑsidem ducerentur patres nostri: sacerdotes qui tunc cultores dei erāt acceptū ignē de altari occulte absconderūt in valle vbi erat puteus altus et siccus: et in eo cōtutati sunt eū. ita ut omnibꝫ ignotus esset locus. Cum aūt preterissent anni multi. et placuit deo ut mitteretur neemias a rege ꝑsidis: nepotes sacerdotū illoꝝ qui absconderāt misit ad requirendū ignem: et sicut narrauerūt nobis non inuenerūt ignē sed aquā crassam. Et iussit eos haurire. et afferre sibi: et sacrificia que imposita erāt iussit sacerdos neemias aspergi ipsa aqua: et ligna. et que erāt supposita. Vtq; hoc factū est. et tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo: accensus est ignis magnus ita ut omnes mirarentur. Orationē autē faciebant omnes sacerdotes dū cōsūmaretur sacrificiū ionatha inchoante: ceteris aūt respondentibꝫ. Et neemie erat oracō hunc habens modū. Dn̄e deus omniū creator terribilis et fortis iustus et misericors qui solus es bonus rex: solus prestans solus iustus et omnipotens et eternus. qui liberas israhel de omni malo: qui fecisti patres electos et sanctificasti eos: accipe sacrificiū pro vniūso populo tuo isrl'. et custodi partē tuā et sanctifica. Congrega dispersionē nostrā: libera eos qui seruiunt gentibꝫ. et contemptos et abominatos respice: ut sciant gētes ꝙ tu es deus noster. Afflige opprimentes nos: et contumeliam facientes in superbia. Constitue populum tuum in loco sancto tuo: sicut dixit moyses.

Sacerdotes aūt psallebant ymnos: usq; quo consumptū esset sacrificiū. Cū autē consumptū fuisset sacrificiū: ex residua aqua neemias iussit lapides maiores perfundi. Qd̄ ut factū est. ex eis flamma accensa est: sed ex lumine qd̄ refulsit ab altari consūpta ē. Vt vero manifesta est res: renunciatū est regi ꝑsaꝝ. ꝙ in loco in quo ignē absconderant hij q̄ translati fuerāt sacerdotes. aqua apparuit: de qua neemias et qui cū eo erant purificauerūt sacrificia. Cōsiderās aūt rex rem et diligēter examinās. fecit ei tēplū: ut ꝓbaret qd̄ factū erat. Et cū ꝓbasset: sacerdotibꝫ donauit multa bona et alia atq; alia munera: et accipiens manū sua tribuebat eis. Appellauit aūt neemias hūc locū nepthar qd̄ interꝑtatur purificacō. Vocatur autem apud plures nephi.

II

Inuenitur autē in descripcōibꝫ ieremie ꝓphete. ꝙ iussit eos ignē accipere q̄ transmigrabātur ut significatū est: et ut mandauit transmigratis. Et dedit illis legē ne obliuiscerentur precepta domini: et ut nō exerrarēt mentibꝫ vidētes simulacra aurea et argentea. et ornamēta eoꝝ: et alia huiuscemōi dicēs hortabatur. ne legem amouerent a corde suo. Erat aūt in ipsa scriptura: quomō tabnaculū et archam iussit ꝓpheta diuino responso ad se facto comitari secū. usq; quo exiuit in montē: in quo moyses ascendit et vidit dei hereditatē. Et veniēs ibi ieremias inuenit locū speluncē: et tabnaculū et archam et altare incensi intulit illuc: et ostiū obstruxit. Et accesserūt quidā simul qui sequebantur ut notarent sibi locū: et nō potuerūt inuenire. Vt aūt cognouit ieremias: culpās illos dixit. ꝙ ignotus erit locus donec cōgreget deus congregationem populi: et ꝓpicius fiat. Et tūc dn̄s ostēdet hec: et apparebit maiestas dn̄i: et nubes erit sicut et moysi manifestabatur: et sicut cū salomō petijt ut locus sanctificaretur magno deo manifestabat hec. Magnifice etenī sapiētiā tractabat: et ut sapientiā habēs obtulit sacrificiū dedicacōnis et consūmacōnis tēpli. Sicut et moyses orabat ad dn̄m: et descendit ignis de celo et consumpsit olocaustum: et dixit moyses eo ꝙ non sit comestū quod erat pro peccato. et consūptū est.

Similiter et salomō octo dieb⁹ celebrauit
dedicacōnē. Inferebātur autē in descriptio-
nib⁹ ⁊ ꝯmentarijs neemie hec eadē: et qua-
liter construēs bibliothecam ꝯgregauit de
regionib⁹ libros. et ꝓphetarum ⁊ dauid: et
epistolas regū ⁊ de donarijs. Similit᷑ au-
tem ⁊ iudas ea q̄ didicerat ꝑ bellum quod
nobis acciderat cōgregauit oīa: et sunt
apud nos. Si ergo desideratis hec: mittite
qui ꝑferant vobis. Acturi itaqȝ purificatio-
nē scripsimus vobis. Bene ergo facietis:
si egeritis hos dies. Deus aūt qui liberauit
populū suū ⁊ reddidit hereditatē oībus.
et regnū ⁊ sacerdotiū ⁊ sanctificacōnē sicut
ꝓmisit in lege: speramus ꝙ cito nostri mise-
rebitur: et congregabit de sub celo in locū
sanctū. Eripuit enim nos de magnis picu-
lis: et locū purgauit. De iuda vero macha-
beo ⁊ de fratribus eius. et de templi magni
purificatione. et de are dedicacōne: sed ⁊ de
prelijs que ꝑtinent ad antiochū nobilē. et
filiū eius eupatorē: et de illuminationibus
que de celo facte sunt ad eos qui ꝓ iudeis
fortiter fecerūt: ita ut vniuersā regionem
cū pauci essent vindicarēt ⁊ barbarā multi-
tudinē fugarent: et famosissimū toto orbe
templū recuperarent. et ciuitatē liberarent.
ut leges q̄ abolende erāt restituerētur. do-
mino cū oīni trāquillitate ꝓpicio facto illis:
itemqȝ ab iasone cyreneo. quinqȝ libris cō-
prehensa tēptauimus nos vno volumine
breuiare. Considerātes enim multitudinē
librorꝝ ⁊ difficultatē volentibus aggredi
narrationes historiarū. ꝓpter multitudinē
rerꝝ curauimus volētib⁹ quidē legē ut es-
set animi oblectacō: studiosis vero ut faci-
le possint memorie ꝯmēdare: oībus autē
legentib⁹ vtilitas ꝯferatur. Et nobis quidē
ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepi-
mus nō facilē laborē: ymmo vero negociū
plenū vigiliarū ⁊ sudoris assumpsimus. Si-
cut hij qui ꝑparant ꝯuiuiū. et querūt aliorꝝ
volūtati parere: ꝓpter multorꝝ gratiā libē-
ter laborē sustinemus: veritatē quidem de
singulis auctorib⁹ ꝯcedentes: ipsi autem
secundū datam formā breuitati studētes.
Sic enī noue domus architecto de vniūsa
structura curandū est. ei vero qui pingere

curat que apta sunt ad ornatū exquirenda
sunt: ita estimandum est et in nobis. Eteni
intellectū colligere ⁊ ordinare sermonē. et
curiosius partes singulas quasqȝ disquirē
historie cōgruit auctori: breuitatē vero di-
ctionis sectari. et execucōnes rerꝝ vitare
breuiāti ꝯcedēdū ē. Hinc ergo narracōez
incipiemus: de ꝑfatione tantū dixisse suffi-
ciat. Stultū etenim est ante historiam efflu-
ere: in ipsa autē historia succingi. III

Igitur cū sancta ciuitas habitaret᷑ in oīni
pace: leges etiā adhuc optime custodirēt᷑
ꝓpter oīie pontificis disposicōnē et pietatē
et animo odio habentis mala: fiebat ut et
ipi reges et pn̄cipes locū sūmo honore di-
gnū ducerent. et templū maximis muneri-
bus illustrarent: ita ut seleucus asye rex de
redditib⁹ suis ꝑstaret oīnes sūptus ad mi-
nisteriū sacrificiorꝝ. ꝑtinētes. Simō aūt de
tribu beniamin ꝑpositus tēpli ꝯstitutus: cō-
tēdebat obsistēte sibi principe sacerdotū
iniquū aliquid ī ciuitate moliri. Sȝ cū vin-
cere oīa non posset. venit ad appollonium
tharsee filiū q̄ illo tēpore erat dux celessyrie
et phenicis: et nūciauit ei pecunijs innume-
rabilib⁹ plenū esse erariū iherosolimis. et cō-
munes copias immensas esse q̄ non ꝑtinēt
ad racōnē sacrificiorꝝ: esse aūt possibile sb
potestate regis cadere vniūsa. Cūqȝ retulissȝ
ad regē appollonius de pecunijs q̄ delate
erant: ille accitū heliodorum qui erat super
negocia eius misit cū mādatis: ut ꝑdictā
pecuniam transportaret. Statimqȝ heliodo-
rus iter ē aggressus: specie quidē quasi ꝑ
celessyriam ⁊ phenicē ciuitates essȝ peragratu-
rus: re autem vera regis ꝓpositū ꝑfecturus.
Sed cū venissȝ iherosolimā. ⁊ benigne a sū-
mo sacerdote in ciuitate essȝ exceptus. nar-
rauit de dato iudicio pecuniarū: et cuius rei
grā adessȝ aperuit. Interrogabat aūt si ve-
ra hec ita essent. Tūc sūmus sacerdos ostē-
dit deposita esse hec ⁊ victualia viduarꝝ et
pupillorꝝ: quedā vero esse hircani thobie
viri valde eminētis. in hijs q̄ detulerat impi-
us symon: vniuersa autē argēti talēta esse
quadringenta. et auri ducenta: decipi vero
eos qui credidissent loco et tēplo quod ꝑ
vniuersū mundū honorat᷑. ꝓ sui veneracōe

et sanctitate: omnino impossibile esse. At ille
pro hijs q̄ habebat ī mandatis a rege: di-
cebat omni genere regi ea deferēda. Con
stituta aūt die intrabat de hijs heliodorus
ordinaturus. Non modica vero p vniūsam
ciuitatē erat trepidacō. Sacerdotes autē
ante altare cū stolis sacerdotalibꝫ iacta-
uerūt se: et inuocabāt de celo eū qui de deposi-
tis legem posuit: ut hijs q̄ dē deposuerāt ea
salua custodiret. Jam vero qui videret sum-
mi sacerdotis vultū: mente vulnerabatur.
Facies enī ꝛ color immutatus declarabat in
ternū animi dolorē. Circūfusa enī erat me-
sticia quedā viro. et horror corporis: p quē
manifestus aspicientibꝫ dolor cordis eius
efficiebat̄. Alij etiā gregatī de domibꝫ ꝯflu
ebāt publica supplicacōe obsecrātes: pro eo
ꝙ in ꝯtēptū locus esset venturus. Accincteq̄ꝫ
mulieres cilicijs pectus per plateas ꝯflue-
bāt: ſꝫ et v̄gines q̄ ꝯcluse erāt ꝓcurrebant
ad oniam: alie aūt ad muros: quedā vero
p fenestras aspiciebant: vniūse aūt ꝓtēdē
tes manus in celū. deprecabantur. Erat enim
misera ꝯmixte multitudinis ꝛ magni sacer-
dotis in agone cōstituti exspectatio. Et hij
quidē inuocabāt omnipotentē deū: ut credi
ta sibi hijs q̄ crediderāt cū omi integritate
conseruarētur. Heliodorus autē quod de-
creuerat pficiebat. eodē loco ipe cū satelli-
tibꝫ circa erariū presens: ſꝫ spūs omipotētis
dei magnā fecit sue ostensionis euidentiā:
ita ut omes qui ausi fuerant parere ei ruen
tes dei virtute in dissolutionē ꝛ formidinē
conuerterētur. Apparuit enim illis quidā
equus. terribilē habēs sessorē. optimis ope
rimētis adornatus: isq̄ꝫ cū impetu heliodoro
p̄ores calces elisit. Qui aūt ei sedebat vide
bat̄ arma habere aurea. Alij etiā apparue-
rūt duo iuuenes v̄tute decori. optimi glo-
ria. speciosiq̄ꝫ amictu: qui circūsteterūt eū et
ex vtraq̄ꝫ parte flagellabāt: sine intermis
sione multis plagis verberātes. Subito aūt
heliodorus concidit in terrā: eūq̄ꝫ multa ca
ligine circūfusū rapuerūt: atq̄ꝫ in sella gesta
toria positum eiecerūt. Et is qui cū multis
cursoribꝫ et satellitibꝫ p̄dictū ingressus est
erariū portabatur nullo sibi auxiliū ferente:
manifesta dei cognita v̄tute. Et ille quidē p
diuinā virtutē iacebāt mutus: atq̄ꝫ omi spe
et salute priuatus. Hij aūt dn̄m bn̄dicebāt
q̄ magnificabat locū suū: et templū quod
paulo ante timore ac tumultu erat plenū:
apparēte omipotēte domino gaudio ꝛ leti-
cia impletū ē. Tūc vero ex amicis heliodo-
ri quidā rogabant ꝯfestim oniā ut inuoca
ret altissimū: ut vitā donaret ei qui ī supmo
spū erat ꝯstitutus. Considerās autē summus
sacerdos ne forte rex suspicaretur maliciā
aliquā ex iudeis circa heliodorū ꝯsūmatā:
obtulit ꝓ salute viri hostiā salutarē. Cūq̄ꝫ
sūmus sacͤdos exoraret: ijdē iuuenes eisdē
vestibꝫ amicti astantes heliodoro dixerūt.
Onie sacerdoti gratias age. Nam ꝓpter eū
tibi dn̄s vitā donauit. Tu autē a deo flagel
latus: nūcia omibꝫ magnalia dei ꝛ ptātem.
Et hijs dictis nō ꝯparuerūt. Heliodorus
aūt hostia deo oblata. ꝛ votis magnis pro
missis ei. qui viuere illi cōcessit: et onie grās
agens: recepto exercitu repedabat ad re-
gē. Testabat̄ aūt omibꝫ ea que sub oculis
suis viderat opa magni dei. Cū aūt rex in-
terrogasset heliodorū quis esset aptus adhuc
semel iherosolimā mitti ait. Si quē habes
hostē aut regni tui insidiatorē mitte illuc: et
flagellatū eū recipies. si tamē euaserit: eo ꝙ
in loco sit vere dei quedā virtus. Nā ipe qui
habet in celis habitacōnē visitator ꝛ adiu-
tor ē loci illius: ꝛ venientes ad maleficiēdū p
cutit ac pdit. Igit̄ de heliodoro ꝛ erarij cu-

Symō IIII stodia ita se res habet.
autem p̄dictus pecuniaꝝ ꝛ patrie de
lator male loquebat̄ de onia: tanq̄ ipe he-
liodorū instigasset ad hec. et ipe fuisset incētor
maloꝝ: prouisoremq̄ꝫ ciuitatis ac defensorē
gentis sue. et emulatorē legis dei. audebat
insidiatorē regni dicere. Sed cū inimicicie
intantū pcederēt ut etiā p quosdā symonis
necessarios homicidia fierēt: ꝯsiderās onias
piculū cōtencōis. ꝛ apollonium insanire. ut-
pute ducē celesyrie. et phenicis ad augē-
dā maliciā symonis: ad regē se ꝯtulit. nō ut
ciuiū accusator. ſꝫ ꝯmunē vtilitatē apud se-
metipsū vniūse multitudinis ꝯsiderās. Vide-
bat enī sine regali puidētia impossibile esse
pacē rebꝫ dari: nec symonē posse cessare a
stulticia sua. Sꝫ post seleuci vite excessū cū

suscepisset regnũ antiochus qui nobilis appellabatur · ambiebat iason frater onie summũ sacerdotiũ: adito rege · promittens ei argenti talenta trecentasexaginta: et ex redditibus aliis talenta octoginta. Super hoc promittebat et alia centũquinquaginta: si potestati eius concederetur gimnasium et ephebiam sibi constituere: et eos qui in iherosolimis erant antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset et obtinuisset principatũ · statim ad gentilẽ ritũ contribules suos transferre cepit: et amotis hiis que humanitatis causa iudeis a regibus fuerant constituta · per iohannẽ patrẽ eupolemi · qui apud romanos de amicicia et societate functus est legacõne legitima: ciuiũ iura destituẽs praua instituta sanctiebat. Etenĩ ausus ẽ sub ipsa arce gimnasiũ cõstituere: et optimos quosque ephebo͡rum in lupanaribus ponẽ. Erat autẽ hoc non iniciũ sed incrementũ quoddam · et profectus gentilis et alienigene conuersationis · propter impii et non sacerdotis iasonis nephariũ et inauditũ scelus: ita sacerdotes iam nõ circa altaris officia dediti essent: sed contempto templo et sacrificiis neglectis festinarẽt participes fieri palestre · et prebicõnis eius iniuste · et in exerciciis disci: et patrios quidem honores nichil habentes: grecas glorias optimas arbitrabantur. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat: et eorum instituta emulabãtur: ac per omnia hiis consimiles esse cupiebant · quos hostes et peremptores habuerant. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit: sed hoc tempus sequẽs declarabit. Cũ autẽ quinquẽnalis agon · tyro celebraretur · et rex presens esset: misit iason facinorosus ab iherosolimis viros peccatores portantes argenti didragmas trecentas in sacrificiũ herculis: quas postulauerũt hii qui asportauerãt ne in sacrificiis erogarentur quia nõ oporteret: sed in aliorum sũptus eas deputari. Sed hec oblata sũt quidẽ ab eo qui miserat in sacrificiũ herculis: propter presentes autẽ date sũt in fabricam nauiũ triremiũ. Misso autẽ in egiptũ appollonio nesthei filio propter primatus ptolomei phylometoris regis · cum cognouisset antiochus alienũ se a negociis regni effectum: propriis vtilitatibus cõsulens · profectus inde venit ioppen: et inde iherosolimã. Et magnifice a iasone et ciuitate susceptus · cũ facularũ luminibus et laudibus ingressus est: et inde in phenicẽ exercitum conuertit. Et post triennii tempus misit iason menelaũ supradicti symonis fratrẽ portantẽ pecunias regi: et de negociis necessariis responsa platurũ. At ille commendatus regi cũ magnificasset faciem potestatis eius · in semetipsum retorsit sũmũ sacerdotiũ: supponẽs iasoni talenta argenti trecenta. Acceptisque a rege mãdatis venit · nichil quidẽ habens dignũ sacerdotio: animos vero crudelis tyranni: et fere belue irã gerẽs. Et iason quidẽ qui propriũ fratrẽ captiuauerat: ipse deceptus profugus in ammaniten expulsus ẽ regionẽ. Menelaus autẽ principatũ quidẽ obtinuit: de pecuniis vero regi promissis nichil agebat: cũ exactionẽ faceret sostratus qui arce erat prepositus. Nam ad hũc exactio vectigaliũ ptinebat: quã ob causam vterque ad regẽ sũt euocati. Et menelaus motus ẽ a sacerdotio succẽdẽte lysimacho fratre suo: sostratus autẽ prelatus est cipriis. Et cũ hec agerentur contigit tharsenses et mallotas seditionẽ mouere: eo quod antiochi regis concubine dono essent date. Festinanter itaque rex venit sedare illos: relicto suffecto vno ex comitibus suis andronico. Ratus autẽ menelaus accepisse se tẽpus oportunũ · aurea quedam vasa e templo furatus donauit andronico: et alia vendiderat tyro et per vicinas ciuitates. Quod cũ certissime cognouisset onias · arguebat eũ: ipse in loco tuto se continens antiochie secus daphnẽ. Unde menelaus accedẽs ad andronicũ · rogabat ut oniam interficeret. Qui cũ venisset ad oniam · et datis dextris cũ iure iurando quãuis esset ei suspectus suasisset de asilo procedere: statim eũ peremit nõ veritus iusticiã. Ob quã causam nõ solũ iudei · sed etiam alie quoque naciones indignabantur: et moleste ferebãt de nece tanti viri iniusta. Sed regressum regẽ de cilicie locis adierũt iudei apud antiochiam · simul et greci: conquerẽtes de iniqua nece onie. Cõtristatus itaque antiochus

animo ꝓpter oniam: et flexus ad miſcḋiam
lacrimas fudit: recordatus defuncti ſobrie
tatē ⁊ modeſtiā. Acceñſqꝫ animis andro=
nicū purpura exutū p totā ciuitatē iubet cir
cūduci: et in eodē loco in quo in oniā impie
tatē ɔmiſerat · ſacrilegū vita priuari: dño
illi condignā retribuēte penā. Multis aūt
ſacrilegijs in templo a lyſimacho ɔmiſſis
menelai conſilio et diuulgata fama cōgre
gata eſt multitudo aduerſuz lyſimachum:
multo iam auro exportato. Turbis autem
inſurgētibꝫ ⁊ animis ira repletiſ: lyſimachꝰ
armatis fere tribꝫ milibꝫ · iniquis manibus
vti cepit: duce quodam tyranno etate pa
riter ⁊ demētia ꝓuecto. Sed ut intellexerīt
conatū lyſimachi · alij lapideſ · alij fuſtes va
lidos arripuere: quidā vero cinerē in lyſi=
machuz iecere. Et multi quidaz vulnerati:
quidam autē ⁊ ꝓſtrati: oēs vero in fugaz
conuerſi ſūt. Ipm etiam ſacrilegū ſecus era
riū interfecerīt. De hijs ergo cepit iudiciū
adūſus menelauz agitari. Et cū veniſſꝫ rex
tyrum: ad ipſū negociū detulerūt miſſi treſ
viri a ſenioribꝫ. Et cū ſuparetur menelaus ·
ꝓmiſit ptolomeo mltas pecunias dare ad
ſuadēdū regi. Itaqꝫ ptolomeus in quodā
atrio poſitū quaſi refrigerandi gratia regē
adijt · et deduxit a ſentētia: ⁊ menelaū quidē
vniūſe malicie reū criminibꝫ abſoluit: miſe
ros autē qui etiā ſi apud ſcitas, cauſaz dixiſ
ſent innocētes iudicarētur · hos morte dāna
uit. Cito ergo iniuſtā penam dederūt: qui
pro ciuitate ⁊ populo ⁊ ſacris vaſis cauſaz
ꝓſecuti ſūt. Quāobrem tyrij qꝫ indigna=
ti: erga ſepulturā eoꝝ liberaliſſimi extiterīt.
Menelaus aūt propter eoꝝ q̄ in potentia
erant auariciā ꝑmanebat in poteſtate: cre=
ſcens in malicia ad inſidias ciuium. V

EOdem tēpore antiochus ſecundā ꝓfe
ctionē parauit in egiptū. Cōtigit aūt
ꝑ vniuerſam iheroſolimoꝝ ciuitatē · videri
diebꝫ quadragīta ꝑ aera equites diſcurrē
tes aureas ſtolas habētes ⁊ haſtas quaſi
cohortes armatas: et curſus equoꝝ ꝑ ordi
nes digeſtos · et ɔgreſſiones fieri comminus
et ſcutoꝝ motus ⁊ galeatoꝝ multitudinez
gladijs diſtrictiſ: ⁊ teloꝝ iactuſ · ⁊ aureoꝝ
armoꝝ ſplēdorē · omniſqꝫ generis loricaꝝ.

Quāpropter oēs rogabāt in bonū mō=
ſtra conuerti. Sed cū falſus rumor exiſſꝫ.
tanqꝫ vita exceſſiſſꝫ ātiochuſ: aſſumptis ia=
ſon non minus mille viris · aggreſſus eſt ci=
uitatē repente: ⁊ ciuibꝫ ad murū ɔuolātibꝫ
ad vltimū apprehenſa ciuitate menelaus fu
git in arcem. Iaſon vero nō parcebat in ce
de ciuibus ſuis: nec cogitabat ꝓſperitatez
aduerſū cognatos malū eſſe maximū: arbi
trans hoſtiū ⁊ nō ciuiū ſe trophea capturū.
Et principatū quidē nō obtinuit: finē vero
inſidiaꝝ ſuaꝝ ɔfuſionē accepit: ⁊ ꝓfuguſ
iterū abijt in āmaniten. Ad vltimū in exitiū
ſui concluſus ab aretha arabū tyranno · fu=
giens de ciuitate ī ciuitatē oībꝫ odioſuſ.
ut refuga legū ⁊ execrabilis · ut patrie ⁊ ciui
um hoſtis · in egiptū extruſus ē: et qui mul=
tos de patria ſua expulerat · peregre perijt
lacedemonias ꝓfectuſ · quaſi ꝑ cognacōe
ibi refugiū habituruſ: ⁊ q̄ inſepultos mltoſ
abiecerat · ipe ⁊ illamētatus ⁊ inſepultuſ abi
citꝰ: ſepultura neqꝫ ꝑegrina vſus: neqꝫ pa=
trio ſepulcro participans. Hijs ita geſtis
ſuſpicatus ē rex ſocietatē deſturos iudeos:
et ob hoc ꝓfectus ex egipto efferatis ani=
mis · ciuitatē quidē armis cepit · Juſſit autē
militibꝫ interficere · nec parcere occurſanti=
buſ: et ꝑ domos aſcendētes trucidare. Fie=
bāt ergo cedes iuuenū · ac ſenioꝝ: mulierū
et natoꝝ exterminia: ṽginūqꝫ ⁊ paruuloꝝ
neces. Erant autē toto triduo · octoginta
milia interfecti: quadraginta milia vincti:
nō minus aūt venūdati. Sꝫ nec iſta ſuffici=
unt. Auſus ē etiā intrare tēplū vniūſa terra
ſanctius menelao ductore: q̄ legū ⁊ patrie
fuit ꝓditor. Et ſceleſtis manibꝫ ſumēs ſan=
cta vaſa q̄ ab alijs regibꝫ ⁊ ciuitatibꝫ erāt
poſita ad ornatū loci ⁊ gloriā: ɔtrectabat
indigne ⁊ ɔtaminabat. Ita alienatus mēte
antiochus nō ɔſiderabat qꝫ propter pcc̄a
habitantiū ciuitatem modicum deus fuerat
iratus: propter quod et accidit circa locum
deſpectō. Alioquin niſi contigiſſet eos mul
tis peccatis eſſe inuolutos: ſicut heliodorꝰ
qui miſſus eſt a ſeleuco rege ad exſpolian=
dum erarium: etiam hic ſtatī aduenīēs fla=
gellatus ⁊ repulſus utiqꝫ fuiſſꝫ ab audacia.
Verū nō ꝓpter locū gentē: ſꝫ ꝓpter gentē

locū deus elegit. Ideoq₃ et ipse locus par
ticeps factus est populi malorum: postea
autē fiet socius bonoꝝ: et qui derelictus in
ira dei omnipotentis est. iterū in magni dn̄i
reconciliacōne cū sūma gloria exaltabit̄.
Igitur antiochus mille octingētis ablatis
de templo talentis velociter antiochiam re
gressus est: existimās se pre sup̄bia terrā
ad nauigandū: pelagus vero ad iter agē=
dum deducturū ꝓpter mentis elacōnē. Re
liquit autē et p̄positos ad affligēdam gen=
tem: iherosolimis quidem philippū genere
frigem. moribꝫ crudeliorem eo ipso a quo
constitus est: in garisim autem andronicū
et menelaū q̄ grauius q̄ȝ ceteri imminebāt
ciuibus. Cūq₃ appositus essꝫ contra iudeos
misit odiosū principē appolloniū cū exer=
citu viginti duobus milibꝫ: precipiens ei
omnes p̄fecte etatis interficere: mulieres
ac iuuenes vendere. Qui cū venissꝫ iherosο
limā pacē simulans quieuit usq₃ ad diem
sanctū sabbati: et tūc feriatis iudeis arma
capere suis p̄cepit. Omnesq₃ simul qui ad
spectaculū ꝓcesserāt trucidauit: et ciuitatē
cū armatis discurrēs ingentē multitudinē
peremit. Iudas autē machabeus qui deci=
mus fuerat secesserat in desertum locū: ibiq₃
inter feras vitā in montibꝫ cū suis agebat:
et feni cibo vescentes demorabant̄ ne parti
cipes essent coinquinacōnis. VI

Sed non post multū tempus misit rex
senē quedā antiocenū q̄ cōpelleret iudeos
ut se transferrent a patrijs et dei legibus:
contaminare etiam qd̄ in iherosolimis erat
templum. et cognominare iouis olimpi: et
in garizim ꝓ ut erāt hij qui locū inhabita=
bant iouis hospitalis. Pessima autē et vni
uersis grauis erat maloꝝ incursio. Nam
templū luxuria et commessacōnibꝫ erat ple
nū. et scortanciū cū meretricibꝫ: sacratisq₃
edibꝫ mulieres se vltro ingerebāt: introfe
rentes ea que nō licebat. Altare etiā ple=
nū erat illicitis: que legibus ꝓhibebantur.
Neq₃ autē sabbata custodiebant̄: neq₃
dies solemnes patrij seruabantur: nec sim
pliciter se quisquā iudeū confitebatur. Du=
cebantur aūt cum amara necessitate in die
natalis regis ad sacrificia: et cū liberi sacra
celebrarent̄: cogēbant̄ edera coronati libe
ro circuire. Decretū autē exiuit in ꝓximas
ciuitates gētiliū suggerentibꝫ ptolomeis:
ut pari modo et ipsi adūsus iudeos agerēt
ut sacrificarēt: eos autē qui nollent trāsire
ad instituta gētiliū interficerēt. Erat ergo
videre miseriam. Due enim mulieres dela
te sūt natos suos circūcidisse: quas ad vbe
ra infantibꝫ suspensis cū publice p̄ ciuitatē
circunduxissent: p̄ muros precipitauerūt.
Alij vero ad ꝓximas coeūtes speluncas. et la
tenter sabbati diem celebrātes. cū indicati
essent philippo flammis succensi sunt: eo q̄
verebātur ꝓpter religionē et obseruantiā.
manu sibimet auxiliū ferre. Obsecro autē
eos q̄ huc librū lecturi sūt. ne abhorrescāt
ꝓpter adūsos casus: sed reputēt ea que ac
ciderūt nō ad interitū: sed ad correctionē
esse generis nostri. Etenim multo tempore
non sinere peccatoribꝫ ex sententia agere:
sed statim vlcōnes adhibere: magni bene=
ficij est indiciū. Non eni sicut in alijs nati=
onibus dn̄s pacienter exspectat: ut eas cū
iudicij dies aduenerit in plenitudine pecca
torū puniat: ita et in nob̄ statuit ut peccatis
nostris i finē deuolutis ita demū i nos vin=
dicet: ꝓpter quod nunq̄ȝ quidē a nobis mi
sericordiam suā amouet: corripiens vero in
adūsis p̄p̄lm suū non derelinquit. Sed hec
nobis ad cōmonitionē legentiū dicta sint
paucis: iam autē veniendū est ad narratio
nem. Igitur eleazarus vnus de primoribꝫ
scribarū vir etate prouectus. et vultu deco
rus. aperto ore hians compellabatur carnē
porcinā mādu care: at ille gloriosissimā mor
tem magis q̄ȝ odibilem vitā complectēs:
volūtarie preibat ad suppliciū. Intuēs aūt
quomō oporteret accidere: patienter susti
nēs destinauit nō ad mittē illicita: ꝓpter vi
te amorē. Hij aūt qui astabāt iniqua mise=
racōe commoti ꝓpter antiquā viri amiciciā.
tollētes eū secreto rogabāt afferri carnes
quibꝫ vesci ei licebat: ut simularetur mandu
casse sicut rex imperauerat de sacrificij car=
nibꝫ: ut hoc facto a morte liberaret̄: et pro=
pter veterē viri amiciciā hanc in eo facerēt
humanitatē. At ille cogitaē cepit etatis ac
senectutis sue eminentiā dignā. et ingenite

nobilitatis caniciem· atq3 a puero optime
conuꝰsationis actus: et scd̄m sancte et a deo
condite legis constituta respondit cito di-
cens: premitti se velle in infernū. Non enim
etatem nr̄am dignum est inquit fingere· ut
multi adolescentes arbitrantes eleazarum
nonaginta annoꝝ transisse ad vitam alie
nigenaꝝ: et ipsi ꝓpter meā simulationē et
propter modicū corruptibilis vite tēpus
decipiantꝰ: et per hoc maculam atq3 execra-
tionem mee senectuti conquirā. Nam ⁊ si
in presenti tempore supplicijs hominū eripi
ar: sed manū omnipotentis nec viuus nec
defunctus effugiā. Quāobrem fortiter vi-
tā excedēdo· senectute quidē dignus ap-
parebo: adolescentibꝫ autē exēplū forte re-
linquam: si prompto animo ac fortiter pro
grauissimis ac sanctissimis legibꝫ honesta
morte ꝑfungar. Hijs dictis: confestim ad
suppliciū trahebatur. Hij autē qui eum du-
cebant et paulo ante fuerant mitiores ī irā
conuersi sūt propter sermones ab eo dictos:
quos illi ꝑ arrogantiā prolatos arbitra-
bantur. Sed cū plagis perimeretur: inge
muit et dixit. Dn̄e qui habes sanctam scien-
tiam· manifeste tu scis: qꝛ cū a morte possem
liberari duros corporis sustineo dolores: se
cundū animā vero ꝓpter timorem tuū liben-
ter hec patior. Et iste quidē hoc modo vi-
ta decessit: non solum iuuenibus: sed et vni-
uerse genti memoriam mortis sue ad exem
plum virtutis et fortitudinis derelinquens.

Contigit autē septem fratres VII
vna cū matre apprehensos compelli
a rege edere contra fas carnes porcinas:
flagris ⁊ taureis cruciatos. Vnus aūt ex
illis qui erat primus sic ait. Quid queris:
et quid vis discere a nobis? Parati sumus
mori magis: ꝙ̄ patrias dei leges preuari-
cari. Iratus itaq3 rex iussit sartagines· et ol
las eneas succendi: quibus statim succen-
sis· iussit ei qui prior fuerat locutus· ampu-
tari linguā: et cute capitis abstracta summas
quoq3 manus et pedes ei ꝑcidi: ceteris eius
fratribꝫ et matre inspiciētibꝫ. Et cū iam per
omnia inutilis factus esset· iussit ignem ad-
moueri: et adhuc spirantem torreri in sar-
tagine· in qua cū diu cruciaretꝰ: ceteri vna
cū matre inuicē se hortabātur mori fortiter
dicentes. Dn̄s deus aspiciet veritatē· et con-
solabitur in nobis: quemadmodū in prote
statione cantici declarauit moyses: ⁊ in ser-
uis suis ꝯsolabitur. Mortuo itaq3 illo pri-
mo hoc modo sequentē deducebāt ad illu
dendum: et cute capitis eius cū capillis ab-
stracta· interrogabāt si manducaret prius
ꝙ̄ toto corpore per membra singula punire
tur. At ille respondēs patria voce dixit. Nō
faciam. Propter qđ et iste sequēti loco pri
mi tormenta suscepit: et in vltimo spū consti
tutus sic ait. Tu quidē scelestissime in ꝑsen-
ti vita nos ꝑdis: sȝ rex mūdi defunctos nos
ꝓ suis legibꝫ ī eterne vite resurrectiōe su-
scitabit. Post hunc tercius illuditur: et lin
guam postulatus cito protulit· et manus cō
stanter extēdit: et cū fiducia ait. E celo ista
possideo: sȝ ꝓpter dei leges nūc hec ipsa de
spicio: qm̄ ab ipo me ea recepturū spero. Ita
ut rex ⁊ qui cū ipo erant mirarentur adole-
scentis animū: qꝛ tanꝙ̄ nichil duceret cruci
atus. Et hoc ita defuncto: quartum vexabāt
similiter torquētes. Et cum iam esset ad mor
tem sic ait. Potius est ab hominibꝫ morti-
datos spem exspectare a deo: iterū ab ipso
resuscitandos. Tibi enī resurrectio ad vi
tam non erit. Et cum admouissent quintū
vexabant eū: at ille respiciens in eū dixit.
Potestatē inter hoīes habens· cū sis cor
ruptibilis facis qđ vis. Noli aūt putare
genus nr̄m a deo esse derelictū. Tu aūt pa
tiēter sustine: et videbis magnā potestatē
ipsius· qualiter te ⁊ semen tuum torquebit.
Post hunc ducebāt sextū: et is mori incipi-
ens sic ait. Noli frustra errare. Nos enim
propter nosmetipos hec patimur peccan-
tes in deū nostrū: et digna āmiratione fa-
cta sunt in nobis. Tu aūt ne existimes tibi
impune futurū: qꝛ cōtra deū pugnare tem-
ptaueris. Supra modū aūt mater mirabi
lis et bonoꝝ memoria digna· que pereūtes
septem filios sub vnius diei tēpore conspi
ciens· bono animo ferebat ꝓpter spem quā
in deū habebat: singulos autē illoꝝ horta-
batur voce patria fortiter repleta sapiētia:
et feminee cogitationi masculinū animū in
ferēs dixit ad eos. Nescio qualiter in vtero

meo apparuistis. Neqꝫ enim ego spiritū et
animā donaui vobis et vitam: et singuloꝝ
mēbra nō ego ipsa compegi. Sed enī mū-
di creator qui formauit hominis natiuitatē.
quiqꝫ omniū inuenit originē: et spm̄ vobis
iterū cū misericordia reddet et vitam: sicut
nunc vosmetipsos despicitis propter leges
eius. Antiochus aūt contemni se arbitratus.
simul ⁊ exprobrantis voce despecta: cū ad-
huc adolescentior superesset. non solū verbis
hortabatur sed et cū iuramento affirmabat
diuitē se et beatū facturū: et translatū a pa-
trijs legibꝰ amicū habiturū. et res necessa-
rias ei pbiturū. Sed ad hec cū adolescens
nequaq̄ inclinaretur: vocauit rex matrem.
et suadebat ei. ut adolescenti fieret in salu-
tē. Cū aūt multis eam verbis esset hortatus:
promisit suasurā se filio suo. Itaqꝫ inclina-
ta ad illū irridens crudelē tyrannū: ait pa
tria voce. Fili mi miserere mei q̄ te in vte-
ro nouē mensibꝰ portaui: et lac triennio de
di et alui: et in etatē istā pduxi. Peto nate
ut aspicias ad celū et terrā. et ad oīa que
in eis sūt: et intelligas quia ex nichilo fecit
illa deus et hominū genus: ita fiet ut nō ti-
meas carnificem istū. sed dignus fratribꝰ
tuis effectus suscipe mortem: ut in illa mi-
seratione cum fratribꝰ tuis te recipiam. Cū
hec illa adhuc diceret: ait adolescens. Quē
sustinetis? Non obedio precepto regis: ſꝫ
precepto legis que data ē nobis p moy-
sen. Tu vero qui inuentor oīs malicie fa-
ctus es in hebreos: nō effugies manū dei.
Nos enim pro peccatis nr̄is hec patimur.
Et si nobis ꝓpter increpacōnē ⁊ correptio-
nē dn̄s deus noster modicū iratus est: sed
iterum reconciliabitur seruis suis. Tu autē o
scelleste ⁊ omniū hominū flagiciosissime no
li frustra extolli vanis spebus: in seruos eius
inflāmatus. Nondū enim oīpotentis dei
et oīa inspicientis iudiciū effugisti. Nam
fratres mei modico nūc dolore sustentato
sub testamento eterne vite effecti sūt: tu ve-
ro iudicio dei iustas superbie tue penas ex
solues. Ego autē sicut ⁊ fratres mei animā
et corpus meū trado pro patrijs legibus
inuocās deū maturius genti nostre ꝓpiciū
fieri: teqꝫ cū tormētis et verberibꝰ confiteri
q̄ ipse est deus solus. In me vero ⁊ in fratri
bus meis desinet oīpotentis ira: que sup
oīe genus nr̄m iuste supducta est. Tunc
rex accensus ira. in hūc sup oēs crudelius
deseuit: indigne ferēs se derisū. Et hic ita-
qꝫ mūdus obijt: p oīa ī dn̄o ꝯfidens. No
uissime autē post filios ⁊ mater ꝯsūpta est.
Igitur de sacrificijs et de nimijs crudelita-
tibꝰ satis dictū est.

VIII

Iudas vero
machabeus. et q̄ cū illo erāt introibāt latē
ter in castella: et ꝯuocātes ꝯgnatos ⁊ ami-
cos. et eos q̄ pmanserant in iudaismo assu-
mentes: eduxerūt ad se sex milia viros. Et
inuocabāt dn̄m ut respiceret ī populū q̄ ab
oībꝰ calcabat̄: ⁊ misereret̄ tēplo qđ cō-
taminabat̄ ab impijs. Misereret̄ etiā exter
minio. ciuitatis q̄ esset ilico conplanāda et
vocē sanguinis ad se clamantis audiret:
memoraretur qꝫ iniquissimas mortes par-
uuloꝝ innocentiū. et blasphemias nomini
suo illatas: et indignaret̄ sup hijs. At ma-
chabeus ꝯgregata multitudine intolera-
bilis gētibꝰ efficiebat̄. Ira enī dn̄i ī miseri-
cordiā conuersa est. Et superueniēs castellis
et ciuitatibꝰ improuisus succendebat eas:
et oportuna loca occupans. nō paucas ho-
stiū strages dabat. Maxime aūt noctibꝰ
ad huiuscemodi excursus ferebat̄: et fama
virtutis eius vbiqꝫ diffundebat̄. Videns
autē philippus paulatim virū ad profectū
venire. ac frequētius res ei cedere prospe-
re ad ptolomeū ducē celessyrie et phenicis
scripsit: ut auxilium ferret regis negocijs.
At ille velociter misit nichanorē patrocli de
primoribꝰ amicū: datis ei de pmixtis gēti-
bus. armatis nō minus viginti milibus ut
vniūsū iudeoꝝ genus deleret adiuncto ei.
et gorgia viro militari. et ī bellicis rebꝰ ex-
periētissimo. Constituit aūt nichanor regi:
ut tributū qđ romanis erat dādū duo mi-
lia talētoꝝ. de captiuitate iudeoꝝ supple-
ret. Statiqꝫ ad maritimas ciuitates misit
ꝯuocās ad coemptionē iudaicoꝝ mācipi-
orum: promittens se nonaginta mancipia
talento distracturū: nō respiciēs ad vindi
ctam que eū ab oīpotente esset ꝯsecutura.
Iudas autē vbi cōperit: indicauit hijs qui
secum erāt iudeis nichanoris aduentū. Ex

quib9 quidā formidantes. et nō credentes dei iusticie in fugam vertebant᷑: alij vero si qui de hijs superant veniebāt: simulq3 dn̄m deprecabant᷑ ut eriperet eos de impio nichanore q̄ eos priusq̄ȝ incominus veniret vendiderat. Et si nō ꝓpter eos: ꝓpter testamētum qd̄ erat ad patres eoꝝ: et ꝓpter invocationē sancti et magnifici noīs eius super ipos. Convocatis aūt machabeus septem milib9 qui cū ipo erāt. rogabat ne hostib9 reconciliarētur: neq3 metuerēt inique veniē tiū adūsum se hostiū multitudinē: sed fortiter ꝯtenderent ante oculos habentes contumeliam que loco sancto ab hijs iniuste essꝫ illata: itemq3 et ludibrio habite civitatis iniuriam: adhuc etiam veteruz instituta convulsa. Nam illi quidē armis confidunt. ait simul et audacia: nos autē in omīpotēte dn̄o qui potest et venientes adūsum nos et vniūsum mūdū vno nutu delere ꝯfidimus. Ammonuit aūt eos ⁊ de auxilijs dei que facta sūt erga parentes: et q̄ sub sennacherib centūoctogintaquinq3 milia ꝑierīt: et de ꝓlio qd̄ eis adūsus galathas fuit in babilonia: ut omēs vbi ad rē vētū ē macedonibus socijs hesitātib9. ipi sex milia soli ꝑemerūt cētūviginti milia ꝓpter auxiliū illis datū de celo: et beneficia pro hijs plurima ꝯsecuti sūt. Hijs v̄bis ꝯstātes effecti sūt: ⁊ ꝓ legib9 ⁊ patria mori parati. Constituit itaq3 frēs suos duces vtriq3 ordini. symonē ⁊ iosephū ⁊ ionathan subiectis vnicuiq3 millenis ⁊ quīgētenis: ad hoc etiā ab ezra lecto illis sancto libro ⁊ dato signo adiutorij dei: in prima acie ipe dux cōmisit cū nichanore. Et facto sibi adiutore omīpotente. interfecerūt sup nouē milia hominū: maiorē autez partē exercitus nichanoris vulnerib9 debilem factam fugere cōpulerūt. Pecunijs vero eoꝝ q̄ ad emptionē ipsoꝝ venerāt sublatis. ipos usq3 quaq3 ꝑsecuti sunt: sed reuersi sūt ora conclusi. Nam erat ante sabbatum: quāobcausam nō ꝑseuerauerīt insequētes. Arma autē ipsoꝝ et spolia cōgregantes sabbatuz agebant benedicentes dn̄m: qui liberauit eos in isto die. misericordie initiū stillans in eos. Post sabbatū vero debilibus et orphanis et viduis diuiserunt spolia: et residuā ipi cum suis habuere. Hijs ita gestis et cōmuniter ab omīb9 facta obsecratiōne: misericordē dn̄m postulabant ut in finē seruis suis reconciliaret᷑. Et ex hijs qui cū timotheo et bachide erant contra se contēdentes sup viginti milia interfecerūt: et munitiones excelsas obtinuerūt. et plures predas diuiserūt: equā portionē debilibus pupillis et viduis. sꝫ et seniorib9 facientes. Et cū arma eoꝝ diligēter collegissent: omīa composuerunt in locis oportunis. Residua vero spolia iherosolimā detulerūt: et philarcen qui cū timotheo erat interfecerūt virū scelestū: qui in multis iudeos afflixerat. Et cū epinicia agerēt in iherosolimis eos qui sacras ianuas incenderīt: id est calisthenen cū i quoddā domiciliū refugissꝫ incēderūt: digna ei mercede ꝓ impietatib9 suis reddita. Facinorosissimus aūt nichanor q̄ mille negociātes ad iudeoꝝ venditiōnem adduxerat humiliatus auxilio dn̄i ab hijs quos nullos existimauerat: deposita veste glorie ꝑ mediterraneā fugiens solus venit antiochiā: sūmam infelicitatē de interitu sui exercitus ꝯsecutus. Et qui ꝓmiserat romanis se tributuz restituere de captiuitate iherosolimorū: ꝑdicabat nūc ꝓtectorem deū habere iudeos. et ob ipm inuulnerabiles esse: eo q̄ sequerentur leges ab ipo ꝯstitutas. IX

Eodem tēpore antiochus inhoneste reuertebat᷑ de ꝑside. Intrauerat eni in eam q̄ dicitur ꝑsipolis ⁊ tēptauit expoliare templū et ciuitatē opprimere: sed multudine ad arma cōcurrente in fugam versi sūt: et ita contigit ut antiochus post fugaz turpiter rediret. Et cū venissꝫ circa egbathanan: recognouit que erga nichanorē et timotheū gesta sūt. Elatus aūt in ira. arbitrabat᷑ se iniuriā illoꝝ qui se fugauerāt posse in iudeos retorquere: ideoq3 iussit agitari currū suū sine intermissione agēs iter. celesti eū iudicio purgente: eo q̄ ita supbe locutus est se venturū iherosolimā. ⁊ congeriem sepulcri iudeoꝝ eam facturum. Sed qui vniuersa conspicit dominus deus israhel: ꝑcussit eum insanabili ⁊ inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonē: apprehēdit eū dolor dirus viscerū ⁊ amara internorū

tormēta. Et quidem satis iuste: quippe qui
multis ⁊ nouis cruciatibꝰ alioꝝ torserat vi=
scera: licet ille nullo modo a sua malicia ces=
saret. Sup hoc autē supbia repletus ignē
spirans animo in iudeos: et p̄cipiens acce=
lerari negociū. contigit illū impetu euntem
de curro cadere: et graui corporis collisiōe
mēbra vexari. Jsqꝫ qui sibi videbat̄ etiā flu
ctibꝰ maris imperaē supra humanū modū
supbia repletus. et montium altitudines in
statera appendere: nūc humiliatus ad ter
ram in gestatorio portabat̄. manifestā dei
virtutē in semetipo contestās: ita ut de cor
pore impij vermes scaturient: ac viuētes in
doloribꝰ carnes eius effluerēt: odore etiā
illius ⁊ fetore exercitus grauaretur. Et qui
paulo ante sidera celi cōtingere se arbitra=
batur: eū nemo poterat ꝓpter intolerantiaꝫ
fetoris portaē. Hinc igit̄ cepit ex graui su
perbia deductus ad agnicōnem sui venire
diuina āmonitus plaga: p momēta singu=
la doloribꝰ suis augmenta capiētibꝰ. Et cū
nec ip̄e iam fetorē suū ferre possꝫ: ita ait. Ju=
stū est subditū esse deo: et mortalē nō paria
deo sentire. Orabat autē hic scelestus dn̄m
a quo nō essꝫ misericordiā consecuturus: et
ciuitatē ad quā festinās veniebat. ut eā ad
solū deduceret ac sepulcrū cōgestoꝝ face
ret. nunc optat liberam reddere: et iudeos
quos nec sepultura quidē se dignos habi
turū. sꝫ auibꝰ ac feris diripiēdos traditurū.
et cū paruulis exterminaturū dixerat. equa
les nūc athenīensibꝰ facturū pollicetur: tē=
plū etiā sanctū quod prius exspoliauerat.
optimis donis ornaturū: ⁊ sancta vasa mul
tiplicaturū. et ptinētes ad sacrificia sūptus.
de redditibꝰ suis p̄staturū: sup hec ⁊ iudeū
se futurū: et om̄em locū terre pambulatu=
rū. et p̄dicaturū dei potestatē. Sꝫ nō cessan=
tibꝰ doloribꝰ: supuenerat enim in eum iustū
dei iudiciū: desperās scp̄sit ad iudeos ī hūc
modū dep̄cacōnis epistolam hec otinentē.
Optimis ciuibꝰ iudeis: plurimā salutem et
bene valere. et esse felices: rex ⁊ p̄nceps an
tiochus. Si bene valetis et filij vestri et ex
sentētia vobis cūcta sūt: maximas agim⁹
grās. Et ego in infirmitate cōstitutus. vrī
aūt memor benigne reūsus de psidis locis

et infirmitate graui ap̄p̄hensus necessariū
duxi ꝓ communi vtilitate curā habere: nō
desperās memetipsū: sed spem multā habēs
effugiēdi infirmitatē. Respiciēs aūt q̄ ⁊ p̄r
meus quibꝰ temporibꝰ in locis superioribꝰ
ducebat exercitū ostēdit qui post se suscipe
ret principatū. ut si quid contrariū accidēr
aut difficile nūciaretur. sciētes hij qui in re
gionibꝰ erāt cui essꝫ rerū sūma derelicta nō
turbarētur: ad hec considerās de ꝓximo po
tentes quosqꝫ ⁊ vicinos. temporibꝰ insidiā
tes ⁊ euentū exspectātes. designaui filiū meū
antiochū regē quē sepe recurrēs ī supiora
regna multis vestrū omēdabā: et scp̄si ad
eū que subiecta sunt. Oro itaqꝫ vos ⁊ peto
memores beneficiorū publice ⁊ p̄uatim: ut
vnusquisqꝫ oſuet fidē ad me ⁊ ad filiū meū.
Confido enī eū modeste ⁊ humane acturū
et sequentē ꝓpositū meū: et omunem vobis
fore. Igit̄ homicida ⁊ blasphemus pessime
pcussus: et ut ip̄e alios tractauerat. pegre
in mōtibꝰ miserabili obitu vita functus ē.
Transferebat autē corpus philippus col
lactaneus eius: q̄ metuēs filiū antiochi ad
ptolomeū philomethora abijt ī egiptū.

X

Machabeus aūt ⁊ qui cū eo erant dn̄o
se ꝓtegēte templū quidē et ciuitatem
recepit: aras autē quas alienigene p pla=
teas struxerāt: itēqꝫ delubra demolitus est.
Et purgato templo aliud altare fecerūt: et
de ignitis lapidibꝰ igne cōcepto sacrificia
obtulerūt post bienniū: et incensū ⁊ lucer=
nas. et panes ꝓposicōis posuerūt. Quibꝰ ge=
stis rogabāt dn̄m ꝓstrati ī terrā: ne āpliuſ
talibꝰ malis inciderēt. Sed ⁊ si quādo pec=
cassent. ut ab ip̄o mitius corriperētur: et nō
barbaris ac blasphemis hominibꝰ traderē
tur. Qua die autē templū ab alienigenis
pollutū fuerat: cōtigit eadē die purificatio
nē fieri vicesima ⁊ quīta mens̄ q̄ fuit casleu.
Et cū leticia diebꝰ octo egerūt in modū ta=
bernaculoꝝ: recordantes. q̄ ante modicū
temporis diem solemneꝫ tabernaculoꝝ in
mōtibꝰ et in speluncis more bestiaꝝ egerāt:
ꝓpter qđ tirsos ⁊ ramos virides et palmas
p̄ferebat ei. qui ꝓsperauit mūdaē locū suū.
Et decreuerunt communi p̄cepto et decreto
vniuerse genti iudeoꝝ omībꝰ ānis agere

dies istos. Et antiochi quidẽ qui appella-
tus est nobilis. vite excessus ita se habuit.
Nũc aũt de eupatore antiochi impij filio
que gesta sũt narrabimus: breuiantes ma
la que in bellis gesta sũt. Hic enĩ suscepto
regno constituit sup̄ negocia regni lysiam
quẽdam phenicis et sirie milicie principẽ.
Nam ptolomeus qui dicebat̃ macer. iu-
sti tenax erga iudeos esse instituit: et pre-
cipue ꝓpter iniq̇tatem q̃ facta erat in eos:
et pacifice agere cũ eis. Sed ob hoc accu
satus ab amicis apud eupatorẽ: cũ frequẽ
ter proditor audiret eo ꝙ ciprũ creditam
sibi a philometore deseruisset. et ad antio-
chũ nobilẽ translatus. etiã ab eo recessisset:
veneno vitam finiuit. Gorgias aũt cũ esset
dux locoꝝ assumptis aduenis frequẽter
iudeos debellabat: iudei vero qui tenebant
oportunas municões fugatos ab iheroso-
limis suscipiebant: et bellare temptabant.
Hij vero qui erant cũ machabeo per orati-
ones dñm rogantes ut esƺ sibi adiutor. im
petũ fecerũt in municiones ydumeoꝝ: mul
taqꝫ vi insistentes loca obtinuerũt. occur-
rentes interemerũt: et omnes simul nõ mi-
nus a vigintiquĩqꝫ milibus trucidauerũt.
Quidã autẽ cum confugissent in duas tur
res valde munitas. omnẽ apparatũ ad re-
pugnandũ habentes: machabeus ad eoꝝ
expugnationeꝫ relicto symone et ioseph
itemqꝫ zacheo. eisqꝫ qui cũ ipsis erant satis
multis: ip̄e ad eas que amplius purgebãt
pugnas conu̇sus est. Hij vero qui cũ symo
ne erãt cupiditate ducti a quibusdã qui in
turribꝰ erant suasi sũt pecunia: ⁊ septuagin
ta milibus didragmis acceptis dimiserũt
quosdã effugere. Cũ autẽ machabeo nũci
atum esƺ qđ factũ ẽ: principibꝰ populi con-
gregatis. accusauit ꝙ pecunia fratres ven
didissent. aduersarijs eoꝝ dimissis. Hos
igitur proditores factos interfecit: et con-
festim duas turres occupauit. Armis aũt
ac manibꝰ omnia prospere agendo: in dua
bus municionibꝰ plusq̃ viginti milia pere
mit. Et thimotheus q̃ prius a iudeis fuerat
superatus ꝯuocato exercitu peregrine mul
titudinis et ꝯgregato equitatu asiano ad
uenit: quasi armis iudeam capturus. Ma-
chabeus autẽ et qui cũ ip̄o erant appropin
quante illo deprecabãtur dñm caput terra
aspergentes. lũbosqꝫ cilicijs precincti. ad
altaris crepidinẽ ꝓuoluti: ut sibi ꝓpicius.
inimicis aũt eoꝝ esƺ inimicus: et adu̇sarijs
adu̇saretur sicut lex dicit. Et ita post oratio
nem sũptis armis longius de ciuitate pro
cedẽtes: et proximi hostibus effecti reside
rũt. Primo aũt solis ortu vtriqꝫ cõmiserũt.
isti quidẽ victorie et ꝓsperitatis sponsorẽ
cũ virtute dñm habentes: illi aũt ducẽ belli
animũ habebant. Sed cũ vehemẽs pugna
esƺ apparuerũt adu̇sarijs de celo viri quiqꝫ
in equis. frenis aureis decori ducatũ iudeis
prestãtes: ex quibꝰ duo machabeũ mediũ
habẽtes armis suis circũseptũ incolumem
conseruabãt: in adu̇sarios aũt tela ⁊ fulmi
na iaciebãt. ex quo ⁊ cecitate ꝯfusi et reple
ti pturbatione cadebant. Interfecti sũt aũt
viginti milia quĩgenti: et equites sexcenti.
Timotheus vero confugit in gazaram p̄si-
diũ munitũ cui preerat cereas: machabeus
autẽ et qui cũ eo erant letantes obsederũt
presidiũ diebus quatuor. At hij qui intus
erãt loci firmitate confisi supra modũ ma-
ledicebant. et ꝯmones nephandos iacta-
bant: ƺ cũ dies quinta illucesceret viginti
iuuenes ex hijs q̃ cũ machabeo erãt accẽsi
animis ꝓpter blasphemiã viriliter accesse-
rũt ad murũ. ⁊ feroci animo incedẽtes ascẽ
debant: sed et alij similiter ascendẽtes tur-
res portasqꝫ succendere aggressi sunt. atqꝫ
ipsos maledicos viuos concremare. Per
continuũ aũt biduũ. presidio vastato timo
theum occultantẽ se in quodã repertũ loco
peremerũt: et fratrem illius cereã et appol-
lofanẽ occiderũt. Quibꝰ gestis: in ymnis
et ꝯfessionibꝰ bñdicebãt dñm qui magna
fecit in israhel: et victoriam dedit illis. XI

Sed paruo post tempore lysias procu
rator regis et ꝓpinquus ac negocio-
rũ ꝓpositus grauiter ferens de hijs que acci
derant: congregatis octoginta milibus et
equitatu vniu̇so veniebat adu̇sum iudeos
existimans se ciuitatẽ quidem captam gen
tibꝰ habitaculũ facturũ: templum vero in
pecunie questũ sicut cetera delubra gentiuꝫ
habiturum. et per singulos annos venale

sacerdotiū· nusꝙ̄ regi cotās dei potestatē:
sed mēte effrenatus ·in multitudine peditū
et in milibꝫ equitū· ⁊ in octoginta elephā=
tis confidebat. Ingressus autē iudeam et
appropians bethsure que erat in angusto
loco ab iherosolima interuallo quinqꝫ sta=
diorū: illud p̄sidiū expugnabat. Ut autē
machabeus et qui cū eo erant cognouerūt
expugnari p̄sidia: cū fletu et lacrimis ro=
gabāt dn̄m. et oīs turba simul: ut bonū an=
gelū mitteret ad salutem israhel. Et ipe pri
mus machabeus sūptis armis ceteros ad
hortatus est simul secū piculū subire: et fer
re auxiliū fratribꝫ suis. Cūqꝫ pariter prom
pto animo ꝓcederent iherosolimis. appa=
ruit p̄cedens eos eques in veste candida:
armis aureis hastam vibrans. Tūc om̄es
simul bn̄dixerūt misericordē dn̄m: et ꝯua
luerūt animis: nō solū homines sed et besti=
as ferocissimas ⁊ muros ferreos parati pe
netrare. Ibāt igitur prompti: de celo habē
tes adiutorē et miserantē sup eos dn̄m. Le
onū autē more impetu irruentes in hostes
prostrauerūt ex eis vndecim milia peditū et
equitū mille sexcentos: vniūsos autē in fu=
gam verterūt: plures autē ex eis vulnerati
nudi euaserunt. Sed et ipe lysias turpiter
fugiens euasit. Et quia nō insensatus erat:
secū ipe reputans factam erga se diminu=
tionē. et intelligens inuictos esse hebreos
dei omnipotentis auxilio innitentes. misit ad
eos. promisitqꝫ se consensurū omnibꝫ que
iusta sūt: et regem compulsurū amicū fieri.
Annuit autē machabeus precibus lysie: in
om̄ibꝫ vtilitati ꝯsulens. Et quecūqꝫ macha
beus scripsit lysie de iudeis: ea rex ꝯcessit.
Nam erant scripte iudeis epistole a lysia
quidē hunc modū continentes. Lysias:
populo iudeoꝝ salutē. Iohānes ⁊ abessa=
lon qui missi fuerāt a vobis tradentes scri=
pta postulabāt: ut ea que per illos significa=
bant͛ implerē. Quecūqꝫ igitur regi po=
tuerūt p̄ferri exposui: et que res p̄mittebat
concessi. Si igitur in negocijs fidem ser=
uaueritis. et deinceps bonorum vobis cau=
sa esse temptabo: de ceteris aūt per singula
verba mandaui et istis et hijs q̄ a me missi
sūt colloqui vobiscū. Bene valete. Anno
centesimo quadragesimo octauo mēsis dio
scori die vicesima et quarta. Regis aūt epi=
stola ista continebat. Rex antiochus: lysie
fratri salutē. Patre nr̄o inter deos trāslato
nos volentes eos qui sūt in regno nostro
sine tumultu agere et rebus suis adhibere
diligentiā: audiuimus iudeos nō ꝯsensisse
patri meo ut trāsferrent͛ ad ritū grecoꝝ. sꝫ
tenere velle suū institutū: ac ꝓpterea postula=
re a nobis ꝯcedi. sibi legitima sua. Vo=
lētes igitur hanc quoqꝫ gentē quietā esse:
statuētes iudicauimus tēplū restitui illis:
ut agerent scd̄m suoꝝ maiorū ꝯsuetudinē.
Bene igit͛ feceris si miseris ad eos ⁊ dexte
ram dederis: ut cognita nostra volūtate bo
no animo sint: et vtilitatibꝫ ꝓprijs deseruiāt.
Ad iudeos vero regis epistola talis erat.
Rex āntiochus: senatui iudeoꝝ. et ceteris iu
deis salutem. Si valetis sic estis ut volu=
mus: sꝫ ⁊ ipsi bene valemus. Adijt nos me
nelaus dicens: velle vos descendere ad ve=
stros qui sūt apud nos. Hijs igit͛ q̄ com
meāt usqꝫ ad diē tricesimū mensis xandici
damus dexteras securitatis: ut iudaici vtā
tur cibis et legibus suis sicut ⁊ prius: et ne=
mo eoꝝ vllo modo molestiam patiatur de
hijs q̄ per ignorantiā gesta sūt. Misimus
autē ⁊ menelaū qui vos alloquat͛. Valete.
Anno cētesimo quadragesimo octauo xan
dici mensis quīdecima die. Miserūt autem
etiā romani epistolā ita se habentē. Quin=
tus memmius ⁊ titus manlius legati roma=
norum: populo iudeoꝝ salutē. De hijs q̄ ly
sias cognatus regis concessit vobis. et nos
concessimus: de quibꝫ autē ad regē iudica
uit referendū. confestim aliquē mittite dili
gentius inter vos conferentes: ut decerna=
mus sicut congruit vobis. Nos eni antī=
ochiā accedimus. Ideoqꝫ festinate rescri=
bere: ut nos quoqꝫ sciamus cuius estis vo=
lūtatis. Bene valete. Anno cētesimo qua=
dragesimo octauo quintadecīa die mensis
xandici.

XII

His factis pactōnibꝫ lysias p̄gebat ad regem: iudei autē
agriculture operam dabant. Sed hij qui
resederāt timotheus ⁊ appollonius gennei
filius. sed et ieronimus, et demophon. super
hos et nichanor cypriarches non sinebāt

eos in silentio agere et quiete. Ioppite vero
tale quoddam flagiciū ꝑpetrarunt. Roga-
uerūt iudeos cū quibꝰ habitabāt ascendē
scaphas quas ꝑauerāt cū vxoribꝰ ⁊ filijs:
q̄si nullis inimicicijs inter eos subiacētibꝰ.
Secundū cōmune itaqꝫ decretū ciuitatis. et
ipis acquiescētibꝰ pacisqꝫ causa michil su-
spectū habentibꝰ: cū in altū ꝓcessissent sub-
merserūt nō minus ducētos. Quā crudeli
tatē iudas in sue gentis homines factam
ut cognouit. p̄cepit viris qui erāt cū ipo:
et inuocato iusto iudice deo venit aduersus
interfectores fratrū: et portū quidē nocte
succendit: scaphas exussit: eos aūt qui ab
igne refugerāt gladio pemit. Et cū hec ita
egissꝫ discessit quasi iterū reuersurus: et vni
uersos ioppitas eradicaturus. Sed cum co-
gnouisset ⁊ eos qui erāt iamnie velle pari
modo facere habitantibꝰ secū iudeis: iam
nitis qꝫ nocte superuenit. et portū cū nauibus
succendit: ita ut lumē ignis appareret ihe-
rosolimis ab stadijs ducētis quadragīta.
Inde cū iam abijssent nouē stadijs et iter
facerēt ad timotheū: cōmiserūt cū eo arabes
quinqꝫ milia viri. et equites quingēti. Cūqꝫ
pugna valida fieret ⁊ auxilio dei prospere
cessissꝫ: residui victi arabes petebant a iuda
dextras sibi dari ꝓmittētes se pascua datu-
ros: et in ceteris ꝓfuturos. Iudas aūt arbi-
tratus vere i mltis eos vtiles ꝓmisit pacē:
dextrisqꝫ acceptis discessere. ad tabnacula
sua. Aggressus est autē ⁊ ciuitatē quandā
firmā. pontibꝰ murisqꝫ circūseptā que a tur
bis habitabatꝰ gentiū ꝯmiscuarū: cui nō-
mē chasphin. Hij vero qui intus erāt confi
dentes in stabilitate murorꝫ ⁊ apparatu ali
moniarꝫ remissius agebāt: maledictis la-
cessentes iudā ac blasphemātes: et loquē-
tes q̄ fas nō est. Machabeus autē inuoca-
to magno mūdi principe qui sine arietibus
et machinis temporibꝰ ihesu p̄cipitauit ieri
cho. irruit ferociter muris: et capta ciuitate
per dn̄i volūtatē innumerabiles cedes fe-
cit: ita ut adiacēs stagnū stadiorꝫ duorꝫ
latitudinis sanguine interfectorꝫ fluere vi
deretꝰ. Inde discesserūt stadia septingenta
quinquaginta et venerunt in characha ad
eos qui dicūtꝰ tubianei iudeos: et timotheū
quidē in illis locis non cōphenderūt: nullo-
qꝫ negocio ꝑfecto regressus est. relicto in
quodā loco firmissimo presidio. Dositheꝰ
autē ⁊ sosipater q̄ erāt duces cū machabeo
ꝑemerūt a timotheo relictos i p̄sidio decē
milia viros. At machabeus ordinatis circū
se sex milibꝰ ⁊ cōstitutis per cohortes: aduer
sus timotheū ꝓcessit habentē secū. centūvi-
ginti milia peditū: equitūqꝫ duo milia quin
gentos. Cognito autem iude aduētu timo
theus premisit mulieres. et filios ⁊ reliquū
apparatū in presidiū quod carnion dicitur.
Erat enim inexpugnabile et accessu diffici
le: ꝓpter locorꝫ āgustias. Cūqꝫ cohors iude
prima apparuissꝫ. timor hostibꝰ incussus est
ex presentia dei qui vniūsa conspicit: et in fu
gam versi sūt alius ab alio: ita ut magis a
suis deicerētur. et gladiorꝫ suorꝫ ictibꝰ de-
bilitarētur. Iudas aūt vehemēter instabat
puniēs ꝓphanos: et ꝓstrauit ex eis trigīta
milia virorꝫ. Ipe vero timotheus incidit in
partes dositheī ⁊ sosipatris: et multis p̄cibꝰ
postulabat ut viuus dimitteretꝰ: eo ꝙ mul
torū ex iudeis parentes haberet ac fratres
quos morte eius decipi eueniret. Et cū fidē
dedissꝫ restituturū se eos secūdū cōstitutū: illesū
eū dimiserūt ꝓpter fratrū salutē. Iudas aūt
regressus est a carnion interfectis vigin-
tiquīqꝫ milibꝰ. Post horū fugā ⁊ necē mouit
exercitū ad effrō ciuitatē munitā in q̄ mul-
titudo diuersarꝫ gētiū habitabat: et robu-
sti iuuenes pro muris consistentes fortiter
repugnabāt. In hac autē machine multe:
et telorꝫ erat apparatus. Sꝫ cū omnipotentē
inuocassent. q̄ potestati vires hostiū cōfrin-
git ceperūt ciuitatē: et ex eis qui intus erāt
vigintiquīqꝫ milia ꝓstrauerūt. Inde ad ci-
uitatē scitarꝫ abierūt: que ab iherosolimis
sexcentis stadijs aberat. Contestātibꝰ aūt
hijs qui apud scitopolitas erāt iudeis. ꝙ be
nigne ab eis haberentꝰ: et tēporibꝰ infelici-
tatis ꝙ modeste secū egerint: grās agē-
tes eis. ⁊ exhortati etiā de cetero erga genus
suū benignos esse venerūt iherosolimā. die
solēni septimanarꝫ instāte. Et post penteco
sten abierūt cōtra gorgiā ꝑpositū ydumee.
Exiuit autē cū peditibꝰ tribꝰ milibꝰ: et eq̄ti-
bus quadringentis. Quibus congressis:

contigit paucos ruere iudeo⁊. dositheus
vero quidē de bachinoris eques vir fortis
gorgiā tenebat: et cū vellet illū capere viuū.
eques quidam de tracibus irruit in eum. hu
merūq; eius amputauit: atq; ita gorgias
effugit in marisa. At illis qui cum besdrin
erāt diutius pugnātibus ⁊ fatigatis inuoca=
uit dn̄m iudas adiutorē et ducē belli fieri:
incipiēs voce patria. et cū ymnis clamorē
extollēs: fugam gorgie militibus incussit. Ju
das aūt collecto exercitu venit in ciuitatē
odollam. Et cum septima dies superueniret.
secundū osuetudinē purificati in eodē loco
sabbatū egerūt. Et sequēti die venit cū suis
iudas ut corpora pstratorū tolleret: et cum
parētibus poneret in sepulcris paternis. Jn
uenerūt aūt sub tunicis interfectorū de do=
nariis ydolo⁊ q̄ apud iamniam fuerūt: a
quibus lex phibet iudeos. Omnibus ergo
manifestum factū est: ob hanc causam eos
corruisse. Omnes itaq; bn̄dixerūt iustum
iudicium dn̄i qui occulta fecerat manifesta.
Atq; ita ad preces conuersi rogauerūt: ut
id quod factū erat delictū obliuioni trade
retur. At vero fortissimus iudas hortabat
populū oseruare se sine peccato: sub oculis
vidētes que facta sūt pro peccatis eo⁊ q̄
prostrati sūt. Et facta collacōe duodecim
milia dragmas argenti misit iherosolimā
offerri pro pctīs mortuo⁊ sacrificiū: bene
et religiose de resurrectōne cogitans. Nisi
enim eos qui ceciderāt resurrecturos spera
ret: superfluū videret et vanū orare pro mor
tuis. Et q3 osiderabat q; hii qui cū pietate
dormitionē acceperāt: optimā haberent re
positā grām. Sācta ergo ⁊ salubris ē cogi=
tacō p defunctis exorare: ut a pctīs soluāt.

XIII

Anno cētesimo quadrage
simonono cognouit iudas antiochū
eupatoris venire cū multitudine aduersus
iudeam: et cū eo lysiam procuratorē ⁊ ppositum negociorū secū habentē peditū centū=
decē milia. et equitū quinq; milia. et elephā
tes viginti duos: currus cū falcibus trecētos.
Commiscuit aūt se illis ⁊ menelaus: et cum
multa fallacia depcabat antiochū nō pro
patrie salute: sed sperās se cōstitui in prin=
cipatū. Sed rex regum suscitauit animos
antiochi in peccatorem: et suggerente lysia
hūc esse causam omniū malo⁊: iussit ut eis
est osuetudo apphensū in eodē loco necari.
Erat aūt in eodē loco turris quinquaginta
cubito⁊: aggestū vndiq; habens cineris.
Hec pspectū habebat in preceps. Jnde in
cinerem deici iussit sacrilegū: omnibus eū ppel
lētibus ad interitū. Et tali lege puaricatorē
legis cōtigit mori: nec terre dari menelaū.
Et quidem satis iuste. Nam q3 multa erga
arā dei delicta commisit cuius ignis ⁊ cinis
erat sanctus: ipe in cineris morte dānatus
est. Sed rex mēte effrenatus veniebat ne=
quiorē se patre suo iudeis ostensurus. Qui=
bus iudas cognitis pcepit ppło ut die ac
nocte dn̄m inuocaret quo sicut semp ⁊ nūc
adiuuaret eos: quippe q̄ lege ⁊ patria san=
ctoq; templo priuari vererētur: ac populū
q̄ nup paululū respirasset ne sineret blasphe
mis rursus nationibus subdi. Omnibus itaq;
simul id facientibus ⁊ petētibus a dn̄o mise=
ricordiā cū fletu ⁊ ieiuniis p triduū ōtinuū
pstratis: hortatus ē eos iudas ut se pparare
rēt. Jpe vero cū senioribus cogitauit. priusq̄
rex admoueret exercitum ad iudeā ⁊ obtine
ret ciuitatē exire: ⁊ dn̄i iudicio omittere ex=
itū rei. Dans itaq; potestatē omniū deo mū=
di creatori. et hortatus suos ut fortiter di=
micarēt: et usq; ad mortē p legibus tēplo. ci=
uitate. patria. et ciuibus starēt: circa modin
exercitū cōstituit. Et dato signo suis dei vi=
ctorie. iuuenibus fortissimis electis nocte
aggressus aulā regiā in castris interfecit vi
ros quatuordecī milia: ⁊ maximū elephāto
rū cū hiis q̄ suppositi fuerāt. Summoq; metu
ac perturbacōe hostiū castra replētes: rebus=
q; prospere gestis abierūt. Hoc aūt factū
est die illucescēte adiuuāte eū dn̄i ptectōe.
Sed rex accepto gustu audacie iudeorū
arte difficultatē loco⁊ temptabat: et beth=
sure q̄ erat iudeo⁊ presidiū munitū castra
admouebat. sed fugabatur. impingebat.
minorabat. Hiis autē qui intus erāt iudas
necessaria mittebat. Enūciauit aūt misteria
hostibus rodochus quidā de iudaico exerci=
tu: qui requisitus cōphensus ē et oclusus.
Iterū rex sermonē habuit ad eos qui erāt
in bethsuris: dexteram dedit. accepit. abiit.

commisit cū iuda: supatus ē. Vt aūt cogno
uit rebellasse philippū antiochie q relictus
erat sup negocia. mente consternatus iudeos
deprecās. subditusq; eis iurat de omib9 qui-
bus iustū visuz est: et reconciliatus obtulit
sacrificiū. honorauit templū et munera posu-
it: machabeum amplexatus est: et fecit eū a
ptolomaide usq; ad gerrenos ducē et prin
cipem. Vt aūt venit ptolomaidā grauiter
ferebant ptolomenses amicicie conventionē
indignātes: ne forte fedus irrūperēt. Tūc
ascendit lysias tribunal: et exposuit racōez.
et ppl'm sedauit: reuersusq; est antiochiam.
Et hoc mō regis pfectio et reditus pcessit.

XIIII

Sed post triennij tēpus
cognouit iudas et qui cū eo erāt deme
triū seleuci cū multitudine valida et nauib9
per portū tripolis ascendisse ad loca oportu
na: et tenuisse regiōes aduersus antiochū
et eius ducē lysiam. Alchimus aūt quidā
qui summus sacerdos fuerat. sed volūtarie
coinquinatus est in tpib9 commixtionis. consi
derās nullo mō sibi esse salutē neq; accessuz
ad altaē: venit ad regē demetriū cētesimo-
quinquagesimo āno offerēs ei coronā au-
ream et palmā: sup hec et talos qui templi
esse videbantur. Et ipsa quidam die siluit.
Tempus aūt oportunū demētie sue nactus:
et conuocatus a demetrio ad consiliū. et inter-
rogatus quib9 reb9 et consilijs iudei vterētur:
rn̄dit. Ipsi qui dicūtur assidei iudeoꝝ: qui-
bus preest iudas machabeus bella nutriūt
et sedicōes mouēt: nec patiūtur regnū esse
quietum. Nam et ego defraudatus paren
tum gloria. dico autē sūmo sacerdotio huc
veni: primo quidem vtilitatib9 regis fidem
seruans: secundo autē etiā ciuib9 consulēs.
Nam illoꝝ prauitate vniuersum genus
nostrū nō minime vexat᷑. Sed oro hijs sin
gulis o rex cognitis: et regioni. et generi
secūdū humanitatē tuā pmulgatā omib9
pspice. Nam quādiu supest iudas: impos-
sibile ē pacē esse negotijs. Talib9 autē ab
hoc dictis: et ceteri amici hostiliter se habē
tes aduersus iudā. inflāmauerūt demetriū.
Qui statī nichanorē ppositū elephātoꝝ.
ducē misit in iudeā. datis mādatis ut ipsuz
quidē iudam caperet. viuū: eos vero qui cū
illo erāt dispergeret: et constitueret alchimū
maximi templi sūmū sacerdotē. Tūc gen-
tes que de iudea fugerant iudam. segrega
tim se nichanori miscebāt: miserias et clades
iudeoꝝ. psperitates rerū suaꝝ existimā-
tes. Audito itaq; iudei nichanoris aduētu
et conuentu nationum: conspersi terra roga-
bāt eū qui populū suū constituit in eternuz
custodiret: quiq; suam porcōem signis eui
dentib9 ptegit. Imperāte autē duce statim
inde mouerunt: conuenerūtq; ad castellū
dessau. Symō vero frater iude commiserat
cum nichanore: sed cōterritus est repētino
aduentu aduersarioꝝ. Nichanor tamen
audiens virtutem comitū iude et animi ma
gnitudinē quā pro patrie certaminib9 ha
bebāt: sanguine iudiciuz facere metuebāt.
Quamobrē premisit possidoniū et theodotū.
et mathiā. et ut darēt dextras. atq; acciperēt:
et cū diu de hijs consiliū ageret᷑. et ipse dux ad
multitudinē retulisset: omniū vna fuit sentē
tia amicitijs annuere. Itaq; diem constituerīt
qua secreto inter se agerent: et singulis sel-
le prolate sūt et posite. Precepit aūt iudas
armatos esse locis oportunis: ne forte ab ho
stib9 repente mali aliquid orietur. Et con-
gruū colloquiū fecerūt. Morabatur autez
nichanor iherosolimis: nichilq; inique age
bat: gregesq; turbaꝝ q cōgregate fuerāt
dimisit. Habebat aūt iudā sp carū ex aīo: et
erat viro inclinatus. Rogauitq; eū ducere
vxorē: filiosq; pcreare. Nuptias fecit: qui-
ete egit: cōmuniterq; viuebāt. Alchimus aūt
vidēs caritatē illoꝝ ad inuicē et conuētiones:
venit ad demetriū et dicebat nichanorē re-
bus alienis assentire: iudāq; regni insidi-
atorē successorē sibi destinasse. Itaq; rex ex
asperatus et pessimis huius criminacōib9 ir-
ritatus scripsit nichanori: dicēs. grauit᷑ quidē
se ferre de amicicie conuentione: iubere tamē
machabeū citius vinctū mittē antiochiā. Qui
bus cognitis nichanor consternabat᷑: et grauiter
ferebat si ea q conuenerāt irrita facēt nichil
lesus a viro: sed q regi resistere non poterat
oportunitatē obseruabat q preceptū pficēt. At
machabeus vidēs secū austerius agere ni
chanorē. et consuetū occursū ferocius exhibētē:
intelligēs nō ex bono esse austeritatē istā:

paucis suoꝝ ↄgregatis occultauit se a ni-
chanore. Quod cū ille cognouit fortiter se
a viro preuentū: venit ad maximū ⁊ sanctis-
simū templū: et sacerdotib⁹ solitas hostias
offerentib⁹. iussit sibi tradi virū. Quib⁹ cū
iuramento dicētibus nescire se vbi esset qui
querebatur: extendens manū ad templū
iurauit dicens. Nisi iudam vinctum michi
tradideritis istud dei fanū in planiciem de-
ducam. et altare effodiam: et templum hoc
libero patri ↄ̄secrabo. Et hijs dictis abijt.
Sacerdotes aūt ꝓtendētes manus in ce-
lum inuocabant eū qui semper ꝓpugnator
esset gentis ipoꝝ: hec dicētes. Tu domine
vniuersorum qui nullius indiges: voluisti
templū habitationis tue fieri in nobis. Et
nūc sancte sanctoꝝ omniū domine ↄserua
in eternum impollutā domū istam: q̄ nuper
mundata est. Razias aūt quidam de senio-
rib⁹ ab iherosolimis delatus est nichanori
vir amator ciuitatis. et bene audiens: qui
ꝓ affectu pater iudeorū appellabat̄. Hic
multis temporib⁹ continētie ꝓposituꝫ tenuit
in iudaismo: corpusq; ⁊ animā tradere ↄtē-
tus pro pseuerātia. Volens autē nichanor
manifestare odiū quod habebat in iudeos
misit milites quingētos: ut eū ↄphenderet.
Putabat enim si illū decepisset: sese cladē
iudeis maximā illaturum. Turbis autē ir-
ruere domū eius et ianuā dirumpere. atq;
ignem ammouere cupiētibus. cum iā com-
prehenderetur gladio se petijt: eligēs no-
biliter mori potius. q̄ꝫ subditus fieri peccatori-
bus: et contra natales suos iniurijs indi-
gnis agi. Sed cum per festinacōnem non
certo ictu plagā dedissꝫ. et turbe inter ostia
irrumperent recurrēs audacter ad murū.
precipitauit semetipsum viriliter ī turbas:
quibus velociter locum dantib⁹ casui eius.
venit per mediam ceruicem. Et cū adhuc
spiraret accensus animo surrexit: et cū san-
guis eius magno fluxu deflueret. et grauis-
simis vulneribus esset saucius. cursu turbā
pertransijt: et stans supra quādā petrā ꝑ-
ruptā. et iam exsanguis effectus: ↄplexus
in testina sua vtrisq; manib⁹ ꝓiecit sup tur-
bas inuocans dn̄atorē vite ac spūs. ut hec
illi iterū redderēt: atq; ita vita defunctus est.

NIchanor autem ut comperit **XV**
iudā esse in locis samarie: cogitauit
cum omi impetu die sabbati committere bel-
lum. Iudeis vero qui illum per necessitateꝫ
sequebant̄ dicentib⁹. ne ita ferociter ⁊ bar-
bare feceris. sed honorē tribue diei sancti-
ficacōis. et honora eū q̄ vniuersa conspicit:
at ille infelix interrogauit si est potens ī ce-
lo qui imperauit agi diem sabbatoꝝ: et re-
spondentibus illis. est dn̄s viuus ip̄e in ce-
lo potens qui iussit agi septimam diem: at
ille ait. Et ego potens sum sup terram: qui
impero sumi arma et negocia regis imple-
ri. Tamen nō obtinuit ut consiliū ꝑficeret.
Et nichanor quidem cum summa superbia
erectus cogitauerat commune trophеum
statuere de iuda. Machabeus aūt semp cō-
fidebat cum omni spe auxiliū sibi a domino
affuturū: et hortabat̄ suos ne formidarēt
ad aduentū nationū. sed in mente haberēt
adiutoria sibi facta de celo: et nūc sperarēt
ab omnipotente. sibi affuturam victoriam.
Et allocutus eos de lege. et ꝓphetis: ammo-
nens etiam certamina que fecerant prius:
promptiores constituit eos. Et ita animis
eorū erectis: simul ostēdebat gētiū falla-
ciam: et iuramentoꝝ ꝑuaricationē. Singu-
los autem illoꝝ armauit nō clipei et haste
municōne. sed sermonib⁹ optimis ⁊ exhor-
tacōnibus: exposito digno fide sompnio: ꝑ
quod vniūsos letificauit. Erat autē huius-
modi visus. Oniam q̄ fuerat summus sacer-
dos virum bonū ⁊ benignū verecundū visu.
modestū morib⁹. et eloquio decorū. ⁊ qui a
puero in v̄tutib⁹ exercitatus sit. manus ꝓ-
tendentē: orare pro omi populo iudeoruꝫ.
Post hoc apparuisse et aliū virū etate ⁊ glo-
ria mirabilē: et magni decoris habitudinē
circa illū. Respondentē vero oniam dixisse.
Hic est fratrū amator et populi israhel: hic
est qui multū orat pro populo et vniūsa scā
ciuitate ieremias ꝓpheta dei. Extēdisse aūt
ieremiam dextra: et dedisse iude gladiū au-
reū dicētem. Accipe sanctū gladiū munus
a deo: in quo deicies adūsarios popli mei
israhel. Exhortati itaq; iude ſmonib⁹ bonis
valde. de quib⁹ extolli possꝫ impetus. et ani-
mi iuuenū confortari: statuerūt dimicare, et

confligere fortiter ut virtus de negotijs iu-
dicaret: eo q ciuitas sancta et templū pich
tarētur. Erat enim ꝓ vxoribꝰ et filijs. itemqꝫ
pro fratribꝰ et cognatis minor sollicitudo:
maximus vero et primus ꝓ sanctitate timor
erat tēpli: ſꝫ et eos q̄ in ciuitate erāt nō mini
ma sollicitudo habebat ꝓ hijs qui ꝯgressu-
ri erāt. Et iam cū oīes sperarent iudiciū fu
turū. hostesqꝫ adessent atqꝫ exercitus erat
ordinatus. bestie equitesqꝫ oportuno loco
compositi: considerans machabeus aduētū
multitudinis et apparatū variū armorꝫ. ac
ferocitatē bestiarꝫ extendēs manus in ce-
lū. prodigia facientē dn̄m inuocauit: qui
nō secundū armorū potentiā. sed prout ipi
placet dat dignis victoriā. Dixit aūt inuo
cans hoc modo. Tu dn̄e qui misisti angelū
tuū sub ezechia rege iude. et interfecisti de
castris sennacherib centūoctogintaquīqꝫ
milia: et nūc dominator celorꝫ mitte ange
lū tuum bonū ante nos in timore et tremore
magnitudinis brachij tui: ut metuant qui
cū blasphemia veniūt aduersus sanctū ꝓplm
tuū. Et hic quidē ita perorauit: nichanor
autem et qui cū ipso erant cū tubis et cāticis
admouebant. Judas vero et qui cū eo erāt
inuocato deo per orationes congressi sunt.
manu quidē pugnātes. sed et dn̄m cordibꝰ
orātes ꝓstrauerūt nō minus trigintaquīqꝫ
milia: ꝑsentia dei magnifice delectati. Cūqꝫ
cessassent et cū gaudio redirēt: cognouerūt
nichanorem ruisse cum armis suis. Facto
itaqꝫ clamore et perturbacōne suscitata: pa
tria voce oīpotentē dn̄m bn̄dicebāt. Pre
cepit autē iudas qui per omnia corpore et
animo mori pro ciuibꝰ paratus erat: caput
nichanoris et manū cum humero abscisam
iherosolimam perferri. Quo cū peruenissꝫ
conuocatis cōtribulibꝰ et sacerdotibꝰ ad
altare: accersiūt et eos qui in arce erant. Et
ostenso capite nichanoris et manu nephā-
ria quam extenderat contra domū sanctā
omnipotentis dei: magnifice gloriatus est.
Linguam etiam impij nichanoris precisā
iussit particulatī auibꝰ dari: manū autē de-
mētis ꝯtra templū suspendi. Omnes igitur
celi benedixerūt dn̄m dicētes: benedictus
qui locū suū incōtaminatū seruauit. Suspen
dit autē nichanoris caput in summa arce:
ut euidens esset et manifestū signū auxilij
dei. Itaqꝫ oīes communi ꝯsilio decreuerūt
nullo modo diē istū absqꝫ celebritate prete
rire: habere aūt celebritatē terciadecīa die
mēsis adar: que dicitur voce siriaca pridie
mardochei die. Igitur hijs erga nichanorē
gestis: et ex illis tēporibꝰ ab hebreis ciuita
te possessa: ego qꝫ in hijs faciā finē sermonis.
Et si quidē bene et ut historie competit hoc
et ipse velim: si aūt minus digne: ꝯcedendū
est michi. Sicut enī vinū semp bibere aut
semp aquā. ꝯtrariū est: alternis aūt vti de-
lectabile: ita legentibꝰ si semp exactus sit
sermo nō erit gratus: hic ergo erit ꝯsūmatus.

Explicit liber secūdus Machabeorum.

Incipit epistola beati ieronimi ad damasum papam in quatuor euangelistas.

Beatissimo pape da-
maso ieronimus.
Nouum opus me
facere cogis ex ve-
teri: ut post exem-
plaria scripturarum
toto orbe dispersa
quasi quidam arbi-
ter sedeam: et quia inter se variant que sint illa
que cum greca consentiant veritate decernam.
Pius labor sed periculosa presumpcio. iudi
care de ceteris. ipsum ab omnibus iudicandum:
senis mutare linguam: et canescentem mundum
ad inicia retrahere paruulorum. Quis enim
doctus pariter vel indoctus cum in manus
volumen assumpserit. et a saliua quam semel
imbibit viderit discrepare quod lectitat. non
statim erumpat in vocem me falsarium me cla-
mans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in
veteribus libris addere. mutare. corrigere?
Aduersus quam inuidiam duplex causa me
consolatur: quod et tu qui summus sacerdos es fieri
iubes: et verum non esse quod variat. etiam male-
dicorum testimonio comprobatur. Si enim lati-
nis exemplaribus fides est adhibenda. respon-
deant quibus: tot sunt exemplaria pene quot
codices. Sin autem veritas est querenda de
pluribus: cur non ad grecam originem reuer-
tentes. ea que vel a viciosis interpretibus male e-
dita. vel a presumptoribus imperitis emenda-
ta peruersius. vel a librariis dormitantibus
aut addita sunt aut mutata corrigimus?
Neque vero ego de veteri disputo testamento:
quod a septuaginta senioribus in grecam linguam
versum. tercio gradu ad nos usque peruenit.
Non quero quid aquila quid symmachus sa-
piant: quare theodotion inter nouos et veteres
medius incedat. Sit illa vera interpretatio:
quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor
testamento quod grecum esse non dubium est:
excepto apostolo matheo qui primus in iudea eu-
angelium christi hebraicis litteris edidit. Hoc cer
te cum in nostro sermone discordat. et diuersos
riuulorum tramites ducit: vno de fonte que-
rendum est. Pretermitto eos codices quos
a luciano et esicio nuncupatos paucorum
hominum asserit peruersa contentio: quibus utique
nec in veteri instrumento post septuaginta
interpretes emendare quid licuit. nec in no-
uo profuit emendasse: cum multarum gentium
linguis scriptura ante translata doceat falsa
esse que addita sunt. Igitur hec presens prefaciun
cula pollicetur quatuor tantum euangelia. quorum
ordo est iste. matheus. marcus. lucas. iohannes.
codicum grecorum emendata collatione sed vete-
rum: que ne multum a lectionis latine consuetudi-
ne discreparent. ita calamo imperauimus:
ut hiis tantum que sensum videbantur mutare.
correctis. reliqua manere pateremur ut fu
erant. Canones quoque quos eusebius cesariensis
episcopus allexandrinum secutus amonium in decem
numeros ordinauit: sicut in greco habentur
expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit
nosse que in euangeliis vel eadem vel vicina
vel sola sint: eorum distinctione cognoscet.
Magnus siquidem hic in nostris codicibus error
inoleuit: dum quod in eadem re. alius euange
lista plus dixit. in alio quia minus putauerint.
addiderunt: vel dum eundem sensum alius
aliter expressit. ille qui vnum e quatuor primum le-
gerat ad eius exemplum ceteros quoque estimaue
rit emendandos. Unde accidit. ut apud nos
mixta sint omnia: et in marco plura luce atque
mathei. Rursum in matheo plura iohannis et
marci: et in ceteris reliquorum que in aliis propria
sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris
qui subiecti sunt: confusionis errore sublato. et si
milia omnium scies: et singulis sua queque resti-
tues. In canone primo concordant quatuor: ma-
theus. marcus. lucas. iohannes. In secundo tres:
matheus. marcus. lucas. In tercio tres: ma-
theus. lucas. iohannes. In quarto tres: ma-
theus. marcus. iohannes. In quinto duo: ma-
theus. lucas. In sexto duo: matheus. marcus.
In septimo duo: matheus. iohannes. In octa-
uo duo: lucas. marcus. In nono duo: lucas.
iohannes. In decimo propria vnusquisque que non
habentur in aliis ediderunt. Singulis vero eu-
angeliis ab vno incipiens usque ad finem li-
brorum dispar numerus accrescit. Hic nigro
colore prescriptus sub se habet alium ex minio
discolorem numerum: qui ad decem usque procre-
dens indicat: prior numerus in quo sit cano-
ne requirendus. Cum ergo aperto codice verbi

gr̄a illud siue illud capitulū scire volueris
cuius canonis sit. statim ex subiecto nume-
ro docebēris: et recurrēs ad principia in qui-
bus canonū ē distincta ꝯgeries. eodemq̄
statim canone ex titulo frontis inuēto: illū
quē querebas numerū eiusdē euangelij q̄
et ipē ex inscripcōe signatur inuenies: atq̄
e vicino ceteroꝝ tramitibꝰ inspectis. quos
numeros e regiōe habeāt adnotabis: et cū
scieris recurrēs ad volumina singloꝝ: et si-
ne mora repertis numeris quos ante signa-
ueras: repperies et loca in quibꝰ vel eadē vel
vicina dixerunt. Opto ut in xp̄o valeas: et
memineris mei papa btīssime. Explicit
ep̄la. Incip. argumētū in euāgeliū s̄m math.

Matheus ex iudea sic in ordie
p̄mus ponitur. ita euangeliū
in iudea p̄mus scripsit: cuius
vocatio ad dn̄m ex publica-
nis actibus fuit: duoꝝ in ge-
neracōe xp̄i pn̄cipia p̄sumēs: vnius. cuius
p̄ma circūcisio in carne: alterius. cuius secū
dū cor electio fuit. Ex vtrisq̄ enim patribꝰ
xp̄s. Sicq̄ quaterdenario numero trifor-
miter posito. principium a credendi fide in
electionis tēpus porrigens. et ex electōne
usq̄ in transmigracōnis diem dirigēs. atq̄
a transmigracōis die usq̄ in xp̄m definiens.
decursām aduentus dn̄i ostendit gn̄acōnem
et numero satisfaciēs et tēpori: ut et se qd̄ esset
ostendēt: et dei in se opus monstrans. etiā
in hijs quoꝝ genus posuit xp̄i operantis a
principio testimoniū nō negaret. Quarū
omniū rerū. tēpus. ordo. numerus. disposicō.
vel racō. q̄ fidei necessariū est. deus xp̄s est:
q̄ factus ē ex muliere. factus sub lege. na-
tus ex virgine. passus in carne. oīa in cru-
ce fixit: ut triūphans ea in semetipo resur-
gens in corpe. et pr̄is nomē in patribꝰ fi-
lio. et filij nomen patri restituēs in filijs: si-
ne principio sine fine ostendēs vnū se cum
patre esse qr̄ vnus ē. In quo euangelio vti-
le est desiderātibꝰ deū. sic p̄ma vel media vel
pfecta ꝯgnoscere: ut et vocacōē apl̄i et opꝰ
euangelij et dilectōem dei in carne nascētis
p vniuersa legentes intelligant: atq̄ id in
eo i quo apprehensi sūt: et apphendē appetit
recognoscāt. Nob̄ enī hoc studio argumēti
fuit. et fidē fc̄e rei tradē: et opantis dei intelli-
gēdā diligēter eē dispōē ꝗrētibꝰ nō tacē.
Expl. argumētū. Incip. euāgeliū s̄m math.

Liber generacōis ihesu xp̄i filij
dauid: filij abraham. Abra-
hā genuit ysaac: ysaac au-
tē genuit iacob. Jacob autē
genuit iudā et fratres eius:
iudas aūt genuit phares et zara de thamar.
Phares autē genuit esrom: esrom aūt ge-
nuit aram. Arā aūt genuit aminadab: ami-
nadab aūt genuit naason. Naason autē
genuit salmon: salmon aūt genuit booz de
raab. Booz autē genuit obeth ex ruth: o-
beth aūt genuit iesse. Jesse autē genuit da-
uid regem: dauid autē rex genuit salomo-
nem ex ea q̄ fuit vrie. Salomon autem ge-
nuit roboam: roboam aūt genuit abya. A-
bya autē genuit asa: asa autē genuit iosa-
phat. Josaphat autē genuit ioram: ioram
aūt genuit oziam. Ozias aūt genuit ioathā:
ioathan aūt genuit achaz. Achaz autē ge-
nuit ezechiam: ezechias aūt genuit manas-
sen. Manasses aūt genuit ammon: ammon
aūt genuit iosyam. Josyas aūt genuit ieco-
niam et fratres eius: in trāsmigracōē babi-
lonis. Et post transmigracōē babilonis ie-
chonias genuit salathiel: salathiel aūt ge-
nuit zorobabel. Zorobabel autē genuit abi-
ud: abiud autē genuit eliachim. Eliachim
autē genuit azor: azor autē genuit sadoch.
Sadoch autē genuit achim: achim autē
genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar: ele-
azar autē genuit mathan. Mathan autem
genuit iacob: iacob autē genuit ioseph vi-
rum marie: de qua natus ē ihesus: q̄ vocatur
xp̄us. Omēs itaq̄ gn̄acōnes ab abraham
usq̄ ad dauid. gn̄acōes quatuordecī: et a
dauid usq̄ ad trāsmigracōē babilōis. gn̄a-
cōes q̄tuordecī: et a trāsmigracōe babilōis
usq̄ ad xp̄m. gn̄acōes q̄tuordecī. Xp̄i aūt
gn̄atio sic erat. Cū esset desponsata mater ihe-
su maria ioseph: anteq̄ ꝯuenirent inuenta
ē in vtero hn̄s de spiritu sancto. Joseph aūt
vir eius cū esset iustus. et nollet eā traduce-
re: voluit occulte dimittē eam. Hec autem
eo cogitāte: ecce angelus domini in somnis
apparuit ei dicens. Joseph fili dauid:

noli timere accipe mariam cõiugem tuam.
Quod eni in ea natu ē: de spū sancto ē. Pa=
riet aūt filiū: et vocabis nomē eius ihesum.
Ipse eni saluū faciet populuz suū a peccatis
eoꝝ. Hoc aūt totū factuz est: ut adimple=
retur qđ dictū est a dño p ꝓphetā dicetem.
Ecce virgo in utero habebit et pariet filiuz:
et vocabit nomē eius emanuel: qđ ē inter=
ptatū nobiscū deus. Exurgēs aūt ioseph a
somno fecit sicut precepit ei angelus dñi: et
accepit cõiugē suam. Et non cognoscebat
eam donec peperit filium suū primogenitū:
et vocauit nomē eius ihesum. II

Cum natus eēt ihesus in bethleem iu=
de in diebus herodis regis: ecce magi
ab oriente venerūt iherosolimam dicentes.
Ubi ē qui natus ē rex iudeoꝝ? Vidimus
eni stellā eius in oriēte: et venimus adorare
eū. Audiens aūt herodes rex turbatus est:
et omnis iherosolima cū illo. Et cōgregans
omnes principes sacerdotū et scribas ppli:
sciscitabatur ab eis ubi xp̄s nasceretur. At il=
li dixerūt ei. In bethlehem iude. Sic enim
scriptū est p ꝓphetam. Et tu bethleem terra
iuda: nequaq̄ minima es in principibȝ iu=
da. Ex te eni exiet dux qui regat populum
meum israhel. Tunc herodes clam vocatis
magis diligenter didicit ab eis tpus stelle
que apparuit eis: et mittēs illos in bethleez
dixit. Ite et interrogate diligenter de pue=
ro: et cū inueneritis renunciate michi: ut et
ego veniens adorem eū. Qui cū audissent
regem abierūt. Et ecce stella quā viderāt
in oriente antecedebat eos: usqȝ dū veniēs
staret supra ubi erat puer. Videntes aūt
stellam: gauisi sunt gaudio magno valde.
Et intrantes domū inuenerūt puerum cum
maria matre eius: et pcidentes adoraue=
runt eum: et aptis thesauris suis obtulerunt
ei munera. aurū. thus. et mirraz. Et responso
accepto in somnis ne redirēt ad herodem:
p aliam viam reuersi sunt in regionē suam.
Qui cū recessissent: ecce angelus dñi appa=
ruit in somnis ioseph dicēs. Surge et acci=
pe pueruz et matrē eius et fuge in egiptum:
et esto ibi usqȝ dum dicā tibi. Futurū est eni:
ut herodes querat puerū ad pdendū eum.
Qui cōsurgēs accepit puerū et matrē eius
nocte: et secessit in egiptum. Et erat ibi usqȝ
ad obitū herodis: ut adimpleretur qđ dcm
ē a dño p ꝓphetam dicentem. Ex egipto vo=
caui filium meum. Tunc herodes videns
qm̄ illusus esset a magis iratus est valde: et
mittēs occidit omēs pueros q̄ erāt in beth
leem in omibȝ finibȝ eius a bimatu et infra:
scđm tps qđ exquisierat a magis. Tūc ad
impletū est: qđ dictū est p iheremiā ꝓphetā
dicētem. Vox in rama audita ē. ploratus
et ululatus multus: rachel plorās filios suos:
et noluit cōsolari quia non sūt. Defuncto au=
tem herode: ecce angelus dñi apparuit in
somnis ioseph in egipto dicens. Surge et
accipe puerū et matrē eius: et vade in terraz
israhel. Defuncti sūt eni qui querebāt aīam
pueri. Qui cōsurgēs accepit puerū et mřem
eius: et venit in terrā israhel. Audiens autez
q̄ archelaus regnaret in iudea pro herode
patre suo timuit illo ire: et admonitus in so
mnis secessit in partes galilee. Et veniens
habitauit in ciuitate que vocatur nazareth:
ut adimpleretur qđ dictuz est per ꝓphetas.
quoniā nazareus vocabitur. III

In diebȝ aūt illis venit iohēs baptista: pdi=
cās in deserto iudee et dicēs. penitētiā agite.
Appropinquabit enim regnuz celoꝝ. Hic
est enim: de quo dictū est p ysaiam ꝓphetam
dicētē. Vox clamātis in deserto: parate viaz
dñi: rectas facite semitas eius. Ipse autem
iohānes habebat vestimentū de pilis came=
lorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos.
Esca autez eius erat locuste et mel siluestre.
Tūc exibat ad eū iherosolima et oīs iudea.
et oīs regio circa iordanen: et baptizaban
tur ab eo in iordane cōfitentes peccata sua.
Videns aūt multos phariseoꝝ et saduceo=
rum venientes ad baptismum suū: dixit eis.
Progenies viperarū: quis demōstrabit no
bis fugere a ventura ira? Facite ergo fructū
dignū penitētie. Et ne velitis dicē intra vos:
patrē habemus abrahā. Dico enim vobis:
qm̄ potens est deus de lapidibȝ istis suscita
re filios abrahe. Iam eni securis ad radicez
arborū posita est. Omis ergo arbor qui nō
facit fructū bonū excidetur. et in ignē mitte
tur. Ego quidez baptizo vos in aqua in pe=
nitētiam: qui aūt post me venturus ē fortior

me est: cuius non sum dignus calciamenta
portare. Ipse vos baptizabit in spū sancto·
et igni. Cuius ventilabrū in manu sua et p=
mundabit aream suā: et ↄgregabit triticū
in horreū suū: paleas aūt ↄburet igni inexti=
guibili. Tunc venit ihesus a galilea in ior=
danen ad iohānem: ut baptizaretur ab eo.
Johannes aūt phibebat eum dicens. Ego
a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Re=
spondens autē ihesus dixit ei. Sine modo.
Sic enim decet nos implere omē iusticiā.
Tunc dimisit eū. Baptizatus aūt ihesus cō=
festim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt
ei celi: et vidit spiritum dei descendentē si=
cut columbam: et venientem sup se. Et ecce
vox de celis dicens. Hic est filius meus di=
lectus: in quo michi ↄplacui. IIII

Tunc ihesus ductus ē in desertū a spū·
ut tēptaretur a dyabolo: et cū ieiunasset qua
draginta dieb9 et quadraginta noctibus:
postea esuriit. Et accedēs temptator dixit
ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes
fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est.
Nō in solo pane vivit homo: sed in omi verbo
quod pcedit de ore dei. Tunc assumpsit eū
dyabolus in sanctā civitatē: et statuit eum
supra pinnaculū templi: et dixit ei. Si filius
dei es: mitte te deorsū. Scriptū est enim: qr
angelis suis mandavit de te· et in manibus
tollent te: ne forte offendas ad lapidem
pedem tuū. Ait illi ihesus rursū. Scriptum
est. Nō temptabis dñm deum tuū. Iterū
assumpsit eum dyabolus in mōtem excelsū
valde: et ostendit ei omnia regna mūdi et
gloriā eoꝝ: et dixit ei. Hec omia tibi dabo:
si cadens adoraveris me. Tūc dicit ei ihe=
sus. Vade sathana. Scriptū est enī. Dñm
deū tuū adorabis: et illi soli servies. Tunc
reliquit eū dyabolus: et ecce angeli accesse=
runt et ministrabant ei. Cum autem audisset
ihesus qr iohannes traditus esset secessit in
galileam: et relicta civitate nazaret· venit
et habitavit in civitate capharnaū mariti=
ma· in finib9 zabulon et neptalim: ut adim=
pleretur quod dictū est p ysayam pphetam.
Terra zabulon et terra neptalim· via maris
trans iordanen galilee gentiū· ppłus qui
ambulabat i tenebris· vidit lucē magnā:
et sedentibus in regione umbre mortis lux
orta est eis. Exinde cepit ihesus pdicare et
dicere. Penitentiā agite. Appropinquabit
enim regnū celoꝝ. Ambulans autē iuxta
mare galilee vidit duos fratres symonē q
vocatur petrus· et andream frēm eius: mit=
tentes rete in mare. Erant enim piscatores.
Et ait illis. Venite post me: et faciam vos
fieri piscatores hominū. At illi cōtinuo reli=
ctis retib9· secuti sūt eum. Et pcedens inde
vidit alios duos frēs· iacobū zebedei et io
hānē frēm eius in navi cū zebedeo pre eoꝝ
reficientes retia sua: et vocavit eos. Illi au=
tem statim relictis retibus et pre· secuti sunt
eū. Et circuibat ihesus totam galileā docēs
in synagogis eoꝝ: et pdicans evangelium
regni: et sanans omēm languorē et omnem
infirmitatē in populo. Et abiit opinio eius
in totam syriam: et obtulerūt ei omēs male
habentes variis languorib9 et tormentis
ↄphensos· et qui demonia habebant· et lu=
naticos et paraliticos et curavit eos: et secuti
sūt eū turbe multe de galilea· et decapoli· et de
iherosolimis· et de iudea· et de trās iordanen.

Videns autē ihūs turbas V
ascendit in montē: et cū sedisset acces=
serūt ad eū discipuli eius: et aperiens os suū
docebat eos dicens. Beati paupes spū: qm
ipoꝝ est regnū celoꝝ. Beati mites: qm ipi
possidebūt terrā. Beati qui lugent: quoniā
ipi cōsolabūtur. Beati q esuriūt et sitiūt iusti
ciā: quoniā ipi saturabūtur. Beati misericor
des: quoniā ipi misericordiā ↄsequētur. Bti
mūdo corde: qm ipi deum videbunt. Beati
pacifici: qm filii dei vocabūtur. Beati q per=
secutionē patiūtur pp̄ter iusticiā: qm ipoꝝ
est regnū celoꝝ. Beati estis cū maledixe=
rint vobis· et psecuti vos fuerint et dixerint
omē malū adversū vos mentiētes pp̄ter me.
Gaudete et exultate: qm merces vr̄a copio
sa est in celis. Sic enim psecuti sūt pphetas
qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terre.
Quod si sal evanuerit: in quo salietur? Ad
nichilū valet ultra· nisi ut mittatur foras: et
ↄculcet ab hominib9. Vos estis lux mūdi.
Non potest civitas abscondi supra montē
posita: neq; accendunt lucernā· et ponūt eā
sub modio sed sup candelabrum: ut luceat

omibus qui in domo sunt. Sic luceat lux
vra coram hominibus: ut videant opa vestra
bona: et glorificent patrē vestrū qui in celis
est. Nolite putare quoniā veni solvē legē
aut pphetas. Nō veni solvere: sȝ adimplere.
Amen quippe dico vobis: donec transeat
celū et terra· iota vnū aut vnus apex non p-
teribit a lege: donec omia fiant. Qui ergo
solverit vnum de mādatis istis minimis· et
docuerit sic homines· minimus vocabitur
in regno celorum: qui autē fecerit et docuerit:
hic magnus vocabitur in regno celorum.
Dico autem vobis: quia nisi abundaverit
iusticia vestra plusq̄ scribarum et pharise-
orum: non intrabitis in regnū celorum. Au-
distis quia dictū est antiquis nō occides:
qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego
autem dico vobis: quia omis qui irascitur
fratri suo reus erit iudicio. Qui autē dixerit
fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autē
dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si
ergo offers munus tuū ad altare et ibi re-
cordatus fueris qȝ frater tuus habet aliquid
adversū te: relinque ibi munus tuū ante al-
tare· et vade prius reconciliari fratri tuo: et
tūc veniēs offeres munus tuū. Esto consenti-
ens adversario tuo cito dū es in via cū eo:
ne forte tradat te adversarius iudici: et iu-
dex tradat te ministro· et in carcerē mittaris.
Amē dico tibi: nō exies inde donec reddas
novissimū quadrantē. Audistis qȝ dictū ē
antiquis: non mechaberis. Ego autē dico
vobis: qȝ omis q̄ viderit mulierē ad concupi-
scendū eam: iam mechatus est eam in cor-
de suo. Quod si oculus tuus dexter scanda-
lisat te: erue eum et proice abs te. Expedit
enim tibi ut pereat vnū membrorum tuorum: q̄
totū corpus tuū mittatur in iehennā ignis.
Et si dextra manus tua scandalisat te: absci-
de eam et proice abs te. Expedit enim tibi ut
pereat vnū membrorum tuorum: q̄ totū corpus
tuū eat in iehennā. Dictum est autē quicūqȝ
dimiserit uxorē suam det ei libellū repudii.
Ego autē dico vobis: qȝ omis qui dimise-
rit uxorem suā· excepta fornicacōnis causa·
facit eam mechari: et qui dimissam duxerit
adulterat. Iterū audistis qȝ dictū est anti-
quis nō periurabis: reddes aūt dño iuramē-

ta tuā. Ego aūt dico vobis nō iurare oīno:
neqȝ p celū· qȝ tronus dei est: neqȝ p terram·
qȝ scabellū est pedū eius: neqȝ p iherosoli-
mam: qȝ civitas est magni regis. Neqȝ per
caput tuū iuraveris: qȝ nō potes vnū capil-
lū albū facere aut nigrū. Sit autē sermo vr:
est est· non nō: qd aūt hiis abūdantius est·
a malo ē. Audistis qȝ dictū est: oculū pro ocu
lo· dentē pro dente. Ego aūt dico vobis nō re-
sistere malo: sȝ si quis te percusserit in dexterā
maxillam tuam pbe illi et alterā: et ei qui vult
tecū in iudicio cōtendere et tunicā tuā tollere
dimitte et palliū: et quicūqȝ te angariaverit
mille passus: vade cum illo et alia duo. Qui
autē petit a te da ei: et volēti mutuare a te ne
avertaris. Audistis qȝ dictū est: diliges p-
ximū tuū· et odio habebis inimicū tuū. Ego
autē dico vobis diligite inimicos vestros:
bñfacite hiis qui oderūt vos· et orate pro
persequentibus et calūniantibus vos: ut sitis filii
pris vestri q̄ in celis est· qui solē suū oriri fa
cit sup bonos et malos: et pluit super iustos
et iniustos. Si enim diligitis eos q̄ vos di-
ligūt: quam mercedem habebitis? Nōne et
publicani hoc faciūt? Et si salutaveritis fra
tres vros tātū: qd amplius facitis? Nōne
et ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos pfe-
cti: sicut et pater vester celestis pfectus est.

Attendite ne iusticiā vram **VI**
faciatis corā hominibus ut videamini
ab eis: alioquin mercedē nō habebitis apud
patrē vestrū qui in celis est. Cū ergo facis
elimosinā noli tuba canere ante te: sicut ypo
crite faciūt in synagogis et in vicis ut hono
rificētur ab hominibus. Amē dico vobis: rece-
perūt mercedē suā. Te autē faciente elimo-
sinā· nesciat sinistra tua q̄d faciat dextra tua:
ut sit elimosina tua in abscondito: et pr tuus
q̄ videt in abscondito reddet tibi. Et cū ora
tis: nō eritis sicut ypocrite qui amāt in syna
gogis et in angulis platearū stātes orare:
ut videātur ab hominibus. Amē dico vobis:
receperunt mercedē suā. Tu autē cū oraue-
ris intra in cubiculū tuū: et clauso ostio ora
prem tuū in abscondito: et pater tuus q̄ vi-
det in abscondito reddet tibi. Orantes autē
nolite multū loqui: sicut ethnici faciūt. Pu-
tant enī: q̄ in multiloquio suo exaudiātur.

Nolite ergo assimilari eis. Scit eni pater
vester quid opus sit vobis: anteq̄ petatis
eū. Sic ergo vos orabitis. Pater noster q̄
es in celis: sanctificetur nomen tuū. Adue=
niat regnū tuum. Fiat voluntas tua: sicut in
celo ⁊ in terra. Panē nostrū supsubstātialē
da nobis hodie. Et dimitte nob̄ debita nr̄a:
sicut et nos dimittimus debitoribus nr̄is. Et
ne nos inducas in temptacōem: sed libera
nos a malo. Si enim dimiseritis hominibꝫ
peccata eoꝝ: dimittet ⁊ vobis pater vester
celestis delicta vr̄a. Si autē non dimiseitis
hominibꝫ: nec pr̄ vester dimittet vobis pec=
cata vr̄a. Cū autē ieiunatis: nolite fieri sicut
ypocrite tristes. Exterminant enim facies
suas: ut pareāt hominibꝫ ieiunātes. Amen
dico vobis: q2 receperūt mercedē suaꝫ. Tu
autē cū ieiunas vnge caput tuū et faciē tuā
laua: ne videaris hominibꝫ ieiunās ſ3 patri
tuo qui est in abscondito: et pr̄ tuus qui videt
in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare
vobis thesauros in terrā: ubi erugo ⁊ tinea
demolitur: et ubi fures effodiunt et furātur.
Thesaurizate aūt vobis thesauros in celo:
ubi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolitur: et ubi
fures nō effodiūt nec furātur. Ubi ē thesau=
rus tuus: ibi est ⁊ cor tuū. Lucerna corporis
tui· est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit
simplex: totū corpus tuū lucidū erit. Si au
tem oculus tuus fuerit nequā: totū corpus
tuū tenebrosuꝫ erit. Si ergo lumē quod in
te est tenebre sunt· ipe tenebre quāte erūt?
Nemo potest duobꝫ dn̄is seruire. Aut eni
vnū odio habebit ⁊ alterū diliget: aut vnū
sustinebit ⁊ alterū otemnet. Non potestis
deo seruire ⁊ mammone. Ideo dico vobis:
ne solliciti sitis anime vr̄e q̄d manducetis:
neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nonne
anima plus est q̄ esca: et corpus plus q̄ ve=
stimentum? Respicite volatilia celi qm̄ nō
serunt neqꝫ metūt· neqꝫ ogregāt in horrea:
et pater vester celestis pascit illa. Nōne vos
magis pluris estis illis? Quis aūt vestrum
cogitans potest adicere ad staturam suam
cubituꝫ vnū? Et de vestimento quid solliciti
estis? Considerate lilia agri quō crescunt.
Non laborant neqꝫ nent. Dico autē vobis:
qm̄ nec salomon in om̄i gloria sua coopertus
est sicut vnū ex istis. Si eni fenū agri quod
hodie est ⁊ cras in clibanuꝫ mittitur deus sic
vestit: quāto magis vos minime fidei. No=
lite ergo solliciti esse dicētes q̄d manduca=
bimus aut q̄d bibemus: aut quo operiemur.
Hec enim omia gentes inquirūt. Scit eni
pr̄ vester q2 hijs omibꝫ indigetis. Queri=
te ergo primū regnum dei ⁊ iusticiā eius: et
hec oīa adicientur vobis. Nolite ergo solli
citi esse in crastinū. Crastinus eni dies solli=
citus erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua.

Nolite iudicare et nō iudi= VII
cabimini: nolite odēnare ⁊ nō odem=
nabimini. In quo enim iudicō iudicaueritis
iudicabimini: et in qua mensura mensi fueritis
remetietur vobis. Quid aūt vides festucam
in oculo fratris tui: et trabeꝫ in oculo tuo nō
vides? Aut quō dices fratri tuo frater sine
eiciā festucā de oculo tuo: et ecce trabs est in
oculo tuo? Ypocrita eice p̄mū trabē de ocu=
lo tuo: et tunc videbis eicere festucā de ocu=
lo fratris tui. Nolite dare sanctuꝫ canibus·
neqꝫ mittatis margaritas vr̄as an̄ porcos:
ne forte oculcent eas pedibꝫ suis: et oversi
dirūpāt vos. Petite ⁊ dabitur vobis· q̄rite
et inuenietis: pulsate ⁊ aperietur vobis. Oīs
eni qui petit accipit: et qui querit inuenit: et
pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis
homo quē si petierit filius suus panē: nūquid
lapidē porriget ei? Aut si pisceꝫ petierit: nū=
quid serpenteꝫ porriget ei? Si ergo vos cū
sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is:
quāto magis pr̄ vester qui in celis est dabit
bona petentibꝫ se? Oīa ergo quecūqꝫ vultis
ut faciāt vobis homines: et vos facite illis.
Hec est enim lex ⁊ ꝓphete. Intrate p angu=
stam portam: q2 lata porta ⁊ spaciosa via ē
q̄ ducit ad pdicōnē: et multi sūt q̄ intrāt per
eā. Quā angusta porta et arta via est que
ducit ad vitā: et pauci sūt qui inueniūt eā.
Attēdite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos
in vestimentis ouiū: intrinsecus aūt sūt lupi
rapaces. A fructibꝫ eoꝝ cognoscetis eos.
Nūquid colligūt de spinis vuas: aut de tribu
lis ficus? Sic oīs arbor bona fructus bonos
facit: mala autē arbor malos fructus facit.
Non potest arbor bona malos fructus
facē: neqꝫ arbor mala bonos fructus facē.

Om̄is arbor que nō facit fructuz bonū exci=
detur: et in ignē mittetur. Igitur ex fructib⁹
eoꝝ cognoscetis eos. Nō oīs q̄ dicit michi
dn̄e dn̄e intrabit ī regnū celoꝝ: ſʒ qui facit
volūtatē pr̄is mei qui in celis ē: ipe intrabit
in regnuz celoꝝ. Multi dicent michi in illa
die dn̄e dn̄e nonne in nomie tuo ꝓphetaui=
mus et in nomine tuo demonia eiecimus. et
in tuo nomine virtutes multas fecimus: et
tunc ꝯfitebor illis: q̄ nunq̄ noui vos. Disce=
dite a me om̄s q̄ opamini iniquitatē. Om̄is
ergo qui audit v̄ba mea hec. et facit ea. aſ=
ſimilabitur viro ſapiēti qui edificauit domū
ſuā ſup petraz: et deſcendit pluuia ⁊ venerūt
flumina. et flauerūt venti ⁊ irruerūt in domū
illaz: et nō cecidit. Fundata enim erat ſuper
petraz. Et om̄is qui audit verba mea hec. et
nō facit ea. ſimilis erit viro ſtulto q̄ edifica=
uit domū ſuā ſup̄ harenā: et deſcendit plu=
uia et venerūt flumina ⁊ flauerūt venti et ir=
ruerūt in domū illam. et cecidit: et fuit ruina
eius magna. Et factuz eſt cū cōſummaſſet
ihesus verba hec: ādmirabantur turbe ſup do=
ctrina eius. Erat eni docēs eos ſicut p̄tātē
habens: et non ſicut ſcribe eoꝝ ⁊ phariſei.

Cum aūt deſcendiſſʒ de mōte VIII
ſecute ſūt eū turbe multe: et ecce lepro
ſus veniens. adorabat eū dicēs. Dn̄e: ſi vis
potes me mundare. Et extendens manum
ihesus: tetigit eū dicens. Volo. Mūdare.
Et cōfeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait
illi ihesus. Vide nemini dixeris: ſʒ vade o=
ſtende te ſacerdoti: et offer munus tuū qd̄
p̄cepit moyſes in teſtimoniū illis. Cū autez
introiſſʒ capharnaū acceſſit ad eum centu=
rio: rogans eū ⁊ dicēs. Dn̄e: puer meus ia=
cet in domo paraliticus: et male torquetur.
Et ait illi ihesus. Ego veniā: et curabo eū. Et
rn̄dens centurio ait. Dn̄e: nō ſū dignus ut
intres ſub tectū meū: ſʒ tantū dic verbo. et ſa
nabitur puer meus. Nā ⁊ ego homo ſū ſub
p̄tāte cōſtitutus habēs ſb̄ me milites: et di=
co huic vade ⁊ vadit. et alio veni ⁊ venit: et ſ̄
uo meo fac hoc ⁊ facit. Audiēs autē ihesus
miratus eſt: et ſequētib⁹ ſe dixit. Amē dico
vobis: non inueni tantaz fidem in iſrl̄. Dico
aūt vobis: q̄ multi ab oriēte ⁊ occidente ve=
nient et recumbent cum abraham ⁊ yſaac et
iacob. ī regno celoꝝ: filij aūt regni eiciētur
in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ ſtri=
dor dentiū. Et dixit ihesus centurioni. Vade:
et ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt
puer ex illa hora. Et cū veniſſʒ ihesus in do=
mū petri vidit ſocrū eius iacentē ⁊ febricitā
tem: et tetigit manū eius ⁊ dimiſit eā febris:
et ſurrexit ⁊ miniſtrabat ei. Veſpere autez
facto. obtulerūt ei multos demonia hn̄tes:
et eiciebat ſpūs verbo. et om̄es male habētes
curauit: ut adimpleretur qd̄ dictū eſt p̄ yſa
iam ꝓphetam dicētem. Ipe infirmitates no=
ſtras accepit: et egrotacōnes noſtras por=
tauit. Videns autē ihesus turbas multas
circū ſe: iuſſit diſcipulos ire trans fretuz. Et
accedens vnus ſcriba ait illi. Magiſter: ſe=
quar te quacūq; ieris. Et dicit ei ihūs. Vul=
pes foueas habent et volucres celi nidos:
filius aūt hominis nō habet ubi caput ſuuz
reclinet. Alius aūt de diſcipulis eius ait illi.
Domine: permitte me primum ire ⁊ ſepelire
patrem meuz. Ihesus autem ait illi. Seque
re me: et dimitte mortuos ſepelire mortuos
ſuos. Et aſcendente eo in nauiculam ſecuti
ſunt eum diſcipuli eius: et ecce motus ma=
gnus factus eſt in mari: ita ut nauicula o=
periretur fluctib⁹. Ipſe vero dormiebat. Et
acceſſerūt et ſuſcitauerūt eū dicentes. Dn̄e.
ſalua nos: perimus. Et dicit eis ihūs. Quid
timidi eſtis modice fidei? Tūc ſurgēs im=
perauit ventis ⁊ mari: et facta ē trāquillitas
magna. Porro homines mirati ſūt dicētes.
Qualis ē hic: q̄ venti et mare obediunt ei.
Et cum veniſſʒ ihesus trās fretū in regionez
geraſenoꝝ. occurrerūt ei duo habētes de=
monia de monumētis exeuntes. ſeui nimis:
ita ut nemo poſſʒ tranſire p̄ viaz illā. Et ecce
clamauerūt dicentes. Quid nobis ⁊ tibi ihū
fili dei? Veniſti huc āte tempus torquere
nos. Erat autē non longe ab illis grex por=
coꝝ multoꝝ paſcens. Demones autē roga=
bant eum dicētes. Si eicis nos hinc: mitte
nos in gregez porcoꝝ. Et ait illis. Ite. At
illi exeuntes abierūt in porcos. Et ecce ma=
gno impetu abijt totus grex p̄ p̄ceps in ma
re: et mortui ſūt in aquis. Paſtores autē fu=
gerūt: et venientes in ciuitatē. nunciauerunt
hec om̄ia: et de hijs qui demonia habuerāt.

Et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihesu: et vi-
so eo. rogabāt eū ut transiret a finibꝫ eoꝝ.

IX

Et ascendēs ihūs in nauiculā
trāsfretauit: et venit in ciuitatē suā. Et
ecce offerebāt ei paraliticū iacētē in lecto.
Et videns ihesus fidem illoꝝ: dixit parali-
tico. Cōfide fili. Remittūtur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerūt intra se.
Hic blasphemat. Et cū vidiss; ihesus cogi-
tacōes eoꝝ dixit. Vt quid cogitatis ma-
la in cordibꝫ vestris? Quid est facilius di-
cere dimittuntur tibi peccata: an dicere sur-
ge ⁊ ambula? Vt autem sciatis quia filius
hominis habet potestatē dimittendi pecca-
ta in terra: tunc ait paralitico. Surge tollē
lectum tuū: et vade in domū tuam. Et surre-
xit: et abiit in domū suam. Videntes autē
turbe timuerūt: et glorificauerunt deum qui
dedit potestatē talē hominibꝫ. Et cū transi-
ret inde ihūs: vidit hoīem sedētē in theolo-
neo matheū noīe. Et ait illi. Seq̄re me. Et
surgēs secutus ē eū. Et factū ē discūbēte eo
in domo: ecce multi publicani ⁊ pccōres ve-
niētes discūbebāt cū ihū. et discipłis eius. Et
vidētes pharisei dicebant discipulis eius.
Quare cū publicanis et pccōribꝫ mādūcat
mḡr vr̄? At ihūs audiēs ait. Nō est opus
valentibꝫ medicus: ſ; male habētibꝫ. Eūtes
autem discite quid ē. misericordiā volo: et
nō sacrificium. Nō enim veni vocare iustos:
sed peccatores. Tunc accesserūt ad eū disci-
puli iohānis dicētes. Quare nos ⁊ phari-
sei ieiunamus freq̄nter: discipłi aūt tui nō
ieiunant? Et ait illis ihesus. Nunquid pos-
sunt filii sponsi lugere quādiu cū illis ē spō-
sus? Venient aūt dies cū auferetur ab eis
sponsus: et tūc ieiunabunt. Nemo autē im-
mittit cōmissurā panni rudis in vestimentū
vetus. Tollit enim plenitudinē eius a vesti-
mēto: et peior scissura fit. Neq; mittūt vinū
nouū in vteres veteres. Alioquin rumpūtur
vteres: et vinū effunditur: et vteres pereūt.
Sed vinū nouū in vteres nouos mittūt: et
ambo ɔseruātur. Hec illo loquēte ad eos.
ecce princeps vnus accessit ⁊ adorabat eū
dicēs. Dn̄e: filia mea modo defuncta est: sed
veni impone manū sup eam. et viuet. Et sur-
gens ihesus sequebatur eū: et discipuli eius.

Et ecce mulier que sanguinis fluxū patie-
batur duodecī ānis accessit retro: et tetigit
fimbriam vestimenti eius. Dicebat enī intra
se. Si tetigero tantū vestimentū eius: salua
ero. At ihesus ɔuersus: et videns eam dixit.
Confide filia. Fides tua te saluā fecit. Et sal-
ua facta est mulier ex illa hora. Et cū venis-
set ihesus in domū principis: et vidisset tibi-
cines ⁊ turbam tumultuantē dicebat. Rece-
dite: nō est enim mortua puella. sed dormit.
Et deridebāt eū. Et cū eiecta esset turba in-
trauit: et tenuit manū eius et dixit. Puella
surge. Et surrexit puella: et exiit fama hec
in vniuersam terrā. Et transeūte inde ihesu:
secuti sūt eum duo ceci clamātes ⁊ dicentes.
Miserere nostri fili dauid. Cū autē venisset
domū. accesserūt ad eū ceci: et dicit eis ihe-
sus. Creditis q̄ hoc possum facere vobis?
Dicūt ei. Vtiq; dn̄e. Tūc tetigit oclos eoꝝ
dicēs. Scd̄m fidē vr̄am fiat vobis. Et apti
sūt oculi eoꝝ. Et cōminatus ē eis ihūs dicēs.
Videte ne q̄s sciat. Illi aūt exeūtes diffama
uerūt eū in tota terra illa. Egressis aūt illis
ecce obtulerūt ei hoīem mutū demoniū habē-
tē: et eiecto demonio locutus ē mutus: et mi-
rate sūt turbe dicentes. Nūquā apparuit sic
in israhel. Pharisei aūt dicebant. In princi-
pe demonioꝝ eicit demones. Et circuibat
ihesus omnes ciuitates et castella: docēs in
synagogis eoꝝ ⁊ p̄dicans euangelium re-
gni: et curans omnē languorē ⁊ omnem infir
mitatē. Videns aūt turbas misertus ē eis:
quia erāt vexati ⁊ iacētes sicut oues non ha
bentes pastorē. Tunc dicit discipulis suis.
Messis quidē multa: operarii autem pauci.
Rogate ergo dominū messis: ut mittat ope-
rarios in messem suam.

X

Et conuocatis duodecim discipulis su-
is. dedit illis potestatē spirituum im-
mūdoꝝ ut eicerent eos: et curarēt omnem
languorē: et omnē infirmitatē. Duodecim
autē discipuloꝝ nomina sunt hec. Primus
symō q̄ dicit̄ petrus ⁊ andreas frater eius:
philippus ⁊ bartholomeus. iacobꝫ zebedei.
et iohānes frater eius: thomas et matheus
publicanus: et iacobꝫ alphei ⁊ thadeus. sy-
mon chananeus. et iudas scariothis: qui
et tradidit eū. Hos duodecim misit ihesus:

p̄cipiēs eis dicēs. In viam gentiū ne abie-
ritis: et in ciuitates samaritanoꝝ ne intra-
ueritis: sed potius ite ad oues que perierūt
domus israhel. Eūtes aūt p̄dicate dicentes:
q̄ appropiquabit regnū celoꝝ. Infirmos
curate. mortuos suscitate. leprosos mūda-
te: demones eicite: gratis accepistis. gra-
tis date. Nolite possidere aurū. neq; argē-
tū: neq; pecuniā in zonis vestris. Nō peraz
in via: neq; duas tunicas. neq; calciamēta:
neq; virgaz. Dignus enī est operarius cibo
suo. In quācūq; autē ciuitatē aut castellum
intraueritis. interrogate quis in ea dignus
sit: et ibi manete donec exeatis. Intrantes
aūt in domū: salutate eam dicētes. Pax hu-
ic domui. Et si quidem fuerit domus digna.
veniet pax vr̄a sup eam: si aūt nō fuerit di-
gna: pax vr̄a reuertetur ad vos. Et quicūq;
non receperit vos. neq; audierit sermones
vestros: exeuntes foras de domo vel ciuita-
te excutite puluerē de pedibꝫ vestris. Amen
dico vobis: tolerabilius erit terre zodomo-
rum et gomorreorū in die iudicij q̄ illi ciui-
tati. Ecce ego mitto vos: sicut oues in me-
dio lupoꝝ. Estote ergo prudentes sicut ser-
pentes: et simplices sicut columbe. Cauete
aūt ab hominibꝫ. Tradēt enī vos in ɔcili-
is: et in sinagogis suis flagellabunt vos:
et ad reges et presides ducemini propter
me. in testimoniū illis et gentibꝫ. Cum autē
tradēt vos: nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini. Dabitur enī vobis in illa
hora quid loquamini. Non enī vos estis
qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui
loquitur in vobis. Tradet aūt frater fratrē
in mortē. et pater filiū: et insurgēt filij in pa
rentes: et morte eos afficient: et eritis odio
omnibus ꝓpter nomē meū. Qui aūt pseue-
rauerit usq; in finē: hic saluus erit. Cū autē
psequētur vos in ciuitate ista: fugite in ali-
am. Amen dico vobis: nō ɔsūmabitis ciui-
tates israhel: donec veniat filius hoīs. Non
est discipulus sup magistrū: nec seruus sup
dn̄m suū. Sufficit discipulo ut sit sicut ma-
gister eius: et seruo sicut dn̄s eius. Si pa-
trēfamilias beelzebub vocauerūt: quāto ma-
gis domesticos eius? Ne ergo timueritis
eos. Nichil enī est opertū qd̄ non reueletur:
et occultū qd̄ nō sciatur. Quod dico vobis in
tenebris dicite in lumine: et qd̄ in aure audi
tis p̄dicate sup tecta. Et nolite timere eos
q̄ occidūt corpus. animaz autē non possunt
occidere: sed potius timete eum: qui potest
et animā et corpus pdere in gehennam. Nō
ne duo passeres asse veneunt: et vnus ex il-
lis nō cadet sup terraz sine patre vr̄o? Vr̄i
aūt et capilli capitis om̄es numerati sūt. No-
lite ergo timere: multis passeribꝫ meliores
estis vos. Om̄is ergo q̄ ɔfitebitur me corā
hominibꝫ: ɔfitebor et ego eū corā patre meo
q̄ in celis est. Qui aūt negauerit me coram
hominibꝫ: negabo et ego eū corā patre meo
q̄ in celis est. Nolite arbitrari q̄ pacem ve-
nerim mittere ī terrā. Nō veni pacē mittere.
sed gladiū. Veni enī separe hoīem adūsus
p̄rem suū. et filiā adūsus m̄rem suā: et nuruz
adūsus socruz suā: et inimici hoīs domestici
eius. Qui amat p̄rem aut m̄rem plusq̄ me:
nō ē me dignus. Et qui amat filiū aut filiaz
sup me: nō ē me dignus. Et qui nō accipit
crucē suā et seq̄tur me: nō ē me dignus. Qui
inuenit animā suā. pdet illā: et qui pdiderit
animā suā ꝓpter me: inueniet eā. Qui reci-
pit vos me recipit: et q̄ me recipit: recipit eū
q̄ me misit. Qui recipit ꝓpham in noīe ꝓphe:
mercedē ꝓphete accipiet. Et q̄ recipit iustū i
noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et q̄cūq;
potū dederit vni ex minimis istis calicē aque
frigide tantū in noīe discipuli: amē dico vo
bis: non perdet mercedē suā.

XI

Et factū est cū ɔsūmasset ihesus pre-
cipiens duodecim discipulis suis: trā-
siit inde ut doceret et p̄dicaret in ciuitatibus
eoꝝ. Iohānes autē cū audisset in vinculis
opera xpristi: mittēs duos de discipulis suis.
ait illi. Tu es q̄ venturus es. an aliū expecta
mus? Et respondens ihesus ait illis. Euntes
renūciate iohāni q̄ audistis et vidistis. Ce-
ci vidēt. claudi ambulant. leprosi mūdātur:
surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes
euangelizantur: et beatus est qui non fuerit
scādalizatus in me. Illis aūt abeūtibꝫ: cepit
ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid
existis in desertū videre? Arundinem vento
agitatā? Sed quid existis videre? Hoīez
mollibꝫ vestitū? Ecce qui mollibꝫ vestiuntur

in domibꝫ regū sunt. Sed quid existis vi-
dere? Prophetā? Etiā dico vobis: et plusq̄
ꝓpheta. Hic est enī de quo scriptū est. Ecce
ego mitto vobis angeluꝫ meū ante faciem
tuam: qui ꝑparabit viā tuā ante te. Amen di
co vobis: nō surrexit inter natos mulierum
maior iohāne baptista. Qui aūt minor est
in regno celoꝝ: maior est illo. A diebꝫ aūt
iohānis baptiste usqꝫ nūc regnū celoꝝ vi
patitur: et violēti rapiūt illud. Omēs enim
ꝓphete ⁊ lex usqꝫ ad iohēm ꝓphauerūt: et si
vultis recipere. ipse est helias qui venturus
est. Qui habet aures audiēdi audiat. Cui
autē similē estimabo generacōem istā? Si
milis ē pueris sedentibꝫ in foro: qui clamā-
tes coequalibꝫ dicūt. Cecinimus vobis et
nō saltastis: lamētauimus ⁊ nō planxistis.
Venit enī iohēs neqꝫ māducās neqꝫ bibēs:
et dicūt demoniuꝫ habet. Venit filius hoīs
māducās ⁊ bibens: et dicūt. ecce homo vo-
rax ⁊ potator vini: publicanoꝝ et pccōrum
amicus. Et iustificata est sapīa a filijs suis.
Tūc cepit exprobrare ciuitatibꝫ in quibus
facte sūt plurime virtutes eius: quia non
egissent penitentiam. Ve tibi corozaim. ve
tibi bethsaida: qꝛ si in tyro ⁊ sydone facte
essent virtutes que facte sūt in vobis: olim
in cilicio ⁊ cinere penitentiā egissent. Verū
tamen dico vobis: tyro ⁊ sydone remissius
erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu capharna-
um. nūquid usqꝫ in celū exaltaberis? Usqꝫ
in infernū descendes. Quia si in sodomis fa-
cte fuissent virtutes que facte sūt in te: for-
te mansissent usqꝫ in hāc dieꝫ. Verūtamē
dico vobis: quia terre sodomoꝝ remissius
erit in die iudicij q̄ tibi. In illo tpe rñdens
ihesus dixit. Cōfitebor tibi pater dn̄e celi et
terre: quia abscondisti hec a sapientibꝫ et
prudētibꝫ: et reuelasti ea paruulis. Ita pr̄:
qm̄ sic fuit placitū ante te. Oīa michi tra-
dita sūt a patre meo. Et nemo nouit filium
nisi pater: neqꝫ patrē quis nouit nisi filius:
et cui voluerit filius reuelare. Venite ad
me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: et
ego reficiam vos. Tollite iugum meuꝫ sup
vos: et discite a me quia mitis sū et humilis
corde: et inuenietis requiē aīabꝫ vr̄is. Iugū
enī meū suaue est: et onus meū leue. XII

In illo tpe abijt ih̄us p sata sabbato:
discipuli autē eius esuriētes ceperunt
vellere spicas ⁊ māducare. Pharisei autem
vidētes. dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt:
qđ nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit
eis. Non legistis q̄d fecerit dauid quādo
esurijt ⁊ qui cū eo erant. quomō intrauit in
domū dei. et panes ꝓposicōis comedit. q̄s
nō licebat ei edere neqꝫ hijs qui cū eo erāt:
nisi solis sacerdotibꝫ? Aut nō legistis in le
ge. quia sabbatis sacerdotes ī tēplo sabba
tū violāt: et sine crimine sūt? Dico autē vob:
quia templo maior est hic. Si autē sciretis
quid ē misc̄diam volo ⁊ nō sacrificiū: nūq̄
ɔdemnassetis innocētes. Dn̄s enim est filiꝰ
hoīs: etiā sabbati. Et cū inde transisꝫ: venit
in synagogā eoꝝ. Et ecce homo manū ha-
bens aridā. Et interrogabāt eū dicētes. Si
licet sabbatis curare? Ut accusarēt eū. Ipe
aūt dixit illis. Quis erit ex vobis homo q̄
habeat ouē vnā? Et si ceciderit hec sabba-
tis in foueam: nonne tenebit ⁊ leuabit eam?
Quātomagis melior est homo oue. Itaqꝫ
licet sabbatis benefacere. Tūc ait homini.
Extende manum tuā. Et extēdit: et restituta
est sanitati sicut altera. Exeūtes autē phari-
sei. ɔsiliū faciebāt aduersus eū: quō pderēt
eū. Ihesus autez sciens recessit inde: et secuti
sunt eū multi: et curauit eos omnes. Et pre-
cepit eis. ne manifestū eū facerēt: ut adim-
pleretur qđ dictū est p ysaiā ꝓpham dicētē.
Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus
in quo bene ɔplacuit anime mee. Ponā spi-
ritū meū sup eū: et iudiciū gentibꝫ nūciabit.
Nō cōtendet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet
aliquis in plateis vocē eius. Arūdinē quas
satam nō ɔfringet. et linum fumigans non
extinguet: donec eiciat ad victoriā iudiciuꝫ:
et in nomine eius gētes sperabūt. Tūc ob-
latus est ei demoniū habēs cecus et mutus:
et curauit eū ita ut loqueretur et videret. Et
stupebant omnes turbe: et dicebāt. Nūquid
hic est filius dauid? Pharisei aūt audiētes
dixerūt. Hic nō eicit demōes: nisi in beelzebub
principe demonioꝝ. Ihesus aūt sciēs cogi-
tationes eoꝝ dixit eis. Oē regnū diuisuꝫ
ɔtra se desolabitᷣ: et oīs ciuitas vel domus
diuisa contra se non stabit. Et si sathanas

sathanan eicit: aduersus se diuisus ē. Quo=
modo ergo stabit regnum eius? Et si ego
in beelzebub eicio demones: filii vestri in quo
eiciunt? Ideo ipsi iudices erunt vestri. Si
aūt ego in spiritu dei eicio demones: igitur
peruenit in vos regnum dei. Aut quomodo
potest quisq̄ intrare in domum fortis et vasa
eius diripere: nisi prius alligauerit fortē?
Et tūc domū illius diripiet. Qui nō est mecū
contra me est: et q̄ nō cōgregat mecū spar=
git. Ideo dico vobis: omne peccatū et blas=
phemia remittetur hominibꝫ: spūs aūt blas
phemie nō remittetur. Et quicūqȝ dixerit ver
bum ↄtra filiū hominis: remittetur ei: q̄ autē
dixerit ↄtra spūm sanctum nō remittetur ei:
neqȝ in hoc seculo neqȝ in futuro. Aut faci=
te arborē bonā et fructū eius bonū: aut faci=
te arborē malam: et fructū eius malū. Si=
quidē ex fructu arbor agnoscit. Progeni=
es viperarū: quomō potestis bona loqui cū
sitis mali? Ex abundantia enim cordis os
loquitur. Bonus homo de bono thesauro
pfert bona: et malus homo de malo thesau=
ro pfert mala. Dico autem vobis: q̄m omne
verbū ociosū quod locuti fuerint homines:
reddent ratiōnē de eo in die iudicii. Ex ver=
bis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tu=
is ↄdēnaberis. Tunc rn̄derūt ei quidam de
scribis et phariseis dicētes. Magister: volu
mus a te signū videre. Qui rn̄dens ait illis.
Generacō mala et adultera signum querit:
et signū nō dabitur ei nisi signū ione pphe.
Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus
diebꝫ et tribꝫ noctibꝫ: sic erit filius hominis
in corde terre tribꝫ diebꝫ et tribꝫ noctibus.
Viri niniuite surgēt in iudicō cū generacō=
ne ista et cōdemnabunt eam: qȝ penitentiam
egerūt in predicatione ione. Et ecce plusq̄
iona hic. Regina austri surget in iudicō cū
generacōne ista et cōdemnabit eā: quia ve=
nit a finibꝫ terre audire sapiētiā salomonis.
Et ecce plusq̄ salomon hic. Cum aūt immū
dus spiritus exierit ab hoīe ambulat p loca
arida querēs requiē: et non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et
veniēs inuenit eā vacantē: scopis munda=
tam et ornatā. Tūc vadit et assumit septem
alios spiritus secū nequiores se: et intrātes
habitant ibi: et fiunt nouissima hoīs illius
peiora prioribꝫ. Sic erit et generationi huic
pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce
mater eius et fratres stabant foris: querētes
loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua
et fratres tui foris stant: querētes te. At ipse
respondēs dicēti sibi ait. Que ē mater mea:
et qui sūt fratres mei? Et extendens manū
in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et
fratres mei. Quicunqȝ enim fecerit volun=
tatem patris mei qui in celis est: ipe meus
frater soror et mater est.

XIII

In illo die exiens ihūs de domo sede=
bat secus mare. et cōgregate sunt ad
eū turbe multe: ita ut in nauiculam ascendēs
sederet: et oīs turba stabat in litore: et lo=
cutus est eis multa in parabolis dicens. Ec=
ce exiit qui seminat seminare. Et dū semiat
quedā ceciderūt secus viam: et venerūt vo=
lucres et comederūt ea. Alia aūt ceciderūt
in petrosa ubi non habebant terrā multā: et
cōtinuo exorta sūt quia nō habebant altitu=
dinē terre. Sole autē orto estuauerunt: et
quia nō habebāt radicē aruerūt. Alia autē
ceciderūt in spinas: et creuerūt spine et suf=
focauerūt ea. Alia autē ceciderūt in terrā bo
nam: et dabāt fructū aliud cētesimū aliud
sexagesimū: aliud tricesimū. Qui habet au=
res audiendi audiat. Et accedētes discipuli
dixerūt ei. Quare i parabolis loqueris eis?
Qui rn̄dens ait illis. Quia vobis datū est
nosse misteria regni celorū: illis autē nō est
datū. Qui eni habet dabitur ei et abūdabit:
qui autē nō habet: et quod habet auferetur
ab eo. Ideo in parabolis loquor eis. quia
videntes non vidēt et audiētes non audi=
unt neqȝ intelligūt: et adimpletur in eis p=
phetia ysaie dicētis. Auditu audietis et non
intelligetis: et vidētes videbitis et nō vide
bitis. Incrassatū est enim cor pp̄li huius et
auribꝫ grauiter audiert. et oclos suos clau
serūt: nequādo videāt oculis et auribꝫ au=
diāt. et corde intelligant: et ↄuertātur et sa=
nem eos. Vestri aūt beati oculi qȝ vident:
et aures vestre qȝ audiūt. Amen quippe di=
co vobis: qȝ multi pphete et iusti cupierūt vi=
dere que videtis et non viderūt: et audire q̄
auditis et nō audierūt. Vos ergo audite

parabolā seminātis. Omīs qui audit verbū
regni et non intelligit. venit malus ⁊ rapit
qđ seminatū est in corde eius: hic ē qui secus
viā seminatus ē. Qui aūt sup petrosa semi-
natus ē: hic ē qui verbū audit: et cōtinuo cū
gaudio accipit illud. Nō habet autem in se
radicē: sed est tpalis. Facta aūt tribulatio
ne ⁊ psecucōe ꝓpter verbū: ɔtinuo scandali-
zatur. Qui aūt ē semiatus in spinis: hic est q̄
verbum dei audit. et sollicitudo seculi istius
et fallacia diuiciarū suffocat verbum: et sine
fructu efficit̄. Qui vero ī terrā bonā semiat⁹
est: hic est qui audit verbū ⁊ intelligit ⁊ fru
ctum affert: et facit aliud quidē cētesimum.
aliud autē sexagesimum: aliud vero tricesi-
mū. Aliā parabolā ꝓposuit illis dicens. Si-
mile factuȝ ē regnū celoꝝ hoī qui semiauit
bonū semen in agro suo. Cū aūt dormirent
hoīes: venit inimicus eius ⁊ supsemiauit zi-
zania in medio tritici: et abijt. Cū aūt creuis-
set herba ⁊ fructū fecissȝ: tūc apparuerūt ⁊ zi-
zania. Accedētes aūt serui patrisfamilias:
dixerūt ei. Dñe. nōne bonū semē semiasti in
agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et a-
it illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aūt
dixerunt ei. Vis imus ⁊ colligimus ea? Et
ait. Nō. Ne forte colligētes zizania eradice-
tis simul cū eis ⁊ triticū. Sinite utraqȝ crescē
usqȝ ad messem: et in tpe messis dicam mes-
soribꝫ. Colligite primuȝ zizania. et alligate
ea fasciculos ad cōburendū: triticū aūt cō-
gregate in horreū meū. Aliā parabola ꝓpo-
suit eis dicēs. Simile ē regnū celoꝝ grano
sinapis: qđ accipiēs homo semiauit ī agro
suo: qđ minimū quidē est omibꝫ seminibus.
Cū autem creuerit maius ē omibꝫ oleribus:
et fit arbor ita ut volucres celi veniāt et ha-
bitent in ramis eius. Aliā parabolā locutus
ē eis. Sile ē regnū celoꝝ fermēto. qđ acce-
ptū mulier abscōdit in farine satis tribꝫ: do
nec fermētatū est totū. Hec omia locutus ē
ihūs in parabolis ad turbas: et sine parabo-
lis nō loq̄batur eis: ut impleretur qđ dictū
erat ꝑ ꝓpham dicētem. Aperiā in parabolis
os meū: eructabo abscondita a ɔstitucōne
mūdi. Tunc dimissis turbis venit in domuȝ:
et accesserūt ad eū discipuli eius dicentes.
Edissere nobꝫ parabolā zizanioꝝ agri. Qui
rñdens ait. Qui seminat bonū semē. est fili
us hoīs. Ager aūt est mūdus. Bonū vero
semē: hij sūt filij regni. Zizania autē: filij sūt
nequā. Inimicus aūt qui semiauit ea. ē dia-
bolus. Messis vero: ɔsūmatio seculi ē. Mes-
sores aūt angeli sūt. Sicut ergo colligūtur
zizania ⁊ igni ɔburūtur: sic erit in ɔsūmacōe
seculi. Mittet filius homis angelos suos. et
colligent de regno eius omnia scandala. et
eos qui faciūt iniquitatem: et mittent eos in
caminū ignis. Ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū.
Tunc iusti fulgebūt sicut sol in regno pris
eoꝝ. Qui habet aures audiēdi audiat. Si
mile est regnuȝ celoꝝ thesauro abscōdito ī
agro: quē qui inuenit homo abscondit. et p
gaudio illius vadit ⁊ vēdit vniūsa q̄ habȝ:
et emit agrū illū. Iterū simile est regnū ce-
loꝝ homini negociatori: querēti bonas mar
garitas. Inuēta autē vna p̄ciosa margari-
ta: abijt ⁊ vendidit oīa que habuit: et emit
eā. Iterū simile ē regnū celoꝝ sagene misse
in mare: et ex omni genere pisciū cōgregā-
ti. Quā cū impleta essȝ educētes ⁊ secus litus
sedētes. elegerūt bonos in vasa: malos aūt
foras miserūt. Sic erit in ɔsūmacōe seculi.
Exibunt angeli. et separabūt malos de me-
dio iustoꝝ: et mittēt eos in caminuȝ ignis:
ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Intellexistis
hec omia? Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo ois
scriba doctus in regno celoꝝ similis est hōi
patrifamilias: qui ꝓfert de thesauro suo no-
ua ⁊ vetera. Et factuȝ est cū ɔsūmasset ihūs
parabolas istas: transijt inde. Et veniens in
patriā suā docebat eos in synagogis eoꝝ:
ita ut mirarētur ⁊ dicerēt. Vnde huic sapia
hec ⁊ virtutes? Nōne hic est fabri filius?
Nonne mater eius dicitur maria et fratres
eius iacobus ⁊ ioseph. et symon ⁊ iudas: et
sorores eius nonne omnes apud nos sunt?
Vnde ergo huic omia ista? Et scandaliza-
bātur in eo. Ihesus autem dixit eis. Nō est
ꝓpheta sine honore nisi in patria sua: et in do
mo sua. Et nō fecit ibi virtutes multas: pro-
pter incredulitatem illoruȝ. XIIII

In illo tpe audiuit herodes tetrarcha
famā ihesu: et ait pueris suis. Hic est
iohs baptista: ipse surrexit a mortuis: et ideo
virtutes operātur ī eo. Herodes eni tenuit

iohēm ⁊ alligauit eũ: et posuit ī carcerē ꝓpt᷑ herodiadē uxorē fratris sui. Dicebat enī illi iohānes. Nō licet tibi habere eā. Et volens illũ occidere timuit ꝓplm: quia sicut ꝓphetaʒ eũ habebāt. Die aũt natalis herodis. saltauit filia herodiadis in medio: et placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare: qḋcunqʒ postulasſʒ ab eo. At illa premūta a mr̄e sua da michi inquit hic ī disco: caput iohis baptiste. Et cōtristatus ē rex: ꝓpter iuramentũ autē ⁊ eos qui pariter recumbebant iussit dari. Misitqʒ ⁊ decollauit iohānem in carcere. Et allatũ est caput eius in disco. et datuʒ est puelle: et illa attulit mr̄i sue. Et accedētes discipuli eius tulerũt corpus eius ⁊ sepelierᷓt illud: et veniētes nũciauerũt ihesu. Quod cũ audisset ih̄us secessit inde in nauiculā: in locũ desertũ seorsum. Et cũ audissent turbe: secute sunt eũ pedestres de ciuitatibꝰ. Et exiens vidit turbā multaʒ: et misertus ē eis: et curauit languidos eoꝝ. Vespere aũt facto: accesserũt ad eũ discipuli eius dicētes. Desertus est locus. et hora iam p̄teriȷt: dimitte turbas: ut euntes in castella emant sibi escas. Ihesus aũt dixit eis. Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Rn̄derunt ei. Non habemus hic nisi quinqʒ panes et duos pisces. Qui ait eis. Afferte michi illos huc. Et cũ iussisſʒ turbaʒ discũbere sup fenũ: acceptis quinqʒ panibꝰ et duobꝰ piscibꝰ. aspiciēs in celũ bn̄dixit et fregit. et dedit discipulis panes: discipuli aũt turbis. Et manducauerũt omnes: et saturati sunt. Et tulerũt reliquias: duodecim cophinos fragmētoꝝ plenos. Manducātiũ aũt fuit numerus quinqʒ milia virorum: exceptis mulieribꝰ ⁊ puulis. Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculā: et p̄cedē eũ transfretũ donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montē solus orare. Vespere aũt facto: solus erat ibi. Nauicla aũt ī medio mari iactabatur fluctibꝰ. Erat enim ɔtrarius ventus. Quarta autē vigilia noctis. venit ad eos ambulās sup mare. Et vidētes eũ sup mare ambulātē. turbati sũt dicētes: ꝙ fantasma est. Et pre timore clamauerũt. Statimqʒ ih̄us locutus est eis dicens. Habete fiduciā: ego sũ: nolite timere.

Rn̄dens autē petrus dixit. Dn̄e si tu es: iube me venire sup aquas. At ipe ait. Veni. Et descendēs petrus de nauicula ābulabat sup aquam ut veniret ad ihesum. Vidēs vero ventum validuʒ timuit. Et cũ cepisſʒ mergi: clamauit dicēs. Dn̄e saluũ me fac. Et continuo ih̄us extendens manũ ap̄p̄hendit eũ: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisſʒ in nauiculaʒ: cessauit vētus. Qui autē in nauicula erāt: venerũt ⁊ adorauerũt eũ dicētes. Vere filius dei es. Et cũ trāsfretassent: venerũt in terrā genesar. Et cũ ɔgnouissent eũ viri loci illius. miserũt in vniũsam regionē illā. et obtulerũt ei omēs male habētes: et rogabāt eũ ut vel fimbriā vestimēti eius tangerēt. Et quicũqʒ tetigerũt: salui fa

Tunc accesserũt ad eũ XV cti sũt. ab iherosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediũtur tradicōes senioꝝ? Nō enī lauāt manus suas cũ panem manducāt. Ipse autē rn̄dens. ait illis. Quare ⁊ vos trāsgredimini mādatum dei ꝓpter tradicōem vr̄am? Nā deus dixit. Honora p̄rem ⁊ matrem: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos aũt dicitis. quicũqʒ dixerit p̄ri vel matri. munus qḋcunqʒ est ex me tibi ꝓderit: et nō honorificabit p̄rem suũ aut matrē suā: et irritũ fecistis mādatũ dei ꝓpter tradicōem vr̄am. Ypocrite: bn̄ ꝓphauit de vobis ysaias dicēs. Populus hic labiȷs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me. Sine causa autē colũt me docētes doctrinas ⁊ mandata hominuʒ. Et cōuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Nō qḋ intrat in os coinquinat hoīem: ſʒ qḋ ꝓcedit ex ore hoc coinq̄nat hominē. Tũc accedētes discipuli eius dixerᷓt ei. Scis ꝙ pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille rn̄dens ait. Omis plātatio quā nō plātauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos: ceci sũt: et duces cecoꝝ. Cecus autē si ceco ducatum prestet: ambo in foueaʒ cadũt. Rn̄dens autē petrus. dixit ei. Edissere nobis parabolā istā. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Nō intelligitis. quia omne qḋ in os intrat in ventrē vadit: et in secessuʒ emittitur? Que autem p̄cedunt de ore. de corde exeũt: et ea

coinquināt hoīem. De corde eni exeūt cogi-
tacōnes male: homicidia. adulteria. forni-
cationes. furta. falsa testimonia: blasphe-
mie. Hec sūt que coinquināt hominē. Nō
lotis aūt manibꝫ manducare non coinqui-
nat hoīem. Et egressus inde: secessit in par-
tes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea
a finibus illis egressa: clamauit dicens ei.
Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male
a demonio vexatur. Qui nō respondit ei ver-
bum. Et accedētes discipuli eius: rogabāt
eum dicentes. Dimitte eam: qꝛ clamat post
nos. Ipse autē rn̄dens ait. Nō sum missus:
nisi ad oues que perierūt domus israhel. At
illa venit: et adorauit eum dicens. Domine:
adiuua me. Qui respondēs ait. Nō ē bonū
sumē panē filioꝝ: et mittere canibꝫ. At illa
dixit. Etiā dn̄e. Nam et catelli edūt de micis:
q̄ cadūt de mensa dn̄oꝝ suoꝝ. Tūc respon-
dēs ihs: ait illi. O mulier magna ē fides tua:
fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex
illa hora. Et cū transisset inde ihesus. venit se-
cus mare galilee: et ascendēs in mōtē sede-
bat ibi. Et accesserūt ad eū turbe multe: habē-
tes secū mutos. cecos. claudos. debiles. et
alios multos: et piecerūt eos ad pedes eius:
et curauit eos. ita ut turbe mirarētur viden-
tes mutos loquētes. claudos ambulantes.
cecos vidētes: et magnificabant deum isrl̄.
Ihesus autē cōuocatis discipulis suis dixit.
Misereor turbe: quia triduo iam pseuerant
mecū: et nō habent quod manducēt. Et di-
mittere eos ieiunos nolo: ne deficiāt in via.
Et dicūt ei discipuli. Vnde ergo nobis in
deserto panes tantos. ut saturemus turbam
tantā? Et ait illis ihesus. Quot panes ha-
betis? At illi dixerūt. Septem. Et paucos
pisciculos. Et p̄cepit turbe. ut discumberent
sup terram. Et accipiens septē panes et pi-
sces. et grās agēs fregit et dedit discipulis
suis: et discipuli dederūt populo. Et comede-
rūt omēs: et saturati sūt. Et qđ supfuit de fra-
gmētis: tulerūt septē sportas plenas. Erāt
aūt qui mādücauerūt quatuor miliū hoīm:
extra puulos et mlieres. Et dimissa turba as-
cēdit in nauiclā: et venit ī fines magedan.

XVI

Et accesserūt ad eū pharisei
et saducei tēptātes: et rogauerūt eū ut
signū de celo ostēdēt eis. At ille rn̄dēs. ait il-
lis. Facto vespe dicitis serenū eit: rubicūdū
ē eni celū. Et mane. hodie tempestas: rutilat
eni triste celū. Faciem ergo celi diiudicare
nostis: signa autem temporꝫ non potestis.
Generacō mala et adultera signū querit: et
signū nō dabitur ei nisi signū ione. Et reli-
ctis illis abijt. Et cū venissent discipuli eius
trans fretū: obliti sunt panes accipere. Qui
dixit illis. Intuemini et cauete a fermento
phariseoꝝ et saduceoꝝ. At illi cogitabant
inter se dicentes. Quia panes non accepi-
mus. Sciēs aūt ihūs. dixit. Quid cogitatis
inter vos modice fidei: qꝛ panes non habe-
tis? Nondū intelligitis neqꝫ recordamini
quinqꝫ panum. et quīqꝫ milia hoīm: et quot
cophinos sumpsistis? Neqꝫ septē panū
et quatuor milia hominum: et quot sportas
sumpsistis? Quare nō intelligitis qꝛ non de
pane dixi vobis: cauete a fermento phari-
seoꝝ et saduceorum? Tūc intellexerūt quia
non dixerit cauendū a fermento panū: sꝫ a
doctrina phariseoꝝ et saduceorum. Venit
aūt ihesus in partes cesaree philippi: et in-
terrogabat discipulos suos dicens. Quem
dicūt homīes esse filiū hoīs? At illi dixerūt.
Alij iohānē baptistam: alij aūt heliam. alij
vero iheremiam: aut vnum ex pphetis. Dicit
illis ihesus. Vos autē quē me esse dicitis?
Respondens simon petrus dixit. Tu es xp̄s
filius dei viui. Respondēs autē ihesus dixit
ei. Beatus es simon bariona: quia caro et
sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus
qui in celis est. Et ego dico tibi. quia tu es
petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā
meā: et porte inferi non p̄ualebūt aduersus
eā. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et qđ-
cūqꝫ ligaueris sup terrā erit ligatū et in celis:
et qđcunqꝫ solueris sup terrā erit solutū et in
celis. Tūc p̄cepit discipulis suis ut nemini
dicerēt: quia ipse esset ihesus xp̄s. Exinde ce-
pit ihūs ostēdere discipulis suis. qꝛ oportēt
eum ire iherosolimā: et multa pati a senio-
ribus et scribis et principibꝫ sacerdotū: et oc-
cidi et tercia die resurgē. Et assumēs eū pe-
trus. cepit increpare illū dicens. Absit a te
dn̄e: nō erit tibi hoc. Qui conuersus dixit.
Vade post me sathanas scādalū es michi:

quia nõ sapis ea que dei sũt: sed eá que sũt
hoim. Tunc ihesus dixit discipulis suis. Si
quis vult post me venire abneget semetip=
sum: et tollat crucẽ suã et sequatur me. Qui
eni voluerit aiam suã saluã facere: pdet eã.
Qui aũt pdiderit aiam suã ꝓpter me: inue=
niet eã. Quid eni pdest homini si mundum
vniũsuz lucretur: anime vero sue detrimẽtuz
patiatur? Aut quã dabit homo cõmutacõez
pro aia sua? Filius eni venturus est in glia
patris sui cũ angelis suis: et tũc reddet vni
cuiqꝫ scđm opa eius. Amẽ dico vobis: sunt
quidã de hic stãtibꝰ q̃ nõ gustabũt mortẽ:
donec videãt filiũ hois venietẽ in regno suo.

XVII

Et post dies sex assumpsit
ihus petrũ ⁊ iacobũ ⁊ iohãnem fratrẽ
eius: et ducit illos in montẽ excelsũ seorsuz:
et transfiguratus est ante eos. Et resplẽdu=
it facies eius sicut sol: vestimẽta autẽ eius
facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt
illis moyses ⁊ helias. cum eo loquẽtes. Re=
spondens aũt petrus. dixit ad ihesum. Domi
ne. bonum est nos hic esse: si vis faciamus
hic tria tabernacula: tibi vnũ. et moysi vnũ.
et helie vnũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes
lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nu=
be dicens. Hic est filius meus dilectus in
quo michi bene cõplacui: ipm audite. Et au=
dientes discipuli ceciderũt in faciẽ suam: et
timuerunt valde. Et accessit ihus et tetigit
eos: dixitqꝫ eis. Surgite: ⁊ nolite timere. Le
uãtes autẽ oculos suos. neminẽ viderunt:
nisi solũ ihesũ. Et descendẽtibꝰ illis de mõte:
p̃cepit ihesus dicens. Nemini dixeritis visio=
nẽ: donec filius hois a mortuis resurgat.
Et interrogauerũt eum discipuli dicentes.
Quid ergo scribe dicũt ꝙ heliam oporteat
primo venire? At ille rñdens ait eis. He=
lias quidez venturus est: et restituet omnia.
Dico autẽ vobis: ꝙ helias iam venit. et non
cognouerũt eũ: sed fecerunt in eo quecũqꝫ
voluerunt. Sic ⁊ filius hominis passurus ẽ
ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de
iohanne baptista dixisset eis. Et cũ venisset
ad turbam: accessit ad eũ homo genibꝰ ꝓ=
uolutus ãte eum dicens. Dñe miserere filio
meo quia lunaticus ẽ: et male patitur. Nã
sepe cadit in ignem: et crebro in aquam. Et
obtuli eũ discipulis tuis: et nõ potuerunt cu=
rare eũ. Respondẽs ihus dixit. O generacõ
incredula ⁊ peruersa: quousqꝫ ero vobiscũ?
Vsqꝫ quo patiar vos? Afferte huc illuz ad
me. Et increpauit illuz ihesus: et exijt ab eo
demonium: et curatus est puer ex illa hora.
Tũc accesserũt discipuli ad ihesum secreto:
et dixerũt. Quare nos non potuimus eicere
illũ? Dicit illis. Propter incredulitatẽ vr̃az.
Amẽ quippe dico vobis: si habueritis fidez
sicut granũ sinapis. dicetis monti huic tran
si hinc et transibit: et nichil impossibile erit
vobis. Hoc aũt genus nõ eicitur: nisi p ora
tionẽ ⁊ ieiuniũ. Cõuersantibꝰ aũt eis in gali
lea: dixit illis ihus. Filius hois tradẽdus
est in manus hominũ: et occidẽt eũ: et tercia
die resurget. Et cõtristati sunt vehementer.
Et cũ venissent capharnaũ: accesserunt qui
didragmam accipiebãt ad petrũ: et dixerũt
ei. Magister vester. non soluit didragmaz.
Ait. Etiã. Et cũ intrasset in domuz: p̃uenit eũ
ihesus dicẽs. Quid tibi videtur symon? Re=
ges terre a quibꝰ accipiunt tributũ vel cen=
sum: a filijs suis. an ab alienis? Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi ihus. Ergo liberi sunt
filij. Vt aũt non scandalizemus eos. vade
ad mare ⁊ mitte hamũ: et eũ piscez qui pri=
mus ascenderit tolle: et aperto ore eius in=
uenies staterẽ: illũ sumẽs da eis ꝓ me ⁊ te.

XVIII

In illa hora accesserũt disci=
puli ad ihesum. dicentes. Quis putas
maior est in regno celoꝝ? Et aduocãs ihe=
sus paruulum: statuit in medio eoꝝ. et dix=
it. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis et
efficiamini sicut pueri: non intrabitis in reg
nũ celoꝝ. Quicunqꝫ ergo humiliauerit se
sicut puulus iste: hic ẽ maior in regno celoꝝ.
Et q̃ susceperit vnũ paruulũ talẽ i noĩe meo:
me suscepit. Qui autẽ scandalizauerit vnuz
de pusillis istis qui in me credũt: expedit ei
ut suspendatur mola asinaria in collo eius: et
dimergatur in ꝓfundũ maris. Ve mũdo ab
scandalis. Necesse est eni ut veniant scanda
la. Verũtamẽ ve homini p quẽ scandalum
venit. Si autẽ manus tua vel pes tuus scan=
dalizat te: abscide eũ et ꝓice abs te. Bonuz
tibi est ad vitã ingredi debilẽ vel claudum:
q̃ꝫ duas manus vel duos pedes habentem

mitti in ignē eternū. Et si oculus tuus scan-
dalizat te: erue eū et pice abs te. Bonū tibi
est vnū oculū habentem in vitam intrare: q̄
duos oculos habētez mitti i gehennā ignis.
Videte ne contemnatis vnū ex hijs pusillis.
Dico enim vobis: q angeli eoꝝ in celis sem-
per vident faciē patris mei qui in celis est.
Venit eni filius hoīs saluare qđ perierat.
Quid vobis videtur? Si fuerint alicui cētuz
oues et errauerit vna ex eis: nōne relinquit
nonagintanouē in mōtibꝰ et vadit querere
eam que errauit? Et si cōtigerit ut inueniat
eam: amē dico vobis. q gaudet sup eā ma-
gis q̄ sup nonagintanouē que nō errauer-
rūt. Sic nō ē voluntas ante patrem vrm
qui in celis est: ut pereat vnus de pusillis
istis. Si aūt peccauerit in te frater tuus: va-
de et corripe eū inter te et ipm solū. Si te au-
dierit: lucratus eris fratrē tuū. Si aūt non
te audierit. adhibe tecum adhuc vnum vel
duos: ut in ore duoꝝ vel trium testium stet
omē verbū. Qđ si nō audierit eos: dic eccle-
sie. Si aūt ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut
ethnicus et publicanus. Amē dico vobis: q̄-
cunqz alligaueritis sup terrā erūt ligata et
in celo: et quecūqz solueritis sup terrā erunt
soluta et in celo. Iterū dico vobis: q si duo
ex vobis consenserint super terrā de omni re
quācunqz petierint: fiet illis a patre meo q̄
in celis est. Ubi eni sunt duo vel tres con-
gregati i nomie meo: ibi sū in medio eoꝝ.
Tūc accedēs petrus ad eū dixit. Dñe. q̄tiēs
peccabit in me frater meus: et dimittam ei?
Usqz septies? Dicit illi ihesus. Nō dico tibi
usqz septies: sz usqz septuagesies septies. Ide
o assimilatū est regnū celoꝝ homini regi: q̄
voluit racōem ponere cū seruis suis. Et cū
cepisset racōnem ponere: oblatus ē ei vnus q̄
debebat ei decē milia talenta. Cum autē non
haberet vnde redderet: iussit eū dñs eius ve-
nūdari et vxorem eius et filios. et omnia que
habebat: et reddi. Procidēs aūt seruus ille.
orabat eū dicēs. Patientiam habe in me: et
omnia reddā tibi. Misertus autē dñs serui
illius. dimisit eū: et debituz dimisit ei. Egres-
sus autē seruus ille: inuenit vnū de cōseruis
suis. qui debebat ei centū denarios: et tenēs.
suffocabat eū dicēs. Redde quod debes. Et

procidens cōseruus eius. rogabat eū dicēs.
Patientiā habe in me: et omia reddam tibi.
Ille aūt noluit: sz abijt et misit eū in carcerez:
donec redderet debitū. Videntes aūt conserui
eius que fiebāt. contristati sūt valde: et vene-
rūt et narrauerunt dño suo omia que facta
fuerāt. Tūc vocauit illū dñs suus: et ait illi.
Serue nequā: omē debitum dimisi tibi. qm
rogasti me. Nōne ergo oportuit et te mise-
reri conserui tui: sicut et ego tui misertus sum?
Et iratus dñs eius tradidit eū tortoribus:
quoadusqz redderet vniuersū debituz. Sic
et pr meus celestis faciet vobis: si nō remiseri-
tis vnusquisqz fratri suo de cordibꝰ vestris.

ET factū est cū consūmasset ihus XIX
sermones istos migrauit a galilea: et
venit in fines iudee trans iordanen. et secu-
te sunt eū turbe multe: et curauit eos ibi. Et
accesserunt ad eū pharisei tēptātes eum et
dicētes. Si licet homini dimittere vxorem
suā quacūqz ex causa? Qui rūdens ait eis.
Nō legistis q qui fecit ab inicio: masculum
et feminaz fecit eos? Et dixit. Propter hoc
dimittet homo patrez et matrē: et adherebit
vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqz
iam nō sūt duo: sz vna caro. Qđ ergo deus
cōiunxit: hō nō separat. Dicūt illi. Quid er-
go moyses mādauit dari libellū repudij et
dimittere? Ait illis. Qm moyses ad duricia-
am cordis vri pmisit vobis dimittere vxores
vras: ab inicio aūt non fuit sic. Dico autem
vobis: q quicūqz dimiserit vxorē suam nisi
ob fornicacōez et aliā duxerit: mechatur. Et
qui dimissaz duxerit. mechatur. Dicūt ei di-
scipuli eius. Si ita est causa homini cū vxo-
re: nō expedit nubere. Qui dixit. Non omēs
capiunt verbum istud: sed quibus datum
est. Sūt enim eunuchi qui de matris vtero
sic nati sunt: et sūt eunuchi qui facti sūt ab
hominibꝰ: et sūt eunuchi qui seipos castra-
uerūt pp̄ter regnū celoꝝ. Qui potest capē
capiat. Tūc oblati sūt ei paruuli: ut manus
eis imponeret et oraret. Discipuli aūt incre-
pabāt eos. Ihesus vero ait eis. Sinite par-
uulos. et nolite eos ꝓhibere ad me venire:
taliū est eni regnū celoꝝ. Et cū imposuisset
eis manus: abijt inde. Et ecce vnus accedēs
ait illi. Magister bone: quid boni faciaz ut

habeā vitā eternā? Qui dixit ei. Quid me
interrogas de bono? Unus ē bonus deus.
Si aūt vis ad vitā ingredi: serua manda-
ta. Dicit illi. Que? Ihesus aūt dixit. Nō ho-
micidiū facies. non adulterabis. nō facies
furtū. nō falsū testimoniū dices: honora pa-
trem tuū et matrem: diliges pximū tuū sicut
teipm. Dicit illi adolescēs. Oīa hec custo-
diui: quid adhuc michi deest? Ait illi ihus.
Si vis pfectus esse. vade vende que habes
et da pauperibus: et habebis thesaurū in celo:
et veni sequē me. Cū audisset aūt adolescens
verbū: abijt tristis. Erat eni habēs multas
possessiones. Ihus aūt dixit discipulis suis.
Amē dico vobis: qr diues difficile intrabit
in regnū celorū. Et iterum dico vobis. Fa-
cilius est camelū p foramē acus transire: q̄
diuitē intrare in regnū celorū. Auditis au-
tem hijs discipuli. mirabātur valde dicētes.
Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens
aūt ihesus. dixit illis. Apud homīes hoc im-
possibile est: apud deū autē omnia possibi-
lia sūt. Tunc respondēs petrus. dixit ei. Ec-
ce nos reliquimus oīa: et secuti sumus te.
Quid ergo erit nobis? Ihus aūt dixit illis.
Amē dico vobis: qr vos qui secuti estis me
in regeneracōne cū sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebitis et vos sup
sedes duodecim: iudicātes duodecim tribus
isrl'. Et oīs q̄ reliquit domū vel fratres aut
sorores. aut prēm aut mrēm aut uxorē aut
filios aūt agros pp̄ter nomē meū: cētuplū
accipiet: et vitam eternā possidebit. Multi
autē erūt p̄mi nouissimi: et nouissimi primi.

XX

Simile est regnū celorū homini
patrifamilias: qui exijt primo mane
cōducere operarios in vineā suā. Cōuencōe
autē facta cū operarijs ex denario diur-
no: misit eos in vineā suā. Et egressus circa
horā terciā: vidit alios stantes in foro oci-
osos: et illis dixit. Ite et vos in vineā meā: et
qd iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierūt.
Iterū autē exijt circa sextā et nonā horam: et
fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt:
et inuenit alios stantes: et dicit illis. Quid
hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia
nemo nos cōduxit. Dicit illis. Ite et vos in
vineā. Cū sero aūt factū esset. dicit dominus
vinee. pcuratori suo. Voca operarios et red-
de illis mercedē: incipiēs a nouissimis usq3
ad p̄mos. Cū venissent ergo q̄ circa vndeci-
mā horam venerant: acceperūt singulos de-
narios. Venientes autē et p̄mi. arbitrati sunt
qd plus essent accepturi: acceperūt autē et
ipi singlos denarios. Et accipiētes murmu-
rabāt aduersus patrēfamilias dicētes. Hij
nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos
nobis fecisti qui portauimus pondus diei et
estus? At ille respondēs vni eorū dixit. Ami-
ce: non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario
cōuenisti mecum? Tolle qd tuū est et vade.
Volo aūt et huic nouissimo dare: sicut et ti-
bi. Aut non licet michi qd volo facere? An
oculus tuus nequā est. qr ego bonus sum?
Sic erūt nouissimi primi: et p̄mi nouissimi.
multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Et
ascēdēs ihesus iherosolimā: assumpsit duo-
decim discipulos secreto: et ait illis. Ecce a-
scēdimus iherosolimā. et filius hoīs tradet'
pncipibus sacerdotū et scribis: et cōdemnabūt
eū morte: et tradēt eū gētibus ad deludendū
et flagellandū: et crucifigendū: et tercia die
resurget. Tūc accessit ad eū mater filiorū ze-
bedei cū filijs suis: adorās et petēs aliq̄d ab
eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut se-
deāt hij duo filij mei vnus ad dexterā tuā:
et vnus ad sinistrā in regno tuo. Respondēs
aūt ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Po-
testis bibere calicē quē ego bibiturus sum?
Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē
meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā et
sinistrā nō est meū dare vobis: sed quibus pa-
ratū est a patre meo. Et audiētes decē. indi-
gnati sūt de duobus fratribus. Ihesus aūt vo-
cauit eos ad se: et ait. Scitis qr principes
gentiū dominātur eorū: et qui maiores sūt
potestatem exercēt in eos? Non ita erit in-
ter vos. Sed quicūq3 voluerit inter vos ma-
ior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit
inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut
filius hoīs nō venit ministrari sed ministrare:
et dare animā suā redēpcōem p multis. Et
egrediētibus illis ab iericho: secuta est eum
turba multa. Et ecce duo ceci sedētes secus
viā. audierūt quia ihesus trāsiret: et clama-
uerūt dicētes. Dn̄e: miserere nr̄i. fili dauid.

Turba aũt increpabat eos ut tacerẽt. At
illi magis clamabãt dicẽtes. Dñe: miserere
nr̃i· fili dauid. Et stetit ihesus: et vocauit eos
et ait. Quid vultis ut faciã vobis? Domine:
ut aperiãtur oculi nostri. Misertus aũt eo-
rum ihesus: tetigit oculos eorũ. Et cõfestim
viderũt: et secuti sunt eum.

XXI

Et cũ appropinquassent iherosolimis
et venissent bethfage ad montem oli-
ueti: tunc ihũs misit duos discipulos dicẽs
eis. Ite in castellũ qđ contra vos est: et sta-
tim invenietis asinã alligatã et pullũ cũ ea:
soluite et adducite michi. Et si quis vobis
aliquid dixerit· dicite quia dñs hijs opus ha-
bet: et confestim dimittet eos. Hoc autem
factũ est: ut adimpleretur quod dictũ ẽ p
prophetã dicentẽ. Dicite filie syon: ecce rex tu-
us venit tibi mansuetus sedens sup asinam:
et pullũ filiũ subiugalis. Euntes aũt discipli
fecerunt sicut p̃cepit illis ihũs. Et adduxe-
rũt asinam et pullũ: et imposuerũt super eos
vestimẽta sua: et eũ desuper sedere fecerũt.
Plurima aũt turba strauerũt vestimẽta sua
in via. Alij aũt cedebãt ramos de arboribus:
et sternebãt in via. Turbe autẽ que p̃cede-
bãt et q̃ sequebãtur: clamabãt dicẽtes. Osan
na filio dauid: bñdictus qui venit in nomĩe
dñi: osanna in altissimis. Et cũ intrasset ihero-
solimã: commota est vniuersa ciuitas dicens.
Quis est hic? Populi aũt dicebãt. Hic est
ihesus propheta: a nazaret galilee. Et intrauit
ihũs in templũ dei· et eiciebat omĩes vendẽ-
tes et emẽtes in tẽplo: et mensas nũmulari-
orum· et cathedras vendentiũ colũbas euer-
tit: et dicit eis. Scriptũ est: domus mea do-
mus oracõis vocabitur: vos aũt fecistis illã
speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ ceci et
claudi in tẽplo: et sanauit eos. Videntes au
tem principes sacerdotũ et scribe mirabilia
que fecit: et pueros clamãtes in tẽplo et di-
centes· osanna filio dauid: indignati sũt· et
dixerũt ei. Audis quid isti dicunt? Ihesus
autẽ dixit eis. Utiq;. Nunq̃ legistis: quia ex
ore infantiũ et lactantiũ p̃fecisti laudem? Et
relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in be-
thaniã: ibiq; mansit. Mane aũt reuertẽs in
ciuitatẽ· esuriit. Et videns fici arborẽ vnam
secus viam venit ad eã: et nichil invenit in
ea nisi folia tantũ: et ait illi. Nunq̃ ex te fru
ctus nascatur in sempiternũ. Et arefacta ẽ
continuo ficulnea. Et videntes discipuli: mirati
sũt dicẽtes. Quomõ cõtinuo aruit? Rñdẽs
autẽ ihũs: ait eis. Amen dico vobis: si ha-
bueritis fidẽ et nõ hesitaueritis· non solũ de
ficulnea facietis: sed et si mõti huic dixeritis
tolle et iacta te in mare: fiet. Et omĩa quecũ-
q; petieritis in oratione credentes: accipietis.
Et cũ venisset i templũ: accesserũt ad eũ docẽ-
tẽ p̃ncipes sacerdotũ et seniores p̃pli dicẽtes.
In qua potestate hec facis? Et quis tibi de-
dit hãc potestatẽ? Respõdẽs ihũs: dixit eis.
Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ: quẽ
si dixeritis michi: et ego vobis dicã in qua
potestate hec facio. Baptismũ iohis vnde
erat: e celo· an ex hominibus? At illi cogi-
tabãt inter se dicẽtes. Si dixerimus e celo:
dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis il-
li? Si autẽ dixerimus ex hominibus: timemus
turbam. Omĩes enĩ habebãt iohãnem sicut
prophetam. Et rñdentes ihesu: dixerũt. Nesci-
mus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis
in qua potestate hec facio. Quid autẽ vobis
videtur? Homo quidã habebat duos filios:
et accedẽs ad primũ dixit. Fili· vade hodie
operari in vineã meã. Ille autẽ rñdens ait.
Nolo. Postea autẽ penitẽtia motus abijt.
Ascendẽs autẽ ad alterũ dixit similiter. At
ille respondẽs ait. Eo dñe. Et nõ iuit. Quis
ex duobus fecit volũtatem patris? Dicunt.
Primus. Dicit illis ihesus. Amẽ dico vobis:
quia publicani et meretrices p̃cedunt vos
in regno dei. Venit autẽ ad vos iohãnes in
via iusticie: et nõ credidistis ei. Publicani
aũt et meretrices crediderũt ei: vos aũt vi-
dentes nec penitentiã habuistis postea: ut
crederetis ei. Aliã parabolã audite. Homo
erat paterfamilias qui plãtauit vineã: et se
pem circũdedit ei· et fodit in ea torcular: et
edificauit turrim· et locauit eã agricolis: et
peregre profectus est. Cũ autẽ tẽpus fructuũ
appropinquasset: misit seruos suos ad agrico
las ut acciperent fructus eius. Et agricole
apprehensis seruis eius· aliũ ceciderũt· aliũ oc-
ciderũt: aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit
alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis
similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filiũ

suū dicens: verebuntur filiū meū. Agricole
aūt vidētes filiū · dixerūt intra se. Hic ē he=
res: venite occidamus eum: et habebimus
hereditatē eius. Et apphensū eū eiecerunt
extra vineam: et occiderūt. Cū ergo venerit
dn̄s vinee: quid faciet agricolis illis? Aiūt
illi. Malos male pdet: et vineā locabit alijs
agricolis: qui reddant ei fructū tēporibus
suis. Dicit illis ihūs. Nunq̄ legistis in scri
pturis: lapidē quē reprobauert edificātes.
hic est factus in caput āgulis? A dn̄o factū
est illud: et est mirabile in oculis nr̄is? Ideo
dico vobis: quia auferetur a vobis regnū
dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et
qui ceciderit sup lapidē istū confringetur: su=
per quē vero ceciderit: conteret eū. Et cum
audissent pn̄cipes sacerdotū et pharisei pa
rabolas eius: cognouerūt q̄ de ipis dicēt.
Et querētes eū tenere timuerūt turbas: qm̄
sicut pphetā eū habebāt. Et rn̄dens ihesus:
dixit iterū in parabolis eis dicēs. XXII

Simile fcm̄ ē regnū celorum hōi regi: q̄
fecit nuptias filio suo. Et misit seruos
suos vocare inuitatos ad nuptias: et nole=
bāt venire. Iterū misit alios suos dicēs. Di=
cite inuitatis. Ecce prādiū meū paraui: tauri
mei et altilia occisa · et omnia parata: venite
ad nuptias. Illi autē neglexerūt: et abierūt
alius in villā suam: alius vero ad negocia=
tionē suā. Reliqui vero tenuerūt suos eius:
et contumelia affectos occiderūt. Rex autē
cū audisset iratus est: et missis exercitibus suis
pdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum
succēdit. Tūc ait suis suis. Nuptie quidē
parate sunt: sed qui inuitati erāt nō fuerunt
digni. Ite ergo ad exitus viarū: et quoscū=
q̄ inueneritis · vocate ad nuptias. Et egres
si serui eius in vias cōgregauerunt omnes
quos inuenerunt malos et bonos: et imple=
te sunt nuptie discūbentiū. Intrauit aūt rex
ut videret discūbentes: et vidit ibi hominē
nō vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice:
quomō huc intrasti · non habēs vestē nupti=
lem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex mi=
nistris. Ligatis pedibus eius et manibus · mit=
tite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus
et stridor dentiū. Multi enim sūt vocati: pau
ci vero electi. Tūc abeūtes pharisei consilium
inierūt: ut caperēt eū in sermone. Et mittunt
ei discipulos suos · cū herodianis dicentes.
Magister · scimus quia verax es et viam dei
in veritate doces: et non ē tibi cura de aliquo.
Nō enim respicis psonā hominum. Dic ergo
nobis: quid tibi videt̄. Licet censū dare ce=
sari · an nō? Cognita aūt ihūs nequicia eo=
rum · ait. Quid me tēptatis ypocrite? Ostē=
dite michi nūmisma census. At illi obtule=
runt ei denariū. Et ait illis ihūs. Cuius est
ymago hec et suprscripcō? Dicūt ei. Cesaris.
Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesa=
ris cesari: et que sunt dei deo. Et audientes
mirati sunt: et relicto eo abierūt. In illo die
accesserūt ad eū saducei qui dicūt non esse
resurrectōnē: et interrogauerūt eū dicētes.
Magister: moyses dixit · si q̄s mortuus fue=
rit nō habēs filiū: ut ducat frater eius uxo=
rem illius · et suscitet semen fratri suo. Erant
aūt apud nos septē fratres · primus uxore
ducta defunctus ē: et nō habēs semē reliq̄t
uxorē suā fratri suo. Similiter scd̄us et ter=
cius: usq̄ ad septimū. Nouissime aūt omni=
um · et mulier defuncta est. In resurrectione
ergo cuius erit de septē uxor? Om̄es enim
habuerant eā. Rn̄dens aūt ihesus · ait illis.
Erratis nescientes scripturas: neq̄ virtutē dei.
In resurrectōne enī neq̄ nubēt · neq̄ nubē=
tur: sed sūt sicut angeli dei in celo. De resur=
rectione autē mortuorum non legistis qd̄ di=
ctum est a deo dicente vobis · ego sum deus
abraham · et deus ysaac · et deus iacob? Nō
est deus mortuorum: sed viuentium. Et audiē=
tes turbe mirabātur in doctrina eius. Pha=
risei aūt audiētes q̄ silentiū imposuisset sa=
duceis · conuenerūt in vnū: et interrogauit eū
vnus ex eis legisdoctor tēptās eū. Mḡr:
quod est mandatū magnū in lege? Ait illi
ihūs. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo:
et in tota aīa tua: et in tota mente tua. Hoc
est maximū · et primū mandatum. Secundū
aūt simile est huic. Diliges pximū tuū · sicut
teipsum. In hijs duobus mādatis · vniūsa lex
pendet et pphete. Cōgregatis autē pharise=
is · interrogauit eos ihūs dicēs. Quid vo=
bis videtur de xp̄o? Cuius filius est? Dicūt
ei. Dauid. Ait illis. Quomō ergo dauid in
spiritu vocat eū dn̄m dicēs: dixit dn̄s domino

meo. sede a dextris meis. donec ponā inimi-
cos tuos. scabellū pedū tuoꝝ? Si ergo da-
uid vocat eū dn̄m: quō filius eius est? Et ne-
mo poterat respondere ei verbū: neq3 ausus
fuit quisq̄ⱥ ex illa die eū āplius interrogaē.

XXIII

T Unc ihesus locutus est
ad turbas. et ad discipulos suos di-
cens. Super cathedraȝ moysi. sederūt scri-
be ⁊ pharisei. Oīa ergo quecūq3 dixerint
vobis. seruate ⁊ facite: scd̄m opa vero eoꝝ
nolite facere. Dicūt eni. ⁊ nō faciūt. Alligāt
enim onera ḡuia ⁊ importabilia. et imponūt
in humeros hominū: digito aūt suo nolunt
ea mouere. Oīa vero opera sua faciunt. ut
videātur ab hominibus. Dilatant enī phi-
lacteria sua: et magnificāt fimbrias. Amāt
auteȝ primos recubitus in cenis. et primas
cathedras in sinagogis et salutationes in
foro: et vocari ab hominibꝫ rabbi. Vos aūt
nolite vocari rabbi. Unus est enī magister
vester: oēs aūt vos fratres estis. Et pa-
trem nolite vocare vobis sup terram: vnus
est enī pater vester qui in celis est. Nec vo-
cemini magistri: q2 magiste vester. vnus ē
cristus. Qui maior est vr̄m. erit minister ve-
ster. Qui aūt se exaltaueit humiliabitur: et
q̄ se humiliaueit exaltabitur. Ve aūt vobis
scribe et pharisei ypocrite: q2 clauditis re-
gnū celoꝝ ante homines. Vos enim non
intratis: nec introeūtes sinitis intrare. Ve
vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui come-
ditis domus viduaruȝ. orōnes longas orā-
tes: ꝓpter hoc amplius accipietis iudiciuȝ.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite: q2 cir-
cuitis mare et aridam. ut faciatis vnū ꝓse-
litū: et cū fueit factus. facitis eū filiū gehen-
ne duplo q̄ⱥ vos. Ve vobis duces ceci. q̄ di-
citis quicūq3 iurauerit p templū nichil est:
qui aūt iuraueit in auro templi debitor est.
Stulti ⁊ ceci: quid enī maius est. aurum. an
templū quod sanctificat auruȝ? Et quicūq3
iurauerit in altari. nichil est. Quicunq3 au-
tem iurauerit in dono qd̄ est sup illud. debet.
Ceci: quid enī maius est. donū. an altare qd̄
significat donum? Qui ergo iurat in altari:
iurat in eo. et in oībus que sup illud sunt.
Et quicūq3 iurauerit in templo: iurat in illo
et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in
celo: iurat in throno dei: et in eo qui sedet su-
per eū. Ve autē vobis scribe ⁊ pharisei ypo-
crite. q̄ decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ cyminuȝ:
et relinquitis q̄ grauiora sunt legis. iudiciū
et misericordiā ⁊ fidē. Hec oportuit facere:
et illa nō omittere. Duces ceci excolātes cu-
licem: camelū aūt glutiētes. Ve vobis scri-
be ⁊ pharisei ypocrite. q̄ mundatis qd̄ defo-
ris est calicis ⁊ parapsidis: intus autē pleni
estis rapina ⁊ immundicia. Pharisee cece.
munda prius qd̄ intus est calicis ⁊ parapsi-
dis: ut fiat ⁊ id qd̄ deforis est munduȝ. Ve
vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite. q2 similes
estis sepulcris dealbatis. que aforis parēt
hoībꝫ speciosa: intus vero plena sunt ossi-
bus mortuoꝝ et omni spurcitia. Sic et vos
aforis quidē paretis hoībꝫ iusti: intus aūt
pleni estis ypocrisi ⁊ iniq̄tate. Ve vobis scri-
be ⁊ pharisei ypocrite: q̄ edificatis sepulcra
ꝓphetarū. et ornatis monumenta iustorum:
et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum
nostroꝝ: nō essemus socij eoꝝ ī sanguine
ꝓphetarū. Itaq3 testimonio estis vobismet-
ipsis: quia filij estis eoꝝ qui ꝓphetas occi-
derūt. Et vos implete mensurā patrū vr̄oꝝ.
Serpentes ⁊ genimina viperarū: quomō fu-
gietis a iudicō gehenne? Ideo dico vobis.
Ecce ego mitto ad vos ꝓphas ⁊ sapiētes et
scribas: et ex illis occidetis ⁊ crucifigetis. et
ex eis flagellabitis in synagogis vr̄is: et ꝑ-
seq̄mini de ciuitate in ciuitateȝ: ut veniat sup
vos oīs sanguis iustus qui effusus est su-
per terrā. a sanguine abel iusti. usq3 ad san-
guinē zacharie filij barachie: quem occidi-
stis inter templū ⁊ altare. Amē dico vobis:
veniēt hec oīa sup generacōem istā. Ihe-
rusalē ihr̄lm. que occidis ꝓphas ⁊ lapidas
eos qui ad te missi sūt: quotiēs volui ↄgre-
gare filios tuos quēadmodū gallina con-
gregat pullos suos sb̄ alas. et noluisti. Ec-
ce relinquetur vobis domus vr̄a deserta. Di-
co enim vobis: nō me videbitis amodo do-
nec dicatis. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i.

XXIIII

E T egressus ihūs de tem-
plo ibat. Et accesserūt discipuli eius:
ut ostēderēt ei edificacōes templi. Ipe au-
tem rn̄dens. dixit illis. Videtis hec oīa?
Amē dico vobis: nō relinq̄tur hic lapis sup

lapidē: qui nō destruatur. Sedēti aūt eo sup
montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli se=
creto dicētes. Dic nobis quādo hec erūt: et
qd signū aduētus tui: et osūmationis secu=
li? Et rñdens ihūs dixit eis. Uidete ne qs
vos seducat. Multi eni venient in nomine
meo dicētes. ego sum xps: et multos sedu=
cent. Audituri enim estis plia et opiniones
pliorum: videte ne turbemini. Oportet eni hec
fieri: sed nōdū est finis. Cōsurget eni gēs
in gentē. et regnū in regnū: et erūt pestilen
tie et fames. et terre motus p loca. Hec au=
tem omīa initia sunt doloꝝ. Tunc tradent
vos in tribulationē. et occidēt vos: et eritis
odio omnibꝫ gentibꝫ ꝓpter nomē meū. Et
tūc scādalizabuntur multi. et inuicē tradent:
et odio habebūt inuicē. Et multi pseudo ꝓ=
phete surgēt. et seducēt multos: et quoniā
abūdabit iniqtas: refrigescet caritas mul=
torum. Qui aūt pseuerauerit usqꝫ in finē: hic
saluus erit. Et pdicabitur hoc euāgeliū re=
gni in vniūso orbe. in testimoniū omībꝫ gē=
tibus: et tunc veniet osūmatio. Cū ergo vi=
deritis abominatōnē desolatōnis. que di=
cta est a daniele ꝓpheta stantē in loco scō:
qui legit intelligat. Tūc q in iudea sūt fu=
giāt ad mōtes: et qui in tecto nō descendāt
tollere aliquid de domo sua: et qui in agro
nō reūtatur tollere tunicā suā. Ve aūt pre=
gnātibꝫ et nutrientibꝫ in illis diebus. Orate
aūt ut nō fiat fuga vrā in hieme vel sabba=
to. Erit enim tunc tribulacō magna qualis
nō fuit ab inicio mūdi usqꝫ modo: neqꝫ fiet.
Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret
salua omīs caro: sed ꝓpter electos breuia=
būtur dies illi. Tūc si quis vobis dixerit. ec=
ce hic est xps aut ecce illic: nolite credere.
Surgēt enim pseudo xpi et pseudo ꝓphete.
et dabūt signa magna et ꝓdigia: ita ut in
errorē inducātur si fieri potest etiam electi.
Ecce p dixi vobis. Si ergo dixerint vobis
ecce in deserto est. nolite exire: ecce in pene
tralibus: nolite credē. Sicut enim fulgor
exit ab oriēte et paret usqꝫ in occidentē: ita
erit et aduētus filii hominis. Ubicūqꝫ fuerit
corpus: illuc ogregabūtur et aquile. Stati
autē post tribulacōnē dieꝝ illoꝝ sol ob=
scurabitur: et luna nō dabit lumē suū: et stelle
cadent de celo. et virtutes celoꝝ omouebū
tur: et tunc parebit signū filii hominis in celo.
Et tūc plāgent omēs tribus terre: et vide=
būt filiū hominis venientē in nubibꝫ celi cum
virtute multa et maiestate. Et mittet ange
los suos cū tuba et voce magna: et cōgre=
gabūt electos eius a quatuor vētis. a sum=
mis celoꝝ usqꝫ ad termios eoꝝ. Ab arbo
re autē fici discite parabolā: cū iam ramus
eius tener fuerit et folia nata: scitis quia ꝓpe
ē estas. Ita et vos cū videritis hec omīa: sci=
tote quia ꝓpe est in ianuis. Amen dico vo=
bis: qr nō pteribit generacō hec donec omīa
fiant. Celū et terra transibunt: verba vero
mea nō pteribūt. De die aūt illa et hora ne=
mo scit: neqꝫ angeli celoꝝ: nisi pater solus.
Sicut autē in diebꝫ noe: ita erit et aduētus
filii hominis. Sicut eni erāt in diebꝫ ante di=
luuiū comedētes et bibētes. nubentes et nu=
ptui tradētes. usqꝫ ad eū diē quo intrauit
in archā noe: et nō cognouerūt donec ve=
nit diluuiū et tulit omēs: ita erit et aduētus
filii hominis. Tunc duo erūt in agro: vnus
assumetur et vnus relinquetur. Due molentes
in mola: vna assumetur et vna relinquetur.
Duo in lecto: vnus assumetur et vnus relin=
quetur. Vigilate ergo: quia nescitis qua ho=
ra dn̄s vester venturus sit. Illud autē scito=
te: quoniā si sciret pr̄familias qua hora fur
venturus esset: vigilaret utiqꝫ et non sineret
perfodi domū suā. Ideo et vos estote parati:
quia qua nescitis hora filius hominis venturus
est. Quis putas est fidelis seruus et prudens.
quē ostituit dn̄s suus supra familiā suā: ut
det illis cibū in tēpore? Beatus ille seruus:
quē cū venerit dn̄s eius inuenerit sic facien=
tē. Amē dico vobis: qm̄ sup omīa bona sua
ostituit eū. Si aūt dixerit malus seruus ille
in corde suo. moram facit dn̄s meus venire:
et ceperit pcutere oseruos suos: māducet
autē et bibat cū ebriosis: veniet dn̄s serui illi
us in die qua non sperat. et hora q ignorat.
et diuidet eū. partemqꝫ eius ponet cū ypocri=
tis: illic erit fletus et stridor dentiū. XXV

Tunc simile erit regnū celoꝝ decem
virginibꝫ: que accipiētes lampades
suas exierūt obuiā sponso et sponse. Quinqꝫ
aūt ex eis erāt fatue: et quinqꝫ prudentes

Sed quinqȝ fatue acceptis lampadibus:
non sumpserūt oleū secū. Prudētes vero ac
cepert oleū in vas suis cū lāpadibꝫ. Morā
aūt faciente sponso: dormitauerūt omēs et
dormierūt. Media aūt nocte clamor factus
est: ecce sponsus venit exite obuiā ei. Tunc
surrexert omēs virgines ille: et ornauerūt
lāpades suas. Fatue aūt sapiētibꝫ dixerūt.
Date nobis de oleo vestro: quia lampades
nostre extinguūtur. Rñderunt prudentes
dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis ⁊ vobꝭ:
ite potius ad vendentes ⁊ emite vobis. Dū
autē irent emere venit spōsus: et que para-
te erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: et clau
sa ē ianua. Nouissime vero veniūt ⁊ relique
virgines dicētes. Dñe domīe: aperi nobis.
At ille rñdens ait. Amē dico vobis: nescio
vos. Vigilate itaqȝ: qꝛ nescitis diem neqȝ
horā. Sicut enim homo peregre ꝓficiscēs
vocauit seruos suos: et tradidit illis bona
sua. Et vni dedit quinqȝ talēta. alij aūt duo.
alij vero vnū: vnicuiqȝ scdm ꝓpriam virtu-
tem: et ꝓfectus est statī. Abijt aūt qui quī-
qȝ talenta acceperat: et operatus est in eis:
et lucratus ē alia quiqȝ. Similiter qui duo
acceperat: lucratus est alia duo. Qui autē
vnū acceperat: abiens fodit in terrā: et ab-
scōdit pecuniā dñi sui. Post multū vero tē-
poris venit dñs seruoꝝ illoꝝ: et posuit rati
onē cū eis. Et accedens qui quinqȝ talen-
ta acceperat: obtulit alia quinqȝ talenta di
cens. Dñe. quinqȝ talenta tradidisti michi:
ecce alia quīqȝ suplucratus sū. Ait illis dñs
eius. Euge serue bone et fidelis: quia super
pauca fuisti fidelis. super multa te ꝯstituā:
intra in gaudiū dñi tui. Accessit autē ⁊ qui
duo talenta acceperat. et ait. Dñe. duo talē-
ta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus
sū. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fide
lis: qꝛ sup pauca fuisti fidelis. sup multa te
ꝯstituā: intra in gaudiū dñi tui. Accedens
aūt ⁊ qui vnum talentū acceperat ait. Dñe
scio. quia homo durus es: metis vbi non se
minasti. et congregas vbi nō sparsisti: et ti
mens abij et abscondi talentū tuū in terra.
Ecce habes qḋ tuū est. Rñdēs aūt dñs eius.
dixit ei. Serue male ⁊ piger: sciebas quia
meto vbi nō semino. et congrego vbi non
sparsi. Oportuit ergo te cōmittere pecuniā
meā nūmularijs: et veniēs ego recepissem
vtiqȝ qḋ meū ē cū vsura. Tollite itaqȝ ab eo
talentū: et date ei qui habet decem talenta.
Omi enim habēti dabit̄ et abūdabit: ei au
tem qui nō habet. et qḋ videtur habere au-
feret̄ ab eo. Et inutilē suū eicite in tenebras
exteriores: illic erit fletus et stridor dentiū.
Cū autē venerit filius hoīs in maiestate
sua ⁊ omēs angeli cū eo: tunc sedebit super
sedē maiestatis sue. et ꝯgregabūt̄ ante eū
omnes gentes: et separabit eos abinuicē.
sicͤ pastor segregat oues ab hedis. Et sta
tuet oues quidē a dextris suis: hedos autē
a sinistris. Tunc dicet rex hijs qui a dexte
ris eius erunt. Venite benedicti pr̄is mei:
possidete paratū vobis regnū a ꝯstitutio-
ne mūdi. Esuriui enī: et dedistis michi man
ducaē. Sitiui: et dedistis michi bibere. Ho
spes erā: et collegistis me. Nudus: et oper-
uistis me. Infirmus: et visitastis me. In car-
cere eram: et venistis ad me. Tūc rñdebūt
ei iusti dicētes. Dñe. quādo te vidimus esu
rientē ⁊ pauimus: sitientē. et dedimus tibi
potū? Quando aūt te vidimus hospitē ⁊ col
legimus te. ā nudū ⁊ cooperuimus te? Aut
quādo te vidimus infirmū aut ī carcere: et
venimus ad te? Et rñdens rex dicet illis.
Amen dico vobꝭ quā diu fecistis vni de hijs
fratribus meis minimis: michi fecistis. Tūc
dicet et hijs q̄ a sinistris erūt. Discedite a
me maledicti in ignem eternū: qui paratus
est dyabolo ⁊ angelis eius. Esuriui enim: et
nō dedistis michi māducare. Sitiui: et non
dedistis michi potū. Hospes erā: ⁊ nō colle
gistis me. Nudus: et nō operuistis me. In-
firmus ⁊ in carcē: et nō visitastis me. Tunc
rñdebūt ei et ipi dicētes. Dñe: quādo te vi-
dimus esurientē aut sitientē. aut hospitem.
aut nudū. aut infirmū vel in carcere: et non
ministrauimus tibi? Tunc rñdebit illis di
cēs. Amē dico vobꝭ: quā diu nō fecistis vni
de minoribꝫ hijs nec michi fecistis. Et ibūt
hij in suppliciū etnū: iusti aūt in vitā eternā.

XXVI

Et factū est cū ꝯsūmasset ihesus sermones hos omēs: dixit disci
pulis suis. Scitis quia post biduū pasca
fiet: et filius hoīs tradetur ut crucifigat̄.

Tunc ɔgregati sunt principes sacerdotū. et seniores ꝑpli in atriū pn̄cipis sacerdotū. qui dicebatur cayphas: et consiliū fecerunt ut ihesū dolo tenerēt et occiderēt. Dicebant aūt. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in ꝑplo. Cū aūt esset ihesus in bethania in domo simonis leprosi. accessit ad eū mulier habēs alabastrū vngenti ꝑciosi: et effudit sup caput ipsius recūbentis. Videntes autē discipuli: indignati sunt dicētes. Vt quid ꝑdicō hec? Potuit enī istud venūdari multo: et dari pauperibꝫ. Sciens aūt ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonū operata est in me. Nā semper pauperes habetis vobiscū: me autē nō semp habebitis. Mittens enī hec vngentū hoc in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis: vbicunqꝫ ꝑdicatū fuerit hoc euangeliū in toto mūdo. dicet̄ ꝛ qđ hec fecit in memoriā eius. Tunc abijt vnus de duodecī qui dicitur iudas scarioth. ad pn̄cipes sacerdotū: et ait illis. Quid vultis michi dare: et ego vobis eū tradā? At illi cōstituerūt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatē ut eū traderet. Prima aūt die azimoꝝ accesserūt discipuli ad ihm dicētes. Vbi vis paremus tibi comedere pascā? At ihesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam: et dicite ei. Magister dicit: tempus meū ꝓpe est: apud te facio pasca cū discipulis meis. Et fecerūt discipuli sicut ɔstituit illis ihus: et parauerūt pasca. Vespere aūt facto: discūbebat cū duodecī discipulis suis. Et edētibꝫ illis dixit. Amē dico vobis: quia vnus vestrū me traditurus est. Et cōtristati valde: ceperūt singuli dicere. Nunqd ego sum dn̄e? At ipse rn̄dens ait. Qui intingit mecū manū in parabside: hic me tradet. Filius quidē hoīs vadit: sicut scriptū est de illo: ve aūt homini illi per quē filius hoīs tradet̄. Bonū erat ei: si natus non fuisset homo ille. Rn̄dens autē iudas q̄ tradidit eū dixit. Nūquid ego sū rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenantibꝫ aūt eis. accepit ihesus panem ꝛ benedixit. ac fregit: deditqꝫ discipulis suis ꝛ ait. Accipite ꝛ comedite: hoc est corpus meū. Et accipiens calicem grās egit: et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omēs. Hic ē enī sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundet̄ in remissionem peccatoꝝ. Dico aūt vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usqꝫ in diē illū: cū illud bibam vobiscū nouū in regno patris mei. Et ymno dicto: exierūt in montē oliueti. Tunc dicit illis ihs. Omēs vos scādalū patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enī. Percutiā pastorē: et dispergentur oues gregis. Postq̄ aūt resurrexero: ꝓcedā vos in galileā. Respōdens autē petrus ait illi. Et si omēs scādalizati fuerint in te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi ihus. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet. ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecū: nō te negabo. Similiter ꝛ omnes discipuli dixerūt. Tunc venit ihesus cū illis in villam quē dicitur gethsimani. Et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadā illuc ꝛ orem. Et assumpto petro ꝛ duobꝫ filijs zebedei: cepit cōtristari et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea usqꝫ ad mortē. Sustinete hic: et vigilate mecū. Et ꝓgressus pusillū: procidit in faciē suā orans ꝛ dicēs. Mi pater: si possibile est trāseat a me calix iste. Verūtamē nō sicē ego volo ꝫ sicut tu. Et venit ad discipulos et inuenit eos dormiētes: ꝛ dicit petro. Sic? Non potuistis vna hora vigilare mecū? Vigilate ꝛ orate: ut non intretis in temptacōnem. Spiritus quidē ꝓmptus ē: caro aūt infirma. Iterum secundo abijt: et orauit dicens. Pater mi: si nō potest hic calix transire nisi bibam illū: fiat voluntas tua. Et venit iterū: et inuenit eos dormiētes. Erāt enī oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis iterum abijt ꝛ orauit tercio: eūdē ſmonē dicēs. Tunc venit ad discipulos suos: et dicit illis. Dormite iam ꝛ requiescite. Ecce appropinq̄bit hora: et filius hoīs tradet̄ in manus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce appropinquabit q̄ me tradet. Adhuc ipo loquente. ecce iudas vnus de duodecī venit: et cū eo turba multa cū gladijs ꝛ fustibꝫ. missi a principibꝫ sacerdotū et senioribꝫ ꝑpli. Qui aūt tradidit eū: dedit illis signū dicēs. Quēcūqꝫ osculatus fuero ipe ē: tenete eū. Et ɔfestim accedēs ad ihm

dixit. Aue rabbi. Et osculatus ē eū. Dixitq̃
illi ih̄us. Amice ad q̄d venisti? Tūc acces-
serūt ⁊ manus iniecerūt in ihesū: et tenuerūt
eū. Et ecce vnus ex hijs q̄ erāt cū ihesu· ex-
tendēs manū exemit gladiū suū: et pcuti-
ens suū p̄ncipis sacerdotū amputauit au-
riculā eius. Tūc ait illi ihesus. Conuerte gla-
diū tuū in locum suū. Om̄es eni q̄ acceperint
gladiū: gladio pibunt. An putas q̄ non
possum rogare p̄rem meū: et exhibebit mi-
chi modo plusq̄ duodecī legiōes angelo-
rū? Quō ergo implebunt̄ scripture? Quia
sic oportet fieri. In illa hora dixit ihesus tur-
bis. Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs
et fustibꝰ cōphendere me. Quotidie apud
vos sedebā docēs in tēplo: et nō me tenui-
stis. Hoc aūt totū factū ē: ut adimplerent̄
scripture p̄phetarū. Tūc discipuli om̄es re-
licto eo fugerūt. At illi tenētes ih̄m· duxe-
rūt ad caiphan principē sacerdotū: vbi scri-
be ⁊ seniores cōuenerāt. Petrus aūt seq̄bat̄
eū a lōge: usq; in atriū p̄ncipis sacerdotū.
Et ingressus intro sedebat cū ministris: ut
videret finē. Princeps aūt sacerdotū ⁊ om̄e
cōciliū q̄rebant falsū testimoniū cōtra ihesū:
ut eū morti traderēt et nō inuenerūt: cū mul-
ti falsi testes accessissent. Nouissime autem
venerūt duo falsi testes: ⁊ dixerūt. Hic dixit.
Possum destruē templū dei: et post triduū
reedificaē illud. Et surgēs p̄nceps sacerdo-
tū ait illi. Nichil r̄ndes ad ea q̄ isti aduersum
te testificant̄? Ih̄us aūt tacebat. Et p̄nceps
sacerdotū ait illi. Adiuro te p deū viuū: ut
dicas nobis si tu es xp̄us filius dei. Dicit il-
li ih̄us. Tu dixisti. Verūtamē dico vobis:
amodo videbitis filiū hominis sedentem a
dextris v̄tutis dei: et venientē in nubibꝰ celi.
Tunc p̄nceps sacerdotū scidit vestimēta sua
dicēs. Blasphemauit. Quid adhuc egemꝰ
testibus? Ecce nūc audistis blasphemiā.
Quid vobis videtur? At illi r̄ndētes dixe-
rūt. Reus est mortis. Tūc expuerūt in faciē
eius: et colaphis eum ceciderūt. Alij autē
palmas in faciem ei dederūt dicētes: p̄pheti-
sa nob̄ criste. Quis est q̄ te pcussit? Petrus
v̄o sedebat foris in atrio: et accessit ad eū
vna ancilla dicēs. Et tu cū ih̄u galileo erās.
At ille negauit coram om̄ibꝰ dicens: nescio
q̄d dicis. Exeunte aūt illo ianuā· vidit eū
alia ancilla: et ait hijs q̄ erāt ibi. Et hic erāt
cū ihesu nazareno. Et iterū negauit cū iura-
mēto: q̄ nō noui hominē. Et post pusillum
accesserūt qui stabant: et dixerūt petro. Ve-
re· et tu ex illis es. Nā ⁊ loquela tua manife-
stū te facit. Tūc cepit detestari ⁊ iurare: q̄
nō nouisset hominē. Et cōtinuo gallus can-
tauit. Et recordatus est petrus v̄bi ih̄u q̄d
dixerat: priusq̄ gallus cātet· ter me nega-
bis. Et egressus foras· fleuit amare. XXVII

Mane aūt facto· cōsiliū inierūt om̄es p̄n-
cipes sacerdotū ⁊ seniores populi ad-
uersus ih̄m: ut eū morti traderēt. Et vinctū
adduxerūt eū: et tradiderūt pontio pilato
p̄sidi. Tunc vidēs iudas q̄ eum tradidit q̄
damnatus esset: pn̄ia ductus retulit trigin-
ta argēteos p̄ncipibꝰ sacerdotū ⁊ seniori-
bus dicēs. Peccaui: tradēs sanguinē iustū.
At illi dixerūt. Quid ad nos? Tu videris. Et
piectis argēteis in templo recessit: et abi-
ens laqueo se suspēdit. P̄ncipes aūt sacer-
dotū acceptis argēteis dixerūt. Nō licet
eos mittē in corbanan: q̄ p̄ciū sanguinis
est. Cōsilio autē inito· emerūt ex illis agrū
figuli ī sepulturā pegrinorū: p̄pter hoc vo-
catus ē ager ille acheldemach· hoc ē ager
sanguinis: usq; ī hodiernū diē. Tunc imple-
tū ē q̄d dictū est p iheremiā p̄phetā dicētē.
Et acceperūt triginta argēteos· p̄ciū ap̄p̄-
ciati quē ap̄p̄ciauerūt a filijs israhel: et dede-
rūt eos ī agrū figuli· sic cōstituit michi dn̄s.
Ihesus autem stetit ante p̄sidem: et interro-
gauit eum p̄ses dicēs. Tu es rex iudeorū?
Dicit illi ihesus. Tu dicis. Et cū accusaretur
a principibꝰ sacerdotū ⁊ senioribꝰ: nichil re-
spōdit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis
quāta aduersū te dicūt testimonia? Et nō re-
spōdit ei ad vllū v̄bū: ita ut miraretur p̄ses
vehemēter. Per diē autē solemnē cōsueue-
rat p̄ses p̄p̄lo dimittere vnū vinctū quē vo-
luissent. Habebat aūt tunc vinctum insignē
q̄ dicebatur barabbas. Congregatis ergo
illis dixit pilatus. Quem vultis dimittam
vobis: barabban· an ihesum q̄ dicit̄ xp̄s?
Sciebat enim q̄ p inuidiam tradidissent
eū. Sedēte autē illo p̄ tribunali: misit ad
eū vxor eius dicens. Nichil tibi ⁊ iusto illi.

Multa eni͂ passa su͂ hodie p visu͂ ꝓpter eu͂.
Principes autē sacerdotum ⁊ seniores per-
suaserūt ꝑplis ut peterent barabban: ihesu͂
vero pderēt. Respondēs autē p̄ses. ait illis.
Quem vultis vobis de duobꝫ dimitti? At
illi dixerūt. Barabban. Dicit illis pilatus.
Quid igitur faciā de ihesu q̄ dicit̄ cristus?
Dicunt om̄es. Crucifigatur. Ait illis p̄ses.
Quid enim mali fecit? At illi magis clama
bant dicētes. Crucifigat̄. Videns autē pi
latus q̄ nichil ꝓficeret ſꝫ magis tumultus
fieret: accepta aqua lauit manus corā ꝑplō
dicens. Innocēs ego sum a sanguine iusti
huius: vos videritis. Et r̄ndēs vniusus ꝑplis
dixit. Sanguis eius sup nos: et sup filios
nostros. Tūc dimisit illis barabban: ihm
autē flagellatū tradidit eis ut crucifigere
tur. Tunc milites p̄sidis suscipientes ihm
in pretoriū. ꝯgregauerūt ad eum vniuersā
cohortē: et exuentes eū. clamidē coccineā
circūdederūt ei: et plectētes coronā de spinis
posuerūt sup caput eius: et arundinē in dex̄
eius: et genuflexo ante eū illudebāt ei dicē
tes. Aue rex iudeoꝝ. Et expuētes in eum:
acceperūt arundinē ⁊ pcutiebant caput eius.
Et postq̄ illuserūt ei exuerūt eum clamidem.
et induerūt eum vestimentis eius: et duxerūt
eū ut crucifigerēt. Exeuntes autē inuenerūt
hominē cyreneū nomie symonē: hūc āga-
riauerūt ut tolleret crucē eius. Et venerūt in
locū qui dicitur golgatha: qd̄ est caluarie
locus. Et dederūt ei vinū bibere. cū felle mi-
xtum. Et cū gustasset: noluit bibere. Postq̄
autē crucifixerūt eū. diuiserūt vestimēta eius
sortem mittētes: et sedentes suabant eum.
Et imposuerunt sup caput eius causā ipius
scriptam: hic est rex iudeoꝝ. Tunc cruci-
fixi sūt cū eo duo latrones: vnus a dextris.
et vnus a sinistris. Pretereūtes autē blas-
phemabāt eum: mouētes capita sua ⁊ dicē
tes. Vah qui destruis templum dei: et in tri
duo illud reedificas. Salua temetipsum: si
filius dei es descende de cruce. Similiter et
principes sacerdotū illudentes cū scribis
et senioribꝫ dicebāt. Alios saluos fecit: se-
ipsū nō potest saluū facere? Si rex israhel
est descendat nūc de cruce: et credimus ei.
Confidit in deo: liberet nūc eū si vult. Dixit
enim: q̄ dei filius sū. Jdipm autē ⁊ latrones
qui crucifixi erāt cū eo. improperabāt ei. A
sexta aūt hora tenebre facte sunt sup vniu͂
sam terrā: vsq; ad horam nonā. Et circa ho
ram nonam clamauit voce magna dicens.
Heli. heli. lamazapthani. Hoc ē. Deus me-
us deus meus: ut q̄d dereliq̄sti me? Quidā
aūt illic stantes ⁊ audiētes. dicebāt. Heliā
vocat iste. Et ꝯtinuo currēs vnus ex eis ac
ceptam spongeā impleuit aceto: et impo-
suit arundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero
dicebant. Sine: videamus an veniat heli-
as liberās eū. Jhesus autem iterū clamans
voce magna: emisit spiritū. Et ecce velum
templi scissum est ī duas ptes: a sūmo usq;
deorsū. Et terra mota est. et petre scisse sūt.
et monumēta aperta sūt: et multa corpa scōꝝ
rū qui dormierāt surrexerūt. Et exeūtes de
monumētis post resurrectōem eius venerūt
in sanctā ciuitatē: et apparuerūt multis. Cen
turio autem ⁊ qui cū eo erant custodientes
ihm: viso terre motu et hijs q̄ fiebāt. timue
rūt valde dicētes. Vere filius dei erat iste.
Erant autem ibi mulieres multe a longe. q̄
secute erāt ihm a galilea ministrātes ei: in
ter quas erat maria magdalene et maria
iacobi. ⁊ ioseph mater: et mater filioꝝ zebe
dei. Cū autē sero factū esset. venit quidam
homo diues ab arimathia. noīe ioseph: qui
et ipse discipulus erat ihu. Hic accessit ad
pilatū: et petijt corpus ihesu. Tunc pilatus
iussit reddi corpus. Et accepto corpore io
seph inuoluit illud in syndone mūda: et po
suit illud ī monumēto suo nouo. qd̄ excide-
rat in petra. Et aduoluit saxum magnū ad
ostiū monumēti. ⁊ abijt. Erat aūt ibi maria
magdalene. et altera maria: sedētes cōtra
sepulcrū. Altera aūt die q̄ est post parasce-
uen: ꝯuenerūt principes sacdotū ⁊ pharisei
ad pilatū dicētes. Domine recordati sumus.
quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post
tres dies resurgam. Jube ergo custodiri se
pulcrū vsq; in diem terciū: ne forte veniant
discipuli eius ⁊ furent̄ eū. et dicāt plebi sur
rexit a mortuis: et erit nouissimus error peior
priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiā: ite
custodite sic̄ scitis. Jlli aūt abeūtes. munie
rūt sepulcrū: signātes lapidē cū custodibꝫ.

XXVIII

Vespere aūt sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulcrū. Et ecce terre motus factus ē magnus. Angelus enī domini descendit de celo: et accedens revolvit lapidē: et sedebat sup eū. Erat aūt aspectus eius sicut fulgur: et vestimentū eius sicut nix. Pre timore aūt eius exterriti sūt custodes: et facti sūt velut mortui. Respondens aūt angelus dixit mulierib9. Nolite timere vos. Scio enī qȝ ihm q̄ crucifixus est queritis. Non ē hic: surrexit enim: sicut dixit. Venite et videte locum: ubi positus erat dn̄s. Et cito eūtes dicite discipulis eius qȝ surrexit: et ecce p̄cedet vos in galileam. Ibi eū videbitis: ecce p̄dixi vobis. Et exierūt cito de monumēto cū timore et gaudio magno: currentes nūciare discipulis eius. Et ecce ihus occurrit illis dicēs. Avete. Ille aūt accesserūt et tenuerūt pedes eius: et adoraverunt eū. Tunc ait illis ihesus. Nolite timere: ite nunciate fratrib9 meis ut eant in galileam: ibi me videbūt. Que cū abissent: ecce quidam de custodib9 venerūt ī civitatē et nūciaverūt p̄ncipib9 sacerdotū omnia q̄ fcā fuerāt. Et cōgregati cū seniorib9 cōsilio accepto: pecuniā copiosam dederūt militib9 dicētes. Dicite qȝ discipuli eius nocte venerūt: et furati sūt eū nob dormiētib9. Et si hoc auditū fuerit a p̄side: nos suadebimus ei et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerūt sicut erāt edocti. Et divulgatū est verbū istud apud iudeos: usqȝ in hodiernū diem. Undecim autē discipuli abierūt in galileam: in montē ubi cōstituerat illis ihesus. Et vidētes eū adoraverūt: quidam autē dubitaverūt. Et accedēs ihesus locutus est eis dicens. Data ē michi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti: docentes eos servare omnia quecunqȝ mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sū omnibus dieb9: usqȝ ad cōsummationem seculi.

Explicit euangelium secundum Matheum

Incip̄ p̄log. in euangeliū scd̄m Marcum

Marcus euāgelista dei electus et petri in baptismate filius: atqȝ in divino sermone discipulus. sacerdotiū in isrl̄ agens. scd̄m carnē levita. ad fidem cristi cōversus. euangeliū ī ytalia scripsit: ostendēs in eo quid et generi suo deberet et cristo. Nam iniciū p̄ncipij in voce p̄phetice exclamacōnis instituēs ordinē levitice electionis ostendit: ut p̄dicās p̄destinatū iohannē filiū zacharie in voce angeli annūciantis emissum: non solū verbū carnē factū sed et corpus dn̄i in om̄ia p verbū divine vocis animatū in iniciō euangelice p̄dicationis ostenderet: ut quis hec legens sciēt cui iniciū carnis in domino: et ihesu adveniētis habitaculū caro deberet agnoscere: atqȝ in se verbum vocis qd̄ in cōsonantib9 p̄diderat inveniret. Deniqȝ et p̄fecti euangelij opus intrans. et baptismo domini p̄dicaē deū inchoans. nō laboravit nativitatē carnis quā in p̄orib9 viderat dicere: sȝ totius exprimēs posicōnem deserti numerū ieiunij. temptationē dyaboli. cōgregacōz bestiarū. et ministeriū p̄tulit angelorū: ut instituēs nos ad intelligēdū singula in brevi cōpingēs. nec auctoritatē fcē rei demēt. et p̄ficiēdi opis plenitudinē non negaret. Deniqȝ āputasse sibi post fidem pollicē dicit̄ ut sacerdocō reprob9 habēt̄: sȝ tm̄ cōsentiēs fidei p̄destinata potuit electō: ut nec sic ī ope verbi p̄deret. qd̄ p̄us meruerat in genē. Nam allexādrie ep̄s fuit. Cuius per singula opus fuit scire et euāgelij in se dicta disponē: et disciplinā legis in se agnoscē: et dīnā in carne dn̄i intelligere naturā. Que et nos primū requiri. dehinc inquisita volumus agnosci habētes mercedē exhortacōis: qm̄ qui plantat et q̄ rigat unū sūt: q̄ aūt incremētū p̄stat deus ē.

Expl̄ p̄logus. Incip̄ euāgeliū s̄m marcū.

Iniciū euangelij ihesu cristi filij dei: sicut scriptum ē in ysaia p̄pheta. Ecce mitto angelum meū ante faciē tuā: qui p̄parabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. Parate viam dn̄i: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto iohānes baptizans et p̄dicans baptismū penitētie: in remissiōem peccatorū. Et

egrediebatur ad eum omnis iudee regio et
ierosolomite vniūsi: et baptizabant ab illo
in iordanis flumine: confitentes peccata sua. Et
erat iohānes vestitus pilis camelorum et zo-
na pellicea circa lūbos eius: et locustas et
mel silvestre edebat: et pdicabat dicēs. Ve-
niet fortior me post me: cuius nō sū dignus
procumbens solvere corrigiam calciamen-
torum eius. Ego baptizavi vos aqua: ille ve-
ro baptizabit vos spū sancto. Et factū est
in diebus illis: venit ihesus a nazareth gali-
lee et baptizatus ē a iohāne in iordane. Et
statim ascendēs de aq̄. vidit celos aptos:
et spm̄ sanctū tanq̄ columbā descendentē
et manentē in ipo. Et vox facta est de celis.
Tu es filius meus dilectus: in te cōplacui.
Et statī spūs expulit eū in desertum. Et erat
in deserto quadraginta diebus et q̄draginta
noctibus: et tēptabatur a sathana. Eratq; cū
bestiis: et angeli ministrabāt ei. Postq̄ aūt
traditus ē iohānes: venit ihesus in galile-
am pdicans euangeliū regni dei et dicens.
Quoniā impletū ē tempus: et appropinq̄-
uit regnū dei. Penitemini: et credite euāge-
lio. Et preteriēs secus mare galilee: vidit si-
monem et andreā fratrē eius mittētes retia
in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis
ihesus. Venite post me: et faciam vos fieri
piscatores hominū. Et ptinus relictis reti-
bus secuti sunt eū. Et pgressus inde pusillū
vidit iacobū zebedei et iohannē frēm eius
et ipos cōponētes retia in navi: et statī voca-
vit illos. Et relicto prē suo zebedeo i navi cū
mercenariis: secuti sunt eū. Et ingrediūtur
capharnaū: et statim sabbatis ingressus in
sinagogam docebat eos. Et stupebāt sup
doctrina eius. Erat enim docēs eos quasi
ptātem habens: et nō sicut scribe. Et erat in
sinagoga eorum homo in spū immūdo: et ex
clamavit dicēs. Quid nobis et tibi ihesu na
zarene? Venisti pdere nos. Scio qui sis:
sanctus dei. Et comminatus ē ei ihesus dicens.
Obmutesce: et exi de homine. Et discerpēs
eum spūs immūdus. et exclamās voce ma
gna: exiit ab eo. Et mirati sūt omes: ita ut
cōquirerēt inter se dicētes. Quid nā est hoc?
Que nam doctrina hec noua? Quia in ptā-
te spiritibus immūdis imperat: et obediūt ei.
Et pcessit rumor eius statī i omē regionē
galilee. Et ptinus egredientes de sinago-
ga: venerūt in domū simonis et andree cū ia-
cobo et iohāne. Decumbebat aūt socrus si-
monis febricitās: et statī dicūt ei de illa. Et
accedens elevavit eā apprehensa manū eius:
et cōtinuo dimisit eā febris: et ministrabat
eis. Vespe aūt facto cū occidisset sol afferē
bāt ad eū omes male hñtes. et demonia hñ
tes: et erat omnis civitas cōgregata ad ia-
nuā. Et curavit multos q̄ vexabant variis
languoribus: et demonia multa eiciebat: et
non sinebat ea loqui qm̄ sciebāt eū. Et dilu
culo valde surgēs egressus abiit in desertū
locū: ibiq; orabat. Et psecutus est eū simō:
et qui cū illo erant. Et cum invenissent eum
dixerūt ei: q̄ omes querunt te. Et ait illis.
Eamus in pximos vicos et civitates: ut et
ibi pdicem. Ad hoc enim veni. Et erat pdi
cans in sinagogis eorum et in omī galilea: et
demonia eiciēs. Et venit ad eū leprosus de
pcans eū: et genuflexo dixit. Si vis potes
me mundare. Ihesus aūt misertus eius ex-
tēdit manū suā: et tangens eū ait illi. Vo-
lo. Mundare. Et cū dixisset statī discessit ab
eo lepra: et mūdatus est. Et comminatus ē ei
statimq; eiecit illū: et dicit ei. Vide nemī di-
xeris: sz vade ostende te principi sacerdo-
tū: et offer p emūdacōe tua. que precepit
moyses i testimoniū illis. Et egressus cepit
pdicare et diffamare smonē: ita ut iam non
posset manifeste introire in civitatē sz foris
in desertis locis esse: et conveniebāt ad eū vn-
diq;

II

Et iterū intravit capharnaū post dies: et auditū ē q̄ in domo
esset: et cōvenerūt multi ita ut nō caperet neq;
ad ianuā: et loquebatur eis verbū. Et vene-
runt ad eum ferētes paraliticū: qui a quatu-
or portabatur. Et cum non possent offerre
eum illi p turba nudaverūt tectū vbi erat:
et patefaciētes submiserūt grabatū in quo
paraliticus iacebat. Cum autē vidisset ihūs
fidē illorum: ait paralitico. Fili dimittūt tibi
peccata tua. Erant aūt illic quidā de scribis
sedētes: et cogitantes i cordibus suis. Quid
hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest di
mittere peccata: nisi solus deus? Quo statī
cognito ihesus spiritu suo q̄ sic cogitarent

intra se: dicit illis. Quid ista cogitatis in
cordibus vestris? Quid est facilius dicere
paralitico dimittunť tibi peccata: an dicere
surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Ut aūt
sciatis q filius hoīs habet ptātem ī ter=
ra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi di
co surge: tolle grabatū tuū: et vade ī domū
tuā. Et statim surrexit ille: et sblato graba
to abijt inde coram omnib ita ut miraren
tur oēs ⁊ honorificarent deū dicētes: quia
nūq̄ sic vidimus. Et egressus est rursus ad
mare: omīsq; turba veniebat ad eum: et do=
cebat eos. Et cū p̄teriret vidit leuin alphei
sedentem ad theloneū: et ait illi. Sequere
me. Et surgēs secutus est eū. Et factū est cū
accumberet in domo illius: multi publicani
et peccatores simul discumbebant cū ihesu et
discipulis eius. Erant enim multi q̄ ⁊ seque
bantur eum. Et scribe et pharisei videntes
q manducaret cū publicanis ⁊ pccōribus:
dixerūt discipulis eius. Quare cū publica=
nis et peccatorib manducat ⁊ bibit magi=
ster vester? Hoc audito ih̄us ait illis. Nō
necesse habent sani medico: ſ; qui male ha
bent. Non enim veni vocare iustos: ſ; pecca
tores. Et erant discipuli iohānis ⁊ pharisei
ieiunātes: et veniūt et dicūt illi. Quare di=
scipuli iohānis ⁊ phariseoꝝ ieiunāt: tui au
tem discipuli nō ieiunāt? Et ait illis ihesus.
Nūquid possunt filij nupciaꝝ quādiu spō=
sus ē cū illis ieiunare? Quāto tpe habēt se=
cū spōsū nō possunt ieiunaē. Venient aūt di=
es cū auferet ab eis spōsus: et tūc ieiunabūt
in illis dieb. Nemo assumentu; panni ru=
dis assuit vestimēto veteri. Alioquin aufert
supplementu; nouū a veteri: et maior scissu=
ra fit. Et nemo mittit vinum nouū in vtres
veteres: alioq̄n dirūpet vinū vtres: et vinū
effundetur: et vtres peribūt. S; vinū nouū
in vtres nouos mitti debet. Et factū est ite=
rū cū sabbatis ambularet p sata: ⁊ discipu
li eius ceperūt p̄gredi ⁊ vellere spicas. Pha=
risei aūt dicebāt ei. Ecce quid faciūt disci=
puli tui sabbatis: qđ nō licet. Et ait illis. Nū
q̄ legistis q̄d fecerit dauid quādo necessi=
tatem habuit ⁊ esuriit ipe ⁊ qui cū eo erāt:
quō introiuit in domū dei sub abiathar pri
cipe sacdotū ⁊ panes ꝑposicōis mādicauit
quos nō licebat manducaē nisi solis sacer
dotib et dedit eis et qui cū eo erant? Et di=
cebat eis. Sabbatū ꝑpter hominē factum
est: et non homo ꝑpter sabbatū. Itaq; dn̄s
est filius hoīs etiam sabbati.

III

Et introiuit iterum in sinagogam: et
erat ibi homo habens manū aridam.
Et obseruabāt eum si sabbatis curaret: ut
accusarent illū. Et ait homini habēti manū
aridā. Surge in mediū. Et dicit eis. Licet
sabbatis benefacere an male: animā saluā
facere an pdere? At illi tacebāt. Et circū=
spiciēs illos cū ira: contristatus super cecitate
cordis eoꝝ dicit homini. Extēde manū tuā.
Et extēdit: et restituta est manus illi. Exeū
tes aūt pharisei statī cū herodianis cōsiliū
faciebant aduersus eū: quō eum perderēt.
Ihesus aūt cū discipulis suis secessit ad ma
re: ⁊ multa turba a galilea ⁊ iudea secuta ē
eū: et ab iherosolomis ⁊ ab ydumea ⁊ trās
iordanen ⁊ qui circa tyrum ⁊ sydonē. multi
tudo magna audiētes que faciebat venerūt
ad eū. Et dixit ihesus discipulis suis: ut na=
uicula sibi deseruiret propter turbā ne op=
merent eū. Multos enim sanabat: ita ut ir
ruerēt in eum ut illū tangerent quotq̄t ha
bebāt plagas. Et spūs inmūdi cum illum
videbāt pcidebant ei: et clamabāt dicētes.
Tu es filius dei. Et vehemēter cominabatur
eis: ne manifestarēt illū. Et ascendēs in mon
tem vocauit ad se quos voluit ipe: et vene=
runt ad eū. Et fecit ut essent duodecī cū illo:
et ut mitteret eos p̄dicare. Et dedit illis po=
testatē curādi infirmitates: et eiciēdi demo
nia. Et imposuit simoni nomē petrus. Et ia=
cobū zebedei ⁊ iohannē fratrē iacobi: et im=
posuit eis noīa boanerges quod ē filij to=
nitrui. Et andreā ⁊ philippū ⁊ bartholome=
um ⁊ matheū: et thomā ⁊ iacobū alphei ⁊ tha
deū et simonē chananeū: et iudam scarioth
qui tradidit illum. Et veniunt ad domū. Et
conuenit iterum turba: ita ut nō possent neq;
panē manducare. Et cū audissent sui: exie=
runt tenere eū. Dicebant enim: qm̄ in furorē
versus ē. Et scribe qui ab iherosolimis descē
derāt dicebāt quoniā beelzebub habet: ⁊ q
in principe demonioꝝ eicit demonia. Et co
uocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quō

potest sathanas sathanā eicē? Et si regnū
in se diuidat᷑: non potest regnū illud stare.
Et si domus sup semetipaȝ dispciat᷑: nō po=
test domus illa stare. Et si sathanas ɔsurre
xerit in semetipm dispertitus est. et nō poterit
stare ſ; finē habet. Nemo potest vasa fortis
ingressus in domū diripere nisi prius fortē
alliget: et tūc domū eius diripiet. Amen di=
co vobis: qm̄ omnia dimittent᷑ filijs hominuȝ
peccata et blasphemie quibus blasphema=
uerint. Qui autē blasphemauerit in spiritū
sanctū nō habebit remissionē in eternū: sed
reus erit eterni delicti: quoniā dicebāt spi=
ritū immundū habet. Et veniūt mater eius
et fratres: et foris stantes miserūt ad eum
vocantes eum. Et sedebat circa eū turba: et
dicūt ei. Ecce mater tua et frēs tui foris que=
rūt te. Et respondēs eis ait. Que est mater
mea et frēs mei? Et circūspiciēs eos qui in
circuitu eius sedebāt ait. Ecce mater mea
et frēs mei. Qui eni fecerit volūtatē dei: hic
frater meus et soror mea et mater est.

IIII

Et iterū cepit docere ad
mare: et ɔgregata est ad eum turba
multa ita ut in nauim ascendēs sederet in
mari: et omīs turba circa mare sup terram
erat: et docebat eos in parabolis multa: et
dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce
exijt seminās ad seminādū. Et dū semiat:
aliud cecidit circa viam et venerūt volucres
celi et comederūt illud. Aliud vero cecidit
sup petrosa vbi nō habuit terrā multam: et
statī exortū est quoniā non habebat altitu=
dinē terre: et quādo exortus est sol exestua
uit et eo q non habebat radicē exaruit. Et
aliud cecidit in spinas: et ascenderūt spine
et suffocauerūt illud: et fructum non dedit.
Et aliud cecidit in terrā bonā et dabat fru=
ctum ascendentē et crescentē: et afferebat
vnū triginta et vnū sexaginta: et vnū cen=
tum. Et dicebat. Qui habet aures audien=
di audiat. Et cū esset singularis: interroga
uerūt eum hij qui cū eo erant duodecī pa=
rabolā. Et dicebat eis. Vobis datū est nos=
se misteriū regni dei: illis autem qui foris
sūt in parabolis omnia fiūt. ut videntes vi
deāt et nō videant. et audiētes audiāt et nō
intelligāt: ne quādo ɔuertant᷑ et dimittāt᷑
eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam
hāc? Et quomodo omēs parabolas ɔgno
scetis? Qui seminat: vbū seminat. Hij aūt
sunt qui circa viā vbi seminatur vbuȝ: et cū
audierint ɔfestim venit sathanas et aufert
quod seminatū est in corde eoꝝ. Et hij sūt
similiter q supra petrā seminant᷑: qui cum au=
dierint vbuȝ statim cū gaudio accipiūt il=
lud et nō habent radicē in se sed tpales sūt:
deinde orta tribulacōne et psecucōne ꝓpter
verbum ɔfestim scādalizant᷑. Et alij sūt qui
in spinis seminant᷑. Hij sūt qui vbū audiūt
et erumne seculi et deceptō diuiciaꝝ et circa
reliq̄ ɔcupiscentie introeuntes suffocāt ver
bum: et sine fructu efficitur. Et hij sūt q sup
terrā bonā seminati sūt: qui audiūt verbuȝ
et suscipiūt: et fructificāt vnū triginta vnū
sexaginta et vnū centū. Et dicebat illis. Nū
quid venit lucerna ut sub modio ponatur
aut sub lecto? Nōne ut sup candelabrū po
nat᷑? Nō est enim aliq̄d absconditū quod
nō manifestet᷑: nec factū est occultū quod
non veniat in palam. Si quis habet aures
audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte
quid audiatis. In qua mensura mensi fueri
tis remetietur vobis. Qui enim habet dabi
tur illi: et qui nō habet: etiā quod habet au
feret᷑ ab eo. Et dicebat. Sic est regnū dei:
quēadmodū si homo iaceat sementē in ter
rā et dormiat: et exsurgat nocte et die et se=
men germinet et increscat dū nescit ille. Vl=
tro enim terra fructificat: primuȝ herbam.
deinde spicā: deinde plenū frumentū in spi=
ca. Et cum se ꝓduxerit fructus statim mittit
falcē: qm̄ adest messis. Et dicebat. Cui as=
similabimus regnum dei: aut cui parabole
ɔparabimus illud? Sicut granū synapis
qd cum seminatuȝ fuerit in terra minus est
omnib; seminib;. que sūt i terra: et cum natū
fuerit ascendit in arborē. et fit maius omni
bus oleribus: et facit ramos magnos ita ut
possint sub vmbra eius aues celi habitare.
Et talib; multis parabolis loquebatur eis
verbū ꝓut poterant audire: sine parabola
autem nō loquebat᷑ eis. Seorsū aūt disci=
pulis disserebat omnia. Et ait illis in illa die
cū sero esset factū. Transeamus ɔtra. Et di
mittētes turbā assumūt eū ita ut erat i naui:

et alie naues erāt cū illo. Et facta ē ꝓcella
magna venti: ⁊ fluctus mittebat in nauim:
ita ut impleret̄ nauis. Et erat ipe in puppi
sup ceruical dormiēs: et excitant eū ⁊ dicūt
illi. Magister: non ad te ptinet ꝙ perimus?
Et exsurgēs cōminatus est vēto. et dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: et
facta est tranquillitas magna. Et ait illis.
Quid timidi estis? Necdū habetis fidē. Et
timuerūt timore magno: et dicebāt ad al-
terutrū. Quis putas ē iste: ꝙ vētus et mare
obediūt ei.

V

Et venerūt trās fretum maris in regionē gerasenoꝝ.
Et exeūti ei de naui statī occurrit de monu
mētis homo in spū immūdo: qui domiciliū
habebat in monumentis. Et neq₃ cathenis
iam quisq̄ poterat eū ligare: qm̄ sepe cōpe-
dibꝫ ⁊ cathenis vinctus. dirupisset cathenas
et compedes cōminuisset: et nemo poterat eū
domare. Et semp die ac nocte in monumē
tis ⁊ in mōtibꝫ erat clamans: et cōcidēs se la-
pidibꝫ. Videns aūt ihesū a lōge cucurrit
et adorauit eū: ⁊ clamās voce magna dixit.
Quid michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad
iuro te per deum ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi spūs immūde ab homine isto.
Et interrogabat eū. Quod tibi nomē est?
Et dicit ei. Legio michi nomē est: ꝙ multi
sumus. Et dep̄cabatur eū multū: ne se expel
leret extra regionē. Erat aūt ibi circa mon
tē grex porcoꝝ magnus pascēs in agris.
Et dep̄cabant̄ eū spūs dicētes. Mitte nos
in porcos: ut in eos introeamus. Et cōcessit
eis statim ihesus. Et exeūtes spūs immūdi
introierūt i porcos: et magno impetu grex
p̄cipitatus est ī mari ad duo milia: et suffo
cati sūt in mari. Qui aūt pascebāt eos fuge
rūt: et nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. Et
egressi sūt videre quid esset facti: et venerūt
ad ihesum: et vident illū qui a demonio ve-
xabat̄ sedentē vestitū ⁊ sane mētis. et timu-
erūt. Et narrauerūt illis qui viderāt quali-
ter factū esset ei qui demoniū habuerat: et
de porcis. Et rogare ceperūt eum: ut disce-
deret de finibꝫ eoꝝ. Cūq₃ ascenderet nauim:
cepit illū dep̄cari q̄ a demonio vexatus fue-
rat ut esset cum illo ⁊ nō admisit eū: sꝫ ait illi.
Vade in domū tuā ad tuos: et annūcia illis
quāta tibi dn̄s fecerit: et misertus sit tui. Et
abijt et cepit p̄dicare in decapoli. quāta sibi
fecisset ihesus: et omēs mirabant̄. Et cū ascen-
disset ihesus in nauim rursū trās fretū cōuenit
turba multa ad eū: et erat circa mare. Et ve-
nit quidā de archisynagogis nomine iay-
rus: et videns eū procidit ad pedes eius:
et dep̄cabatur eū multū dicens. quoniā filia
mea in extremis est. Veni impone manum
tuā sup eā: ut salua sit et viuat. Et abijt cū
illo: et sequebatur eum turba multa: et cōpri
mebant eū. Et mulier q̄ erat in ꝓfluuio san
guinis ānis duodecī et fuerat multa ꝑpessa
a cōpluribꝫ medicis: et erogauerat omnia
sua. nec quicq̄ ꝓfecerat: sꝫ magis deterius
habebat. Cūq₃ audisset de ihesu venit ī turba
retro: et tetigit vestimentum eius. Dicebat
enī: ꝙ si vel vestimentū eius tetigero salua
ero. Et cōfestim siccatus est fons sanguinis
eius: ⁊ sensit corpore. ꝙ sanata esset a plaga.
Et statim ihesus in semetipo cognoscēs vir-
tutē que exierat de illo: cōuersus ad turbam
aiebat. Quis tetigit vestimēta mea? Et di
cebant ei discipuli sui. Vides turbam cōpri-
mentē te. et dicis quis me tetigit? Et circū-
spiciebat videre eā que hoc fecerat. Muli-
er vero timens ⁊ tremēs sciens quod factū
esset in se: venit et ꝓcidit ante eum et dixit ei
omē veritatē. Ille autē dixit ei. Filia fides
tua te saluā fecit: vade ī pace: et esto sana
a plaga tua. Adhuc eo loquēte veniūt nū-
tij ad archisynagogū dicētes: ꝙ filia tua
mortua ē. Quid vltra vexas magistrū? Ihe
sus autē audito v̄bo quod dicebat̄: ait ar-
chisynagogo. Noli timere: tantūmodo cre
de. Et nō admisit quenq̄ se sequi: nisi petrū
et iacobū ⁊ iohannē fratrē iacobi. Et veni-
unt ī domū archisynagogi. Et vidit tumul
tum et flentes ⁊ eiulantes multū: et ingres-
sus ait illis. Quid turbamini ⁊ ploratis? Pu
ella nō est mortua sꝫ dormit. Et irridebant
eum. Ipe vero eiectis omībꝫ assumit patrē
et matrē puelle. et qui secū erāt: et ingredi-
untur vbi puella erat iacēs: et tenēs manū
puelle ait illi. Thabitha cumi: qđ est inter
pretatū: puella tibi dico surge. Et cōfestim
surrexit puella: et ambulabat. Erat autem
annoꝝ duodecim. Et obstupuerūt stupore

magno. Et p̄cepit illis vehementer ut ne-
mo id sciret: et dixit darē illi mādu-
care. VI
ET egressus inde abijt in patriā suā:
et sequebantur eū discipuli sui. Et fcō
sabbato cepit in synagoga docere: ⁊ multi
audiētes admirabāt̄ in doctrina eius dicē-
tes. Unde huic hec om̄ia? Et que est sapiā
que data ē illi: et v̄tutes tales q̄ per manus
eius efficiūt̄? Nōne hic est faber filius ma-
rie: frater iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude ⁊ simonis?
Nonne ⁊ sorores eius hic nobiscū sunt? Et
scandalizabant̄ in illo. Et dicebat illis ih̄s:
q̄ nō ē ꝓpheta sine honore nisi ī patria sua
et in domo sua ⁊ in ɔgnacōe sua. Et nō po-
terat ibi virtutē vllā facere nisi paucos in-
firmos impositis manib⁹ curauit: et miraba-
tur ꝓpter incredulitatem eoꝝ: et circuibat
castella in circuitu docēs. Et vocauit duode-
cim: et cepit eos mittere binos: et dabat il-
lis potestatē spirituū immūdoꝝ. Et p̄cepit
eis ne quid tollerent in via nisi virgam tā-
lius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipa
concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis: qꝛ nō erit
impossibile apud deū omē verbū. Dixit autē
maria. Ecce ancilla domini: fiat michi scd̄m
verbū tuū. Et discessit ab illa angelus. Ex-
surgens autē maria in diebus illis abijt in
montana cū festinacōne in ciuitatē iuda: et
intrauit in domū zacharie: et salutauit eliza-
beth. Et factū est ut audiuit salutacōnem
marie elizabeth: exultauit infans in vtero
eius. Et repleta est sp̄u sancto elizabeth: et
exclamauit voce magna et dixit. Benedcā
tu inter mulieres: et bn̄dictus fructus ven-
tris tui. Et vnde hoc michi: ut veniat mater
domini mei ad me? Ecce enim ut facta est
vox salutacōnis tue in aurib9 meis: exulta-
uit in gaudio infans in vtero meo. Et btā
que credidit: quoniā pficientur ea que dcā
sūt ei a dn̄o. Et ait maria. Magnificat aīa
mea dn̄m: et exultauit sp̄us meus in deo sa-
lutari meo: qꝛ respexit hūilitatē ancille sue.
Ecce enī ex hoc beatam me dicent oms̄ ge-
neracōes: qꝛ fecit michi magna· qui potens
est: et sanctum nomē eius. Et misericordia
eius in ꝓgenie et ꝓgenies: timentib9 eum.
Fecit potentiā in brachio suo: dispersit super
bos mente cordis sue. Deposuit potentes
de sede: et exaltauit humiles. Esurientes
impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israhel puerum suū memorari mi
sericordie sue: sicut locutus ē ad p̄res nr̄os·
abraham et semini eius in secula. Mansit au
tē maria cū illa quasi mensib9 trib9: et reuer-
sa est in domū suā. Elizabeth autem impletū
ē tempus pariendi: et peperit filiū. Et audi
erūt vicini et cognati eius· qꝛ magnificauit
dn̄s misericordiā suā cū illa: et congratulabā-
tur ei. Et factū est in die octauo venerūt cir
cumcidere puerum: et vocabāt eum nomi-
ne patris sui zachariā. Et respondēs mater
eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohānes.
Et dixerūt ad illā. Quia nemo est in cogna
cōne tua· qui vocetur hoc nomie. Innuebāt
aūt patri eius: quē vellet vocari eum. Et po-
stulās pugillarē scripsit dicēs: iohānes est
nomē eius. Et mirati sūt vniuersi. Apertū ē
aūt ilico os eius et lingua eius: et loq̄batur
bn̄dicēs deū. Et factus est timor sup omes
vicinos eoꝝ: et sup om̄ia montana iudee·
diuulgabantur omnia verba hec: et posue-
runt omes qui audierant in corde suo dicē
tes. Quis putas puer iste erit? Etenī man9
dn̄i erat cū illo. Et zacharias pater eius im
pletus est spiritu sancto: et ꝓphetauit dicēs.
Benedictus dn̄s deus israhel: qꝛ visitauit et
fecit redēpcōnē plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri sui: sicut
locutus est p os sanctoꝝ· qui a seculo sunt
ꝓphetarū eius: salutē ex inimicis nostris· et
de manu omniū qui oderūt nos: ad faciēdā
misericordiā cū patrib9 nr̄is· et memorari te
stamēti sui sancti: iusiurādum qd̄ iurauit ad
abrahā p̄rem nr̄m· daturū se nobis: ut sine
timore de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ liberati· ser-
uiamus illi: in sanctitate et iusticia corā ipo·
omib9 dieb9 nr̄is. Et tu puer ꝓpha altissimi
vocaberis. Preibis enī ante faciē dn̄i pa-
rare vias eius: ad dandā sciētiā salutis ple
bi eius· in remissionē peccorū eoꝝ· p viscera
misericordie dei nr̄i· in quibus visitauit nos
oriēs ex alto: illuminare hijs qui in tenebris
et in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pe-
des nr̄os i viā pacis. Puer aūt crescebat et
confortabatur sp̄u: et erat in desertis usq; in di
em ostensionis sue ad israhel. II

Factum est autem in diebus illis· exijt

edictum a cesare augusto: ut describeretur vniuersus orbis. Hec descripcō prima fcā est a pside syrie cyrino. Et ibāt oms ut pfiterētur: singuli in suā ciuitatē. Ascēdit autem 7 ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid que vocatur bethleem. eo q esset de domo 7 familia dauid: ut pfiteretur cū maria despōsata sibi uxore pregnāte. Factū est autē cum essent ibi: impleti sūt dies ut parēt. Et pepit filiū suū pmogenitū: et pānis eum inuoluit. et reclinauit eum in psepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in regione eadē vigilātes: et custodiētes vigilias noctis sup gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enī euangelizo vobis gaudiū magnū quod erit omī populo: q natus est vobis hodie saluator qui est cristus dns. in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutū: et positū in psepio. Et subito facta est cū angelo multitudo milicie celestis: laudātiū deum 7 dicentiū. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibꝫ bone volūtatis. Et factum est ut discesserūt ab eis angeli in celum: pastores loquebātur ad inuicē. Transeamus usqꝫ bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: et inuenerūt mariam 7 ioseph. et infantē positū in psepio. Vidētes aūt cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et oms qui audierāt mirati sūt: et de hijs que dicta erant a pastoribꝫ ad ipos. Maria autē cōseruabat omīa verba hec: cōferēs in corde suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes et laudātes deū in omībꝫ que audierant et viderāt: sicut dictū est ad illos. Et postq̄ cōsūmati sūt dies octo. ut circūcidētur puer: vocatū est nomē eius ihūs. Quod vocatum est ab angelo priusq̄ in utero cōcipet. Et postq̄ impleti sūt dies purgacōnis eius. scdm legem moysi tulerūt illum in iherusalem. ut sisterent eū dn̄o: sicut scriptū est in lege domini. Quia omē masculinū adaperiens vuluā. scm̄ dn̄o vocabitur. Et ut darēt

hostiam scdm q dictum est in lege domini: par turturū aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iherusalē cui nomē symeō. Et homo iste iustus 7 timoratus expectās cōsolacōem israhel: et spūs sanctus erat in eo. Et responsū acceperat a spū sancto. non visurū se mortē: nisi prius videret cristum domini. Et venit in spū in templū. Et cū induceret puerū ihesū parētes eius. ut facerent scdm cōsuetudinē legis p eo: et ipse accepit eū in vlnas suas: et bn̄dixit deū 7 dixit. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e scdm verbū tuū i pace: q viderūt oculi mei salutare tuū: quod parasti ante faciē omniū populorū: lumen ad reuelacōem gentiū: et gloriā plebis tue israhel. Et erat pater eius et mater mirantes sup hijs q̄ dicebātur de illo. Et bn̄dixit illis symeon: et dixit ad mariā mr̄em eius. Ecce positus ē hic in ruinā. et in resurrectōnem multorū in israhel: et i signū cui cōtradicetur. Et tuā ipius animā ptrāsibit gladius: ut reuelētur ex multis cordibꝫ cogitacōes. Et erat āna pphetissa filia fanuel de tribu aser: hec pcesserat in diebꝫ multis: et vixerat cū viro suo ānis septē a virginitate sua. Et hec vidua usqꝫ ad annos octoginta quatuor: que nō discedebat de templo. ieiunijs 7 obsecracōnibus seruiens nocte ac die. Et hec ipa hora supueniēs cōfitebat dn̄o: et loqbatur de ipo. omībꝫ qui expectabāt redēpcōē iherusalem. Et ut pfecerūt omīa scdm legē domini: reuersi sūt in galileā. in ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat 7 cōfortabat. plenus sapīa: et gr̄a dei erat in illo. Et ibāt parētes eius p oms ānos in iherusalem in die solemni pasche. Et cū factus esset ānorū duodecim. ascendētibꝫ illis in iherosolimā scdm cōsuetudinē diei festi. cōsūmatisqꝫ diebus cū redirēt. remansit puer ihesus in iherusalē: et nō cognouerūt parētes eius. Existimātes autē illū esse in comitatu: venerūt iter diei: et requirebāt eū inter cognatos et notos. Et nō inuenientes regressi sūt in iherusalē: requirētes eū. Et factū est post triduū. inuenerūt eū in templo sedentem in medio doctorū: audiētē illos. et interrogātē eos. Stupebant aūt omes qui eum audiebant. sup prudētia 7 responsis eius. Et videntes

ammirati sūt. Et dixit mater eius ad illum.
Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus
et ego· dolentes querebamus te. Et ait ad
illos. Quid est q me querebatis? Nescie-
batis qm in hijs que pris mei sūt oportet me
esse? Et ipsi nō intellexerūt verbū quod lo-
locutus est ad eos. Et descendit cū eis: et ve
nit nazareth: et erat subditus illis. Et mater
eius cōseruabat omnia verba hec in corde
suo. Et ihesus proficiebat sapientia et etate
et gratia apud deū et homines. III

ANno aūt quītodecimo imperij tyberij
cesaris. pcurāte pontio pilato iudeā:
tetrarcha aūt galilee herode: philippo aūt
fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis
regionis: et lysania abilīne tetrarcha. sb prī
cipibꝰ sacerdotū ānā et caypha: factū ē ver-
bum dnī sup iohānē zacharie filiū in deser-
to. Et venit in omnē regionē iordanis pdi-
cās baptismū penitētie in remissionē pecca-
torū: sicut scriptū est in libro sermonū ysaie
pphete. Vox clamātis in deserto parate viā
dnī: rectas facite semitas eius. Omnis val
lis implebitur: et omis mōs et collis humi-
liabitur. Et erunt praua in directa et aspera
in vias planas: et videbit omis caro salu-
tare dei. Dicebat ergo ad turbas que exie-
bant ut baptizarentur ab ipso. Genimina
viperarū: quis ostēdit vobis fugere a ven-
tura ira? Facite ergo fructus dignos peni-
tētie: et ne ceperitis dicere prem habemus
abraham. Dico enim vobis: q potēs ē deus
de lapidibꝰ istis suscitare filios abrahe. Iā
enim securis ad radicem arboris posita est.
Omnis ergo arbor nō faciēs fructū bonū
excidetur: et in ignē mittetur. Et interroga
bāt eū turbe dicētes. Quid ergo faciemus?
Rn̄dens autē dicebat illis. Qui habet du-
as tunicas det non habēti: et qui habz escas
similiter faciat. Venerūt aūt et publicani ut
baptizarētur: et dixerūt ad illū. Magister.
quid faciemus? At ille dixit ad illos. Ni-
chil amplius qȝ q cōstitutū ē vobis faciatis.
Interrogabāt aūt eum et milites dicentes.
Quid faciemus et nos? Et ait illis. Nemi-
nē cōcutiatis neqȝ calūniā faciatis: et cōtenti
estote stipendijs vestris. Existimante aūt
pplo et cogitātibꝰ omībꝰ in cordibꝰ suis de
iohāne. ne forte ipe essz xpc: rn̄dit iohānes
dicēs omnibꝰ. Ego quidem aqua baptizo
vos: veniet aūt fortior· cuius nō sū dignus
soluere corrigiā calciamētorū eius: ipe vos
baptizabit in spiritu sancto et igni. Cuius vē
tilabrū in manu eius: et purgabit areā suā·
et cōgregabit triticū in horreū suū: paleas
aūt cōburet igni inextinguibili. Multa qui-
dem et alia exhortās euāgelizabat pplo. He
rodes aūt tetrarcha cū corriperetur ab illo
de herodiade vxore fratris sui· et de omibꝰ
malis que fecit herodes: adiecit et hoc sup
omnia: et inclusit iohānē in carcerē. Factū
est autē cū baptizaretur omis pplus. et ihesu
baptizato et orante apertū est celū: et descen-
dit spūs scūs corporali specie sicut colūba in
ipsum: et vox de celo facta est. Tu es filius
meus dilectus: in te cōplacuit michi. Et ipse
ihesus erat incipiēs quasi annorū triginta
ut putabat filius ioseph. qui fuit hely. qui
fuit mathat. qui fuit leui. q̄ fuit melchi. q̄ fu-
it ianne. qui fuit ioseph. qui fuit mathathie.
qui fuit amos. qui fuit naum. qui fuit hesli. q̄
fuit nagge. qui fuit maath. qui fuit matha-
thie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. q̄ fuit iu-
da. qui fuit iohanna. qui fuit resa. q̄ fuit zo-
robabel. qui fuit salathiel. q̄ fuit neri. q̄ fuit
melchi. qui fuit addi. qui fuit thosan. qui fuit
helmadan. qui fuit her. q̄ fuit ihesu. qui fuit
heliezer. qui fuit iorim. q̄ fuit matthath. qui
fuit leui. qui fuit symeon. qui fuit iuda. qui
fuit ioseph. qui fuit iona. qui fuit heliachim.
qui fuit melcha. qui fuit menna. qui fuit ma-
thata. qui fuit nathan. qui fuit dauid. qui
fuit iesse. qui fuit obeth. q̄ fuit booz. qui fuit
salmon. qui fuit naason. qui fuit aminadab.
qui fuit aran. qui fuit esron. qui fuit phares.
qui fuit iude. q̄ fuit iacob. qui fuit ysaac. qui
fuit abrahe. qui fuit thare. q̄ fuit nachor. qui
fuit seruch. qui fuit ragau. qui fuit phalech.
qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit chaynan.
qui fuit arphaxat. qui fuit sem. qui fuit noe.
qui fuit lamech. qui fuit matusale. qui fuit
enoch. qui fuit iareth. qui fuit malalehel. q̄
fuit chaynan. qui fuit enos. qui fuit seth. q̄
fuit adam. qui fuit dei. IIII

IHesus aūt plenus spiritu scō regres-
sus ē a iordane: et agebatur in spiritu

in deserto dieb9 quadraginta: et tẽptabat᷑
a dyabolo. Et nichil manducauit in diebus
illis: et cõsũmatis illis esurijt. Dixit autẽ illi
dyabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic
ut panis fiat. Et rñdit ad illũ ihũs. Scͤptũ
est. q2 non in pane solo viuit homo: ꝫ in omĩ
verbo dei. Et duxit illũ dyabolus: et ostẽdit
illi omĩa regna orbis terre in momẽto tp̃is:
et ait illi. Tibi dabo potestatẽ hãc vniũsaꝫ.
et gloriaꝫ illoꝝ: q2 michi tradita sunt: et cui
volo do illa. Tu ergo ꝓcidẽs si adoraueris
corã me: erũt tua omĩa. Et respondens ihũs
dixit illi. Scriptũ ẽ. Dñm deũ tuũ adorabis:
et illi soli seruies. Et duxit illum in ihrl'm. et
statuit eũ sup p̃innã templi: et dixit illi. Si
filius dei es: mitte te hinc deorsũ. Scriptuꝫ
est enim. q2 angelis suis mandauit de te. ut
cõseruẽt te: et q2 in manib9 tollẽt te. ne forte
offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Et rñdens
ihesus ait illi. Dictũ est. Non tẽptabis dñm
deũ tuũ. Et ɔsũmata omĩ temptacõne: dya
bolus recessit ab illo usqꝫ ad tempus: et re-
gressus ẽ ihũs in virtute spiritus in galile-
am: et fama exijt p̃ vniũsaꝫ regionẽ de illo.
Et ip̃e docebat in synagogis eoꝝ: et mag-
ficabatur ab omĩbus. Et venit nazareth ubi
erat nutritus: et intrauit scd'm ɔsuetudinem
suã die sabbati in synagogã: et surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaie ꝓphete.
Et ut reuoluit librũ: inuenit locum ubi scri-
ptum erat. Spiritus dñi sup me ꝓpter qđ
vnxit me euãgelizare paupib9 misit me: sa
nare ɔtritos corde. p̃dicare captiuis remis-
sioneꝫ. et cecis visum: dimittere confractos
in remissionẽ: p̃dicare ãnum dñi acceptũ. et
diẽ retributionis. Et cũ plicuissꝫ libruꝫ: red-
didit ministro ⁊ sedit. Et omniũ in synago
ga oculi erãt intendẽtes in eũ. Cepit auteꝫ
dicere ad eos: q2 hodie impleta est hec scri
ptura in aurib9 vestris. Et omnes testimo-
niũ illi dabãt: et mirabãtur in verbis gratie.
q̃ p̃cedebãt de ore ip̃ius: et dicebãt. Nõne
hic est filius ioseph? Et ait illis. Utiqꝫ dice
tis michi hãc similitudinẽ. Medice cura te-
ipsũ. Quãta audiuimus facta in caphar-
naũ: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aũt. Amen
dico vobis q2 nemo ꝓpheta acceptus est in
patria sua. In veritate dico vobis: multe vi-
due erãt i dieb9 helie in israhel quãdo clausũ
est celũ annis tribus ⁊ mensib9 sex. cũ facta
essꝫ fames magna in omĩ terra: et ad nullã
illarũ missus ẽ helias. nisi in sarepta sydonie.
ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in
israhel sub heliseo ꝓpheta: et nemo eoꝝ mũ-
datus est nisi naaman syrus. Et repleti sũt
omẽs in synagoga ira hec audiẽtes. Et sur
rexerũt ⁊ eiecerũt illũ extra ciuitateꝫ: et du-
xerunt illũ usqꝫ ad supciliũ mõtis. sup quẽ
ciuitas illoꝝ erat edificata: ut p̃cipitarent
eũ. Ip̃e aũt transiẽs p̃ medium illoꝝ ibat.
Et descendit in capharnaũ ciuitatẽ galilee:
ibiqꝫ docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: q2 in potestate erat sermo
ipsius. Et in synagoga erat homo habens
demoniũ inmũduꝫ: et exclamauit voce ma-
gna dicens. Sine: quid nobis. et tibi ihesu
nazarene? Venisti p̃dere nos. Scio te qui
sis: sanctus dei. Et increpauit illũ ihũs dicẽs.
Obmutesce: et exi ab eo. Et cũ p̃iecissꝫ illum
demoniũ in mediũ exijt ab illo: nichilqꝫ illũ
nocuit. Et factus est pauor in omĩb9: et col
loquebãtur adinuicẽ dicẽtes. Quod ẽ hoc
verbum: quia in potestate ⁊ virtute impe-
rat inmũdis spiritib9 ⁊ exeũt? Et diuulga-
batur fama de illo. in omnẽ locuꝫ regionis.
Surgẽs aũt ihesus de synagoga. introiuit
in domũ symonis. Socrus aũt symonis te
nebatur magnis febrib9: et rogauerũt illũ
pro ea. Et stans sup illam imperauit febri
et dimisit illã: et cõtinuo surgẽs ministrauit
illis. Cũ sol aũt occidissꝫ omẽs qui habebãt
infirmos varijs languorib9. ducebãt illos
ad eũ: at ille singulis manus imponẽs cu-
rabat eos. Exiebant aũt demonia a multis
clamãtia et dicẽtia: q2 tu es filius dei. Et in-
crepãs nõ sinebat ea loqui: q2 sciebant ipsũ
esse xp̃m. Facta aũt die egressus ibat in de-
sertũ locũ: et turbe requirebãt eũ ⁊ venerunt
usqꝫ ad ip̃m: et detinebãt illũ ne discedẽt ab
eis. Quib9 ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatib9 o-
portet me euãgelizare regnũ dei: q2 ideo mis
sus sũ. Et erat p̃dicãs i synagogis galilee.

V

Factũ est autẽ cum turbe
irruerẽt in eũ ut audirent verbũ dei: et
ip̃e stabat secus stagnum genezareth. Et
vidit duas naues stantes secus stagnum

piſcatores aūt deſcenderāt ⁊ lauabāt retia. Aſcendēs aūt in vnam nauim q̄ erat ſimonis: rogauit eū a terra reducere puſillum. Et ſedēs docebat de nauicula turbas. Ut ceſſauit aūt loqui: dixit ad ſymonē. Duc in altum: et laxate retia vr̄a in capturā. Et rn̄dēs ſimon. dixit illi. Preceptor ꝑ totam noctē laborātes nichil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc feciſſent: cōcluſerunt piſcū multitudinē copioſam. Rūpebat˜ autem rete eoꝝ. Et annuerūt ſocijs qui erant in alia naui: ut venirēt ⁊ adiuuarent eos. Et venerūt ⁊ impleuerunt ambas nauiculas: ita ut mergerētur. Quod cū videret ſymon petrus: ꝓcidit ad genua iheſu dicēs. Exi a me: qꝛ homo peccator ſum dn̄e. Stupor enī circūdederat eū. et oīes qui cum illo erāt: in captura piſcū quā ceperāt. Similiter autem iacobū ⁊ iohānē filios zebedei: q̄ erant ſocij ſimonis. Et ait ad ſimonē iheſus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et ſb̄ ductis ad terrā nauibꝰ: relictis oīmibus ſecuti ſūt illū. Et factū eſt cū eſſꝫ in vna ciuitatū: et ecce vir plenus lepra. et videnſ iheſū. et ꝓcidens in faciē ſuā: rogauit eū dicēs. Dn̄e: ſi vis potes me mūdare. Et extēdēs manū: tetigit eū dicēs. Volo. Mūdaē. Et ɔfeſtim lepra diſceſſit ab illo. Et ip̄e precepit illi ut nemini diceret: ſed vade oſtēde te ſacerdoti: et offer ꝓ emūdacōe tua ſicut p̄cepit moyſes in teſtimoniū illis. Perambulabat aūt magis ſermo de illo: et ɔueniebant turbe multe ut audirent: et curarētur ab infirmitatibꝰ ſuis. Ip̄e aūt ſecedebat in deſertū ⁊ orabat. Et factū eſt in vna dieruꝫ: et ip̄e ſedebat docēs. Et erāt pharisei ſedētes ⁊ legis doctores qui venerant ex omni caſtello galilee et iudee. et ihr̄lm: et virtus dn̄i erat ad ſanandū eos. Et ecce viri portātes in lecto hominē qui erat paraliticus: et querebāt eū inferre et ponere ante eū. Et nō inuenientes qua parte illū inferrēt p̄ turba: aſcenderūt ſupra tectū. et ꝑ tegulas ſūmiſerūt eum cū lecto in mediū ante iheſuꝫ. Quoꝝ fidē ut vidit dixit. Homo: remittūtur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare ſcribe ⁊ pharisei dicētes. Quis ē hic qui loq̄tur blaſphemias? Quis poteſt dimittere pec̄a: niſi ſolus deus? Ut cognouit aūt ih̄us cogitacōes eoꝝ: rn̄dens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibꝰ vr̄is? Quid ē faciliuſ dicē dimittūtur tibi pec̄a: an dicē ſurge et ambulas? Ut autē ſciatis qꝛ filius hominis habet poteſtatē in terra dimittēdi pec̄a: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectū tuū: et vade in domū tuā. Et ɔfeſtim conſurgēs coram illis tulit in quo iacebat: et abijt in domum ſuā magnificās deū. Et ſtupor app̄hēdit oīes: et magnificabāt deū. Et repleti ſūt timore dicētes: qꝛ vidimus mirabilia hodie. Et poſt hec exijt: et vidit publicanū nomine leui ſedētē ad theloneū: et ait illi. Sequere me. Et relictis oīibꝰ: ſurgēs ſecutꝰ ē eū. Et fecit ei ɔuiuiū magnū leui in domo ſua: et erat turba multa publicanoꝝ. et aliorū qui cū illis erāt diſcūbentes. Et murmurabāt pharisei et ſcribe eoꝝ: dicētes ad diſcipulos eius. Quare cū publicanis ⁊ peccoribꝰ māducatis ⁊ bibitis? Et rn̄dens iheſuſ dixit ad illos. Nō egent q̄ ſani ſūt medico: ſed qui male habēt. Nō veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad penitentiā. At illi dixerūt ad eū. Quare diſcipuli iohānis ieiūnāt frequēter ⁊ obſecracōes faciūt. ſimiliter ⁊ phariseoꝝ: tui autē edūt ⁊ bibūt? Quibꝰ ipſe ait. Nūquid poteſtis filios ſpōſi dū cū illis ē ſpōſus facere ieiunare? Venient aūt dies: et cū ablatus fuerit ab illis ſpōſus. tūc ieiunabūt in illis diebꝰ. Dicebat autē ⁊ ſimilitudinē ad illos. Quia nemo ɔmiſſurā a nouo veſtimēto immittit in veſtimētuꝫ vetus: alioquin et nouum rūpit: et veteri nō ɔuenit cōmiſſura a nouo. Et nemo mittit vinū nouuꝫ in utres veteres: alioquin rūpit vinū nouū utres: et vinū effundetur et utres peribūt. Sed vinū nouū in utres nouos mittēduꝫ eſt: et utraqꝫ ɔſeruātur. Et nemo bibēs vetꝰ ſtatim vult nouū: dicit enī: vetus melius ē.

VI

Factū eſt autē in ſabbato ſcd̄o primo. cū tranſiret ꝑ ſata vellebant diſcipuli eius ſpicas: et manducabāt ɔfricātes manibꝰ. Quidā autē phariseoꝝ dicebāt illis. Quid facitis qd̄ nō licet in ſabbatis? Et rn̄dens iheſus ad eos dixit. Nec hoc legiſtis qd̄ fecit dauid. cū eſuriſſet ipſe et qui cū illo erāt: quomō intrauit in domuꝫ

dei· et panes ꝓposicōis sūpsit ⁊ māducauit· et dedit hijs qui cū ipso erāt· quos nō licet manducare nisi tantū sacerdotibꝫ? Et dicebat illis: quia dn̄s est filius hoīs etiā sabbati. Factū est autē ⁊ in alio sabbato: ut intraret in synagogam et doceret. Et erat ibi homo: et manus eius dextra erat arida. Obseruabant aūt scribe ⁊ pharisei si in sabbto curaret: ut inuenirēt vnde accusarēt eū. Ipse vero sciebat cogitacōes eoꝝ: et ait homini q̄ habebat manuȝ aridam. Surge: et sta in mediū. Et surgens stetit. Ait autē ad illos ihesus. Interrogo vos si licet sabbatis bn̄facere an male: aīam saluā facere an pdē? Et circūspectis oībꝫ dixit homini. Extēde manū tuā. Et extēdit: et restituta est manus eius. Ipsi autē repleti sūt insipiētia: et colloquebātur adinuicē· quidnā facerent ihesu. Factum est autē in illis diebꝫ exijt in montem orare: et erat pnoctans in oracōne dei. Et cū dies factus esset vocauit discipulos suos: et elegit duodecim ex ipis quos et apostolos nominauit: simonē quē ↄgnominauit petrū ⁊ andreā fratrē eius: iacobū et iohannē· philippū ⁊ bartholomeū· matheuȝ et thomā· iacobū alphei ⁊ simonē qui vocatur zelotes ⁊ iudam iacobi: et iudā scarioth q̄ fuit pditor. Et descendens cū illis stetit in loco cāpestri ⁊ turba discipuloꝝ eius: et multitudo copiosa plebis ab omi iudea ⁊ ihernsalē et maritima ⁊ tyri et sydonis· q̄ venerāt ut audirent eū: et sanarētur a languoribus suis. Et qui vexabātur a spiritibꝫ immūdis curabātur. Et omis turba querebat eū tangere: qꝛ v̄tus de illo exiebat ⁊ sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati paupes: qꝛ vr̄m ē regnū dei. Beati q̄ nūc esuritis: quia saturabimini. Bti q̄ nūc fletis: quia ridebitis. Bti eritis cū vos oderint homies et cū supauerint vos ⁊ expbrauerint: et eiecerint nomē vr̄m tanquā malū ꝓpter filiū hoīs. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vr̄a multa est in celo. Secūdū hec enim faciebant ꝓphetis patres eoꝝ. Verūtamē ve vobis diuitibꝫ: q̄ habetis ↄsolacōem vr̄aȝ. Ve vobis q̄ saturati estis: quia esurietis. Ve vobis q̄ ridetis nūc: quia lugebitis ⁊ flebitis. Ve cū bn̄ vobis dixerint omes hoīes. Scdm̄ hec enim faciebant ꝓphetis patres eoꝝ. Sȝ vobis dico q̄ auditis. Diligite inimicos vr̄os: bn̄facite hijs q̄ vos oderūt. Bn̄dicite maledicētibꝫ vos: orate p calūniantibꝫ vos. Et q̄ te percutit in maxillaȝ· pbe ⁊ alterā: et ab eo q̄ aufert tibi vestimentū· etiā tunicā noli ꝓhibere. Omi autē petenti te tribue: et q̄ aufert q̄ tua sūt ne repetas. Et p ut vultis ut faciāt vobis homines: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos q̄ vos diligūt: q̄ vobis est grā? Nam ⁊ pccōres diligētes se diligunt. Et si bn̄fecerītis hijs qui vobis benefaciunt: q̄ vobis est gratia? Siquideȝ ⁊ pccōres hoc faciūt. Et si mutuū dederitis hijs a quibus speratis recipe: q̄ gratia est vobis? Nā ⁊ peccatores pccōribꝫ fenerātur: ut recipiāt eq̄lia. Verūtamē diligite inimicos vr̄os: benefacite et mutuū date· nichil inde sperantes: et erit merces vr̄a multa: et eritis filij altissimi: qꝛ ipe benignus ē sup ingratos ⁊ malos. Estote ergo misericordes: sicut ⁊ pater vr̄ misericors ē. Nolite iudicare: et nō iudicabimini. Nolite ↄdemnare: et nō ↄdemnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensurā bonā ⁊ ↄfertā· et coagitatā et supeffluentē dabūt in sinū vestruȝ. Eadē vero mensura q̄ mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat aūt illis ⁊ similitudineȝ. Nūquid potest cecus cecū ducere? Nōne ambo in foueā cadūt? Non ē discipulus sup magistrū: pfectus aūt omis erit: si sit sic magister eius. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: trabem aūt quē in oculo tuo est nō ↄsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo· frater· sine eiciā festucaȝ de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem nō vides? Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Nō est eni arbor bona q̄ facit fructus malos: neqȝ arbor mala faciēs fructū bonū. Vnaqueqȝ enim arbor de fructu suo ↄgnoscatur. Neqȝ eni de spinis colligūt ficus: neqȝ de rubo vindemiāt vuā. Bonus homo de bono thesauro cordis sui pfert bonū: et malus homo de malo thesauro pfert malū. Ex abundātia eni cordis os loquitur. Quid aūt vocatis me dn̄e dn̄e: et nō facitis

que dico? Omnis qui venit ad me: et audit
ſmones meos. et facit eos: oſtēdā vobis
cui ſimilis ſit. Similis eſt homini edificanti
domū qui fodit in altū: et poſuit fundamētū
ſupra petrā. Inundacōe autē facta illiſū ē
flumē domui illi: et nō potuit eam mouere.
Fundata enim erat ſupra petram. Qui autem
audit ⁊ nō facit ſimilis eſt homini edificāti
domū ſuā ſupra terram ſine fundamento: in
quā illiſus eſt fluuius. et cōtinuo cecidit: et
facta eſt ruina domus illius magna. VII

Cum aūt impleſſet oīa verba ſua in
aures plebis: intrauit capharnaum.
Centurionis aūt cuiuſdā ſuus male habēs
erat moriturus: q̄ illi erat ꝑcioſuſ. Et cū au-
diſſet de ihū. miſit ad eū ſeniores iudeorum:
rogans eū ut veniret. et ſaluaret ſeruum e-
ius. At illi cū veniſſent ad iheſum rogabāt
eum ſollicite dicētes ei: qꝛ dignus ē ut hoc
illi preſtes. Diligit eni gentē nrām: ſynago-
gā ipſe edificauit nobis. Ihus aūt ibat cū
illis. Et cū iam nō longe eſſet a domo: miſit
ad eū centurio amicos dicens. Dñe: noli ve-
xari. Nō eni ſū dignus ut ſub tectū meū
intres: ꝓpter qḋ ⁊ meipſū nō ſum dignum
arbitratuſ ut venirē ad te: ſꝫ dic verbo ⁊ ſana
bitur puer meus. Nā ⁊ ego homo ſub ptā-
te ꝯſtitutus. habens ſub me milites: et dico
huic vade et vadit. et alio veni et venit: et
ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Quo audito ihs
miratus eſt: et cōuerſus ſequētibꝰ ſe turbis
dixit. Amen dico vobis: nec in iſrahel tantā
fidem inueni. Et reuerſi qui miſſi fuerāt do-
mū: inuenerūt ſeruū qui languerat ſanum.
Et factū eſt deinceps ibat ihs in ciuitatem
que vocatur naym: et ibāt cū eo diſcipli eiꝰ
et turba copioſa. Cū autē appropinquaret
porte ciuitatiſ: ecce defunctus efferebatᷣ fili
us vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: et
turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidiſ-
ſet dñs: miſeicordia motus ſup eā dixit illi.
Noli flere. Et acceſſit: et tetigit loculū. Hij
autem qui portabant ſteterūt. Et ait. Ado-
leſcens: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat
mortuuſ: et cepit loqui: et dedit illū mrī ſue.
Accepit autem oēs timor: et magnifica-
bant deum dicentes. Quia ꝓpheta magnuſ
ſurrexit in nobis: et qꝛ deus viſitauit plebē

ſuam. Et exijt hic ſermo in vniuerſam iudeā
de eo: et oēm circa regionē. Et nūciauerunt
iohāni diſcipuli eius de oībꝰ hijs. Et cō-
uocauit duos de diſcipulis ſuis iohānes: et
miſit ad iheſum dicēs. Tu es q̄ venturus es.
an aliū expectamus? Cum autem veniſſent
ad eum viri dixerūt. Iohānes baptiſta mi-
ſit nos ad te dicēs. Tu es q̄ venturus es an
aliū expectamus? In ipa autē hora multos
curauit a languoribꝰ ſuis ⁊ plagis. et ſpiri
tibꝰ malis: et cecis multis donauit viſū. Et
rñdens dixit illis. Eūtes renūciate iohāni
q̄ audiſtis et vidiſtis. Quia ceci vidēt clau
di ābulāt leproſi mūdātur: ſurdi audiunt.
mortui reſurgent. paupes euangelizātur: et
beatus eſt quicūqꝫ nō fuerat ſcandalizatus
in me. Et cū diſceſſiſſent nūcij iohānis: ce-
pit de iohāne dicere ad turbas. Quid exi-
ſtis in deſertū videre? Arūdinē vento agita
tam? Sed quid exiſtis videre? Hoīem mol
libꝰ veſtimentis indutū? Ecce q̄ in veſte pre
cioſa ſūt ⁊ delicijs: in domibꝰ regū ſūt. Sꝫ
quid exiſtis videre? Prophetā? Utiqꝫ di-
co vobis ⁊ pluſq̄ ꝓphetam. Hic eſt de quo
ſcriptū eſt. Ecce mitto angelū meū ante fa
ciem tuam: q̄ ꝑparabit viam tuā ante te. Di-
co enim vobis: maior inter natos mulierum
ꝓpheta iohāne baptiſta nemo eſt. Qui aūt
minor eſt in regno dei maior eſt illo. Et oīs
populus audiēs. et publicani iuſtificauerūt
deū: baptizati baptiſmo iohānis. Pharisei
aūt ⁊ legiſperiti. ꝯſiliū dei ſpreuerūt i ſemet-
ipos: nō baptizati ab eo. Ait aūt dñs. Cui
ergo ſimiles dicā hoīes gñacōnis huius:
et cui ſimiles ſūt? Similes ſūt pueris ſedē-
tibꝰ i foro: et loquētibꝰ ad inuicē ⁊ dicētibꝰ.
Cantauimus vobis tibijs ⁊ nō ſaltaſtis: la
mētauimus ⁊ nō ploraſtis. Uenit aūt io-
hānes baptiſta neqꝫ mādu cās panē neqꝫ
bibēs vinū: et dicitis. Demoniū habet. Uenit
filius hominis manducās ⁊ bibēs: et dicitis.
Ecce homo deuorator. et bibēs vinū: amicuſ
publicanoꝝ ⁊ peccatoꝝ. Et iuſtificata ē ſa-
piētia. ab oībꝰ filijs ſuis. Rogabat autem
illū quidam de phariſeis ut manducaret cū
illo. Et ingreſſus domū phariſei diſcubu-
it. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate pccatrix
ut cognouit qꝛ accubuit in domo phariſei

attulit alabastrũ vngenti:et stans retro se
cus pedes eius lac̃mis cepit rigare pedes
eius. et capillis capitis sui tergebat:et oscu=
labatur pedes eius et vngẽto vngebat. Vi=
dens autẽ phariseus q̃ vocauerat eũ:ait in=
tra se dicẽs. Hic si esset ꝓpheta:sciret utiqȝ q̃
et q̃lis est mulier que tãgit eũ:qꝛ peccatrix
est. Et rñdẽs ihesus dixit ad illũ. Simon:
habeo tibi aliquid dicẽ. At ille ait. Magi=
ster dic. Duo debitores erãt cuidaȝ fenera=
tori: vnus debebat denarios quĩgentos: et
alius quĩquaginta. Nõ habẽtib9 illis vnde
rẽdderẽt: donauit vtrisqȝ. Quis ergo eũ plus
diligit? Et respõdens simon dixit. Estimo:
qꝛ is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte
iudicasti. Et ɔũsus ad mliẽrẽ. dixit simoni.
Vides hãc mulierẽ? Intraui in domũ tuã:
aquã pedib9 meis non dedisti. Hec autem
lacrimis rigauit pedes meos:et capillis su
is tersit. Osculũ michi nõ dedisti:hec autem
exquo intrauit nõ cessauit osc̃lari pedes me
os. Oleo caput meũ nõ vnxisti:hec aũt vn=
gento vnxit pedes meos. Propter qδ dico
tibi. Remittũt̃ ei pcc̃a multa:qm̃ dilexit ml̃=
tum. Cui aũt minus dimittit̃ minus diligit.
Dixit aũt ad illaȝ. Remittuntur tibi pcc̃a. Et
ceperũt q̃ simul accumbebãt dicere intra se.
Quis ẽ hic q̃ etiã peccata dimittit? Dixit aũt
ad mulierẽ. Fides tua te saluã fecit. Vade
in pace.

ET factũ est deinceps. VIII Et ipse iter faciebat per ciuitates ⁊ ca=
stella pdicãs ⁊ euangelizans regnum dei:et
duodecim cũ illo. et mulieres alique. q̃ erãt
curate a spiritib9 malignis ⁊ infirmitatib9:
maria que vocatur magdalene. de q̃ septeȝ
demonia exierãt:et iohãna uxor chuze pro
curatoris herodis. et susanna ⁊ alie multe:
q̃ ministrabãt ei de facultatib9 suis. Cũ aũt
turba plurima ɔueniret ⁊ de ciuitatib9 ꝓpe=
rarent ad eũ:dixit p similitudineȝ. Exijt qui
seminat seminare semẽ suũ. Et dũ seminat
aliud cecidit secus viam. et cõculcatum est:
et volucres celi comederunt illud. Et aliud
cecidit sup̃ petrã:et natũ aruit:qꝛ non habe=
bat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas:
et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terrã bonã:et ortũ fecit fru=
ctum centuplũ. Hec dicẽs clamabat. Qui
hab; aures audiẽdi audiat. Interrogabãt
autẽ eũ discipuli eius: q̃ esset hec parabola.
Quib9 ipe dixit. Vobis datũ ẽ nosse miste
riũ regni dei:ceteris aũt in parabolis:ut vi=
dentes nõ videãt. et audiẽtes nõ intelligãt.
Est aũt hec parabola. Semẽ. est verbũ dei.
Qui aũt secus viam. hij sũt q̃ audiũt:deinde
venit dyabolus ⁊ tollit verbũ de corde eoꝝ:
ne credẽtes salui fiant. Nã qui supra petrã:
qui cũ audierit cũ gaudio suscipiũt verbũ.
Et hij radices nõ habẽt: qꝛ ad tps credũt:
et in tẽpore tẽptacõis recedũt. Qδ autẽ
in spinas cecidit:hij sũt qui audierunt ⁊ a
sollicitudinib9 ⁊ diuitijs ⁊ voluptatib9 vite
eũtes suffocãt̃:et nõ referũt fructũ. Qδ aũt
in bonã terrã:hij sũt q̃ in corde bono ⁊ optio
audiẽtes v̓bũ retinẽt:et fructũ afferũt i pa
tientia. Nemo aũt lucernã accẽdẽs opit eã
vase. aut sbtus lectũ ponit:ȝ sup̃ cãdelabrũ
ponit:ut intrãtes videãt lumẽ. Non est eni
occultũ qδ nõ manifestet̃:nec abscõditum
qδ nõ ɔgnoscat̃. et in palã veniat. Videte er
go quõ auditis. Qui eni habet dabitur illi:
et quicũqȝ nõ habet:etiã qδ putat se habere
auferetur illo. Venerũt autẽ ad illũ mater
et fratres eius: et nõ poterãt adire ad eum
p̃ turba. Et nũciatũ est illi. Mater tua ⁊ frẽs
tui stant foris:volẽtes te videre. Qui rñ=
dẽs dixit ad eos. Mater mea ⁊ fres mei hij
sũt:qui verbũ dei audiũt ⁊ faciũt. Factũ est
aũt in vna dierũ:et ipe ascẽdit in nauiclaȝ.
et discipli eius:et ait ad illos. Trãsfretem9
trãs stagnũ. Et ascenderũt. Et nauigãtib9
illis obdormiuit:et descẽdit p cella vẽti in sta=
gnũ:⁊ ɔpellebãtur ⁊ pclitabãtur. Accedẽtes
aũt suscitauerũt eũ dicẽtes. Preceptor pe=
rimus. At ille surgẽs increpauit vẽtũ ⁊ tẽpe
statẽ aque ⁊ cessauit:et facta ẽ trãquillitas.
Dixit aũt illis. Vbi ẽ fides vr̃a? Qui timen
tes mirati sũt adinuicẽ dicẽtes. Quis putas
hic est? Quia ⁊ vẽtis imperat ⁊ mari: et obe=
diũt ei. Et nauigauerũt ad regionẽ gerase
noꝝ. q̃ ẽ ɔtra galileã. Et cũ de naui egres=
sus esset ad terrã occurrit illi vir quidã q̃ ha
bebat demoniũ iam temporib9 multis:et ve=
stimẽto nõ induebat̃: neqȝ i domo manebãt
ȝ in monumẽtis. Is ut vidit ihesũ procidit
ante illum:et exclamãs voce magna dixit.

Quid michi et tibi est ihesu fili dei altissimi?
Obsecro te: ne me torqueas. Precipiebat
enim spiritui immūdo: ut exiret ab homine.
Multis enim temporibus arripiebat illum: et
vinciebatur cathenis et compedibus custoditus:
et ruptis vinculis agebatur a demonio in
deserta. Interrogauit aūt illū ihesus dicēs.
Quod tibi nomē est? At ille dixit. Legio. Quia
intrauerāt demonia multa in eum. Et roga
uerūt illum: ne imperaret illis ut in abissum
irent. Erat aūt ibi grex porcorum multorum
pascentiū in mōte: et rogabāt eū ut permit-
teret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exi-
erūt ergo demonia ab homine. et intraue-
rūt in porcos: et impetu abijt grex per preceps
in stagnū: et suffocatus est. Quod ut viderūt
factū qui pascebant fugerūt: et nūciauerūt
in ciuitatē et in villas. Exierūt autem videre
quod factū est: et venerūt ad ihesum. et inuene-
rūt hoiem sedentem a quo demonia exierāt
vestitū. ac sana mēte ad pedes eius: et timu
erūt. Nūciauerūt aūt illis et qui viderāt: quō
sanus factus fuisset a legione. Et rogauerūt
illū omis multitudo gerasenorum. ut discede
ret ab ipsis: quia magno timore tenebantur.
Ipse aūt ascendēs nauim reuersus est. Et ro
gabat illū vir. a quo demonia exierant ut
cū eo esset. Dimisit aūt eū ihesus dicēs. Redi
in domū tuā: et narra quanta tibi fecit deus.
Et abijt per vniuersam ciuitatem predicans:
quāta illi fecisset ihesus. Factum est autem
cū redisset ihesus: excepit illum turba. Erant
autem omnes expectātes eū. Et ecce venit
vir cui nomē iairus et ipe princeps synago-
ge erat: et cecidit ad pedes ihesu. rogās eū
ut intraret in domū eius: quia vnica filia erat
ei fere annorum duodecim. et hec moriebatur.
Et contigit dū iret: a turbis comprimebatur. Et
mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab
annis duodecim: que medicos erogauerat
oēm substātiā suā: nec ab ullo potuit cura-
ri. Accessit retro et tetigit fimbriā vestimēti
eius: et confestim stetit fluxus sanguinis eius.
Et ait ihesus. Quis est qui me tetigit? Ne-
gantibus autē omnibus: dixit petrus et qui cum
illo erāt. Preceptor turbe te comprimūt et affli
gūt: et dicis quis me tetigit? Et dixit ihesus.
Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutē

de me exisse. Vidēs aūt mulier quia nō latuit.
tremens venit et procidit ante pedes eius: et
ob quā causam tetigerit eū indicauit coram
omni populo: et queadmodū cōfestim sanata
sit. At ipe dixit ei. Filia: fides tua saluam te
fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquēte. ve
nit quidā ad principē synagoge dicēs ei
quia mortua est filia tua: noli vexare illū. Ihesus
aūt audito hoc verbo: rūdit patri puelle. No
li timere. Crede tantū: et salua erit. Et cū ve
nisset domū. nō permisit intrare secū quēquam
nisi petrū et iacobū et iohānē: et patrem et ma-
trē puelle. Flebant autē omes: et plāgebāt
illā. At ille dixit. Nolite flere. Nō est mortua
puella sed dormit. Et deridebāt eū: scientes quia
mortua esset. Ipse aūt tenens manū eius cla
mauit dicēs. Puella surge. Et reuersus est spūs
eius: et surrexit continuo. Et iussit illi dare mā
ducare. Et stupuerūt parētes eius: quibus pce
pit ne alicui dicerēt quod factū erat. IX

Conuocatis aūt ihesus duodecim apo
stolis. dedit illis virtutem et potestatē
super omia demonia: et ut languores curarēt.
Et misit illos predicare regnum dei: et sanare
infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in
via neque virgā neque perā. neque panē neque pe
cuniā: neque duas tunicas habeatis. Et in quā
cūque domū intraueritis ibi manete: et inde ne
exeatis. Et quicūque non receperint vos: ex-
euntes de ciuitate illa etiā puluerē pedū ve-
strorum excutite in testimoniū supra illos. E-
gressi autē circuibāt per castella: euāgelizan
tes et curātes ubique. Audiuit autē herodes
tetrarcha omia que fiebāt ab eo. et hesitabat
eo quod diceretur a quibusdā quia iohānes surre-
xit a mortuis: a quibusdā vero quia helias ap
paruit: ab alijs aūt quia propheta vnus de anti-
quis surrexit. Et ait herodes. Iohānē ego
decollaui. Quis est autē iste de quo ego ta
lia audio? Et querebat videre eū. Et reuer
si apostoli narrauerūt illi quecūque fecerūt:
et assumptis illis secessit seorsū in locū deser-
tū qui est bethsaide. Quod cū cognouissent turbe se
cuti sūt illū: et excepit illos et loquebatur illis
de regno dei: et eos qui cura indigebāt sana-
bat. Dies autem ceperat declinare. Et acce-
dētes duodecim dixerūt illi. Dimitte turbas:
ut euntes in castella villasque que circa sunt

diuertāt et inueniāt escas: q̄ꝛ hic in loco de-
serto sumus. Ait autē ad illos. Vos date
illis mādUcare. At illi dixerūt. Non sunt
nobis plus q̄ꝫ quinqꝫ panes ⁊ duo pisces:
nisi forte nos eamus et emamus in omnē
hanc turbā escas. Erant autē fere viri quin-
qꝫ milia. Ait aūt ad discipulos suos. Faci-
te illos discumbē p conuiuia quinq̄genos: et
ita fecerūt. Et discubuerūt om̄es. Acceptis
aūt quinqꝫ panibꝫ ⁊ duobꝫ piscibꝫ respexit
in celū ⁊ bn̄dixit illis: et fregit et distribuit
discipulis suis: ut ponerēt ante turbas. Et
manducauerūt om̄es: et saturati sūt. Et sub
latū est qd̄ supfuit illis fragmētoꝝ cophi-
ni duodecim. Et factum est cum solus esset
orans. erant cū illo ⁊ discipuli: et interroga-
uit illos dicēs. Quē me dicūt esse turbe? At
illi rn̄derūt ⁊ dixerūt iohānem baptistam:
alij aūt heliā: alij vero q̄ꝛ vnus ꝓpheta de p̄-
oribꝫ surrexit. Dixit autē illis. Vos autem
quem me esse dicitis? Rn̄dens simō petrus
dixit. Cristū dei. At ille increpās illos p̄ce-
pit ne cui dicerēt hoc: dicēs. q̄ꝛ oportet filiū
hoīs multa pati et reprobari a senioribꝫ et
p̄ncipibꝫ sacerdotū. et scribis ⁊ occidi. et ter
cia die resurgē. Dicebat aūt ad om̄s. Si q̄s
vult post me venire. abneget semetipsuꝫ: et
tollat crucē suam quotidie: et sequatur me.
Qui enim voluerit animā suā saluā facere
perdet illā. Nā qui pdiderit animam suam
ꝓpter me: saluā faciet illā. Quid enim ꝓfi-
cit homo si lucretur vniuersū mundū: se aūt
ipsū pdat ⁊ detrimentū sui faciat? Nā qui
me erubuerit et meos sermones: hūc filius
hominis erubescet cum venerit in maiestate
sua ⁊ patris ⁊ scōꝝ angeloꝝ. Dico autem
vobis: vere sūt aliqui hic stantes. qui non
gustabūt mortē donec videāt regnum dei.
Factuꝫ ē aūt post hec verba fere dies octo:
et assumpsit petrū ⁊ iacobuꝫ ⁊ iohannem: et
ascendit in montem ut oraret. Et facta est
dū oraret species vultus eius altera: et vesti
tus eius albus ⁊ fulgēs. Et ecce duo viri lo-
quebantur cū illo. Erant autē moyses et he-
lias visi in maiestate: et dicebant excessum
eius. quē opleturus erat in iherusalē. Petrꝰ
vero et qui cū illo erant grauati erāt somno.
Et euigilantes viderunt maiestatem eius:
et duos viros qui stabāt cum illo. Et factū
est cū discederēt ab illo: ait petrus ad ihm̄.
Preceptor bonū ē nos hic esse: et faciamus
tria tabernacula: vnū tibi. et vnum moysi. et
vnū helie. Nesciēs quid diceret. Hec autēꝫ
illo loquēte. facta est nubes ⁊ obumbrauit
eos: et timuerūt intrātibꝫ illis i nubēꝫ. Et vox
facta ē de nube dicēs. Hic ē filius meus di-
lectus: ipsū audite. Et dum fieret vox inuē
tus est ihūs solus. et ipsi tacuerūt: et nemini
dixerūt in illis diebꝫ quicq̄ꝫ ex hijs que vi-
derant. Factū est autē in sequenti die descē-
dētibꝫ illis de mōte: occurrit illis turba mul-
ta. Et ecce vir de turba exclamauit dicens.
Magister obsecro te: respice in filiū meum
q̄ꝛ vnicus ē michi. Et ecce spūs apphendit
eum. et subito clamat: et elidit et dissipat eū
cum spuma: et vix discedit dilaniās eum. Et
rogaui discipulos tuos ut eicerēt illū: et nō
potuerūt. Rn̄dens autēꝫ ihesus dixit. O ge-
neratio infidelis ⁊ puersa: usquequo ero a-
pud vos et patiar vos? Adduc huc filium
tuū. Et cū accederet: elisit illum demoniūꝫ et
dissipauit. Et increpauit ihūs spūm immū-
dū ⁊ sanauit puerum: et reddidit illū patri
eius. Stupebāt aūt om̄es in magnitudine
dei: omībusqꝫ mirātibꝫ in om̄ibꝫ q̄ faciebat.
dixit ad discipulos suos. Ponite vos i cor
dibꝫ vr̄is sermones istos. Filius eni hominis.
futurū est ut tradatur in manus hominū. At
illi ignorabāt verbū istud: et erat velatū āte
eos ut nō sentirēt illud: et timebāt eū inter-
rogare de hoc verbo. Intrauit aūt cogitacō
in eos: quis eoꝝ maior esset. At ihesus vidēs
cogitacōes cordis illoꝝ apprehendit pue-
rū: et statuit illū secus se: et ait illis. Quicūqꝫ
susceperit puerū istū in nomīe meo me reci-
pit. Et quicūqꝫ me receperit: recipit eū qui
me misit. Nā qui minor ē inter om̄s vos: hic
maior est. Rn̄dens aūt iohānes dixit. Pre-
ceptor vidimus quendā in nomīe tuo eici-
entē demonia: et ꝓhibuimus eum. q̄ꝛ nō se-
quitur nobiscū. Et ait ad illos ihūs. Nolite
ꝓhibere. Qui eni nō est aduersū vos. pro
vobis est. Factū est aūt dū oplerētur dies
assumpcōnis eius: et ip̄e faciē suā firmauit
ut iret iherusalem. Et misit nūcios ante cō-
spectū suū: et eūtes intrauerūt in ciuitatem

ſamaritanoꝝ ut pararēt illi. Et nō receperūt eum: q2 facies eius erat euntis iherusalē. Cū vidiſſent aūt diſcipli eius iacobus ⁊ iohānes dixerūt. Dñe vis dicimus ut ignis deſcēdat de celo: et ɔſumat illos? Et ɔūſus increpauit illos dicēs. Neſcitis cuius ſpūs eſtis. Filius hominis nō venit aīas pdere: ſȝ ſaluare. Et abierūt in aliud caſtellū. Factum eſt aūt ambulātibꝫ illis in via: dixit quidā ad illū. Sequar te quocūqȝ ieris. Dixit illi ihs. Vulpes voueas habēt. et volucres celi nidos: filius aūt hominis nō habȝ ubi caput ſuū reclinet. Ait aūt ad alterū. Seqre me. Ille aūt dixit. Dñe: pmitte michi primū ire. et ſepelire prēm meū. Dixitqȝ ei ihus. Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade ⁊ annūcia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: ſȝ pmitte michi primū renūciare hijs qui domi ſunt. Ait ad illum iheſus. Nemo mittēs manū ſuam ad aratrum et aſpiciēs retro: aptus eſt regno dei. X

POſt hec aūt deſignauit dñs ⁊ alios ſeptuagintaduos: et miſit illos binos ante faciē ſuaȝ in omnem ciuitatē ⁊ locū quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidē multa: operarij autē pauci. Rogate ergo dñm meſſis: ut mittat oparios in meſſem. Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculū neqȝ perā neqȝ calciamēta: et neminē p viā ſalutaueritis. In quācūqȝ domū intraueritis. pmū dicite pax huic domui: et ſi ibi fuerit filius pacis. reqeſcet ſup illū pax vr̄a: ſin aūt ad vos reuertetur. In eadē aūt domo manete edētes et bibētes que apud illos ſunt. Dignus enī eſt oparius mercede ſua. Nolite trāſire de domo in domū. Et in quācumqȝ ciuitateȝ intraueritis ⁊ ſuſceperint vos mādūcate q̄ apponuntur vobis: et curate infirmos qui in illa ſūt: et dicite illis appropinq̄bit in vos regnū dei. In quam cūqȝ autē ciuitatē intraueritis et nō ſuſceperint vos: exeūtes ī plateas eius dicite. Etiam puluerem q̄ adheſit nob de ciuitate vr̄a extergimus ī vos. Tamen hoc ſcitote q2 appropinq̄bit regnū dei. Dico vobis: q2 ſodomis in die illa remiſſius erit q̄ꝫ illi ciuitati. Ve tibi corozaim ve tibi bethſayda: q2 ſi in tyro ⁊ ſydone fcē fuiſſent

ꝟtutes que facte ſūt in vobis olim in cilicio et cinere ſedētes peniterēt. Verūtamen tyro ⁊ ſydone remiſſius erit in iudicio q̄ꝫ vob. Et tu capharnaū uſqȝ ad celū exaltata: uſqȝ ad infernū demergeis. Qui vos audit me audit: et qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit: ſpernit eū qui miſit me. Reuerſi ſūt autē ſeptuagintaduo cū gaudio dicētes. Dñe: etiā demonia ſbiciūtur nobis in noīe tuo. Et ait illis. Videbā ſathanā ſic fulgur de celo cadētē. Ecce dedi vob ptātē calcādi ſup ſerpentes ⁊ ſcorpioēs ⁊ ſup oēm ꝟtutē inimici: et nichil vob nocebit. Verūtn ī hoc nolite gaudere: q2 ſpūs vob ſbiciūt. Gaudete autē: q2 nomina vr̄a ſcripta ſūt in celis. In ipa hora exultauit in ſpiritu ſancto et dixit. Cōfitebor tibi dñe pater celi ⁊ terre: q2 abſcondiſti hec a ſapiētibꝫ ⁊ prudētibꝫ: et reuelaſti ea paruulis. Etiā pater: quomā ſic placuit ante te. Omia michi tradita ſūt a prē meo. Et nemo ſcit q̄s ſit filius niſi pr̄: et quis ſit pater niſi filius: et cui voluerit filiꝰ reuelare. Et ɔūſus ad diſciplos ſuos dixit. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis. Dico enim vobis: q2 multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtis ⁊ nō viderūt: et audire q̄ auditis ⁊ nō audierūt. Et ecce quidā legiſperitus ſurrexit temptās illū ⁊ dicens. Magiſter: quid faciēdo vitā eternā poſſidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid ſcriptum eſt? Quō legis? Ille rn̄dens dixit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua. et ex omībꝫ viribꝫ tuis ⁊ ex omni mente tua: et ꝓximū tuū ſicut teipm. Dixitqȝ illi. Recte rn̄diſti. Hoc fac ⁊ viues. Ille autem volēs iuſtificare ſeipm dixit ad iheſum. Et quis eſt meus ꝓximus? Suſcipiēs autē iheſus dixit. Homo quidā deſcendebat ab iheruſalem in ihericho ⁊ incidit in latrones: qui etiā deſpoliauerūt eū: et plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Accidit auteȝ ut ſacerdos quidam deſcenderet eadē via: et viſo illo ꝑteriuit. Similiter ⁊ leuita: cum eſſet ſecus locum et videret eum pertranſijt. Samaritanus aūt quidā iter faciēs venit ſecus eū: et videns eū miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius. infundēs oleū ⁊ vinum: et imponens illuȝ in

iumentū suū duxit in stabuluz: et curā eius
egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios: et
dedit stabulario ⁊ ait. Curam illius habe:
et quodcūqȝ superogaueris ego cū redie-
ro reddaz tibi. Quis hoꝝ triū videtur tibi
ꝓximus fuisse illi q̄ incidit in latrones? At
ille dixit. Qui fecit misericordiā in illū. Et ait
illi ihesus. Vade: et tu fac similiter. Factū ē
autē dū irēt et ipe intrauit in quoddam ca-
stellū: et mulier quedā martha noīe excepit
illum in domuz suā: et huic erat soror nomīe
maria. Que etiā sedēs secus pedes dn̄i au-
diebat verbū illius: martha aūt satagebat
circa frequens ministeriū. Que stetit ⁊ ait.
Dn̄e: nō ē tibi cure ꝙ soror mea reliquit me
solā ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet.
Et rn̄dens dixit illi dn̄s. Martha martha
sollicita es: et turbaris erga plurima. Por-
ro vnū est necessariū. Maria optimā partē
elegit: que nō auferetur ab ea. XI

ET factum est cū esset in quodaz loco
orans: ut cessauit dixit vnus ex disci-
pulis eius ad eū. Domine doce nos orare:
sicut docuit iohannes discipulos suos. Et
ait illis. Cum oratis dicite. Pater sanctifi-
cetur nomen tuum. adueniat regnū tuum:
fiat voluntas tua: panē nostrum quotidi-
anū da nobis hodie: et dimitte nobis pec-
cata nr̄a. siquidez ⁊ nos dimittimus debenti
nobis: et ne nos inducas in temptacōez. Et
ait ad illos. Quis vr̄m habebit amicū ⁊ ibit
ad illū media nocte ⁊ dicet illi amice como-
da michi tres panes. qm̄ amicus meus ve-
nit de via ad me. et nō habeo qđ ponā ante
illū; et ille deintus respondēs dicat. noli mi-
chi molestus esse. iā ostiuz clausū ē. et pueri
mei mecum sūt in cubili. nō possum surgere
et dare tibi? Et ille si ꝑseuerauerit pulsans:
dico vobis. et si nō dabit illi surgēs. eo ꝙ a-
micus eius sit: ꝓpter improbitatez tn̄ eius
surget. et dabit illi quotquot hab; necessarios.
Et vobis dico ego. Petite ⁊ dabitur vobis:
querite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ apietur vobis.
Omis eni qui petit accipit: et qui querit in-
uenit: et pulsanti aperietur. Quis aūt ex vo-
bis prēm petit panē: nūquid lapidē dabit
illi? Aut piscē: nūquid ꝓ pisce serpentez dabit
illi? Aut si petierit ouū: nunquid porriget illi
scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali nostis
bona data dare filijs vr̄is: quāto magis pa-
ter vester de celo dabit spiritum bonum pe-
tentibꝫ se. Et erat eiciēs demoniū ⁊ illud erāt
mutū: et cū eiecisset demoniū locutus ē mutus:
et āmirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis dixerūt.
In beelzebub pn̄cipe demonioꝝ eicit demo-
nia. Et alij tēptātes: signū de celo querebāt
ab eo. Ipe aūt ut vidit cogitacōes eoꝝ. di
xit eis. Ome regnū i seipm diuisū desolabitur:
et domus sup̄ domū cadet. Si aūt ⁊ sathanas
in seipm diuisus est. quō stabit regnū eius:
ꝙ dicitis i beelzebub eicē me demonia? Si
aūt ego i beelzebub eicio demonia: filij vr̄i
in quo eiciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt.
Porro si in digito dei eicio demōia: ꝑfecto
puenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus
custodit atriū suū: i pace sūt ea q̄ possidet.
Si autē fortior illo superueniēs vicerit eū:
vniusa arma eius auferet in qb; ꝯfidebat:
et spolia eius distrubuet. Qui nō ē mecū ad-
uersū me est: et q̄ nō colligit mecū dispgit.
Cū immūdus spūs exierit de hoīe pambu-
lat p loca inaquosa. querens requiē: et non
inueniēs dicit. Reuertar in domū meā vnde
exiui. Et cū venerit inuenit scopis mūdatā.
Et tunc vadit ⁊ assumit septem alios spūs
secum nequiores se: et ingressi habitāt ibi.
Et fiūt nouissima hominis illius peiora ꝑori
bus. Factū est autē cū hec diceret: extollēs
vocē quedā mulier de turba dixit illi. Bea-
tus venter qui te portauit: et ubera q̄ suxisti.
At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt
verbū dei: et custodiūt illud. Turbis autem
ꝯcurrētibꝫ cepit dicere. Generacō hec gn̄a
tio nequā ē: signū querit ⁊ signū nō dabitur
ei nisi signū ione. Nā sicut fuit ionas signuz
niniuitis: ita erit filius hominis generacōni
isti. Regina austri surget in iudicō. cū viris
generacōnis huius ⁊ condemnabit illos: ꝙ
venit a finibꝫ terre audire sapiaz salomōis.
Et ecce plusq̄ salomō hic. Viri niniuite sur
gent in iudicō cum generacōe hac ⁊ cōde-
mnabūt illam: ꝙ penitētiā egerūt in p̄dica
tione ione. Et ecce plusq̄ iona hic. Nemo
lucernā accēdit ⁊ in abscondito ponit neqȝ
sub modio sȝ supra cādelabrū: ut qui ingre
ꝯſenſerat ꝯſilio ⁊ actibꝫ eoꝝ· ab arimathia
ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipſe regnū
dei. Hic acceſſit ad pilatū et petijt corpus
ihū: ⁊ depoſitū inuoluit ſyndone: et poſuit eū
in monumēto exciſo: in quo nō dū quiſq̄ po
ſitus fuerat. Et dies erat paraſceues: et ſab-
batū illuceſcebat. Subſecute aūt mulieres
que cū eo venerant de galilea viderūt mo-
numentū: et quemadmodū poſitū erat cor-
pus eius: ⁊ reuertētes parauerūt aromata et
vnguēta: et ſabbato quidē ſiluerūt ſcđꝫ mā
datū.

XXIIII

Una aūt ſabbati valde
diluculo venerūt ad monumentū por-
tantes q parauerūt aromata: et inuenerūt
lapidē reuolutū a monumēto: ⁊ ingreſſe nō
inuenerūt corpus domini ihesu. Et factū eſt
dū mēte cōſternate eſſent de iſto: ecce duo
viri ſteterūt ſecus illas in veſte fulgēti. Cū
timerēt aūt et declinarēt vultū in terrā: dixe
rūt ad illas. Quid queritis viuentē cū mor
tuis? Nō ē hic: ſꝫ ſurrexit. Recordamini q̄liter

locutus est vobis: cū adhuc in galilea eēt
dicens. Quia oportet filiū hominis tradi in
manus hominū pccōꝝ: et crucifigi. et die
tercia resurgere. Et recordate sūt verboꝝ
eius: et regresse a monumēto nūciauert hec
oīa illis vndecī: et ceteris omībꝫ. Erat autē
maria magdalene. et iohāna. et maria iaco
bi. ⁊ cetere que cū eis erāt: que dicebāt ad
apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut de-
liramentū v̄ba ista: et nō crediderūt illis.
Petrus aūt surgens cucurrit ad monumē-
tū: et ꝓcumbēs vidit lintheamīa sola posita:
et abijt, secum mirās quod factū fuerat. Et
ecce duo ex illis ibant ipa die in castellum
quod erat ī spacio stadioꝝ sexaginta ab
iherusalem noīe emaus: et ipi loquebantur
ad inuicē de hijs omībꝫ que acciderant. Et
factū est dū fabularēt̄ et secū quererēt: et
ipe ihs appropinquās ibat cū illis. Oculi
aūt illoꝝ tenebāt̄: ne eū agnoscerēt. Et ait
ad illos. Qui sūt hij sermones quos con-
fertis ad inuicē ambulātes: et estis tristes?
Et rūdens vnus cui nomē cleophas: dixit
ei. Tu solus peregrinus es ī iherusalē ⁊ nō
cognouisti que facta sūt in illa hijs diebꝫ?
Quibꝫ ille dixit. Que? Et dixerūt. De ihu
nazareno qui fuit vir ꝓpheta: potēs in ope
et ſmone. coram deo ⁊ omī populo. Et quō
eum tradiderūt sūmi sacerdotes ⁊ pn̄cipes
nostri in dampnacōez mortis: et crucifixerūt
eū. Nos aūt sperabamus: qꝛ ipe esset redē-
pturus israhel. Et nūc sup hec omnia tercia
dies est hodie: qꝛ hec facta sūt. Sed ⁊ mu
lieres quedam ex nostris terruerunt nos.
que ante lucem fuerunt ad monumentū: et
nō inuento corpore eius. venerūt dicentes
se etiā visionē angeloꝝ vidisse: qui dicūt
eum viuere. Et abierūt quidā ex nostris ad
monumentū: et ita inuenerūt sicut mulieres
dixert: ipm vero nō inuenerūt. Et ipe dixit
ad eos. O stulti et tardi corde ad credēdū
in omībꝫ que locuti sūt ꝓphete. Nonne hec
oportuit pati xp̄m: ⁊ ita intrare in gliā suā?
Et incipiēs a moyse ⁊ omībꝫ ꝓphetis: inter
ꝑtabat̄ illis ī omībꝫ scripturis q̄ de ipo erāt.
Et appropinquauerunt castello quo ibant:
et ipe se finxit longius ire. Et coegerūt illū
dicentes. Mane nobiscū qm̄ aduesperascit:
et inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis.
Et factum est dū recumberet cū eis accepit
panē: et bn̄dixit ac fregit: et porrigebat il-
lis. Et apti sūt oculi eoꝝ: et cognouerūt eū:
et ipe euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixert ad
inuicem. Nōne cor nostrū ardēs erat in no
bis. dum loqueret̄ in via: et aperiret nobis
scripturas? Et surgētes eadē hora regressi
sunt in iherusalē: et inuenerūt cōgregatos
vndecim. et eos qui cū illis erant dicentes
qꝛ surrexit dn̄s vere: et apparuit simoni. Et
ipi narrabant que gesta erāt in via: et quō
cognouerūt eum in fractione panis. Dum
autē hec locunt̄: stetit ihesus in medio eo-
rum ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sum: nolite ti-
mere. Conturbati vero ⁊ conterriti existima
bant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid
turbati estis: et cogitacōnes ascendūt ī cor
da vestra? Videte manus meas et pedes: qꝛ
ego ipe sū. Palpate ⁊ videte: quia spiritus
carnem et ossa non habet: sicut me videtis
habere. Et cum hoc dixisset: ostēdit eis ma-
nus ⁊ pedes. Adhuc autem illis nō credē-
tibꝫ ⁊ mirātibꝫ pre gaudio. dixit. Habetis
hic aliquid qd̄ manducet̄? At illi obtulert
ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū mā-
ducasset coram eis: sumēs reliquias dedit
eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que lo
cutus sum ad vos cū adhuc essē vobiscū:
quoniā necesse est impleri omīa q̄ scripta
sūt in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me.
Tunc aperuit illis sensū. ut intelligerēt scri
pturas: et dixit eis. Quoniam sic scriptū est.
et sic oportebat xp̄m pati ⁊ resurgere a mor
tuis tercia die: ⁊ ꝑdicare in nomine eius pe
nitentiā ⁊ remissionē peccatoꝝ ī omes gē-
tes: incipiētibꝫ ab ierosolima. Vos autē
testes estis horum. Et ego mittam promis
sū patris mei in vos: vos autē sedete in ciui
tate. quoadusqꝫ induamini virtute ex alto.
Eduxit autē eos foras in bethaniam: et ele-
uatis manibus suis benedixit eis. Et factū
est dum benediceret illis recessit ab eis: et
ferebatur in celū. Et ipi adorantes regressi
sunt in ihrlm cū gaudio magno: et erant sp
in tēplo laudātes ⁊ benedicētes deū amen.

Explicit euangelium secundum Lucam.

Incip. plog. in euangeliũ scđm Johem.

Hic est iohannes euāgelista
vnus ex discipulis domini: q̄
virgo a deo electus est: quē
de nuptijs volentem nube=
re vocauit deus. Cui v̄ginī=
tatis in hoc duplex testimoniũ dat̃ in euā=
gelio: q̄ et pre ceteris dilectus a deo dicit̃:
et huic matrē suā de cruce cōmendauit do=
minus. ut v̄ginem virgo seruaret. Deniq̧
manifestās in euāgelio q̄ erat ipe incorru=
ptibilis v̄bi opus inchoās. solus v̄bũ car=
nē factũ esse. nec lumē a tenebris ɔprehē=
sũ fuisse testat̃: p̄mũ signũ ponēs quod in
nuptijs fecit dominus ostendēs q̄ ipe eāt:
ut legentibus demōstraret q̄ vbi dn̄s in=
uitatus sit deficere nuptiaꝝ vinũ debeat: et
veteribꝫ immutatis. noua omnia q̄ a cristo
instituũtur appareāt. Hoc autē euangeliũ
scripsit in asia. posteaq̄ in pathmos insula
apocalipsim scripserat: ut cui in p̄ncipio ca=
nonis incorruptibile principiũ p̄notat̃ in
genesi: ei etiam incorruptibilis finis p v̄gi
nē in apocalipsi redderet̃ dicēte xp̄o ego
sum alpha et o. Et hic est iohannes: qui sci=
ens superuenisse diē recessus sui. ɔuocatis di
scipulis suis in epheso. p multa signoꝝ ex=
perimēta p̄mens cristũ descendēs in defos=
sũ sepulture sue locũ facta oracōne. positus
est ad p̄res suos: tam extraneus a dolore
mortis q̄ a corrupcōe carnis inuenitur alie
nus. Tamē post omes euangeliũ scripsit:
et hoc v̄gini debebat̃. Quorũ tamē vel scri=
ptoꝝ tpis dispositio. vel libroꝝ ordinatio
ideo a nobis per singula nō exponit̃: ut sci
endi desiderio collato et querētibꝫ fructus
laboris: et deo magisterij doctrina seruet̃.

Expl. plogus. Incip. euāgeliũ s̄m iohem

In principio erat v̄bũ:
et v̄bũ erat apud deũ:
et deus erat v̄bũ. Hoc
erat ī principio apud
deũ. Omnia per ipsum
facta sunt: et sine ipso
factũ ē nichil. Quod
factum est in ip̄o vita erat: et vita erat lux
hominuꝫ: et lux in tenebris lucet. et tenebre
eam nō cōprehenderũt. Fuit homo missus
a deo: cui nomē erat iohannes. Hic venit in
testimoniũ ut testimoniũ phiberet de lumi=
ne: ut omes crederēt p illũ. Nō erat ille lux:
sed ut testimoniũ phiberet de lumine. Erat
lux vera: que illuminat omeꝫ hominē veniētē
in hũc munduꝫ. In mũdo erat: et mũdus p
ip̄m factus est: et mũdus eũ nō cognouit.
In p̄pria venit: et sui eũ nō receperũt. Quot=
quot autem receperũt eũ. dedit eis ptātem
filios dei fieri: hijs q̄ credũt in nomie eius.
Qui nō ex sanguinibꝫ neq̧ ex volũtate car
nis. neq̧ ex volũtate viri: ſꝫ ex deo nati sũt.
Et v̄bum caro factũ ē: et habitauit in nob̄.
Et vidimus gloriam eius gloriā quasi vni=
geniti a patre: plenũ gratie et veritatis. Jo=
hānes testimoniũ phibet de ip̄o: et clamat
dicēs. Hic est quē dixi: qui post me vētur9
est. ante me factus est: q̄ prior me erat. Et
de plenitudine eius nos omes accepimus
et grām p gratia: q̄ lex p moysen data ē:
gratia et veritas p ihesũ cristũ facta ē. Deũ
nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui
est in sinu patris: ipse enarrauit. Et hoc est
testimoniũ iohānis: quando miserũt iudei
ab iherosolimis sacerdotes et leuitas ad eũ
ut interrogarēt eum. Tu quis es? Et ɔfes=
sus ē: et nō negauit. Et ɔfessus est: q̄ nō sũ
ego cristus. Et interrogauerũt eũ. Quid
ergo? Helias es tu? Et dixit. Nō sum. Pro
pheta es tu? Et r̄ndit. Nō. Dixerũt ergo ei.
Quis es ut responsũ demus hijs qui miserũt
nos? Quid dicis de teip̄o? Ait. Ego vox cla
mātis in deserto dirigite viam domini: sicut
dixit ysaias p̄pheta. Et qui missi fuerāt erāt
ex phariseis. Et interrogauerũt eũ: et dixe
rũt ei. Quid ergo baptizas si tu nō es xp̄us:
neq̧ helias neq̧ p̄pheta? R̄ndit eis iohānes
dicens. Ego baptizo in aqua: medius au=
tem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse
est qui post me venturus ē qui ante me fcūs
est: cuius ego nō sum dignus ut soluā eius
corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta
sũt trās iordanen: vbi eāt iohānes bapti=
zans. Altera die vidit iohānes ihesũ veniē
teꝫ ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce q̄ tol=
lit peccata mũdi. Hic est de quo dixi. Post
me venit vir q̄ ante me factus ē q̄ p̄or me
eāt: et ego nesciebā eũ. Sꝫ ut manifestetur

in israhel: ꝓpterea veni ego in aq̄ baptizās.
Et testimoniū phibuit iohēs dicens. Quia
vidi spiritū descendentē quasi columbam
de celo: et mansit sup eū. Et ego nesciebam
eū: sed qui misit me baptizare in aq̄ ille mi=
chi dixit. Sup quē videris spm̄ descenden
tē ⁊ manentē sup eū: hic est qui baptizat in
spū sancto. Et ego vidi ⁊ testimoniū perhi
bui: q͡ hic est filius dei. Altera die iterū sta
bat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et
respiciēs ihm ambulantē dixit. Ecce agnus
dei. Et audierūt eū duo discipuli loquentē:
et secuti sūt ihesū. Conuersus autē ihesus. et
videns eos sequētes se: dicit eis. Quid qͥrit
tis? Qui dixerūt ei. Rabbi quod dicitur inter=
pretatū mḡr: vbi habitas? Dicit eis. Ve=
nite et videte. Venerūt et viderūt vbi ma=
nēt: et apud eū manserūt die illo. Hora aūt
erāt q̄si decima. Erat aūt andreas frater si=
monis petri. vnus ex duobꝫ q̄ audierāt a
iohāne: et secuti fuerāt eū. Inuenit hic pri=
mū fratrē suū simonē: ⁊ dicit ei. Inuenimus
messiam: quod est interpretatū cristus. Et
adduxit eū ad ihesū. Intuitus aūt eū ihūs
dixit. Tu es simon filius iohāna: tu vocabe
ris cephas: quod interptatur petrus. In cra=
stinū voluit exire in galileā: et inuenit phi
lippū. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat
aūt philippus a bethsaida ciuitate andree
et petri. Inuenit philippus nathanael: et di=
cit ei. Quem scripsit moyses i lege ⁊ ꝓphe=
te: inuenimus ihm filiū ioseph a nazareth.
Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest
aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et
vide. Vidit ihesus nathanahel venientem
ad se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in q̄
dolus nō est. Dicit ei nathanahel. Vnde me
nosti? Rn̄dit ihūs: et dixit ei. Priusq̄ te phi
lippus vocaret cū esses sub ficu vidi te. Rn̄=
dit ei nathanahel et ait. Rabbi tu es filius
dei: tu es rex israhel. Rn̄dit ihesus: et dixit ei.
Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius
hiis videbitis. Et dicit ei. Amē amē dico vo
bis: videbitis celū apertū: et angelos dei ascē
dētes ⁊ descēdētes supra filiū hominis. II

ET die tercia nuptie facte sūt in cha=
na galilee: ⁊ erat mater ihesu ibi. Vo
catus est autē et ihesus et discipuli eius ad
nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater ihesu
ad eū. Vinū nō habēt. Et dicit ei ihesus. Quid
michi ⁊ tibi ē mulier? Nōdū venit hora mea.
Dicit mater eius ministris. Quodcūq; di=
xerit vobis facite. Erant aūt ibi lapidee ydrie
sex posite scd̄m purificacōem iudeoꝝ: capi
entes singule metretas binas vel ternas.
Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et im
pleuerūt eas vsq; ad sūmū. Et dicit eis ihe=
sus. Haurite nūc: et ferte architriclino. Et
tulerūt. Vt aūt gustauit architriclinus aq̄
vinū factā ⁊ non sciebat vnde esset: ministri
autem sciebant qui hauserant aquā: vocat
sponsū architriclinus et dicit ei. Omnis hō
primū bonū vinū ponit: et cū inebriati fue=
rint tūc id qđ deterius est. Tu aūt seruasti
bonū vinū usq; adhuc. Hoc fecit iniciū si=
gnoꝝ ihesus in chana galilee: et manife=
stauit gloriā suā: et crediderūt in eū discipli
eius. Post hoc descendit capharnaū ipe et
mater eius. et frēs eius. et discipuli eius: et
ibi māserūt nō multis diebꝫ. Et ꝓpe erat pa
scha iudeoꝝ: et ascēdit ihūs iherosolimā:
et inuenit in tēplo vendētes boues et oues
et columbas. et nūmularios sedētes. Et cū
fecisset quasi flagellū de funiculis oēs eie
cit de tēplo: oues q̄ꝫ et boues. et nūmulari=
oꝝ effudit es: ⁊ mensas subuertit. Et hiis q̄
columbas vēdebāt dixit. Auferte ista hinc:
et nolite facere domū patris mei domū ne=
gociacōis. Recordati sūt vero discipuli eius
q͡ scriptū est: zelus domus tue comedit me.
Responderūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Quod
signū ostendis nobis q͡ hec facis? Rn̄dit
ihesus: et dixit eis. Soluite templū hoc: et i
tribꝫ diebꝫ excitabo illud. Dixerūt ergo iu
dei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatū est
tēplū hoc. et tu i tribꝫ diebꝫ excitabis illō?
Ille autē dicebat de tēplo corporis sui. Cū
ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt
discipuli eius quia hoc dicebat: ⁊ crediderūt
scripture: et sermoni quē dixit ihesus. Cū aūt
esset iherosolimis in pascha in die festo: mul
ti crediderūt in nomine eius videtes signa
eius que faciebat. Ipse aūt ihesus nō crede
bat semetipm̄ eis. eo q͡ ipse nosset omēs: et
q͡ opus ei nō erāt. ut q̄s testimoniū phibēt
de hoīe. Ipse enī sciebat quid esset i homine.

III

Erat aūt hō ex phariseis nyc=
codemus noīe: pnceps iudeoꝝ. Hic
venit ad ihm nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus
qꝛ a deo venisti mgr. Nemo eni potest hec
signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cum
eo. Rn̄dit ihesus: et dixit ei. Amen amē dico
tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: non po=
test videre regnū dei. Dicit ad eū nycode=
mus. Quō potest hō nasci cū sit senex? Nun=
quid potest in ventrē matris sue iterato in=
troire et renasci? Rn̄dit ihs. Amē amē dico
tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spi=
ritu sancto: nō potest introiere ī regnū dei.
Q ď natū est ex carne caro est: et quod natū
est ex spū spūs est. Nō mireris qꝛ dixi tibi:
oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult
spirat: et vocē eius audis: sed nescis vnde
veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui
natus ē ex spū. Rn̄dit nycodemus: et dixit
ei. Quō possunt hec fieri? Respōdit ihesus: et
dixit ei. Tu es magister in isrl' et hec igno=
ras? Amē amē dico tibi: qꝛ quod scimus lo
quimur. et quod vidimus testamur: et testi
moniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi
vobis et non creditis: quō si dixero vobis
celestia credetis? Et nemo ascendit in celū
nisi qui descendit de celo: filius hominis qui
est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpē
tem in deserto. ita exaltari oportet filiū ho=
minis: ut omīs qui credit in ipo nō pereat:
sed habeat vitā eternā. Sic enim deus di=
lexit mundū ut filiū suū vnigenitū daret:
ut omnis qui credit in eum non pereat: sed
habeat vitā eternā. Nō eni misit deus filiū
suū in mundū ut iudicet mundū: ꝫ ut salue
tur mundus p ipm. Qui credit in eū nō iu=
dicat᷑. Qui autē nō credit iam iudicatus ē:
qꝛ nō credidit in nomine vnigeniti filij dei.
Hoc est autem iudiciū: qꝛ lux venit in mun
dū: et dilexerūt homines magis tenebras q̄
lucē. Erāt enim eoꝝ mala opā. Omnis eni
qui male agit odit lucem: et nō venit ad lu
cem: ut nō arguant᷑ opera eius. Qui autē
facit veritatē venit ad lucem ut manifestē=
tur opera eius: qꝛ ī deo sūt facta. Post hec
venit ihesus et discipuli eius in iudeā terrā:
et illic morabatur cū eis et baptizabat. Erat
aūt et iohānes baptizās in enon iux salim:
quia aque multe erāt illic. et veniebāt et ba=
ptizabāt᷑. Nondū enim missus fuerat iohā
nes in carcerē. Facta est aūt questio ex di=
scipulis iohānis cū iudeis de purificacōne.
Et venerūt ad iohannē: et dixerūt ei. Rabbi:
q̄ erat tecum trās iordanen. cui tu testimo=
niū phibuisti: ecce hic baptizat: et omes ve=
niūt ad eū. Rn̄dit iohānes et dixit. Non po=
test hō accipere quicq̄: nisi fuerit ei datū de
celo. Ipsi vos michi testimoniū perhibetis
qꝛ dixerim. non sū ego xp̄us: ꝫ qꝛ missus sū
ante illū. Qui habet sponsā sponsus ē: ami
cus autē sponsi qui stat et audit eū: gaudio
gaudet ꝓpter vocē sponsi. Hoc ergo gau=
dium meum impletū est. Illum oportet cre=
scere: me aūt minui. Qui desursū venit super
omnes ē. Qui ē de terra de terra ē et de ter=
ra loquit᷑: qui de celo venit sup omes est. Et
qď vidit et audiuit hoc testat᷑: testimoniū
eius nemo accipit. Qui autē acceperit eius
testimoniū signauit: qꝛ deus verax ē. Quē
enim misit deus. verba dei loquit᷑. Non eni
ad mensurā dat deus spiritū. Pater diligit
filium: et omnia dedit in manū eius. Qui cre
dit in filium habet vitam eternā: qui autem
incredulus ē filio. non videbit vitā: sed ira
dei manet sup eū.

IIII

Ut ergo cognouit ihesus qꝛ audierūt pharisei
qꝛ ihesus plures discipulos facit et baptizat
q̄ iohannes: quanq̄ ihus nō baptizaret ꝫ
discipuli eius: reliquit iudeā et abijt iterum
in galileam. Oportebat aūt eum transire p
samariā. Venit ergo ī ciuitatē samarie que
dicit᷑ sychar: iux prediū qď dedit iacob io
seph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Ihs
autem fatigatus ex itinere. sedebat sic sup
fontē. Hora autem erat quasi sexta. Venit
mulier de samaria haurire aquā. Dic ei ihe
sus. Da michi bibere. Discipuli eni eius abi
erant in ciuitatē ut cibos emerēt. Dicit er=
go ei mulier illa samaritana. Quō tu iudeus
cū sis bibere a me poscis: q̄ sū mulier sama=
ritana? Nō enim coutunt᷑ iudei samarita=
nis. Rn̄dit ihs et dixit ei. Si scires donū dei.
et q̄s est q̄ dicit tibi da michi bibere: tu for=
sitā petisses ab eo: et dedisset tibi aquā viuā.
Dic ei mulier. Dn̄e: neqꝫ in quo haurias ha
bes: et puteus altus est. Unde ergo habes

aquam viuã? Nũquid tu maior es prē no-
stro iacob qui dedit nobis puteũ: et ipe ex
eo bibit. et filij eius. et pecora eius? Respon
dit ihesus: ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit ex aq̃
hac sitiet iterum. Qui aũt biberit ex aqua
quã ego dabo ei. nõ sitiet in eternũ: ꝫ aqua
quã ego dabo ei fiet in eo fons aque saliē-
tis in vitã eternã. Dicit ad eum mulier. Dñe
da michi hanc aquã: ut non sitiã neq; veni-
am huc haurire. Dixit ei ihesus. Uade vo
ca virũ tuũ: et veni huc. Rñdit mulier. Et di-
xit. Nõ habeo virũ. Dicit ei ihesus. Bene di
xisti: q: nõ habeo virum. Quinq; enim viros
habuisti: et nũc quē habes nõ est tuus vir.
Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine:
video q: ꝓpheta es tu. Patres nostri in mõ-
te hoc adorauerũt: ⁊ vos dicitis q: ierosо
limis est locus vbi adorаē oportet. Dicit ei
ihesus. Mulier crede michi: quia veniet hora
quãdo neq; in monte hoc. neq; in ierosoli-
mis adorabitis patrē. Vos adoratis quod
nescitis: nos adoramus qđ scimus: q: salus
ex iudeis ē. Sed venit hora ⁊ nũc ē: quãdo
veri adoratores adorabũt prēm in spiritu
et veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui
adorēt eum. Spũs est deus: et eos qui ado
rant eum in spũ ⁊ veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio q: messias venit: q̃ di-
citur cristus. Cum ergo venerit: ille nobis
annũciabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sũ:
qui loquor tecũ. Et ꝯtinuo venerũt discipu-
li eius: et mirabãt̃ q: cũ muliere loquebat̃.
Nemo tamē dixit: quid queris aut quid lo-
queris cum ea. Reliquit ergo ydriam suã
mulier: et abijt ĩ ciuitatē: et dicit illis homi
nibus. Venite ⁊ videte hoīẽ qui dixit michi
oīa quecũq; feci. Nunquid ipse est cristus?
Exierũt de ciuitate: et veniebãt ad eũ. Inter
ea rogabãt eũ discipuli dicentes. Rabbi
manduca. Ille aũt dixit eis. Ego cibum ha
beo manducaē quē vos nescitis. Dicebant
ergo discipuli ad inuicē. Nũquid aliquis
attulit ei manducaē? Dicit eis ihesus. Meus
cibus est. ut faciam voluntatē eius qui mi
sit me: ut pficiã opus eius. Nõne vos dici-
tis q: adhuc q̃tuor mēses sũt ⁊ messis venit?
Ecce dico vobis: leuate oculos vr̃os et vi-
dete regiones: q: albe sunt iam ad messem.

Et qui metit mercedē accipit ⁊ congregat
fructum in vitam eternã: ut et q̃ seminat si-
mul gaudeat ⁊ qui metit. In hoc enim ē ver
bũ verũ: q: alius est qui seminat: ⁊ alius est
qui metit. Ego misi vos metere: quod vos
non laborastis. Alij laborauerũt: et vos in
labores eoꝝ introistis. Ex ciuitate aũt illa
multi crediderũt in eũ samaritanoꝝ ꝓpter
verbum mulieris testimonium perhibentis:
quia dixit michi omnia quecũq; feci. Cũ ve-
nissent ergo ad illũ samaritani. rogauerũt
eũ ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.
Et multo plures crediderũt ꝓpter ſmonē
eius. Et mulieri dicebãt: q: iã nõ ꝓpter tuã
loquelã credimus. Ipsi enim audiuimus
et scimus: q: hic ē vere saluator mũdi. Post
duos aũt dies exijt inde: ⁊ abijt in galileã.
Ipse enim ihesus testimoniũ phibuit: quia
ꝓpheta in sua patria honorē nõ habet. Cũ
ergo venisset in galileã exceperũt eũ galilei:
cum omnia vidissent q̃ fecerat ierosolimis
in die festo. Et ipsi enim venerant ad diē fe-
stũ. Uenit ergo iterũ ĩ chana galilee: vbi
fecit aquam vinũ. Et erat quidam regulus
cuius filius infirmabat̃ capharnaũ. Hic
cũ audisset q: ihs adueniret a iudea in gali
leã abijt ad eũ: ⁊ rogabat eũ: ut descendēt
et sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihs ad eũ. Nisi signa ⁊ ꝓdigia
videritis nõ creditis. Dicit ad eũ regulus.
Dñe: descende priusq̃ moriatur filius meus.
Dicit ei ihs. Vade: filius tuus viuit. Credi-
dit homo ſmoni quē dixit ei ihesus: et ibat.
Iam aũt eo descendēte ſui occurrerũt ei: et
nũciauerũt dicētes: quia filius eius viueret.
Interrogabat ergo horã ab eis in q̃ meli-
us habuerit. Et dixerũt ei: quia heri hora se-
ptima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pa
ter q: illa hora erat in q̃ dixit ei ihs filius tu-
us viuit: ⁊ credidit ipe: et domus eius tota.
Hoc iterũ secũdũ signũ fecit ihesus: cũ ve-
nisset a iudea ĩ galileã.

Post hec V

erat dies festus iudeoꝝ: ⁊ ascēdit ihs
ierosolimã. Est aũt ierosolimis ꝓbatica pi
scina q̃ ꝯgnominabat̃ hebraice bethsaida:
quinq; porticus hñs. In hijs iacebat multi
tudo magna languentiũ cecoꝝ claudorũ
aridoꝝ: expectantiũ aque motũ. Angelus

autez domini descendebat scdm tempus in
piscinam: et mouebatur aq. Et qui primus
descendisset in piscinā post motionē aque: sa
nus fiebat a quacūqz detinebat infirmita=
te. Erat autez quidam homo ibi triginta et
octo annos habēs in infirmitate sua. Hūc
cū vidisset ihesus iacentē: et cognouisset quia
iam multū tēpus haberet dicit ei. Vis sa=
nus fieri? Rndit ei languidus. Dne: hoīem
nō habeo ut cū turbata fuerit aq mittat me
in piscinam. Dū venio enim ego: alius ante
me descēdit. Dicit ei ihs. Surge: tolle gra=
batum tuū et ambula. Et statim sanus fcūs
est homo ille: et sustulit grabatū suū et am=
bulabat. Erat aūt sabbatū in die illo. Dice
bāt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sab
batū est: nō licet tibi tollere grabatū tuum.
Rndit eis. Qui me sanū fecit ille michi di=
xit: tolle grabatū tuū et ambula. Interroga
uerūt ergo eū. Quis est ille homo: q dixit
tibi tolle grabatum tuū et ambula? Is autē
qui sanus fuerat effectus nesciebat qs esset.
Ihesus enim declinauit a turba cōstituta in
loco. Postea inuenit eū ihs in templo: et
dixit illi. Ecce sanus fcūs es: iā noli peccare.
ne deterius tibi aliquid cōtingat. Abijt ille
homo: et nunciauit iudeis qz ihesus esset: qui
fecit eum sanū. Propterea psequebant iu=
dei ihm: qz hec faciebat in sabbato. Ihesus
aūt rndit eis. Pater meus usqz modo opa
tur: et ego operor. Propterea ergo magis
querebant eū iudei interficere: qz nō solū
soluebat sabbatū: sz et patrem suū dicebat
deuz equalē se faciēs deo. Rndit itaqz ihs:
et dixit eis. Amen amē dico vobis: nō po=
test filius a se facere quicq: nisi qd viderit
prēm facientē. Quecūqz enim ille fecerit:
hec et filius silr facit. Pater enī diligit filiū:
et oīa demōstrat ei que ipse facit: et maiora
hijs demōstrabit ei opera: et vos miremini.
Sicut enī pater suscitat mortuos et viuifi
cat: sic et filius quos vult viuificat. Neqz
enim pater iudicat quenq: sed oē iudi=
ciū dedit filio: ut oēs honorificēt filiū: sic
honorificant patrem. Qui non honorificat
filiū: non honorificat patrē qui misit illum.
Amen amē dico vobis: qz qui vbū meū au
dit et credit ei q misit me: habet vitā eternā.
Et in iudiciū non venit: sed transit a morte
in vitā. Amē amē dico vobis: qz venit hora
et nūc est quādo mortui audiēt vocem filij
dei: et qui audierint viuēt. Sicut enī pater
habet vitam in semetipo: sic dedit et filio ha
bere vitam in semetipso. Et potestatē dedit
ei et iudiciū facere: qz filius hoīs ē. Noli=
te mirari hoc: qz venit hora ī qua oēs qui
in monumētis sūt audiēt vocē filij dei: et pro=
cedēt qui bona fecerūt in resurrectōez vite:
q vero male egerūt in resurrectōez iudicij.
Nō possuz ego a meipo facere quicq. Sicē
audio iudico: et iudiciū meū iustū ē: qz nō
quero volūtatē meā: sed voluntatem eius
qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de
me: testimoniū meū non est verū. Alius est
qui testimoniū phibet de me: et scio qz veruz
est testimoniū eius qd phibet de me. Vos
misistis ad iohannē: et testimoniū phibuit
veritati. Ego aūt nō ab hoīe testimoniū
accipio: sed hec dico: ut vos salui sitis. Ille
erat lucerna ardēs et lucēs. Vos aūt volui=
stis ad horā exultare in luce eius. Ego au
tez habeo testimoniū maius iohāne. Opa
enī que dedit michi pater ut pficiā ea: ipa
opera q ego facio testimoniū phibēt de me:
qz pater misit me. Et q misit me pater ipse
testimoniū phibuit de me. Neqz vocē eius
vnq audistis: neqz speciē eius vidistis. Et
verbū eius nō habetis ī vobis manēs: quia
quē misit ille huic vos nō creditis. Scruta
mini scripturas: qz vos putatis ī ipis vitā eter=
nā habē. Et ille sūt q testimoniū phibēt de
me: et nō vultis venire ad me ut vitā habe=
atis. Claritatem ab hominibus nō accipio:
sed cognoui vos: qz dilectionē dei nō habe
tis in vobis. Ego veni ī nomine patris mei:
et non accepistis me. Si alius venerit ī no
mine suo: illū accipietis. Quō vos potestis
credere q gloriā abinuicē accipitis: et gliaz
q a solo deo est nō qritis? Nolite putare qz
ego accusaturus sim vos apud prēz. Est q
accusat vos: moyses ī quo vos speratis. Si
enim crederetis moysi crederetis forsitan et
michi. De me enī ille scripsit. Si autē illius
litteris nō creditis: quō meis vbis credetis?

VI

Post hec abijt ihs trās mare ga=
lilee: qd ē tyberiadis. Et sequebatur

eum multitudo magna: q2 videbant signa
que faciebat sup hys q̄ infirmabāt. Subijt
ergo in montē ihesus: et ibi sedebat cū disci
pulis suis. Erat aūt ꝓximū pascha: dies fe
stus iudeoꝝ. Cū subleuasset ergo oculos
ihesus. et vidissꝫ q2 multitudo maxima venit
ad eū: dicit ad philippū. Vnde ememus pa
nes ut manducēt hy? Hoc aūt dicebat tē=
ptans eum. Ipe enim sciebat quid esset fa=
cturus. Rn̄dit ei philippus. Ducētoꝝ dena
rioꝝ panes nō sufficiūt eis: ut vnusquisqꝫ
modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex di=
scipulis eius andreas frater simonis petri.
Est puer vnus hic: qui habet quīqꝫ panes
ordeaceos ⁊ duos pisces. Sed hec q̄d sūt
inter tātos? Dicit ergo ihesus. Facite hoīes
discumbere. Erat autē fenū multū in loco.
Discubuerūt ergo viri. numero quasi quīqꝫ
milia. Accepit ergo ihus panes: et cū grās
egissꝫ distribuit discumbētibꝫ: Similiter et
ex piscibꝫ quantū volebāt. Vt aūt impleti
sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ supera
uerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt er=
go: et impleuerūt duodecim cophinos fra
gmentorum ex quinqꝫ panibus ordeaceis:
que superfuerūt hys qui manducauerant.
Illi ergo homines cum vidissent quod fe=
cerat signū dicebāt. Quia hic ē vere ꝓphe=
ta: qui venturus est in mundū. Ihesus ergo
cū cognouissꝫ quia vēturi essent ut raperent
eū et facerēt eū regē: fugit iterū in montē
ipe solus. Vt aūt sero factū est: descenderūt
discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent
nauim: venerūt trans mare in capharnaū.
Et tenebre iam facte erāt: ⁊ nō venerat ad
eos ihesus. Mare aut vento magno flante
exsurgebat. Cū remigassent ergo q̄si sta=
dia viginti quinqꝫ aut triginta: vidēt ihesū
ambulantē supra mare. et ꝓximū naui fieri:
et timuerūt. Ille autem dicit eis. Ego sum:
nolite timere. Voluerūt ergo accipere eum
in nauim: et statim nauis fuit ad terrā quā
ibāt. Altera die turba q̄ stabat trās mare.
vidit q2 nauicula alia nō erat ibi nisi vna:
et quia nō introissꝫ cū discipulis suis ihus ī
nauim: ſꝫ soli discipuli eius abissent. Alie ve
ro superuenerūt naues a tybiriade iuxta locū
vbi māducauerāt panē: grās agētes deo.

Cū ergo vidissꝫ turba quia ihus nō essꝫ ibi
neqꝫ discipuli eius ascenderūt in nauiculas:
et venerūt capharnaū querētes ihm. Et cū
inuenissent eū trās mare: dixerūt ei. Rabbi
quādo huc venisti? Rn̄dit eis ihs: et dixit.
Amen amē dico vobꝫ: queritis me nō quia
vidistis signa. ſꝫ q2 māducastis ex panibꝫ:
et saturati estis. Operamini nō cibū q̄ perit:
sed qui ꝑmanet in vitam eternā: quē filius
hominis dabit vobis. Hūc enī pater sig=
nauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid facie=
mus: ut operemur opa dei? Rn̄dit ihesus: et
dixit eis. Hoc ē opus dei ut credatis in eū
quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo
tu facis signū: ut videamus ⁊ credamus ti=
bi? Quid operaris? Patres nostri mādu=
cauerūt māna in deserto: sicut scriptū est. Pa
nē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo
eis ihs. Amen amē dico vobis: nō moyses
dedit vobꝫ panē de celo: ſꝫ pater meus dat
vobis panem de celo verum. Panis enim
dei est qui de celo descendit: et dat vitā mū=
do. Dixerūt ergo ad eū. Domine semp da no
bis panē hūc. Dixit autē eis ihesus. Ego sū
panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: et q̄
credit in me nō sitiet vnq̄. Sed dixi vobis:
q2 et vidistis me: et nō credidistis. Omne qđ
dat michi pater ad me veniet: et eum qui ve
nit ad me nō eiciam foras: q2 descendi de ce
lo nō ut faciam voluntatē meā ſꝫ volūtatē
eius qui misit me. Hec enim volūtas eius
qui misit me patris: ut omne quod dedit mi
chi nō perdā ex eo: ſꝫ resuscitem illud in no=
uissimo die. Hec est enī volūtas pr̄is mei
qui misit me: ut omnis qui videt filiū ⁊ credit
in eū habeat vitā eternā: et ego resuscitabo
eum in nouissimo die. Murmurabant ergo
iudei de illo. q2 dixissꝫ ego sū panis viuus:
qui de celo descendi. Et dicebāt. Nōne hic
est filius ioseph cuius nos nouimus pr̄em
et mr̄em? Quō ergo dicit hic. q2 de celo de=
scēdi? Rn̄dit ergo ihus: ⁊ dixit eis. Nolite
murmurare ī inuicē. Nemo potest venire ad
me: nisi pater q̄ misit me traxerit eū: et ego
resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptū
in ꝓphetis. Et erūt omnes docibiles dei. Omnis
qui audiuit a pr̄e ⁊ didicit venit ad me. Nō
q2 patrē vidit quisq̄: nisi is qui ē a deo: hic

videt patrē. Amē amē dico vobis: q̄ credit
in me habet vitā eternā. Ego sū panis vi-
te. Patres vestri manducauerūt manna in
deserto: et mortui sūt. Hic est panis de celo
descendēs: ut si quis ex ipo manducauerit
nō moriat᷑. Ego sū panis viuus: qui de celo
descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pa-
ne viuet in eternū. Et panis quē ego dabo
caro mea ē: p mūdi vita. Litigabāt ergo
iudei ad inuicē dicētes. Quō potest hic no-
bis carnē suā dare ad manducandū? Dixit
ergo eis ihūs. Amen amē dico vobis: nisi
manducaueritis carnē filij hominis et biberi-
tis eius sanguinē: nō habebitis vitā i vob.
Qui manducat meam carnē et bibit meum
sanguinē: habet vitā eternā: et ego resusci-
tabo eū in nouissimo die. Caro enī mea ve-
re est cibus: et sanguis meus vere ē potus.
Qui manducat meā carnē et bibit meū san-
guinē: in me manet et ego i illo. Sicut mi-
sit me viuēs pater et ego viuo ꝓpter prēm:
et qui manducat me: et ipse viuet ꝓpter me.
Hic ē panis qui de celo descendit. Nō sicut
manducauerūt prēs vestri māna: et mortui
sūt. Qui manducat hūc panē: viuet in eter-
nū. Hec dixit i synagoga docēs in caphar
naū. Multi ergo audiētes ex discipulis ei-
us dixerūt. Durus ē hic s̄mo. Et q̄s potest
eum audire? Sciēs autē ihesus apud se-
metipsū q᷑ murmurarēt de hoc discipli eius
dixit eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo
videritis filiū hominis ascendentē vbi erat
prius? Spiritus est qui viuificat: caro nō
ꝓdest quicq̄. Verba que ego locutus sū
vobis: spiritus et vita sūt. Sz sūt quidam
ex vobis qui nō credūt. Sciebat enim ab
inicio ihesus qui essent nō credentes: et q̄s
traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea
dixi vobis: q᷑ nemo potest venire ad me: ni-
si fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc multi
discipulorꝫ eius abierūt retro: et iam nō cū
illo ambulabāt. Dixit ergo ihesus ad duo-
decim. Nūquid et vos vultis abire? Rn̄dit
ergo ei simon petrus. Dn̄e: ad quē ibimus?
Verba vite etne habes. Et nos credimus
et cognouimus: q᷑ tu es xp̄us filius dei. Rn̄-
dit eis ih̄s. Nonne ego vos duodecī elegi:
et ex vobis vnus diabolus ē? Dicebat autē
de iuda simonis scariothis. Hic enī erat tra
diturus eū cū esset vnus ex duodecī. VII

Post hec aūt ambulabat ihesus in ga
lileā. Non enim volebat in iudeā am-
bulare: quia querebāt eū iudei interficere.
Erat autem in ꝓximo dies festus iudeorꝫ
scenophegia. Dixerūt aūt ad eū fratres eius.
Transi hinc et vade in iudeā: ut et discipuli
tui videant opera tua q̄ facis. Nemo quip-
pe in occulto quid facit: et querit ipe in pa
lam esse. Si hec facis: manifesta te ipm mū
do. Neqꝫ enim fratres eius credebant in eū.
Dicit ergo eis ihesus. Tempus meū nōdū
aduenit: tempus autem vestrū semp est pa
ratū. Non potest mundus odisse vos. Me
aūt odit: q᷑ ego testimoniū phibeo de illo:
quia opa eius mala sūt. Vos ascēdite ad
diem festum hūc. Ego nō ascendā ad diē
festū istū: quia meū tēpus nōdū impletū ē.
Hec cū dixisset: ipe mansit i galilea. Vt au
tē ascenderūt fratres eius: tunc et ipse ascē
dit ad diem festū non manifeste: sz quasi in
occulto. Judei ergo querebant eū in die fe
sto: et dicebant. Vbi ē ille? Et murmur mul-
tus de eo erat in turba. Quidā enī dicebāt
q᷑ bonus est: alij autē dicebāt nō. sz seducit
turbas. Nemo tamē palā loquebat᷑ de illo:
ꝓpter metum iudeorꝫ. Jam autē die festo
mediante: ascendit ihesus in templū et doce
bat. Et mirabāt᷑ iudei dicētes. Quō hic lit
teras scit cū nō didicerit? Rn̄dit eis ihesus:
et dixit. Mea doctrina nō est mea: sz eius q̄
misit me. Si quis voluerit voluntatē eius
facere: cognoscet de doctrina. vtrū ex deo
sit: an ego a meipo loquar. Qui a semetip-
so loquit᷑ gloriā propriā querit. Qui autē
querit gloriā eius qui misit eū: hic verax ē:
et iniusticia in illo non est. Nonne moyses
dedit vobis legē? Et nemo ex vobis facit
legē. Quid me queritis interficere? Rn̄dit
turba et dixit. Demoniū habes. Quis te q̄rit
interficere? Rn̄dit ihesus: et dixit eis. Vnum
opus feci: et omēs miramī. Propterea moy-
ses dedit vob circumcisionē: nō q᷑ ex moy-
se est: sed ex patribꝰ. Et in sabbato circūci-
ditis hominē. Si circūcisionē accipit hō in
sabbato ut nō soluatur lex moysi: michi in-
dignamī q᷑ totū hoīez sanū feci i sabbato?

Nolite iudicare secundū faciē: sed iustum
iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidam ex
ierosolimis. Nōne hic est quem querūt
interficere? Ecce palā loquitur: et nichil ei
dicūt. Nūquid vere cognouerūt principes
quia hic est xpus? Sed hūc scimus vnde
sit: cristus autē cū venerit. nemo scit vnde
sit. Clamabat ergo ihesus ī templo docēs
et dicēs. Et me scitis. et vnde sim scitis: et a
meipo nō veni: sed est verus qui misit me quē
vos nescitis. Ego scio eū: et si dixero quia ne-
scio eū: ero similis vobis mendax. Sed scio
eum: quia ab ipo sum: et ipe me misit. Que-
rebant ergo eū apprehēdere: et nemo misit
in illū manus: quia nondū venerat hora eius.
De turba autē multi crediderūt in eum. Et
dicebant. Cristus cū venerit: nūquid plura
signa faciet quā que hic facit? Audierūt pha
risei turbā murmurantē de illo hec: et mise-
rūt principes et pharisei ministros ut ap-
prehenderēt ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Ad
huc modicū tēpus vobiscū sū: et vado ad
eum qui me misit. Queretis me et nō inueni
etis: et vbi ego sū vos nō potestis venire. Di
xerūt ergo iudei ad semetipos. Quo hic itu
rus est. quia nō inueniemus eū? Nūquid in
dispsionē gētiū iturus ē et docturus gētes?
Quis est hic sermo quē dixit. queretis me
et nō inuenietis: et vbi sū ego vos nō pote
stis venire? In nouissimo autē die magno
festiuitatis stabat ihus: et clamabat dicēs.
Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Qui cre
dit in me sicut dicit scriptura: flumina de vē-
tre eius fluēt aque viue. Hoc autē dixit de
spiritu: quē accepturi erāt credētes in eum.
Nondū enim erat spūs datus: quia ihesus nō-
dū erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū
audissent hos sermones eius dicebant. Hic
est vere ppheta. Alii dicebāt. Hic est xpus.
Quidam autē dicebāt. Nūquid a galilea
venit cristus? Nōne scriptura dicit: quia ex se
mine dauid. et de bethleem castello vbi erat
dauid venit cristus? Dissensio itaque facta ē
in turba propter eum. Quidā aūt ex ipis vo-
lebant apprehendere eū: sed nemo misit sup
eum manus. Venerūt ergo ministri ad pō-
tifices et phariseos: et dixerūt eis illi. Quare
nō adduxistis eū? Rūderūt ministri. Nūquā
sic locutus ē homo: sicut hic homo. Rūderūt
ergo eis pharisei. Nūquid et vos seducti
estis? Nūquid ex principibus aliquis credi-
dit in eū: aut ex phariseis? Sed turba hec
que nō nouit legem: maledicti sūt. Dixit ny-
codemus ad eos: ille qui venit ad eū nocte:
qui vnus erat ex ipis. Nūquid lex nrā iudi
cat hominem: nisi prius audierit ab ipo et
cognouerit quid faciat? Responderunt: et
dixerūt ei. Nūquid et tu galileus es? Scru
tare scripturas et vide: quia a galilea ppheta
nō surgit. Et reuersi sūt vnusquisque in domū suā.

VIII

Iesus aūt perrexit in montē
oliueti: et diluculo iterū venit in templū: et
omnis populus venit ad eum: et sedēs doce
bat eos. Adducūt aūt scribe et pharisei mu-
lierē deprehensam in adulterio: et statuerūt
eam in medio: et dixerūt ei. Magister: hec
mulier modo deprehensa est in adulterio. In
lege aūt moyses mādauit nobis huiusmo
di lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt
dicebāt temptātes eū: ut possent accusare
eum. Ihesus autē inclinās se deorsū: digito
scribebat ī terra. Cū ergo pseuerarēt interro
gātes eū: erexit se et dixit eis. Qui sine pccō
est vestrū primus in illam lapidē mittat. Et
iterū se inclinans scribebat in terra. Audiē
tes aūt hec vnus post vnū exibāt incipiētes
a senioribus: et remansit solus ihus: et mulier
in medio stās. Erigēs aūt se ihus: dixit ei.
Mulier: vbi sūt qui te accusabāt? Nemo te
condemnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit
aūt ihus. Nec ego te cōdēnabo. Vade et iā
amplius noli peccare. Iterū ergo locutus ē
eis ihus dicēs. Ego sū lux mūdi. Qui sequit
me nō ambulat ī tenebris: sed habebit lumē
vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipo
testimoniū phibes: testimoniū tuū non est
verū. Rūdit ihus: et dixit eis. Et si ego testi
moniū phibeo de meipo. verū ē testimoniū
meū: quia scio vnde veni et quo vado. Vos au
tē nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos
secundū carnem iudicatis: ego non iudico
quenquā. Et si iudico ego. iudiciū meū verū
est: quia solus nō sū: sed ego et qui misit me pater.
Et ī lege vrā scriptū ē: quia duorū hominū te-
stimoniū verū est. Ego sū qui testimoniū p
hibeo de meipo: et testimoniū phibet de me

qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi ē pater tuus? Rn̄dit ih̄s. Neqȝ me scitis: neqȝ patrē meum. Si me sciretis: forsitan et patrem meū sciretis. Hec v̄ba locutus est ihesus in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eū: qꝛ necdū venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis ih̄us. Ego vado: et q̄retis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nūquid interficiet semetipsū: qꝛ dicit quo ego vado vos nō potestis venire? Et dicebat eis. Vos deorsū estis ego de supnis sū. Vos de mūdo hoc estis. ego non sū de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in peccatis vestris. Si enī nō credideritis qꝛ ego sū: moriemī in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dicit eis ihesus. Principiū: qui ⁊ loquor vob̄. Multa habeo de vob̄ loqui ⁊ iudicaē: sed qui me misit verax est: et ego que audiui ab eo hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt: qꝛ p̄rem eis dicebat deū. Dixit ergo eis ihesus. Cum exaltaueritis filiū hominis tūc cognoscetis quia ego sū: ⁊ a meip̄o facio nichil: ſȝ sicut docuit me pater hec loq̄r. Et qui me misit mecū est: et nō reliquit me solū: qꝛ ego que placita sūt ei facio semp. Hec illo loquēte: multi crediderūt in eum. Dicebat ergo ihesus ad eos. qui crediderūt ei iudeos. Si vos māseritis in s̄mone meo. vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatē: et veritas liberabit vos. Responderūt ei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quō tu dicis liberi eritis? Rn̄dit eis ihesus. Amē amē dico vobis: qꝛ omnis qui facit pc̄m seruus est peccati. Seruus autem nō manet in domo in eternum: filius manet in eternū. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ filij abrahe estis: ſȝ queritis me interficere: qꝛ s̄mo meus non capit in vob̄. Ego quod vidi apud p̄rem loquor: et vos que vidistis apud patrem vestrū facitis. Responderūt ⁊ dixerūt ei. Pater noster abrahā ē. Dicit eis ihesus. Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Nūc autē queritis me interficere: hominē qui veritatē vobis locutus sū: quā audiui a deo. Hoc abraham nō fecit. Vos facitis opera patris vr̄i. Dixerūt itaqȝ ei. Nos ex fornicacōne nō sumus nati. Unū patrē habemus deum. Dixit ergo eis ihesus. Si deꝰ pater vester esset: diligeretis vtiqȝ me. Ego enim ex deo ꝓcessi et veni. Neqȝ enī a meip̄o veni: sed ille me misit. Quare loquelā meā nō cognoscitis? Quia nō potestis audiē sermonē meū. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vr̄i vultis facere. Ille homicida erat ab inicio: et ī veritate nō stetit: qꝛ non ē veritas in eo. Cum loquit᷑ mendaciū. ex ꝓprijs loquit᷑: quia mendax ē ⁊ pater eius. Ego aūt qꝛ v̄itatē dico: nō creditis michi. Quis ex vob̄ arguet me de pc̄ō? Si veritatem dico: quare vos nō creditis michi? Qui ex deo est: v̄ba dei audit. Propterea vos nō auditis: qꝛ ex deo non estis. Responderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos: qꝛ samaritanus es tu et demoniū habes? Respōdit ih̄us. Ego demoniū nō habeo: ſȝ honorifico patrem meum: et vos inhonorastis me. Ego autē non q̄ro gloriā meā. Est q̄ querat ⁊ iudicet. Amē amē dico vob̄: si quis s̄monē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus: qꝛ demoniū habes. Abrahā mortuus est ⁊ ꝓphete. et tu dicis si quis s̄monē meū seruauerit non gustabit mortē in eternū? Nūq̄d tu maior es p̄re nostro abrahā q̄ mortuus est? Et prophete mortui sūt. Quem teip̄m facis? Respōdit ih̄us. Si ego glorifico meipsū: gloria mea nichil est. Est pater meus q̄ glorificat me: quē vos dicitis qꝛ deus nr̄ est ⁊ nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū. Et si dixero quia nō scio eum: ero similis vobis mendax. Sȝ scio eū: et sermonē eius seruo. Abrahaȝ p̄r vester exultauit ut videret diē meū: et vidit: et gauisus ē. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nō dū habes: ⁊ abrahā vidisti? Dixit eis ih̄s. Amē amē dico vobis: anteq̄ abraham fieret ego sū. Tulerūt ergo lapides ut iacerent in eum. Ih̄us aūt abscondit se et exiuit de templo.

IX

Et p̄teriēs ihesus vidit hominē cecū a natiuitate: ⁊ interrogauerūt eū discipuli eius. Rabbi. quis peccauit. hic aut parentes eius: ut cecus nasceret᷑? Rn̄dit ih̄s.

Neqȝ hic peccauit neqȝ parẽtes eiuſ: ſed ut
manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui miſit me: donec dieſ
eſt. Venit nox: quando nemo poteſt opari.
Quamdiu ſũ in mũdo: lux ſum mũdi. Hoc
cum dixiſſet expuit in terraȝ. et fecit lutũ ex
ſputo: et liniuit lutũ ſup oculos eius: ⁊ dixit
ei. Vade laua in natatoria ſyloe: quod inter
pretatur miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit: et venit
vidẽs. Itaqȝ vicini ⁊ qui viderãt eum priuſ
ꝙ mendicus erat dicebãt. Nõne hic eſt qui
ſedebat et mendicabat? Alij dicebãt quia
hic ẽ: alij autẽ nequaq̃: ꝫ ſimilis ẽ eius. Ille
vero dicebat: ꝙ ego ſum. Dicebãt ergo ei.
Quõ apti ſunt tibi oculi? Rñdit. Ille homo
qui dicitur ihesus lutũ fecit: et vnxit oculoſ
meos: et dixit michi. Vade ad natatoriam
ſyloe: et laua. Et abij: et laui. et video. Et di
xerũt ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Addu-
cũt eũ ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat
aũt ſabbatũ quando lutũ fecit ihesus: et ape
ruit oculos eiuſ. Iterũ ergo interrogabãt
eum pharisei quõ vidiſſet. Ille auteȝ dixit
eis. Lutũ michi poſuit ſuper oculos: et laui
et video. Dicebãt ergo ex phariſeis quidã.
Nõ eſt hic homo a deo: qui ſabbatũ nõ cu-
ſtodit. Alij autẽ dicebant. Quõ poteſt ho-
mo peccator hec ſigna facẽ? Et ſciſma erat
inter eos. Dicũt ergo ceco iteruȝ. Tu quid
dicis de eo qui apuit oculos tuos? Ille aũt
dixit: ꝙ ꝓpheta eſt. Nõ crediderũt ergo
iudei de illo ꝙ cecus fuiſſꝫ ⁊ vidiſſet: donec
vocauerũt parẽtes eius qui viderat: et intˀ
rogauerũt eos dicẽtes hic eſt filius veſter:
quem vos dicitis ꝙ cecus natus eſt? Quõ
ergo nũc videt? Rñderũt eis parẽtes eiuſ:
et dixerũt. Scimus ꝙ hic ẽ filius noſter:
et quia cecus natus ẽ. Quõ aũt nũc videat
neſcimuſ: ã quis eius apuit oculos nos ne
ſcimuſ. Ipm interrogate. Etatẽ habet: ipe
de ſe loquatˀ. Hec dixerũt parentes eius:
quia timebant iudeos. Iam enim conſpi-
rauerãt iudei: ut ſi quis eũ ꝯfiteretˀ eſſe cri-
ſtum extra ſynagogam fieret. Propterea
parentes eius dixerũt. ꝙ etatẽ habet: ipm
interrogate. Vocauerũt ergo rurſũ hoĩem
qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam
deo. Nos ſcimus ꝙ hic homo peccator eſt.

Dixit ergo ille. Si peccõr eſt neſcio: vnum
ſcio: quia cecus cũ eſſeȝ. modo video. Dixerũt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quõ aperuit tibi
oculos? Rñdit eis. Dixi vobˀ iã: et audiſtiſ.
Quid iterũ vultis audire? Nunquid ⁊ vos
vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerũt er-
go ei: et dixerũt. Tu diſcipulus illius ſis:
nos aũt moyſi diſcipuli ſumuſ. Nos ſcimus
ꝙ moyſi locutus eſt deus: hũc aũt neſcimꝰ
vnde ſit. Rñdit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc
enim mirabile eſt ꝙ vos neſcitis vnde ſit:
et apuit meos oculoſ. Scimus aũt ꝙ peccõ
res deus nõ audit: ꝫ ſi quis dei cultor ẽ et vo
lũtatẽ eius facit: hũc exaudit. A ſeculo nõ
eſt auditũ: quia quis apuit oculoſ ceci nati.
Niſi eſſꝫ hic a deo: nõ poterat facere quicq̃.
Rñderũt: et dixerũt ei. In peccatis natus es
totus: et tu doces nos? Et eiecerũt eũ foraſ.
Audiuit ihesus quia eiecerũt eũ foras: et cũ
inueniſſet eũ dixit ei. Tu credis in filiũ dei?
Reſpondit ille ⁊ dixit. Quis ẽ dñe ut credã
in eum? Et dixit ei ihesus. Et vidiſti eũ: ⁊ q̃
loquitur tecũ ipe ẽ. At ille ait. Credo dñe.
Et ꝓcidẽs adorauit eũ. Et dixit ei ihũs. In
iudiciũ ego in hũc mundũ veni: ut qui non
vident videãt: et qui vident ceci fiant. Et au
dierunt quidã ex phariſeis qui cũ ipo erãt:
et dixerũt ei. Nunquid et nos ceci ſumus?
Dixit ei ihesus. Si ceci eſſetis nõ haberetis
peccm. Nũc vero dicitiſ. quia videmuſ: peccm
X vrm manet.
Amen amẽ dico vob:
q̃ nõ intrat p oſtiũ in ouile ouiũ ꝫ aſ-
cẽdit aliũde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui aũt in-
trat p oſtiũ. paſtor ẽ ouiũ. Huic oſtiarius
apit: et oues voceȝ eius audiũt. Et ꝓprias
oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cũ
ꝓprias oues emiſerit ante eas vadit: ⁊ oueſ
illũ ſequũtˀ: ꝙ ſciunt vocẽ eius. Alienũ autẽ
nõ ſequũtur. ꝫ fugiũt ab eo: quia nõ noue-
runt vocẽ alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiũ dixit eis
ihesus. Illi aũt nõ ꝯgnouerũt quid loque
retˀ eis. Dixit ergo eis iterũ ihesus. Amen
amẽ dico vobˀ quia ego ſũ oſtiũ ouiũ. Oẽs
quotqt venerũt fures ſũt et latrones: ꝫ nõ
audierũt eos oues. Ego ſũ oſtiũ. Per me
ſi quis introierit ſaluabitˀ: et ingredietur et
egredietˀ: et paſcua inueniet. Fur nõ venit:
niſi ut furetur ⁊ mactet ⁊ pdat. Ego veni ut

vitā habeāt: et abundantius habeāt. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aīam suā dat ꝓ ouibꝫ suis. Mercēnarius autē et qui nō est pastor cuius nō sunt oues ꝓprie· videt lupum venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: et lupus rapit· et dispgit oues. Mercēnarius aūt fugit qꝛ mercēnarius ē: et nō ptinet ad eū de ouibꝫ. Ego sū pastor bonus: et cognosco meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicͭ nouit me patͬ ⁊ ego agnosco prē: ⁊ aīaꝫ meā pono ꝓ ouibꝫ meis. Et alias oues habeo q̄ non sūt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere ⁊ vocem meā audiēt: et fiet vnū ouile et vnus pastor. Propterea me pater diligit: qꝛ ego pono aīam meā: et iterū sumā eam. Nemo tollit eam a me: ꝫ ego pono eā a meipo. Potestateꝫ habeo ponēdi eam: et potestatē habeo iterū sumēdi eā. Hoc mādatū accepi a patre meo· Dissensio iterū facta est inter iudeos· ꝓpter sermones hos. Dicebant aūt multi ex ipis. Demoniū habꝫ et insanit. Quid eū auditis? Alij dicebant· Hec verba nō sūt demoniū habētis. Nūqd demoniū potest cecoꝝ oculos aperire? Fcā sunt aūt encenia in iherosolimis: et hyems erat. Et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eū iudei: et dicebant ei. Quousqꝫ animā nr̄am tollis? Si tu es cristus: dic nobis palā. Rn̄dit eis ih̄s. Loquor vobis: ⁊ nō creditis. Opa que ego facio in noīe patris mei: hec testimoniū perhibent de me. Sed vos non creditis: quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiūt: et ego cognosco eas: et sequūtur me· Et ego vitaꝫ eternā do eis: et non pibūt in eternū: et nō rapiet eas quisq̄ de manū mea. Pater meus qd̄ dedit michi maius oībꝫ ē: et nemo potest rapere de manū patris mei. Ego ⁊ pater vnū sumꝰ. Sustulerūt lapides iudei: ut lapidarēt eū. Rn̄dit eis ihesus. Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo. Propter quod eoꝝ opus me lapidatis? Responderūt ei iudei. De bono ope nō lapidamus te· sed de blasphemia: et quia tu homo cū sis: facis teipm deū. Rn̄dit eis ihesus. Nōne scriptū est in lege vestra qꝛ ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est· et nō potest solui scriptura: quē pater sanctificauit ⁊ misit in mundū vos dicitis qꝛ blasphemas qꝛ dixi filius dei sū? Si non facio opa p̄ris mei: nolite credere michi. Si aūt facio: et si michi nō vultis credere· operibꝫ credite: ut cognoscatis et credatis qꝛ ī me est pater· et ego in patre. Querebāt ergo eum apphendere: ⁊ exiuit de manibꝫ eoꝝ. Et abijt iterū trās iordanen in eū locū vbi erat iohānes baptizās primū: ⁊ māsit illic. Et multi venerūt ad eum ⁊ dicebāt: qꝛ iohānes quidē signū fecit nullū· Oīa aūt quecunqꝫ dixit iohānes de hoc vera erāt: et multi crediderūt in eum.

XI

Erat autē quidam languēs lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororū eius· Maria autē erat que vnxit dominū vnguēto: et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eū dicētes. Dn̄e: ecce quē amas infirmatͬ. Audiēs aūt ihesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortē· sed ꝓ gloria dei: ut glorificetͬ filius dei p eam. Diligebat aūt ihesus marthaꝫ: et sororē eius mariā ⁊ lazarū. Vt ergo audiuit qꝛ infirmabatͬ: tūc quidē māsit ī eodē loco duobꝫ diebꝫ. Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus ī iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi nūc querebāt te iudei lapidaē: ⁊ iterū vadis illuc? Respōdit ih̄s. Nōne duodecī sūt hore diei? Si quis ābulauerit ī die nō offendit: qꝛ lucē huius mūdi videt· Si aūt ambulauerit ī nocte offendit: qꝛ lux nō est in eo. Hec ait: et post hec dicͭ eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut a somno exsuscitē eū· Dixerūt ergo discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat aūt ihesus de morte eius: illi aūt putauerūt quia de dormicōe somni diceret. Tūc ergo ih̄s dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo ꝓpter vos ut credatis: qm̄ nō eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas q̄ dicitͬ didimus ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cū eo. Venit itaqꝫ ih̄us: et inuenit eū q̄tuor dies iā in monumēto habentē. Erat aūt bethania iuxͣ iherosolimā q̄si stadijs quīdecī. Multi aūt ex iudeis venerāt ad marthā ⁊ mariā:

ut consolarent᷑ eas de fratre suo. Martha
ergo ut audiuit qꝛ ihesus venit occurrit illi:
maria aũt domi sedebat. Dixit ergo martha
ad ihesũ. Domine: si fuisses hic frater meus
nõ fuisset mortuus. Sed ⁊ nũc scio: qꝛ que-
cũqꝫ poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit
illi ihũs. Resurget frater tuus. Dicit ei mar
tha. Scio quia resurget in resurrectõe in
nouissimo die. Dicit ei ihũs. Ego sũ resurre
ctio ⁊ vita. Qui credit ĩ me etiã si mortuus
fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in
me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc? Ait
illi. Utiqꝫ dñe. Ego credidi quia tu es cri-
stus filius dei: q̃ in hũc mũdũ venisti. Et cũ
hec dixissꝫ. abijt et vocauit mariã sororẽ suã
silentio dicẽs. Magister adest: et vocat te.
Illa ut audiuit surgit cito: ⁊ venit ad eum.
Nondũ enim venerat ihesus in castellũ: sed
eãt adhuc ĩ illo loco vbi occurrerat ei mar
tha. Judei ergo qui erãt cũ ea ĩ domo ⁊ cõ-
solabantur eã cũ vidissent mariã quia cito
surrexit ⁊ exijt: secuti sũt eam dicẽtes. Quia
vadit ad monumentũ ut ploret ibi. Maria
ergo cũ venisset vbi erat ihesus: videns eũ
cecidit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dñe: si fuis-
ses hic nõ fuissꝫ mortuus frater meus. Jhũs
ergo ut vidit eã plorantẽ ⁊ iudeos qui ve-
nerãt cũ ea plorantes: infremuit spũ: ⁊ tur-
bauit seipsũ ⁊ dixit. Ubi posuistis eũ? Di-
cũt ei. Dñe: veni ⁊ vide. Et lacrimatus ẽ ihe
sus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quõ amabat
eum. Quidam aũt ex ipis dixerũt. Nõ po-
terat hic qui apuit oculos ceci nati facere:
ut hic nõ moreret᷑? Ihesus ergo rursũ fre-
mẽs in semetipo venit ad monumentũ. Erat
aũt spelunca: ⁊ lapis suppositus erat ei. Ait
ihũs. Tollite lapidẽ. Dicit ei martha. soror
eius qui mortuus fueãt. Domine iam fetet:
quatriduanus est enĩ. Dicit ei ihũs. None
dixi tibi: quoniã si credideris videbis glo-
riam dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Ihesus autẽ
eleuatis sursũ oculis dixit. Pater gratias
ago tibi quoniã audisti me. Ego autẽ scie
bam quia semp me audis. ſꝫ ꝓpter populuꝫ
qui circũstat dixi: ut credãt quia tu me mi-
sisti. Hec cũ dixissꝫ: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim ꝓdijt qui fue-
rat mortuus ligatus manus ⁊ pedes institis:
et facies illius sudario erat ligata. Dixit
eis ihũs. Soluite eũ: et sinite abire. Multi
ergo ex iudeis qui venerãt ad mariã ⁊ mar
tham et viderant que fecit: crediderũt in
eum. Quidam aũt ex ipis abiert ad pha-
riseos: et dixerũt eis que fecit ihesus. Colle
gerũt ergo pontifices ⁊ pharisei cõciliũ: et
dicebant. Quid facimus? Quia hic homo
multa signa facit. Si dimittimus eum sic:
omes credẽt in eũ. Et venient romani: ⁊ tollẽt
nrm ⁊ locũ ⁊ gentẽ. Unus aũt ex ipis cai-
phas nomine: cũ esset pontifex ãni illius di
xit eis. Vos nescitis quicq̃ nec cogitatis: qꝛ
expedit vobis ut vnus moriat᷑ homo ꝓ po
pulo: et non tota gens pereat. Hoc autem
a semetipo non dixit: sed cum esset pontifex
anni illius ꝓphetauit: quia ihũs moriturus
erat ꝓ gente. Et nõ tantũ ꝓ gente: ſꝫ ut fili
os dei q̃ erant dispsi ꝯgregaret in vnũ. Ab
illo ergo die cogitauert ut interficerẽt eũ.
Ihũs ergo iã nõ in palam ãbulabat apud
iudeos: ſꝫ abijt in regionẽ iuxta desertũ ĩ ci-
uitatẽ que dicitur effrem: et ibi morabat᷑ cũ
discipulis suis. Proximũ autẽ erat pascha
iudeoꝝ: et ascenderũt multi iherosolimã de
regiõe ãte pascha: ut sanctificarẽt seipos.
Querebant ergo ihesũ: et colloquebantur
adinuicẽ in templo stantes. Quid putatis
quia nõ venit ad diẽ festũ istũ? Dederãt aũt
pontifices ⁊ pharisei mãdatũ: ut si quis cõ-
gnouerit vbi sit indicet: ut apphendãt eũ.

XII

Ihesus ergo ante sex dies pasche
venit bethaniã vbi lazarus fuerat mortuus:
quẽ suscitauit ihesus. Fecerũt aũt ei cenam
ibi ⁊ martha ministrabat: lazarus vẽo vnꝰ
erat ex discumbentibus cũ eo. Maria ergo
accepit libram vnguenti nardi pistici pre
ciosi et vnxit pedes ihesu: et extersit pedes
eius capillis suis: et domus impleta est ex
odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex disci-
pulis eius iudas scariothis qui erat eũ tra-
diturus. Quare hoc vnguentum non ve-
nijt trecentis denarijs: et datuꝫ est egenis?
Dixit aũt hoc non quia de egenis ꝑtinebat
ad eum: ſꝫ quia fur erat: et loculos habẽs ea
que mittebant᷑ portabat. Dixit ergo ihũs.
Sine illam: ut in diẽ sepulture mee seruet
illud. Paupes enĩ semp habetis vobiscũ:

me aūt nō semp habebitis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis q illic ē: et venerūt
nō ꝓpter ihesuz tantū: ȝ ut lazarū viderent
quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autē
principes sacerdotū ut ⁊ lazarū interficerēt
q multi ꝓpter illū abibāt ex iudeis: et cre=
debāt in ihm. In crastinū autē turba multa
q venerat ad diē festū cū audissent quia ve=
nit ihs ihrosolimā acceperūt ramos palma
rū: et ꝓcesserūt obuiā ei et clamabāt: osan=
na. bñdictus qui venit ī nomīe domini rex
isrl. Et inuenit ihus asellū: et sedit sup eum
sicut scriptū est. Noli timere filia syon: ecce
rex tuus venit sedēs sup pullū asine. Hec nō
cognouerūt discipuli eius primū: ȝ quādo
glorificatus est ihus tūc recordati sūt quia
hec erāt scripta de eo: et hec fecerūt ei. Testi=
moniū ergo phibebat turba q erat cum eo
quādo lazarū vocauit de monumēto: ⁊ susci
tauit eū a mortuis. Propterea ⁊ obuiā venit
ei turba: quia audierūt eū fecisse hoc signuz.
Pharisei ergo dixerūt ad semetipos. Vide
tis quia michil ꝓficimus? Ecce mūdus totus
post eum abijt. Erāt autē quidam gētiles
ex hijs qui ascenderāt ut adorarent in die
festo. Hij ergo accesserūt ad philippū qui
erat a bethsaida galilee: et rogabāt eū di=
cētes. Dñe: volumus ihm videre. Venit phi
lippus: et dicit andree. Andreas rursū ⁊ phi
lippus dixerūt ihesu. Ihus autem rñdit eis
dicēs. Venit hora ut clarificet filius hoīs.
Amē amē dico vobis: nisi granū frumēti ca
dēs in terrā mortuū fuerit: ipm solū manet.
Si autē mortuū fuerit: multū fructū affert.
Qui amat aīam suā: pdet eam. Et qui odit
aīaz suā in hoc mūdo: in vitā eternā custo=
dit eā. Si quis michi ministrat: me sequat.
Et vbi sū ego: illic ⁊ minister meus erit. Si
quis michi ministrauerit: honorificabit eū
pater meus. Nunc aīa mea turbata est. Et
quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora.
Sed ꝓpterea veni in horā hāc. Pater cla=
rifica nomē tuū. Venit ergo vox de celo. Et
clarificaui: et iterū clarificabo. Turba ergo
q stabat et audierat dicebat tonitruū fa=
ctū esse. Alij aūt dicebāt. Angelus ei locu=
tus ē. Rñdit ihs: et dixit. Non ꝓpter me hec
vox venit: ȝ ꝓpter vos. Nūc iudiciū ē mūdi.
Nūc pnceps huius mundi eicietur foras. Et
ego si exaltatus fuero a t̄ra: oīa trahā ad
meipsū. Hoc aūt dicebat: significās q̄ mor
te esset moriturus. Rñdit ei turba. Nos audi
uimus ex lege: quia xp̄s manet in eternuz.
Et quō tu dicis oportet exaltari filiū hoīs?
Et quis ē iste filius hoīs? Dixit ergo eis
ihesus. Adhuc modicuz lumē in vobis est.
Ambulate dū lucē habetis: ut non tenebre
vos cōprehēdāt. Et q ambulat in tenebris:
nescit quo vadit. Dū lucez habetis credite
in lucem: ut filij lucis sitis. Hec locutus est
ihus: et abijt ⁊ abscōdit se ab eis. Cum aūt
tāta signa fecisset corā eis nō credebāt ī eū:
ut sermo ysaie impleretur quē dixit. Domīe
quis credidit auditui nr̄o: et brachiū domi
ni cui reuelatū est? Propterea nō poterāt cre
dere: q iterū dixit ysaias. Excecauit oculos
eorum ⁊ indurauit cor eorum: ut nō videāt ocu
lis ⁊ intelligāt corde ⁊ cōuertātur ⁊ sanez eos.
Hec dixit ysaias quādo vidit gloriā eius:
et locutus est de eo. Verūtamē ⁊ ex pncipi=
bus multi crediderūt in eū: ȝ ꝓpter pharise=
os nō cōfitebātur: ut de sinagoga nō eicerēt.
Dilexerūt enī gloriā hominū magis q glo
riam dei. Ihesus autē clamauit ⁊ dixit. Qui
credit in me: nō credit in me. sed in eū qui
misit me. Et qui videt me: videt eū q misit
me. Ego lux in mūdū veni: ut oīs qui cre
dit in me in tenebris nō maneat. Et si quis
audierit vba mea ⁊ nō custodierit: ego nō
iudico eum. Nō enim veni ut iudicē mūdū:
sed ut saluificem mundū. Qui spnit me ⁊ nō
accipit vba mea: habz q iudicet eū. Ser=
mo quem locutus sū: ille iudicabit eū in no=
uissimo die. Quia ego ex meipo nō sū locu
tus: ȝ qui misit me pater ipse michi māda=
tū dedit: quid dicā ⁊ qd loquar. Et scio: q
mādatū eius vita eterna ē. Que ergo ego
loquor: sic dixit michi pater sic loqr. XIII

Ante diē festū pasche sciēs ihus quia
venit eius hora ut trāseat: ex hoc mūdo
ad prēz: cū dilexisset suos qui erāt in mūdo:
in finē dilexit eos. Et cena facta cū diabolus
iā misisset ī cor: ut traderet eū iudas simonis
scariothis: sciēs q oīa dedit ei pater ī ma=
nus ⁊ q a deo exiuit ⁊ ad deū vadit: surgit
a cena ⁊ ponit vestimēta sua: et cū accepisset

lintheum p̄cinxit se. Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipl'oꝝ: et extergere lintheo quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad simonē petrum. Et dicit ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? R̄ndit ihesus: et dixit ei. Q̄d ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternū. R̄ndit ei ih̄s. Si nō lauero te: non habebis partē mecū. Dicit ei simō petrus. Domine: nō tantū pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet: ſ; est mundus totus. Et vos mūdi estis: sed non omnes. Sciebat enī quisnā esset qui traderet eū. Propterea dixit: nō estis mūdi oēs. Postq̄ ergo lauit pedes eoꝝ ⁊ accepit vestimēta sua: cū recubuiss; iterū dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister ⁊ domīe: et bene dicitis. Sū etenī. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis: ut quemadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amē amē dico vobis: non est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior eo qui misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Nō de omībꝫ vobis dico. Ego scio quos elegerim. S; ut adimpleatur scriptura: qui manducat mecū panē leuabit cōtra me calcaneū suū. Amodo dico vobis p̄usq̄ fiat: ut cū factū fuerit credatis quia ego sū. Amē amē dico vobis: qui accipit si quē misero me accipit. Qui autē me accipit: accipit eum qui me misit. Cū hec dixisset ihesus turbatus ē spū: et ꝑtestatus est ⁊ dixit. Amē amen dico vobis: q꞉ vnus ex vobis tradet me. Aspiciebāt ergo ad inuicē discipuli: hesitātes de quo diceret. Erat ergo recūbens vnus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat ihesus. Innuit ergo huic simō petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq; cū recubuiss; ille supra pectus ihesu: dicit ei. Dn̄e quis est? R̄ndit ih̄us. Ille est: cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxiss; panem: dedit iude simonis scariothis. Et post bucellam introiuit in eū sathanas. Et dicit ei ihesus. Quod facis fac citius. Hoc autē nemo sciuit discumbentium: ad quid dixerit ei. Quidā enī putabāt q꞉ loculos habebat iudas q꞉ dixiss; ei ih̄us. eme ea q̄ opus sūt nobis ad diē festū: aut egenis ut aliquid daret. Cū ergo accepiss; ille bucellā: exiuit ꝯtinuo. Erat autē nox. Cū ergo exiss; dixit ihesus. Nūc clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus ē in eo: et deus clarificabit eū in semetipso: et ꝯtinuo clarificabit eū. Filioli: adhuc modicū vobiscū sū. Queretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos nō potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouū do vobis: ut diligatis inuicē sicut dilexi vos: ut ⁊ vos diligatis inuicē. In hoc ꝯgnoscēt oīs q꞉ discipuli mei estis: si dilectōem habueritis ad inuicē. Dicit ei simon petrus. Domine quo vadis? R̄ndit ih̄s. Quo ego vado nō potes me modo sequi: sequeris autē postea. Dicit ei petrus. Quare nō possum te sequi modo? Animā meā ꝓ te ponā. R̄ndit ei ih̄s. Aīam tuā ꝓ me pones? Amē amē dico tibi: nō cātabit gallus donec ter me neges.

XIIII

Et ait discipulis suis. Nō turbetur cor vestrū. Creditis in deū: et in me credite. In domo pr̄is mei mansiones multe sūt. Si quo minus: dixissē vobis q꞉ vado parare vobis locū. Et si abiero ⁊ p̄parauero vobis locū: iterū venio ⁊ accipiā vos ad meip̄m: ut ubi sū ego ⁊ vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viā scitis. Dicit ei thomas. Domīe: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei ihesus. Ego sū via et veritas et vita. Nemo venit ad patrē nisi ꝑ me. Si ꝯgnouissetis me: ⁊ p̄rem meū utiq; cognouissetis. Et amodo ꝯgnoscetis eum: et vidistis eū. Dicit ei philippus. Dn̄e: ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tp̄e vobiscum sum et non ꝯgnouistis me? Philippe: qui videt me videt ⁊ p̄rem. Quō tu dicis ostēde nobis patrē? Non credis quia ego in patre: et pr̄ in me ē? Verba q̄ ego loquor vobis: a meip̄o nō loquor. Pater autē in me manēs: ip̄e facit opera. Nō creditis quia ego ī p̄re: et pater in me est? Alioquin ꝓpter opera ip̄a credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipse faciet: et maiora hoꝝ faciet. Quia ego ad p̄rem vado:

et quodcūq3 petieritis prēm in nomīe meo
hoc faciam: ut glorificetur pater in filio: si
quid petieritis me in noīe meo hoc faciaz.
Si diligitis me: mandata mea seruate. Et
ego rogabo patrē ꝛ aliū paraclitum dabit
vobis ut maneat vobiscū in eternū spirituz
veritatis: quem mūdus nō potest accipere:
q2 nō videt eū nec scit eum. Vos autē co=
gnoscetis eū: quia apud vos manebit: et in
vobis erit. Nō relinquā vos orphanos: ve=
niā ad vos. Adhuc modicum: et mundus
me iam non videt. Vos autē videtis me:
q2 ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis quia ego sum in patre meo: et
vos in me: et ego in vobis. Qui habz māda
ta mea et seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui
autez diligit me diligetur a patre meo. Et
ego diligā eum: et manifestabo ei meip suz.
Dicit ei iudas: nō ille scariothis. Dn̄e quid
factū est q2 manifestaturus es nob teipsuz:
et nō mūdo? Rn̄dit ihesus: et dixit ei. Si q̄s
diligit me sermonē meuz seruabit: et pater
meus diliget eū. et ad eū veniemus: et man=
sionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me:
sermones meos non seruat. Et sermonem
quē audistis nō est meus: sed eius q̄ misit
me patris. Hec locutus sū vobis: apud vos
manēs. Paraclitus autē spūs sanctus quē
mittet pater in nomine meo ille vos doce=
bit oīa: et suggeret vob om̄ia quecūq3 di=
xero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā
do vobis. Nō quomodo mūdus dat: ego do
vobis. Nō turbetur cor vr̄m: neq3 formidet.
Audistis q2 ego dixi vobis: vado et venio
ad vos. Si diligeretis me. gauderetis uti=
q3 q2 vado ad prēm: quia pater maior me
est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: ut cū fa=
ctū fuerit credatis. Iā nō multa loquar vo=
biscū. Venit eni princeps mūdi huius: et
in me non habet quicq̄. Sed ut cognoscat
mūdus q2 diligo prēm: sicut mādatū dedit
michi pr̄ sic facio. Surgite: eamꝰ hic.

XV

Ego sū vitis vera: et pater meus agri=
cola ē. Om̄em palmitē in me nō ferē=
tē fructū tollet eū: et om̄em qui fert fructuz
purgabit eū: ut fructū plus afferat. Iā vos
mūdi estis: ꝓpter sermonē quē locutus sū
vob. Manete in me: et ego in vobis. Sicut
palmes nō potest ferre fructuz a semetipso
nisi manserit in vite: sic nec vos si in me mā=
seritis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui ma
net in me ꝛ ego in eo hic fert fructū multuz:
quia sine me nichil potestis facere. Si quis
in me non manserit mittetur foras sicut pal=
mes ꝛ arescet: et colligēt eū et in ignē mittēt
et ardet. Si manseritis in me et verba mea
in vobis manserint: quodcunq3 volueritis
petetis: et fiet vobis. In hoc clarificatus ē pa
ter meus. ut fructū plurimū afferatis: et effi
ciamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄:
et ego dilexi vos. Manete in dilectōe mea.
Si p̄cepta mea seruaueritis manebitis in
dilectōne mea: sicut ꝛ ego pr̄is mei p̄cepta
seruaui: et maneo ī eius dilectōe. Hec locu
tus sū vobis: ut gaudiū meū in vobis sit: et
gaudiū vestrū impleatur. Hoc est p̄ceptuz
meū: ut diligatis inuicē sicut dilexi vos. Ma=
iorē hac dilectōnē nemo habet: ut animam
suā ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici
mei estis: si feceritis que ego p̄cipio vobis.
Iam nō dico vos seruos: quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Vos aūt dixi a=
micos: quia om̄ia quecunq3 audiui a patre
meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis s3
ego elegi vos: et posui vos ut eatis ꝛ fructū
afferatis: et fructus vester maneat: ut qd=
cūq3 petieritis patrē in nomine meo det vo=
bis. Hec mādo vobis: ut diligatis inuicez.
Si mūdus vos odit: scitote quia me prio=
rē vob odio habuit. Si de mūdo fuissetis:
mūdus quod suū erat diligeret. Quia vero
de mūdo nō estis. sed ego elegi vos de mū=
do: ꝓpterea odit vos mundus. Memētote
sermonis mei: quē ego dixi vobis. Non ē
seruus maior dn̄o suo. Si me p̄secuti sunt:
et vos p̄sequētur. Si s̄monē meū seruaue=
rūt: et vr̄m seruabūt. Sed hec om̄ia facīēt
vobis ꝓpter nomē meū: quia nesciūt eū qui
misit me. Si nō venissem et locutus fuissem
eis: peccatū nō haberēt. Nūc aūt excusacōz
non habent de peccato suo. Qui me odit: et
prēm meū odit. Si opera non fecissem ī eis
q̄ nemo alius fecit: peccm̄ nō haberēt. Nunc
aūt et viderūt ꝛ oderūt: et me ꝛ prēm meuz.
Sed ut adimpleatur sermo q̄ in lege eoꝝ
scriptus est: q2 odio habuerunt me gratis.

Cum autē venerit paraclitus quē ego mit-
tam vobis a patre spiritū veritatis q̄ a pre
ꝓcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et
vos testimoniū phibebitis: quia ab inicio
mecū estis. XVI

Hec locutus sū
vobis: ut nō scandalizemini. Absq; sy
nagogis facient vos. Sz venit hora: ut omīs
qui interficit vos arbitretᷣ obsequiū se pre-
stare deo. Et hec facient vobis: q2 nō nouerīt
patrē neq; me. Sed hec locutus sū vobis:
ut cū venerit hora eoꝝ: reminiscamini: q2 e-
go dixi vobis. Hec autem vobis ab inicio
nō dixi: quia vobiscū eram. Et nūc vado ad
eū qui misit me: et nemo ex vobis interro-
gat me quo vadis. Sed quia hec locutus
sū vobis: tristicia implebit cor vestrū. Sed
ego veritatē dico vobis: expedit vobis ut
et ego vadam. Si enim nō abiero: paracli
tus nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā
eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mundū
de peccato et de iusticia ⁊ de iudicō. De pecō
quidem: q2 nō crediderūt in me. De iusticia
vero: quia ad prēm vado: et iā nō videbitis
me. De iudicō aūt: quia pnceps huius mū-
di iam iudicatus est. Adhuc multa habeo
vobis dicere: s3 nō potestis portare modo.
Cū autē venerit ille spūs veritatis: docebit
vos oēm veritatē. Nō eni loquetur a se-
metipso: s3 quecūq; audiet loquetur: et que
ventura sūt annūciabit vobis. Ille me clarifi-
cabit: q2 de meo accipiet: et anūciabit vob.
Oīa quecūq; habet pater mea sūt. Pro-
pterea dixi q2 de meo accipiet: et anūciabit
vobis. Modicū ⁊ iam nō videbitis me: et ite-
rū modicū ⁊ videbitis me: q2 vado ad prēz.
Dixerūt ergo ex discipulis eius ad inuicē:
Quid est hoc qd dicit nobis modicū ⁊ non
videbitis me: et iterū modicum ⁊ videbitis
me ⁊ q2 vado ad prēz? Dicebāt ergo. Quid
est hoc qd dicit modicū? Nescimus quid
loquitᷣ. Cognouit aūt ihesus quia volebāt
eū interrogare: et dixit eis. De hoc queritis
inter vos quia dixi modicū ⁊ nō videbitis
me: et iterū modicū ⁊ videbitis me. Amē a-
mē dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos:
mūdus aūt gaudebit. Vos aūt ɔtristabi-
mini: s3 tristicia vrā vertetur i gaudiū. Muli-
er cū parit tristiciam habet: quia venit hora
eius. Cū aūt pepererit puerū: iā nō meminit
pressure ꝓpter gaudiū: quia natus ē homo
in mundū. Et vos igitur nūc quidē tristiciā
habetis. Iterū autē videbo vos ⁊ gaudebit
cor vestrū: et gaudiū vrm nemo tollet a vo
bis. Et in illo die me non rogabitis quicq̄.
Amē amē dico vobis: si quid pecieritis pa-
trem in nomie meo dabit vobis. Usq; mō
nō petistis quicq̄ in nomine meo. Petite et
accipietis: ut gaudiū vrm sit plenū. Hec i
ꝓuerbijs locutus sū vobis. Venit hora: cū
iam nō in ꝓuerbijs loquar vobis: sed palā
de patre annūciabo vobis. Illo die in noīe
meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego ro
gabo prēm de vobis. Ipse eni pr amat vos
quia vos me amastis: et credidistis quia a
deo exiui. Exiui a prē ⁊ veni in mūdū: iterū
relinquo mūdū: et vado ad prēz. Dicūt ei di-
scipli eius. Ecce nūc palā loqueris: ⁊ ꝓūbiū
nullū dicis. Nūc scimus quia scis oīa: et nō
opus ē tibi ut quis te interroget. In hoc cre
dimus: quia a deo existi. Rūdit eis ihesus.
Modo creditis? Ecce venit hora: et iā venit
ut dispgamini vnusquisq; in ꝓpria: et me so-
lū relinquatis. Et nō sum solus: quia pr me-
cū est. Hec locutus sū vobis: ut in me pacē
habeatis. In mūdo pressurā habebitis: sed
confidite: ego vici mundum. XVII

Hec locutus ē ihūs: et subleuatis ocu-
lis in celū dixit. Pater venit hora: cla-
rifica filiū tuū: ut filius tuus clarificet te. Si-
cut dedisti ei potestatē oīnis carnis: ut omē
qd dedisti ei det eis vitam eternā. Hec ē au
tem vita eterna: ut cognoscant te solū verū
deū: et quē misisti ihesum cristū. Ego te cla-
rificaui sup terrā: opus ɔsūmaui: qd dedisti
michi ut faciā. Et nūc clarifica me tu pater
apud temetipm: claritate quā habui priusq̄
mundus esset apud te. Manifestaui no-
mē tuū hoībꝫ: quos dedisti michi de mūdo.
Tui erāt: et michi eos dedisti: et sermonem
tuum seruauerūt. Nūc cognouerūt: quia oīa
q̄ dedisti michi abs te sūt. Quia vba q̄ dedi-
sti michi dedi eis: et ipi acceperūt ⁊ cognoue
rūt vere quia a te exiui: et crediderūt quia tu
me misisti. Ego ꝓ eis rogo. Nō ꝓ mūdo ro
go: s3 ꝓ hijs qs dedisti michi: q2 tui sunt. Et
mea oīa tua sūt: et tua mea sūt: et clarificatus

sum in eis. Et iã non sum in mundo: et hij in
mũdo sũt: et ego ad te venio. Pater sancte
serua eos in nomĩe tuo quos dedisti michi:
ut sint vnũ sicut et nos. Cũ essem cũ eis: ego
seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti
michi ego custodiui: et nemo ex eis perijt
nisi filius pdicõis: ut scptura impleat. Nũc
autẽ ad te venio: et hec loquor in mũdo: ut
habeãt gaudiũ meũ impletũ in semetipsis.
Ego dedi eis sermonẽ tuum: et mũdus eos
odio habuit: q nõ sũt de mũdo sicut et ego
nõ sũ de mũdo. Non rogo ut tollas eos de
mũdo: sed ut serues eos a malo. De mũdo
nõ sũt: sicut et ego nõ sum de mũdo. Sancti
fica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.
Sicut tu me misisti in mudum: et ego misi
eos in mũdũ. Et pro eis ego sanctifico me
ipsũ: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Nõ
p eis aũt rogo tantũ: sz et p eis qui creditu-
ri sũt p verbũ eorũ in me: ut omnes vnũ sint
sicut tu pr̃ in me et ego in te. ut et ipi in nobis
vnũ sint: ut credat mũdus q tu me misisti.
Et ego claritatẽ quã tu dedisti michi dedi
eis: ut sint vnũ sic et nos vnũ sumus. Ego in
eis et tu in me: ut sint cõsũmati ĩ vnũ: et cognoscat
mũdus q tu me misisti: et dilexisti eos
sicut et me dilexisti. Pater: quos dedisti mi-
chi volo, ut ubi sũ ego et illi sint mecũ: ut vi-
deãt claritatẽ meã quã dedisti michi: q di-
lexisti me an̄ cõstitucõẽ mũdi. Pr̃ iuste: mũ-
dus te nõ cognouit. Ego aũt te cognoui: et
hij cognouerũt q tu me misisti. Et notũ feci
eis nomẽ tuũ et notũ faciã: ut dilectõ q̃ dile-
xisti me in ipis sit: et ego in ipis.

XVIII

Hec cũ dixissz ihesus: egressus est cũ di-
scipulis suis trãs torrentẽ cedron ubi
erat ortus: in quẽ introiuit ipse et discipuli e-
ius. Sciebat autẽ et iudas qui tradebat eũ
locũ: q frequẽter ihesus cõuenerat illuc cum
discipulis suis. Judas ergo cũ accepissz co-
hortẽ a pontificibus et phariseis ministros:
venit illuc cũ lãternis et facibꝫ et armis. Jh̃s
itaqz sciẽs omia que ventura erãt sup eũ: p-
cessit et dixit eis. Quẽ queritis? Rñderũt ei.
Jhesũ nazarenũ. Dicit eis ihesus. Ego sum.
Stabat aũt et iudas q̃ tradebat eũ cũ ipis.
Vt ergo dixit eis ego sũ: abierũt retrorsũ.
et ceciderũt in terrã. Iterũ ergo interrogauit
eos. Quẽ qritis? Illi aũt dixerũt. Jh̃m naza
renũ. Rñdit ihesus. Dixi vobis: quia ego sũ.
Si ergo me queritis: sinite hos abire. Vt
impleretur sermo quẽ dixit. q quos dedi-
sti michi nõ pdidi ex eis quenq̃. Simõ er-
go petrus habẽs gladiũ eduxit eũ: et pcussit
põtificis seruũ. et abscidit eius auriculã de-
xterã. Erat aũt nomen seruo malchus. Dicit
ergo ih̃us petro. Mitte gladiũ tuũ in vagi
nam. Calicẽ quẽ dedit michi pater: non bi-
bã illũ? Cohors ergo et tribunus et ministri
iudeorũ cõphenderũt ihesũ: et ligauerũt eũ
et adduxerunt eũ ad annam p̃mũ. Erat eñ
socer cayphe: qui erat põtifex ãni illius. Erat
aũt cayphas qui cõsiliũ dederat iudeis: quia
expedit vnũ hoiem mori p populo. Seqba
tur aũt ihesũ simon petrus: et alius discipu-
lus. Discipulus aũt ille erat notus pontifici:
et introiuit cũ ihesu ĩ atriũ põtificis. Petrus
aũt stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo disci
pulus alius q̃ erat notus põtifici: et dixit osti-
arie: et introduxit petrũ. Dicit ergo ancilla
ostiaria. Nũquid et tu ex discipulis es hois
istius? Dicit ille. Nõ sũ. Stabãt aũt serui et
ministri ad prunas q frigus erat: et calefa-
ciebãt se. Erat aũt cũ eis et petrus: stãs et cale
faciẽs se. Pontifex ergo interrogauit ihe-
sũ de discipulis suis: et de doctrina eius. Re
spõdit ei ih̃s. Ego palam locutus sũ mũdo.
Ego semp docui ĩ synagoga et in tẽplo quo
oms iudei cõueniũt: et in occulto locutus sũ
nichil. Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierũt: quid locutus sim ipsis? Ecce
hij sciũt: que dixerim ego. Hec autem cum
dixisset: vnus assistẽs ministrorũ dedit ala-
pam ih̃u dicens. Sic rñdes põtifici? Rñdit
ei ih̃us. Si male locutus sũ: testimoniũ phi
be de malo. Si autem bene: quid me cedis?
Et misit eũ annas ligatũ ad caypham põti-
ficem. Erat aũt simon petrus stãs: et calefa-
ciẽs se. Dixerũt ergo ei. Nũquid et tu ex di-
scipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non
sũ. Dicit ei vnus ex seruis pontificis: cogna-
tus eius cuius abscidit petrus auriculam.
Nõne ego te vidi ĩ orto cũ illo? Iterũ ergo
negauit petrus: et statĩ gallus cãtauit. Ad-
ducũt ergo ih̃m ad caypham in p̃toriũ. Erat
autẽ mane. Et ipsi nõ introierũt in p̃torium

ut non contaminarentur: sed manducarent
pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras
et dixit. Quā accusacōem affertis aduer=
sus hominē hūc? Rn̄derūt: et dixerūt ei. Si
non esset hic malefactor: nō tibi tradidisse=
mus eū. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eū
vos: et scd̄m legē vr̄am iudicate eū. Dixerūt
ergo iudei. Nobis nō licet interficere quēq̄.
Vt sermo ihesu impleretur quē dixit: significans
q̄ morte esset moriturus. Introiuit ergo
iterū in p̄torium pilatus: et vocauit ihesum:
et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Rn̄dit ihesus.
A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de
me? Respōdit pilatus. Nūquid ego iudeus
sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te
michi. Quid fecisti? Rn̄dit ihesus. Regnū
meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo
esset regnū meū: ministri mei utiq; decertarēt
ut non traderer iudeis. Nunc autē regnū
meū non est hinc. Dixit itaq; pilatus. Ergo
rex es tu? Rn̄dit ih̄s. Tu dicis: qꝛ rex sū ego.
Ego in hoc natus sū et ad hoc veni i mūdū:
ut testimoniū perhibeā veritati. Omnis qui
est ex veritate audit meā vocem. Dicit ei pi
latus. Quid ē veritas? Et cū hoc dixisset: ite=
rum exiuit ad iudeos: et dicit eis. Ego nul
lam inuenio in eo causam. Est aūt ꝯsuetudo
vobis: ut vnū dimittam vobis in pascha.
Vultis ergo dimittā vobis regē iudeorū.
Clamauerūt rursū oīes dicētes. Nō hūc:
sed barabban. Erat aūt barabbas latro.

XIX

Tunc ergo apprehendit pilatus ih̄m: et flagellauit. Et milites
plectētes coronā de spinis imposuerūt capi
ti eius: et veste purpurea circūdederunt eū.
Et veniebāt ad eū: et dicebāt. Aue rex iude
oꝝ. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pila=
tus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eū
foras: ut cognoscatis quia in eo nullā inue=
nio causā. Exiuit ergo ih̄us portās spineā
coronā: et purpureū vestimētū. Et dicit eis.
Ecce homo. Cū ergo vidissent eū pontifices
et ministri: clamabant dicētes. Crucifige:
crucifige eū. Dicit ei pilatus. Accipite eum
vos: et crucifigite. Ego enim nō inuenio in
eo causā. Rn̄derūt ei iudei. Nos legē habe
mus: et scd̄m legē debet mori: qꝛ filiū dei se
fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc s̄monē:
magis timuit. Et ingressus est in p̄toriū ite
rū: et dicit ad ih̄m. Vnde es tu? Ihesus aūt
responsū non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus.
Michi nō loqueris? Nescis quia potestatē
habeo crucifigē te. et p̄tātem habeo dimittē
te? Rn̄dit ih̄us. Nō haberes potestatē adu
sū me ullā: nisi tibi esset datū desup. Propter=
ea q̄ me tradidit tibi maius peccatū habet.
Et exinde querebat pilatus dimittere eum.
Iudei autē clamabāt dicētes. Si hunc di=
mittis: nō es amicus cesaris. Omnis enim
qui se regem facit ꝯtradicit cesari. Pilatus
ergo cū audisset hos sermones adduxit fo=
ras ih̄m: et sedit p̄ tribunali i loco qui dicit̄
lithostratus. hebraice autē gabatha. Erat
autē parasceue pasche: hora quasi sexta: et
dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi aūt clama=
bāt. Tolle tolle: crucifige eū. Dicit eis pila
tus. Regē vestrū crucifigam. Rn̄derūt pon=
tifices. Nō habemus regē: nisi cesarē. Tūc
ergo tradidit eis illū: ut crucifigeret̄. Su
sceperūt aūt ihesū: et eduxerūt. Et baiulans
sibi crucē exiuit in eū qui dicitur caluarie lo
cū: hebraice golgotha. Vbi eū crucifixe=
rūt: et cū eo alios duos hinc et hinc: mediū
autē ihesū. Scripsit autē et titulū pilatus: et
posuit sup crucē. Erat aūt scriptū: ih̄us naza
renus rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulū multi
legerūt iudeoꝝ: qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locus
ubi crucifixus est ihesus. Et erat scriptū he=
braice grece et latine. Dicebant ergo pilato
pontifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeo=
rum: sed qꝛ ipse dixit: rex sum iudeoꝝ. Rn̄dit
pilatus. Qd̄ scripsi scripsi. Milites ergo cū
crucifixissent eū acceperūt vestimenta eius:
et fecerūt q̄tuor partes: vni cuiq; militi partē.
et tunicā. Erat aūt tunica inconsutilis: desup
ꝯtexta p totū. Dixerūt ergo ad inuicē. Nō
scindamus eā: sed sortiamur de illa cuius sit.
Vt scriptura impleretur dicēs. Partiti sūt
vestimēta mea sibi: et in vestē meā miserunt
sortē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabāt
aūt iuxta crucē ih̄u mater eius: et soror ma=
tris eius maria cleophe et maria magdale=
ne. Cū vidisset ergo ih̄us matrē et discipulū
stantē quē diligebat: dicit matri sue. Muli=
er: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo.
Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā

discipulus in sua. Postea sciēs ihesus quia oīa ɔsūmata sūt: ut ɔsumaret̄ scriptura dic̄. Sitio. Vas ergo erāt positū aceto plenū. Illi aūt spongiā plenā aceto ysopo circūponentes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset ihesus acetū dixit. Consūmatū ē. Et inclinato capite tradidit spiritū. Iudei ergo quoniā parasceue erat ut nō remanerēt i cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati: rogauerūt pilatū ut frangerentur eorū crura ⁊ tollerētur. Venerūt ergo milites: et primi quidē fregerūt crura: et alterius q̄ crucifixus ē cū eo. Ad ihm aūt cū venissent. ut viderūt eū iam mortuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimoniū phibuit: et verū ē testimoniū eius. Et ille scit q̄ vera dicit: ut ⁊ vos credatis. Facta sūt enī hec: ut scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Videbūt in quē transfixerūt. Post hec aūt rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipulus ihū: occultus autē ꝓpter metū iudeorū: ut tollerēt corpus ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tulit corpus ihesu. Venit autē ⁊ nicodemus qui venerat ad ihesū nocte primum: ferens mixturā mirre ⁊ aloes quasi libras centum. Acceperūt ergo corpus ihū: et ligauerūt eū linthxis cū aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat autē in loco ubi crucifixus est ortus: et in ortu monumētū nouū in quo nōdū quisq̄ positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen iudeorū: q̄ iuxta erat monumentum posuerūt ihm.

XX

Una aūt sabbati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumentū: et vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonē petrū: et ad aliū discipulū quē amabat ihus: et dicit illis. Tulerūt dn̄m de monumēto: et nescimus ubi posuerūt eū. Exiit ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: et venerūt ad monumētū. Currebāt aūt duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit pmus ad monumentū. Et cū se inclinasset vidit posita linthxamina: nō tamē introiuit. Venit ergo simō petrus sequēs eū: et introiuit in monumentū. Et vidit linthxamina posita: et sudariū qd̄ fuerat sup caput eius nō cū linthxaminibus positū: sed separatī inuolutū in vnū locum. Tūc ergo introiuit ⁊ ille discipulus q̄ venerat pmus ad monumētū: et vidit ⁊ credidit. Nondū enī sciebant scripturā: q̄ oporteret eū a mortuis resurgere. Abierūt ergo iterū discipuli ad semetipos. Maria autem stabat ad monumentū foris plorās. Dū ergo fleret: inclinauit se ⁊ pspexit i monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes: ubi positū fuerat corp9 ihū. Dicūt ei illi. Mlier qd̄ ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dn̄m meū: et nescio ubi posuerūt eū. Hec cū dixisset ɔuersa ē retrorsū: et vidit ihm stantē: et nō sciebat q̄ ihus ē. Dicit ei ihus. Mulier quid ploras? Quem q̄ris? Illa existimās q̄ ortulanus esset: dicit ei. Dn̄e: si tu sustulisti eū dicito michi ubi posuisti eū: et ego eū tollā. Dicit ei ihs. Maria. Cōuersa illa dicit ei. Rabboni: qd̄ dicit̄ magister. Dicit ei ihus. Noli me tangere. Nōdū enī ascendi ad prēm meū. Vade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascēdo ad patrem meū ⁊ patrē vestrum: deū meū ⁊ deū vestrū. Venit maria magdalene annūcians discipl̄is q̄ vidi dn̄m: et hec dixit michi. Cū ergo sero esset die illo vna sabbatorū ⁊ fores essent clause ubi erant discipuli cōgregati ꝓpter metū iudeorū: venit ihesus ⁊ stetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Et cū hec dixisset: ostēdit eis manus ⁊ latus. Gauisi sūt ergo discipl̄i: viso dn̄o. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cū dixisset insufflauit: et dicit eis. Accipite spiritū sanctū. Quorū remiseritis pc̄ca remittūtur eis: et quorū retinueritis retenta sūt. Thomas aūt vnus ex duodecī q̄ dicit̄ didimus nō erat cū eis quādo venit ihesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli. Vidimus dn̄m. Ille aūt dixit eis. Nisi videro in manib9 eius fixurā clauorū. et mittā digitū meū in locū clauorū: et mittā manū meam in latus eius: nō credā. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus: et thomas cū eis. Venit ihs ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc ⁊ vide manus meas: et

affer manū tuā et mitte in latus meū: et noli
esse incredulus sed fidelis. Rn̄dit thomas et
dixit ei. Dominus meus: et deus meus. Dicit
ei ihūs. Quia vidisti me thoma credidisti:
beati qui non viderūt et crediderūt. Multa
quidē et alia signa fecit ihesus in cōspectu di-
scipulorū suorū: q̄ nō sūt scripta in libro hoc.
Hec autē scripta sunt ut credatis quia ihe-
sus est filius dei: et ut credentes vitam ha-
beatis in nomine eius. XXI

Postea manifestauit se iterū ihesus ad
mare tiberiadis. Manifestauit aūt sic.
Erant simul simon petrus et thomas q̄ dicit'
didimus et nathanael qui erat a chana ga-
lilee: et filij zebedei: et alij ex discipulis eius
duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari.
Dicūt ei. Venimus et nos tecū. Et exierūt et
ascēderūt in nauim: et illa nocte nichil prē-
diderūt. Mane aūt facto stetit ihūs in lit-
tore: nō tamē cognouerūt discipuli q2 ihe-
sus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: nūq̄d
pulmētariū habetis? Rn̄derūt ei. Nō. Dicit
eis. Mittite in dexterā nauigij rete: et inueni-
etis. Miserūt ergo: et iam nō valebāt illud
trahere p̄ multitudine pisciū. Dicit ergo di-
scipulus ille quē diligebat ihūs petro. Do-
minus est. Simō petrus cū audisset q2 dn̄s
est: tunica succinxit se: erat eni nudus: et mi-
sit se in mare. Alij aūt discipuli nauigio ve-
nerūt. Nō eni longe erāt a terra: s3 quasi
cubitis ducētis trahentes rete pisciū. Ut er-
go descenderūt in terrā viderūt prunas po-
sitas: et piscē suppositū et panē. Dicit eis ihe-
sus. Afferte de piscib9 q̄s prēdidistis nunc.
Ascendit simō petrus et traxit rete in terrā:
plenū magnis piscib9 centūquinquaginta
trib9. Et cū tanti essent: non est scissum rete.
Dicit eis ihs Venite prādete. Et nemo au-
debat discumbentiū interrogare eū tu quis
es: sciētes q2 dn̄s est. Et venit ihūs et accepit
panē et dabat eis: et piscē similiter. Hoc iā
tercio manifestatus ē ihus discip̄lis suis: cū
resurrexisset a mortuis.. Cū ergo prandisset:
dixit simoni petro ihesus. Simon iohannis
diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiā domine
tu scis: q2 amo te. Dicit ei. Pasce agnos me-
os. Dicit ei iterum. Simon iohannis dili-
gis me? Ait illi. Etiam domine tu scis: quia
amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit
ei tercio. Simon iohānis amas me? Cō-
tristatus est petrus q2 dixit ei tercio amas
me: et dicit ei. Dn̄e tu omnia scis: tu scis quia
amo te. Dicit ei pasce oues meas. Amen a-
mē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: et a-
bulabas ubi volebas. Cū aūt senueris exte-
des manus tuas. Et alius te cinget: et ducet
quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significans q̄
morte clarificaturus esset deū. Et cū hoc dixisset:
dicit ei sequere me. Cōuersus petrus vidit il-
lū discipulū quē diligebat ihs sequētē: q̄ et
recubuit in cena sup pectus eius et dixit: dn̄e
quis est qui tradet te. Hūc ergo cū vidisset
petrus: dicit ihu. Dn̄e: hic aūt quid? Dicit ei
ihs. Sic eū volo manere: donec veniā. Quid
ad te? Tu me sequere. Exiuit ergo sermo
iste inter frēs: q2 discipulus ille nō moritur.
Et nō dixit ihus nō moritur: sed sic eū volo
manere donec veniā: quid ad te. Hic ē disci-
pulus ille qui testimoniū p̄hibet de hijs: et
scripsit hec. Et scimus: q2 verū ē testimoniū
eius. Sūt aūt et alia multa q̄ fecit ihus: q̄ si
scribātur p singla nec ipm arbitror mundū
capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Explic euāgeliū scdm iohēm. Incip p̄facio scī
ieronimi i oēs ep̄las scī pauli

Primū querit': quare post euā
gelia q̄ supplemētū legis sūt.
et i quib9 nob exēpla et p̄cep
ta viuēdi plenissime digesta
sūt: voluerit ap̄lus has ep̄las
ad singulas ecc̄ias destinare. Hac aūt cau-
sa factū videtur: ut scz inicia nascētis eccl̄ie
nouis causis existētib9 p̄ueniret: et ut p̄sen-
tia atq3 oriētia resecaret vicia: et post futuras
excludēt q̄stiones: exemplo p̄pharum. qui
post editam legē moysi in qua omia dei mā
data legebātur: nichilominus tamē doctri
na sua rediuiua semp populi opressere pec-
cata: et p̄pter exemplū viuēdi libros ad no-
stram etiam memoriā transmiserūt. Deinde
queritur: cur nō amplius q̄ decē epistolas
ad ecc̄ias scripserit. Decem sūt eni cum ea
que dicitur ad hebreos: nā reliq̄ quatuor ad
discip̄los specialiter sūt porrecte. Ut ostēde-
ret nouū nō discrepare a veteri testamēto. et
se cōtra legē non facere moysi: ad numerū

primoꝝ decalogi mādatoꝝ suas epistolas destinauit: et quot ille ꝑceptis a pharaone instituit liberatos: totidē epistolis a diaboli ⁊ ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nā et duas tabulas lapideas. duoꝝ testamētoꝝ figurā habuisse. viri eruditissimi tradiderūt. Epistolam sane q̄ ad hebreos scribit᷑ quidā pauli non esse affirmāt. eo ꝙ nō sit eius nomīe titulata. et ꝓpter ꝟmonis stiliq; distantiā: ſ; aut barnabe iuxta tertullianū aut luce iuxta quosdam: vel certe clementis discipuli aplōꝝ ⁊ episcopi romane eccīe post apostolos ordinati. Quib; respōdendū ē: si ꝓpterea pauli nō erit ꝙ eius non hab; nomē: ergo nec alicuius erit: ꝙ nulli9 nomīe titulatur. Qđ si incōueniēs absurdū q; ē: ipsius magis esse credēda ē q̄ tāto doctrine sue fulget eloquio. Sed qm̄ apud hebreoꝝ eccīas q̄si destructor legis falsa suspicōe habebat᷑: voluit tacito nomine de figuris legis. et veritate xp̄i reddē racōem: ne odiū nominis frōte ꝑlati. utilitatem excludēt lectōis. Nō ē sane mirū si eloquētior videatur ī ꝓprio. id ē hebreo ꝙ̄ in ꝑegrino id ē in greco: quo cetere epistole sūt scp̄te sermone. Mouet etiam quosdā quare romanoꝝ epistola in ꝑ̄mo sit posita: cū eū nō ꝑ̄mo scriptā racō manifestet. Nā hāc se ꝓficiscētē ī herosolimā scp̄sisse testat᷑: cū corinthios ⁊ alios iam āte ut ministeriū qđ secū portaturus erat colligerēt litteris adhortatus sit. Sed inde intelligi quidā volūt ita oīes epistolas ordinatas. ut ꝑ̄ma poneretur quāuis posterior fueit destinata: ut per singulas epistolas gradib; ad ꝑfectiora veniret᷑. Romanoꝝ nāq; pleriq; tā rudes erāt. ut nō intelligerēt dei se gratia. et nō suis meritis esse saluatos: et ob hoc duo inter se populi ꝯflictarēt. Idcirco illos indigere asserit corrigi: vicia gentilitatis ꝑ̄ora ꝯmemorans. Corinthijs autem iam dicit sciētie grām esse ꝯcessam: et nō tā oīes increpat: ꝙ̄ cur peccātes nō increpauerīt reprehendit sicut ait. Auditur inter vos fornicacō. Et iterum. Cōgregatis vobis cū meo sp̄ū: tradē huiusmodi sathane. In scđa vero laudātur: et ut magis ac magis ꝓficiant ꝯmonētur. Galathe vero iā nullius criminis arguūtur: nisi hoc tātū. ꝙ callidissimis pseudo apostolis crediderūt. Ephesī sane nulla reprehensione sed multa laude sūt digni: ꝙ fidē apostolicā seruauerunt. Philipenses etiā multo magis collaudātur: qui nec audire quidē falsos aplōs voluerūt. Thessalonicēses nichilominus in duab; epistolis omni laude ꝓsequitur: eo ꝙ nō solū fidem inconcussam seruauerint veritatis: sed etiā in ꝑsecutione ciuiū fuerint ꝯstantes inuenti. Colosenses aūt tales erāt: ut cū ab aplō visi corporaliter nō fuissent: hac laude digni haberētur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscū sum gaudens. et vidēs ordinē vestrum. De hebreis vero quid dicendū est. quorum thessalonicenses q̄ plurimū laudati sūt. imitatores facti esse dicūtur: Sicut ipe ait. Et vos fratres imitatores facti estis eccīarū dei. q̄ sūt in iudea: eadē eni passi estis ⁊ vos a cōtribulib; vestris: q̄ ⁊ illi a iudeis. Apud ipos q; hebreos eadē cōmemorat dicens. Nā et vinctis ꝯpassi estis: et rapinā bonoꝝ vroꝝ cū gaudio suscepistis: cognoscētes vos habere meliorē ⁊ manentē substantiā.

Explicit ꝓlogus generalis in oīes ep̄las

Incipit ꝓlog᷑ specialis in ep̄lam ad rōnos.

Romani sunt qui ex iudeis et gētib; crediderūt. Hij sup̄ba ꝯtentione volebant se alterutrū supponere. Nā iudei dicebant. Nos sumus ꝑplus dei. quos ab inicio dilexit ⁊ fouit: nos circūcisi ex genere abrahā. sancta descēdim9 ex stirpe: et notus retro apud iudeā tātū deus. Nos de egipto signis dei ⁊ virtutib; liberati mare sicco ꝑtrāsiuimus pede: cū inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerēt. Nobis pluit māna dn̄s in deserto: et quasi filijs suis celeste pabulū ministrauit. Nos die noctuq; ī colūna nubis ignisq; ꝑ̄cessit: ut nobis ī inuio iter ostēderet. Atq; ut cetera ei9 circa nos immēsa beneficia taceamus: nos soli digni fuim9 dei legē accipe. et vocē dei loquētis audire: eiusq; cognoscē volūtatē. In q̄ lege nobis ꝓmissus est xp̄s: ad quos etiā ipse se venisse testatus est dicēs. nō veni nisi ad oues que perierāt domus israhel: cū vos canes potius ꝙ̄ homīes appellauerit. Equū

ne ergo ē ut ydola hodie deserentes· quibꝫ
ab inicio deseruistis. nobis compareminı:
et non potius in ꝓselitoꝝ locū ex legis au=
ctoritate et ↄsuetudine deputemini? Et hoc
ipm̄ non merebamini: nisi ꝙ larga semꝑ dei
clemētia voluit vos ad nostrā imitacōnem
admittere. Gentes etiā econtrario respō de=
bant. Quāto enī maiora erga vos dei bene
ficia narraueritis: tanto maioris vos ē̄ minis
reos esse mōstrabitis. Semꝑ enim hijs o=
mnibꝫ extitistis ingrati. Nā ipsis pedibꝫ q̄=
bus aridū mare trāsistis. ludebatis añ ydo
la que fecistis: et ip̄o ore quo paulo ante ob
necē adūsarioꝝ domino cātaueratis. simu=
lacra vobis fieri poposcistis: illis oculis qui=
bus venerādo deū in nube vel igne ↄspicere
solebatis: simulacra intuebamini. Manna
q̄ꝫ vobis fastidio fuit: et semꝑ ī deserto ↄtra
dn̄m murmurastis: ad egiptum vnde vos
manū valida eiecerat redire cupiētes. Quid
plura? Ita pr̄es vestri crebra ꝓuocacōe do=
minū irritauerūt. ut oms̄ in heremo morerē
tur: nec plus ex senioribꝫ eoꝝ q̄ꝫ duo hoīes
terram repromissionis intrarēt. Sed quid
antiqua replicamus: cū etiā si illa minime fe
cissetis. de hoc solo. nemo vos dignos venia
iudicaret. ꝙ dominū cristū ꝓphetarū semper
vobis vocibꝫ repromissum nō solū suscipe
noluistis sed etiā morte pessima peremistis.
Quem ut nos cognouimus statim credidi
mus: cū nobis de eo antea nō fuerit p̄dica=
tū. Vnde ꝓbatur. ꝙ ydolis seruiuimus. nō
obstinacōni mētis: ſꝫ ignorātie deputandū.
Qui enī cognitū ilico sequimur: olim utiqꝫ
seq̄remur si antea ↄgnouissemus. Sic aūt
vos de generis nobilitate iactatis: quasi
nō moꝝ imitācō magis q̄ꝫ carnalis natiuitas
filios vos faciat esse scōꝝ. Deniqꝫ esau ⁊ ys=
mahel cū de stirpe sint abrahe: minime tamē
in filios reputātur. Hijs taliter altercātibꝫ.
apostolus se mediū interponēs: ita partiū
dirimit q̄stiones. ut neutrū eoꝝ sua iusticia
salutē meruisse cōfirmet: ambos vero ꝓplos
et sciēter et grauiter deliquisse: iudeos ꝙ p
p̄uaricacōem legis deū inhonorauerint: gē
tes vero ꝙ cū cognitū de creatura creatorē
ut deum debuerint venerari. gloriam eius in
manufacta mutauerint simulacra: utrosqꝫ

etiam similiter veniā cōsecutos. equales esse
veracissima racōe demonstrat: p̄sertim cū in
eadē lege p̄dictū ⁊ iudeos ⁊ gētes ad cristi
fidē vocādos esse ostēdat. Quāobrē vicis=
sim eos humiliās: ad pacē ⁊ ↄcordiā cohortat̄.

Expl̄. ꝓlogus specialis Incip̄ argumentū

Romani sūt partis ytalie. Hij
preuenti sunt a falsis ap̄lis:
et sub nomine domini nostri
ihesu cristi in legem ⁊ ꝓphas
erant inducti. Hos reuocat
apostolus ad veram et euangelicam fidem
scribēs eis a corintho. Explic̄ argumentū

Incip̄ epistola beati pauli ap̄li ad romanos

Paulus seruus ihesu cri=
sti. vocatus apostolus
segregatus in euāge=
liū dei. qd̄ ante ꝓmise=
rat per ꝓphetas suos in
scripturis sanctis de fi=
lio suo. qui factus est
ei ex semine dauid scd̄m carnē: q̄ p̄destinat9
est filius dei ī virtute scd̄m sp̄m sanctifica=
tionis ex resurrectōne mortuoꝝ ihesu cristi
dn̄i nr̄i: p quē accepimus gratiā et aposto=
latū ad obediendū fidei in omībꝫ gentibus
pro nomine eius: in quibꝫ estis ⁊ vos vo=
cati ihesu cristi: omnibꝫ q̄ sūt rome. dilectis
dei vocatis sanctis. Gratia vobis et pax a
deo patre ⁊ domino nr̄o ihesu cristo. Primū
quidē gratias ago deo meo p ihesū xp̄m ꝓ
omnibꝫ vobis: quia fides vr̄a ānūciatur in
vniuerso mūdo. Testis enī michi est deus
cui seruio in spiritu meo in euāgelio filij eius
ꝙ sine intermissione memoriā vestri facio
semꝑ in oracōibꝫ meis: obsecrans si quo
mō tandē aliquādo ꝓsperū iter habeam in
volūtate dei veniēdi ad vos. Desidero enī vi
dere vos: ut aliq̄d impertiar vobis gratie
spiritualis ad ↄfirmādos vos: id est simul
cōsolari in vobis p eā que inuicē est fidem
vr̄ā atqꝫ meā. Nolo aūt vos ignorare fra=
tres: quia sepe ꝓposui venire ad vos ⁊ ꝓhi=
bitus sū usqꝫ adhuc: ut aliquē fructū habe=
am in vobis sicut ⁊ in ceteris gentibꝫ. Gre=
cis ac barbaris sapiētibꝫ ⁊ insipientibꝫ de=
bitor sū: ita quod in me ꝓmptū est ⁊ vobis
q̄ rome estis euangelizare. Nō enī erubesco

euangeliū. Virtus enī dei est in salutē omī
credēti: iudeo primū ⁊ greco. Justicia enī
dei in eo reuelatur ex fide in fidē: sicut scͥptū
est. Justus autē ex fide viuit. Reuelatur enī
ira dei de celo sup oēm impietatē ⁊ iniusticiā
hominū: eoꝝ qui veritatē dei in iniusticia de-
tinēt: quia qḋ notū est dei manifestū ē in illis.
Deus enī illis reuelauit. Inuisibilia enī ip-
sius a creatura mūdi p ea q̄ facta sūt intel-
lecta ꝯspiciūtur: sempiterna quoq; eius v̓tus ⁊
diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cū
ꝯgnouissent deū nō sicut deū glorificauerūt
aut gratias ēgerūt: ſꝫ euanuerūt in cogita-
tionibꝫ suis: et obscuratū est insipiēs cor eo-
rū. Dicētes enim se esse sapiētes: stulti facti
sūt. Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei
ī similitudinē imaginis corruptibilis hoīs:
et volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ serpentiū. Pro-
pter qḋ tradidit illos deus in desideria cor-
dis eoꝝ in immūdiciā: ut ꝯtumelijs afficiāt
corpora sua in semetipis. Qui cōmutauerūt
veritatē dei in mendaciū: et coluerūt ⁊ s̄uie-
rūt creature potius q̄ creatori: qui ē bn̄di-
ctus ī secula amē. Propterea tradidit illos
deus ī passiōes ignominie. Nā femie eoꝝ
immutauerūt naturalē usū: in eū usū qui ē
cōtra naturā. Similiter autē ⁊ masculi reli-
cto naturali vsu femine exarserūt in deside-
rijs suis ī inuicē: masculi in masculos turpi-
tudinē operantes: et mercedē quā oportuit
erroris sui in semetipsis recipiētes. Et sicut
nō ꝓbauerūt deum habere in noticia. tradi-
dit illos deus in reprobū sensū. ut faciāt ea
que nō ꝯueniūt: repletos omni iniquitate.
malicia. fornicacōne. auaricia. nequicia. ple-
nos inuidia. homicidio. ꝯtencōe. dolo. ma-
lignitate. susurrones. detractores. deo odi-
biles: ꝯtumeliosos. supbos. elatos. inuētores
maloꝝ. parētibꝫ nō obediētes: insipiētes.
incompositos. sine affectōe. absq; fedē: sine
misc̄dia. Qui cū iusticiā dei cognouissent.
nō intellexerūt quoniā qui talia agūt digni
sunt morte: nō solum qui ea faciūt: sed etiā
qui consentiunt facientibus.

II

Propter qḋ inexcusabilis es o homo
omīs qui iudicas. In quo enim iudi-
cas alterū: teipsū ꝯdemnas. Eadē enī agis
q̄ iudicas. Scimus enim: quoniā iudiciū
dei est scd̄m veritatē in eos q̄ talia agūt. Exi
stimas autē hoc o homo q̄ iudicas eos qui
talia agūt ⁊ facis ea: quia tu effugies iudiciū
dei? An diuicias bonitatis eius ⁊ paciētie et
lōganimitatis ꝯtēnis? Ignoras quoniā be-
nignitas dei ad penitētiā te adducit? Se-
cundū aūt duriciā tuā ⁊ impenitens cor the-
saurizas tibi iram in die ire ⁊ reuelacōnis iu-
sti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiq; scd̄m opera
eius. Hijs quidē qui scd̄m pacientiā boni
opis: gloriā ⁊ honorē et incorrupcōnem que-
rentibꝫ vitam eternā. Hijs aūt q̄ sūt ex ꝯtē
tione ⁊ qui nō acquiescūt veritati. credūt au
tem iniq̄tati: ira. et indignacō. tribulacō. et
angustia in omē animā hominis operantis
malū: iudei primū ⁊ greci. Gloria aūt ⁊ ho-
nor ⁊ pax omī operāti bonū: iudeo primū et
greco. Nō enim est accepcō psonarū apud
deū. Quicūq; enim sine legē peccauerūt. si-
ne lege peribūt: et quicūq; ī lege peccauerūt:
p legē iudicabūtur. Nō enī auditores le-
gis iusti sūt apud deū: ſꝫ factores legis iu-
stificabūtur. Cū enim gētes q̄ legem nō ha
bēt naturaliter ea q̄ legis sūt faciūt: eiusmo
di legē nō habētes ipsi sibi sūt lex: q̄ osten-
dūt opus legis scriptū in cordibꝫ suis: testi
moniū reddēte illis ꝯsciā ipsoꝝ ⁊ inter se in-
uicē cogitacōnū accusantiū aut etiā defendē
tiū: in die cū iudicabit deus occulta hominū
scd̄m euangeliū meū p ihesū xp̄m. Si autē
tu iudeus ꝯgnominaris ⁊ requiescis ī lege.
et gloriaris in deo. et nosti volūtatē eius. et
ꝓbas utiliora instructus p legē: ꝯfidis te
ipm esse ducē cecoꝝ. lumē eoꝝ q̄ ī tenebris
sūt. eruditorē insipiētiū. magistrū infantiū.
habentē formā sciētie ⁊ v̓itatis in lege: q̄ er
go aliū doces teipsū nō doces. Qui p̄dicas
nō furādū furaris: qui dicis nō mechandū
mecharis. Qui abominaris ydola: sacrilegiū
facis. Qui in lege gloriaris: p p̄uaricacōē
legis deū inhonoras. Nomen enim dei per
vos blasphematur inter gētes: sicut scͥptū
ē. Circūcisio quidē ꝓdest si legē obſues: si
aūt p̄uaricator legis sis: circūcisio tua p̄pu-
ciū facta ē. Si igitur p̄puciū iusticias legis
custodiāt: nōne p̄puciū illius in circūcisionē
reputabitur? Et iudicabit id qḋ ex natura
est p̄puciū legē cōsummās. te: qui p litteram

et circūcisionē p̄uaricator es legis. Non enī qui in manifesto iudeus ē neq; q̄ in manifesto in carne est circūcisio: ſʒ qui in abscondito iudeus ē: et circūcisio cordis in spū nō lr̄a: cuius laus nō ex hoīb; ſʒ ex deo est. III

Quid ergo amplius iudeo: aut q̄ utilitas circūcisiōis? Multū p oēm modū. Primū quidē: q2 credita sūt illis eloq̄a dei. Quid enī si quidam illoꝝ nō crediderūt? Nūquid incredulitas illoꝝ fidē dei euacuauit? Absit. Est autē deus verax: oīs autē homo mēdax sicut scriptū est: ut iustificeris in sermonib; tuis et vincas cū iudicaris. Si aūt iniquitas nostra iusticiā dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus est deus: qui infert iram? Secundū hoīem dico. Absit. Alioquin quomō iudicabit deus hunc mundū? Si enī veritas dei in meo mēdacio abūdauit in gloriā ipius: quid adhuc et ego tanq̄ peccator iudicor et nō sicut blasphemamur. et sicut aiūt quidā nos dicere. faciamus mala ut veniāt bona? Quoꝝ dānacō iusta est. Quid ergo? Precellimus eos? Nequaq̄. Causati enim sumus iudeos et grecos omēs sub peccato esse: sicut scriptū est. Quia nō est iustus quisq̄: nō est intelligēs: nō est requirēs deū. Omēs declinauerūt simul inutiles facti sūt: nō est qui faciat bonū nō est usq; ad vnū. Sepulcrū patēs est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebāt: venenū aspidū sub labiis eoꝝ. Quoꝝ os maledictiōe et amaritudine plenū ē: veloces pedes eoꝝ ad effundēdū sanguinē. Cōtricio et infelicitas in viis eoꝝ: et viā pacis nō cognouerūt: non est timor dei ante oculos eoꝝ. Scimus aūt: quoniā quecūq; lex loquitur hiis q̄ in lege sūt loq̄tur: ut oē os obstruatur et subditus fiat omīs mūdus deo: q2 ex opib; legis nō iustificabitur oīs caro coram illo. Per legē enim cognicō peccati. Nūc aūt iusticia dei sine lege manifesta est: testificata a lege et ꝓphetis. Justicia autē dei p fidē ihesu cristi: in omēs et sup oīs q̄ credūt in eū. Nō enim est distinctio. Omēs enī peccauerūt: et egēt gloria dei: iustificati gratis p grām ipsius p redēpcōnem que est in cristo ihesu: quē ꝓposuit deus ꝓpiciatorē per fidē in sanguine ipius ad ostēsionē iusticie sue ꝓpter remissionē p̄cedentiū delictoꝝ in sustentacōe dei ad ostensionē iusticie eius in hoc tēpore: ut sit ipse iustus et iustificans eū q̄ ex fide est ihū xpi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa ē. Per quā legē? Factorū? Nō. Sʒ p legē fidei. Arbitramur enī iustificari hoīem p fidē: sine opib; legis. An iudeoꝝ deus tm̄? Nōne et gētiū? Immo et gētiū. Quoniā quidē vnus ē deus q̄ iustificat circūcisionē ex fide: et p̄putiū p fidē. Legē ergo destruimus p fidē? Absit. Sʒ legē statuimus. IIII

Quid ergo dicemus inuenisse abrahā patrem nostrū scdm carnē? Si enim abrahā ex opib; iustificatus est. habʒ gl̄iam: sed nō apud deū. Quid enī dicit scriptura? Credidit abrahā deo: et reputatū est illi ad iusticiā. Ei aūt qui opatur. merces nō imputatur scdm grām: ſʒ scdm debitū. Ei vero q̄ nō opatur. credēti aūt in eum qui iustificat impiū reputat̄ fides eius ad iusticiā scdm ꝓpositū gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinē hominis cui deus accepto fert iusticiā sine operib;. Beati quoꝝ remisse sūt iniquitates: et quoꝝ tecta sūt pccā. Btūs vir cui nō imputabit dn̄s pccm. Beatitudo ergo hec in circūcisione manet: an etiā in p̄putio? dicimus enī: q2 reputata est abrahe fides ad iusticiā. Quō ergo reputata ē. In circūcisione: an in preputio. Non in circūcisione: sed in preputio. Et signū accepit circūcisionis signaculū iusticie fidei que est in p̄putio: ut sit pater omniū credentiū p p̄putiū: ut reputet̄ et illis ad iusticiā. Et sit pater circūcisionis: nō hiis tantū qui sūt ex circūcisiōe: sed et hiis qui sectātur vestigia fidei que ē in preputio patris nr̄i abrahe. Nō enī per legē ꝓmissio abrahe aut semini eius ut heres essʒ mūdi: sed p iusticiā fidei. Si enī qui ex lege. heredes sūt. exinanita ē fides: abolita est ꝓmissio. Lex enī irā opatur. Ubi enim non est lex: nec p̄uaricacō. Ideo ex fide: ut scdm grām firma sit ꝓmissio omī semini. Nō ei qui ex lege ē solū: ſʒ et ei qui ex fide est abrahe qui pater est oīm nostrū: sicut scptū est. Quia pater multarū gentiū posui te ante deum credidisti: qui viuificat mortuos: et vocat ea q̄ non sūt tanq̄ ea que sūt. Qui cōtra spem in spē credidit: ut fieret pr̄ multarū

gentiū · secūdū qđ dictuꝫ ē ei. Sic erit semē
tuū: sicut stelle celi ꝛ arena maris. Et nō in=
firmatus est in fide: nec cōsiderauit corpus
suū emortuū · cū iam fere centū esset annoꝝ:
et emortuā vuluā sare. In repromissione eti
am dei nō hesitauit diffidētia: sed ꝯfortatus
est fide dans gloriā deo: plenissime sciens ·
ꝗ quecūqꝫ ꝓmisit deus potens est ꝛ facere.
Ideo ꝛ reputatū est illi ad iusticiam. Nō est
aūt scriptū tm̄ ꝓpter ipsū ꝗ reputatū est illi
ad iusticiā: sed et ꝓpter nos quibꝫ reputa=
bitur credētibꝫ in eum qui suscitauit ihesum
xp̄m dn̄m nostrū a mortuis: qui traditus ē
ꝓpter delicta nr̄a · et resurrexit ꝓpter iustifi=
cacōem nr̄am.

V

Iustificati ergo ex fide pacē habeamus ad deū ꝑ dn̄m nostruꝫ
ihesū cristū: per quē habemus accessum per
fidē in gratiā istā: in qua stamus ꝛ gloria=
mur in spe glorie filioꝝ dei. Nō solū aūt: sed
et gloriamur in tribulacōnibꝫ: sciētes ꝙ tri=
bulatio pacientiā opatur: pacientia aūt ꝓ=
bationē: ꝓbatio vero spem. Spes autē non
cōfundit: quia caritas dei diffusa ē in cordi=
bus nostris: ꝑ spirituꝫ sanctū qui datus est
nobis. Ut quid eni cristus cū adhuc infir
mi essemus secūduꝫ tēpus ꝓ impijs mortu=
us est? Vix eni ꝓ iusto quis moritur. Nam
ꝓ bono forsitan quis audeat mori. Cōmen=
dat aūt caritatē suā deus in nobis: quoniaꝫ
cū adhuc peccatores essemus secūduꝫ tem=
pus: cristus pro nobis mortuus est. Multo
igitur magis nūc iustificati i sanguine ipi=
us salui erimus ab ira ꝑ ipsum. Si enim cū
inimici essemus recōciliati sumus deo · ꝑ mor
tē filij eius: multo magis recōciliati salui e=
rimus in vita ipsius. Non solū aūt: sed et
gloriamur in deo ꝑ dn̄m nostrū ihesū xp̄m:
ꝑ quē nūc recōciliacōem accepimus. Pro=
pterea sicut ꝑ vnū hominē peccatuꝫ in hunc
mundū intrauit ꝛ per peccatū mors: et ita in
om̄es homines mors ꝑtransijt: in quo om̄es
peccauerūt. Usqꝫ ad legē eni peccatū erat
in mūdo. Peccatū autē nō imputabatur cū
lex non esset: sed regnauit mors ab adam
usqꝫ ad moysen · etiā in eos qui non peccaue=
rūt in similtudinē ꝑuaricacōnis ade: qui est
forma futuri. Sꝫ nō sicut delictū: ita ꝛ donū.
Si enim vnius delicto multi mortui sunt:
multo magis gratia dei ꝛ donuꝫ · in gr̄a vni=
us hominis ihesu xp̄i · in plures abundauit.
Et non sicut ꝑ vnū peccatū: ita ꝛ donū. Nam
iudiciū ex vno in ꝯdemnacōem: gratia aūt
ex multis delictis in iustificacōneꝫ. Si enim
vnius delicto mors regnauit ꝑ vnuꝫ: multo
magis abundātiā gratie ꝛ donacōnis et iu=
sticie accipiētes in vita regnabūt per vnuꝫ
ihesum cristū. Igitur sicut per vnius delictū
in om̄es homines in ꝯdemnacōem: sic ꝛ per
vnius iusticiā in om̄es homines in iustifica
tionē vite. Sicut enim ꝑ inobedientiā vniꝰ
hominis peccatores cōstituti sunt multi: ita
et ꝑ vnius obedicōnem iusti constituentur
multi. Lex aūt subintrauit: ut abūdaret deli=
ctū. Ubi aūt abūdauit delictū · supabūda=
uit gr̄a: ut sicut regnauit pcc̄m in mortem ·
ita ꝛ gratia regnet ꝑ iusticiā in vitā eternā:
per ihesū cristū dominū nostrū.

VI

Quid ergo dicemus? Manebimus i pec
cato: ut gr̄a abūdet? Absit. Si eni mor
tui sumus pcc̄o: quomō adhuc viuemus in
illo? An ignoratis fratres: ꝗ quicūqꝫ bap=
tizati sumus in xp̄o ih̄u in morte ipius bap=
tizati sumus? Cōsepulti eni sumus cū illo ꝑ
baptismū in morteꝫ: ut quomō xp̄us surre=
xit a mortuis per gloriā patris: ita ꝛ nos in
nouitate vite ambulemus. Si eni ꝯplātati
facti sumus similitudini mortis eius: simul ꝛ
resurrectōnis erimus. Hoc sciētes: quia ve=
tus homo noster simul crucifixus est ut de=
struatur corpus peccati: ut ultra non seruia
mus peccato. Qui eni mortuus est: iustifica=
tus est a peccato. Si autē mortui sumus cum
xp̄o credimus quia simul etiā viuemus cū
cristo: sciētes ꝙ cristus resurgēs ex mor=
tuis iam nō moritur: mors illi ultra nō dn̄a=
bitur. Quod eni mortuus est pcc̄o · mortu=
us est semel: qđ auteꝫ viuit viuit deo. Ita et
vos existimate vos mortuos quidē esse pec
cato: viuentes autē deo in cristo ihesu. Non
ergo regnet pcc̄m in vestro mortali corpo=
re: ut obediatis concupiscentijs eius. Sed
neqꝫ exhibeatis membra vestra arma iniq̄ta
tis peccato: sed exhibete vos deo tanquā ex
mortuis viuentes: et membra vestra arma iu
sticie deo. Peccatū eni vobis non dn̄abitur.
Nō eni sub lege estis: sed sub gratia. Quid

ergo? Peccabimus: quoniā non sumus sub
lege sed sub gratia? Absit. An nescitis qm̄
cui exhibetis vos servos ad obediendum:
servi estis eius cui obedistis. sive pcc̄i ad mor
tē sive obedicōnis ad iusticiā? Gratias aūt
deo q̄ fuistis servi pcc̄i: obedistis autē ex
corde in eā formā doctrine in q̄ traditi estis.
Liberati autē a pcc̄o: servi facti estis iusticie.
Humanū dico: propter infirmitatē carnis ve-
stre. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra
servire immūdicitie et iniquitati ad iniq̄tatē:
ita nunc exhibete mēbra vr̄a servire iusticie
in sanctificacōem. Cū enim servi essetis pec-
cati liberi fuistis iusticie. Quē ergo fructum
habuistis tunc: in quibus nūc erubescitis?
Nam finis illorum mors est. Nūc vero libera-
ti a pcc̄o. servi aūt facti deo: habetis fructū
vestrū in sanctificacōem: finē vero vitā eter
nam. Stipendia enim pcc̄i mors: grā aūt
dei vita eterna. in xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o. VII

An ignoratis fr̄es scientibus enim legem
loquor: q̄ lex in hoīe dn̄atur quāto tp̄e
vivit? Nā que sub viro est mulier: vivente
viro alligata est legi. Si aūt mortuus fu-
erit vir eius: soluta est a lege viri. Igitur vi-
vēte viro vocabitur adultera si fuerit cū alio
viro: si aūt mortuus fuerit vir eius. liberata
est a lege viri: ut non sit adultera si fuerit
cū alio viro. Itaq; fratres mei et vos morti
ficati estis legi p corpus cristi: ut sitis alteri
us qui ex mortuis resurrexit: ut fructificetis
deo. Cū enī essemus in carne. passiones pec
catorum que p legē erāt operabātur in men-
bris nostris: ut fructificarēt morti. Nūc au
tem soluti sumus a lege mortis. in qua deti-
nebamur: ita ut serviamus in novitate spi-
ritus et nō in vetustate littere. Quid ergo di
cemus? Lex pcc̄m est? Absit. Sed peccatū
nō cognovi: nisi p legē. Nā cōcupiscentiam
nesciebā: nisi lex diceret. Nō cōcupisces. Oc-
casione aūt accepta. pcc̄m p mandatū ope-
ratū est in me oēm cōcupiscentiā. Sine lege
enim peccatū mortuū erat. Ego aūt vivebā
sine lege aliquādo. Sed cū venisset manda-
tū: pcc̄m revixit. Ego aūt mortuus sū: et in-
ventū est michi mādatū quod erat ad vitā:
hoc esse ad mortē. Nā peccatū occasione
accepta p mandatū seduxit me: et per illud
occidit. Itaq; lex quidē sancta: et mandatū
scm̄ et iustū et bonū. Quod ergo bonū ē. michi
factum est mors? Absit. Sed peccatū ut ap-
pareat peccatū p bonū operatū ē michi mor
tē: ut fiat sup̄ modū peccās pcc̄m p māda-
tū. Scimus enī: q̄ lex spūalis est. Ego aūt
carnalis sum: venūdatus sub pcc̄o. Quod enī
operor nō intelligo. Non enī qd̄ volo bonū
hoc ago: sed quod odi malum illud facio.
Si aūt qd̄ nolo illud facio: consentio legi
qm̄ bona est. Nūc aūt iā non ego operor il-
lud: sed qd̄ habitat in me pcc̄m. Scio enī:
quia nō habitat in me. hoc ē in carne mea. bo
nū. Nā velle adiacet michi: pficere aūt bonū
nō invenio. Nō enī quod volo bonum hoc
facio: sed qd̄ nolo malū hoc ago. Si autē
qd̄ nolo illud facio: iā nō ego operor illud:
sed qd̄ habitat in me pcc̄m. Invenio igitur
legē volenti michi facē bonū: quoniā michi
malū adiacet. Cōdelector enī legi dei scd̄m
interiorē hoīem. Video aūt aliā legē in mē-
bris meis. repugnātē legi mētis mee: et ca-
ptivantē me in lege pcc̄i que est in membris
meis. Infelix ego homo: quis me liberabit
de corpe mortis huius? Gratia dei: p ihesum
xp̄m dn̄m nr̄m. Igitur ego ipse mente servio
legi dei: carne aūt legi pcc̄i. VIII

Nichil ergo nūc damnacōnis est hiis
qui sūt in cristo ihesu: qui nō scd̄m car
nē ambulāt. Lex enī spūs vite in xp̄o ih̄u:
liberavit me a lege pcc̄i et mortis. Nā qd̄ im-
possibile erat legi in quo infirmabatur p car-
nē: deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis
pcc̄i: et de pcc̄o dānavit peccatū in carne. ut
iustificacō legis impleretur in nobis: q̄ nō scd̄m
carnē ambulamus: sed scd̄m spiritū. Qui enī
scd̄m carnē sūt. q̄ carnis sūt sapiūt: qui vero
scd̄m spūm sūt: que sūt spūs sentiunt. Nam
prudentia carnis mors est: prudentia autē
spūs vita et pax. Quoniā sapiētia carnis ini-
mica est deo. Legi enim dei nō est subiecta:
nec enī potest. Qui aūt in carne sūt: deo pla
cere nō possunt. Vos aūt in carne nō estis sed
in spū: si tamē spūs dei habitat in vobis. Si
quis aūt spūm cristi nō habet: hic nō ē eius.
Si aūt cristus in vobis est: corpus quidem
mortuū ē propter pcc̄m: spūs vero vivit propter
iustificacōem. Quod si spūs eius qui suscitavit

ihesum a mortuis habitat in vobis: qui susci
tauit ihesum cristuꝫ a mortuis viuificabit et
mortalia corpora vestra: ꝓpter inhabitantē
spiritū eius in vobis. Ergo fratres debito-
res sumus: nō carni ut scd̄m carnē viuam9.
Si enī secūdum carnē vixeritis. moriemini:
si autē spiritu facta carnis mortificaueritis.
viuetis. Quicūqꝫ enim spiritu dei aguntur:
hij sunt filij dei. Nō enim accepistis spirituꝫ
seruitutis iterū in timore: ſꝫ accepistis spūm
adopcōnis filiorum: in quo clamamus ab-
ba pater. Ipse enī spiritus testimoniū red-
dit spiritui nostro: ꝙ sumus filij dei. Si aūt
filij. et heredes: heredes quidē dei. coheredes
aūt cristi: si tamē ꝯpatimur ut ⁊ ꝯglorifice-
mur. Existimo enī: ꝙ nō sint cōdigne paſ-
siones huius tēpis ad futurā gloriā. q̄ reue
labitur in nobis. Nam exspectacō creature
reuelacōem filiorꝫ dei exspectat. Vanitati
enī creatura subiecta est nō volens: sed ꝓ-
pter eū qui subiecit in spe: quia ⁊ ipsa crea-
tura liberabitur a seruitute corrupcōis in li-
bertateꝫ glorie filiorꝫ dei. Scimus enim: ꝙ
oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit usqꝫ ad
huc. Non solū autē illa: ſꝫ ⁊ nos ipsi ṗmitias
spiritus habētes. et ipsi intra nos gemimus
adoptionē filiorꝫ dei: exspectātes redēpti-
onē corporis nostri. Spe enī salui facti su-
mus. Spes aūt q̄ videtur nō est spes. Nam
qḋ videt quis qd̄ sperat? Si aūt quod non
videmus speramus: per patientiam exspe-
ctamus. Similiter autē ⁊ spiritus adiuuat
infirmitatē nostrā. Nam quid oremus sicut
oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat
ꝓ nobis gemitib9 inenarrabilib9. Qui aūt
scrutatur corda. scit quid desideret spiritus:
quia secūdū deū postulat ꝓ sanctis. Scim9
aūt quoniā diligētib9 deū. oīa cooperan-
tur in bonū: hijs q̄ secūduꝫ ꝓpositū vocati sūt
sancti. Nam quos p̄sciuit ⁊ p̄destinauit con-
formes fieri ymaginis filij sui: ut sit ipe pri-
mogenitus in multis fratrib9. Quos aūt p̄-
destinauit hos et vocauit: et quos vocauit
hos ⁊ iustificauit. Quos auteꝫ iustificauit:
illos ⁊ glorificauit. Quid ergo dicemus
ad hec? Si deus pro nobis: quis contra
nos? Qui etiā ꝓprio filio non pepercit: sed
ꝓ nobis oīb9 tradidit illū. Quomō non
etiam cū illo omnia nobis donauit? Quis
accusabit aduersus electos dei? Deus qui
iustificat. Quis est qui condemnet? Xp̄us
ihesus qui mortuus est ymmo qui et resur-
rexit: qui est ad dexterā dei: qui etiam inter-
pellat pro nobis. Quis ergo nos separa-
bit a caritate xp̄i? Tribulacō an angustia
an p̄secucō an fames an nuditas an piclm:
an gladius? Sicut scriptū est. Quia pro-
pter te mortificamur tota die: estimati sum9
sicut oues occisionis. Sed in hijs oībus
superamus: ꝓpter eū q̄ dilexit nos. Certus
sum enī: ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ ange-
li neqꝫ p̄ncipatus neqꝫ virtutes neqꝫ instā-
tia neqꝫ futura neqꝫ fortitudo neqꝫ altitudo
neqꝫ ꝓfundū neqꝫ creatura alia poterit nos
separare a caritate dei: q̄ est in xp̄o ihe
su dn̄o nr̄o.

IX

Veritatem dico in cristo ihesu. nō mentior. testimoniū
michi phibente cōsciētia mea in spiritu san-
cto: quoniā tristicia michi est magna: et cō-
tinuus dolor cordi meo. Optabam enī ego
ipe anathema esse a cristo ꝓ fratrib9 meis
q̄ sūt cognati mei secūdū carnē qui sūt isra-
helite: quorꝫ adoptio est filiorꝫ et gloria et
testamentū ⁊ legislatio ⁊ obsequiū et ꝓmiſ-
sa: quorꝫ patres ex quib9 cristus secūdum
carnē. qui est sup oīa deus benedictus in
secula amē. Nō aūt ꝙ exciderit verbum dei.
Nō enī oēs q̄ ex israhel sūt hij sūt israheli-
te: neqꝫ qui semē sūt abrahe oēs filij. Sed
in ysaac vocabitur tibi semē: id est nō q̄ filij
carnis hij filij dei: ſꝫ qui filij sūt ꝓmissionis.
estimātur in semīe. Promissionis enī verbū
hoc ē. Secūdū hoc tēpus veniā: et erit sare
filius. Nō solū aūt illa: sed ⁊ rebecca ex vno
ꝯcubitu habens ysaac patris nostri. Cū enī
nondū nati fuissent aut aliqd̄ boni egissent
aut mali: ut secūdū electōnem ꝓpositum dei
maneret. nō ex operib9 sed ex vocāte dictuꝫ
est ei: ꝙ maior seruiet minori sicut scriptum
ē. Jacob dilexi: esau aūt odio habui. Quid
ergo dicemūs? Nūquid iniq̄tas apud deū?
Absit. Moysi enī dicit. Miserebor cui miser
tus sū: et misericordiaꝫ prestabo cui misere-
bor. Igitur non volentis neqꝫ currentis: sed
miserētis est dei. Dicit enī scriptura pharao-
ni. Quia in hoc ipsū excitaui te ut ostendaꝫ

in te ẏ̃ tute meã: et ut annũcietur nomẽ meũ
in vniuersa terra. Ergo cui vult miseret᷑: et
quẽ vult indurat. Dicis itaq; michi. Quid
adhuc q̃ritur? Volũtati eius quis resistit?
O hõ: tu quis es· qui respondeas deo? Nun-
quid dicit figmẽtu; ei qui se finxit: quid me
fecisti sic? An nõ hab; potestatẽ figulus luti
ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas ĩ ho
norẽ: aliud vero in ɔtumeliã? Qđ si deus vo
lens ostẽdere irã· et notã facere potẽtiã suã
sustinuit in multa patiẽtia vasa ire apta in
interitũ: ut ostenderet diuicias glorie sue in
vasa misericordie que p̃parauit in gloriã?
Quos ⁊ vocauit nos: nõ solũ ex iudeis sed
etiã ex gẽtibꝰ: sicut in osee dicit. Vocabo nõ
plebẽ meã· plebẽ meã: et nõ dilectã dilectã:
et nõ misericordiã ɔsecutã miseicordiã ɔse-
cutã. Et erit: in loco ubi dcm̃ ẽ eis nõ plebs
mea vos: ibi vocabũtur filij dei viui. Ysaias
aũt clamat ꝓ isrl'. Si fuerit numerus filioꝝ
isrl' tanq̃ arena maris: reliquie salue fient.
Verbu; aũt ɔsũmãs ⁊ abbreuiãs in equi-
tate: quia verbu; breuiatũ faciet dñs super
terram. Et sicut p̃dixit ysaias nisi dominus
sabaoth reliquisſ; nobis semẽ sic ʒodoma
facti essemus: et sicut gomorra similes fuis-
semus. Quid ergo dicemus? Qđ gẽtes q̃
nõ sectabãtur iusticiã app̃hẽderũt iustici-
am: iusticiã autẽ que ex fide est. Jsrahel vero
sectãdo legem iusticie: in legem iusticie nõ
peruenit. Quare? Quia nõ ex fide: ſ; q̃si ex
operibꝰ. Offenderũt enim lapide; offensi-
onis: sicut scriptũ est. Ecce pono in syon la-
pidẽ offensionis ⁊ petrã scandali: et omnis
q̃ credit in eũ nõ ɔfundetur. X

Fratres: volũtas quidẽ cordis mei et
obsecracõ ad deũ fit ꝓ illis in salutẽ. Testi-
moniũ enĩ phibeo illis q͛ emulacõem q̃de;
dei habent: ſ; nõ scd̃m scientiã. Jgnorantes
enĩ iusticiam dei· et suam querẽtes statuere:
iusticie dei nõ sũt subiecti. Finis enim legis
cristus: ad iusticia; omni credẽti. Moyses
enim scripsit: quoniã iusticiã que ex lege ẽ
qui fecerit homo: viuet in ea. Que autẽ ex
fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde
tuo· quis ascendet in celũ· id est xp̄m dedu-
cere: aut quis descẽdet in abissu;· hoc ẽ xp̄m
a mortuis reuocare. S; quid dicit scp̄tura?
Prope est verbum in ore tuo ⁊ in corde tuo.
Hoc est verbũ fidei qđ p̃dicamus: q͛ si cõfi-
tearis in ore tuo dñm ihesum: et in corde tuo
credideris· q͛ deus illũ suscitauit a mortuis:
saluus eris. Corde enĩ creditur ad iusticiã:
ore autẽ ɔfessio fit ad salutẽ. Dicit enĩ scrip-
tura. Omnis qui credit in illũ nõ cõfundet᷑.
Nõ enĩ est distinctõ iudei ⁊ greci. Nã ide;
dñs omniũ: diues in omnes qui inuocãt il-
lũ· Omnis enĩ quicũq; inuocauerit nomen
domini: saluus erit. Quomodo ergo inuoca
bũt in quẽ nõ crediderũt? Aut quomõ cre
dẽt ei: quẽ nõ audierũt? Quomõ aũt audi-
ent: sine p̃dicante? Quomõ vero p̃dicabũt:
nisi mittãtur? Sicut scriptũ ẽ. Quã speciosi
pedes euãgelizãtiũ pacẽ: euãgelizãtiũ bona.
Sed nõ omes obediũt euangelio. Ysaias
enim dicit. Dñe: quis credidit auditui nr̃o?
ergo fides ex auditu: auditus aũt ꝑ verbu;
cristi. Sed dico. Nũquid nõ audierũt? Et
quidẽ in omem terrã exiuit sonus eoꝝ: et in
fines orbis terre verba eoꝝ. S; dico. Nũ-
quid israhel nõ ɔgnouit? Primus moyses
dicit. Ego ad emulacõnem vos adducã in
nõ gente;: in gentẽ insipiẽtem: in iram vos
mittã. Ysaias aũt audet ⁊ dicit. Inuentus sũ
a nõ querẽtibꝰ me: palã apparui hijs q̃ me
nõ interrogabãt. Ad israhel aũt dicit. To
ta die expãdi manus meas ad populu; nõ
credentẽ: ſ; ɔtradicentẽ michi. XI

Dico ergo. Nunq̃d deus repulit ꝑplm̃
suũ? Absit. Nã ⁊ ego israhelita sum ex se-
mine abrahã de tribu beniamin. Non repu-
lit dñs plebe; suã quã p̃sciuit. An nescitis in
helia quid dicit scriptura: queadmodu; in-
terpellat deũ aduersũ israhel? Dñe ꝓphetas
tuos occiderũt: altaria tua suffoderũt· et ego
relictus sũ solus: et querũt aĩam meã. Sed
q̃d dicit illi diuinũ respõsũ? Reliqui michi se
ptẽ milia viroꝝ: q̃ nõ curuauerũt genua añ
baal. Sic ergo et in hoc tempore: reliquie
secundũ electõnem gratie salue facte sunt.
Si aũt gratia: iam nõ ex operibꝰ. Alioquĩ
gratia iam nõ est gratia. Quid ergo? Qđ
querebat israhel hoc nõ est consecutus: ele-
ctio aũt ɔsecuta est: ceteri vero excecati sũt
sicut scriptũ est. Dedit illis deus spiritũ cõ-
pũctionis: oculos ut nõ videãt et aures ut

nō audiant: usq3 in hodiernū diē. Et david dicit. Fiat mensa eorum corā ipis in laqueum: et in captionē et in scandalū et in retribucōez illis. Obscurētur oculi eorum ne videāt: et dorsū eorum semp incurua. Dico ergo. Nunquid sic offenderūt ut caderēt? Absit. Sz illorum delicto salus gētibus: ut illos emulētur. Quod si delictū eorum divicie sūt mūdi et diminutio eorum divicie gentiū: quātomagis plenitudo eorum? Vobis enī dico gentibus. Quādiu quidē ego sū gentiū apłus ministeriū meū honorificabo: si quo mō ad emulāduz puocē carnē meaz: et saluos faciam aliquos ex illis. Si enī amissio eorum recōciliacō ē mūdi: q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Quod si delibatio sancta ē: et massa. Et si radix sancta: et rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sūt: tu aūt cū oleaster esses insertus es in illis: et socius radicis et pinguedinis olive factus es: noli gloriari adūsus ramos. Quod si gloriaris: nō tu radicē portas: sꝫ radix te. Dicis ergo. Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sūt. Tu aūt fide stas. Noli altū sapere sed time. Si enī deus naturalibus ramis nō pepcit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē et severitatē dei. In eos quidē q̄ ceciderūt severitatē: in te aūt bonitatē dei: si pmāseris in bonitate. Alioquin et tu excideis. Sz et illi si nō pmanserint i incredulitate inserētur. Potēs est enī deus iterū inserere illos. Nam si et tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturā insertus es in bonā olivā: quātomagis hii qui secundū naturaz inserētur sue olive? Nolo enī vos ignorare frēs misteriuz hoc: ut nō sitis vobisipsis sapiētes: quia cecitas ex parte contigit in israhel donec plenitudo gentiū intraret: et sic omīs israhel saluus fieret sicut scriptū est. Veniet ex syon: qui eripiat et avertat impietatez ab iacob. Et hoc illis a me testamentuz: cū abstulero peccata eorum. Secūdū evāgeliū quidē inimici propter vos: scōm electōem aūt carissimi propter patres. Sine penitentia enī sūt dona et vocatio dei. Sicut enī aliquādo et vos nō credidistis deo. nūc aūt misericordiā cōsecuti estis ppter incredulitatē illorum: ita et isti nūc nō crediderūt in vestraz miscdiam: ut et ipsi misericordiā ɔsequātur. Conclusit enī deus omīa in incredulitate: ut omniū misereatur. O altitudo diviciarū sapiētie et sciētie dei: q̄ incomphensibilia sūt iudicia eius: et investigabiles vie eius. Quis enī cognovit sensū dn̄i: aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis pꝰor dedit illi: et retribuetur ei? Quoniā ex ipso et p ipsum et in ipso sunt omnia: ipi gloria in secula seculorum amē. XII

Obsecro itaq3 vos fratres p misericordiā dei: ut exhibeatis corpa vestra hostiam viventē sanctā deo placentez: rationabile obsequiū vestrū. Et nolite ɔformari huic seculo: sꝫ reformamini in novitate sensus vestri: ut pbetis que sit volūtas dei bona et bene placēs et pfecta. Dico enī p gratiaz que data est michi omībus qui sūt inter vos: nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatez: et unicuiq3 sicut deus divisit mensurā fidei. Sicut enī in uno corpe mlta mēbra habemus: omia aūt mēbra nō eūdez actuz habēt: ita multi unū corpus sumus in cristo: singuli aūt alter alterius mēbra: habētes donacōes secūdū gratiā que data est nobis differētes. Sive pphetiam: secundum racōez fidei. Sive ministeriū: in ministrādo. Sive qui docet: in doctrina. Qui exhortatur: in exhortādo. Qui tribuit: in simplicitate. Qui preest: in sollicitudine. Qui miseretur: in hilaritate. Dilectio: sine simulacōe. Odientes malū: adherētes bono. Caritate fraternitatis invicē diligētes: honore invicē pvenientes. Sollicitudine nō pigri: spiritu ferventes: domino servientes. Spe gaudētes: in tribulatione patiētes: orationi instātes. Necessitatibus sanctorum ɔmunicātes: hospitalitatē sectantes. Bn̄dicite psequētibus vos. Bn̄dicite: et nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentibus. Idipsū invicē sentientes. Nō alta sapiētes: sed humilibus ɔsentiētes. Nolite esse prudentes apud vosmetipos. Nulli malū p malo reddētes: pvidētes bona non tantū corā deo: sed etiā coram omībus hominibus. Si fieri potest q̄ ex vobis est: cū omībus hominibus pacē habētes. Non vosmetipos defendētes carissimi: sꝫ date locū ire. Scriptū est enim. Michi vindictaz: et ego retribuā dicit dn̄s. Sed si esurierit

inimicus tuus ciba illū: si sitit: potum da illi. Hoc enim faciēs: carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli vinci a malo: ſʒ vince ī bono malū.

XIII

Omnis aīa potestatibꝰ sublimiorībꝰ subdita sit. Nō est enī potestas nisi a deo. Que aūt sūt a deo: ordinata sūt. Itaqʒ q̄ resistit potestati: dei ordinatiōi resistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi damnacōem acquirūt. Nam pncipes nō sunt timori boni operis: ſʒ mali. Vis aūt nō timere potestatē: Bonū fac: et habebis laudē ex illa. Dei enim minister ē: tibi in bonū. Si aūt malū feceris: time. Non enī sine causa gladiū portat. Dei enim minister est: vindex in irā ei qui male agit. Ideo qʒ necessitate subditi estote: nō solū ꝑpter iram: sed etiā ꝑpter cōsciencīā. Ideo enim et tributa prestatis. Ministri enī dei sūt: ī hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo oībꝰ debita. Cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: cui timorē timorem: cui honorem honorem. Nemini quicq̄ debeatis: nisi ut inuicē diligatis. Qui enī diligit ꝓximū: legē impleuit. Nā nō adulterabis. nō occides. nō furaberis. nō falsum testimoniū dices. non cōcupisces: et si qđ est aliud mādatū in hoc vbo instauratur: diliges ꝓximū tuū sicut te ipsū. Dilectō ꝓximi malū nō opatur. Plenitudo ergo legis ē dilectō. Et hoc sciētes tēpus: quia hora ē iā nos de somno surgē. Nunc enim ꝓpior est nostra salus: q̄ cū credidimus. Nox pcessit: dies autē appropinquabit. Abiciamus ergo opa tenebrarū et induamur arma lucis: sic ut in die honeste ābulemus. Nō in comessacōnibꝰ et ebrietatibus. nō in cubilibꝰ et impudicicijs. nō in cōtencōe et emlacōe: ſʒ induimini dn̄m ihm xp̄m: et carnis curā ne feceritis in desiderijs.

XIIII

Infirmū autē in fide assumite: non in disceptacōnibus cogitacōnum. Alius enim credit māducare se oīa. Qui aūt infirmus est: olus māducet. Is qui māducat. nō māducātem nō spernat: et q̄ nō māducat: manducantē non iudicet. Deus enim illū assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienū seruū: Domino suo stat aut cadit. Stabit autē. Potēs est enī deus statuere illū. Nā alius iudicat diem inter diem: alius autē iudicat omnem diē. Vnusquisqʒ in suo sensu abūdet. Qui sapit diem: dn̄o sapit: et qui māducat: domino māducat. Gratias enī agit deo. Et qui nō māducat: dn̄o nō manducat: et grās agit deo. Nemo enī nr̄m sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enī viuimus: domino viuimus: siue morimur: dn̄o morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dn̄i sumꝰ. In hoc enī xp̄s mortuus ē et resurrexit: ut et viuorū et mortuoꝝ dn̄etur. Tu aūt qđ iudicas fratrem tuū: aut tu quare spernis fratrē tuum: Oēs enī stabimus āte tribunal dei. Scriptū est enī. Viuo ego dicit dn̄s: qm̄ michi flectetur omne genu: et oīs lingua cōfitebitur deo. Itaqʒ vnusquisqʒ nostrū ꝓ se racionē reddet deo. Nō ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et cōfido in domino ihesu: quia nichil cōmune ꝑ ipm̄: nisi ei qui existimat qđ cōmūe esse: illi cōmūe est. Si enī ꝑpter cibū frater tuus cōtristatur: iam nō scđm caritatē ābulas. Noli cibo tuo illū pdē: ꝓ quo xp̄s mortuus ē. Non ergo blasphemetur bonū nr̄m. Nō est enim regnū dei esca et potus: sed iusticia et pax et gaudiū ī spiritu sancto. Qui enī in hoc seruit xp̄o placet deo: et ꝓbatus est hoībꝰ. Itaqʒ que pacis sūt sectemur: et q̄ edificacōis sūt in inuicē custodiamus. Noli ꝑpter escam destruere opus dei. Oīa q̄dem sūt mūda: ſʒ malū est homini q̄ ꝑ offendiculū manducat. Bonū est nō manducare carnē et nō bibere vinum: neqʒ in quo frater tuus offendit aut scandalizat᷑ aut infirmatur. Tu fidem habes penes temetipm̄: habe corā deo. Beatus q̄ non iudicat semetipm̄ in eo qđ ꝓbat. Qui aūt discernit: si māducauerit dānatus ē: quia nō ex fide. Oēe aūt qđ nō est ex fide: peccatū est.

XV

Debemus aūt nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ sustinere: et nō nobis placere. Vnusquisqʒ vr̄m ꝓximo suo placeat ī bonū: ad edificacōem. Etenī xp̄us nō sibi placuit: sed sicut scriptū est: improperia improperāciū tibi ceciderūt sup me. Quecūqʒ enī scripta sūt ad nostrā doctrinā scripta sūt: ut ꝑ pacientiā et consolacōnem scripturarū spem habeamus. Deus autē paciēcie et solatij det

vobis idipm sapere in alterutrū secundum
ihm xpm: ut vnanimes vno ore honorifice-
tis deū ⁊ patrē dñi nostri ihu xpi. Propter
qđ suscipite inuicē: sicut et cristus suscepit
vos in honorē dei. Dico enim cristū ihm mi-
nistrū fuisse circūcisionis ꝑpter veritatē dei
ad confirmādas ꝓmissiones patrū: gentes
aūt sup misericordia honorare deū: sicut scri-
ptū est. Propterea cōfitebor tibi in gentibȝ
domine: et nomini tuo cātabo. Et iterū dicit.
Letamini gētes cū plebe eius. Et iterū. Lau
date omēs gētes dñm: et magnificate eum
omnes ppli. Et rursus ysaias ait. Erit radix
iesse: et qui exurget regere gētes · in eū gē-
tes sperabūt. Deus aūt spei rēpleat vos omi
gaudio ⁊ pace in credēdo: ut abūdetis in
spe ⁊ virtute spiritus sancti. Certus sū autē
fratres mei ⁊ ego ipē de vobis: quoniā ⁊ ipi
pleni estis dilectōne · repleti omni sciencia:
ita ut possitis alterutrū monere. Audacius
autē scripsi vobis fratres ex parte · tanq̄ in
memoriā vos reducēs: ꝓpter gratiam que
data est michi a deo ut sim minister xpi ihe-
su in gentibȝ sanctificās euāgeliū dei: ut fiat
oblatio gētiū accepta ⁊ sanctificata in spū
sancto. Habeo igitur gloriā in cristo ihesu
ad deū. Non enī audeo aliquid loqui eorū
que p me nō efficit xpus in obedientiā gen
tiū: verbo ⁊ factis in virtute signoꝝ ⁊ ꝓdi-
gioꝝ ⁊ i virtute spiritus sancti: ita ut ab ihe-
rusalē p circuitū usq; ad illiricū repleuerim
euāgeliū xpi. Sic aūt pdicaui euangelium
hoc · nō ubi nominatus est xpus ne sup ali-
enū fundamentū edificarē: s; sicut scriptū ē
quibȝ nō est annūciatū de eo videbūt: et qui
nō audierūt de eo intelligent. Propter qđ
impediebar plurimū venire ad vos. Nunc
vero vlterius locū nō habēs in hijs regioni
bus: cupiditatē aūt habēs veniēdi ad vos
ex multis iam pcedētibȝ ānis: cū in hyspani
am pficisci cepero · spero q̄ ꝑteriēs uideam
vos · et a vobis deducar illuc · si vobis pri-
mū ex parte fruitus fuero. Nūc igitur pfici
scar in ihrlm ministrare sanctis. Probaue-
rūt enī macedonia ⁊ achaia collacōem aliq̄
facere in paupes sanctoꝝ q̄ sūt i iherusalē.
Placuit enī eis: et debitores sunt eoꝝ. Nā si
spiritualiū eoꝝ participes facti sūt gētiles:
debēt ⁊ i carnalibȝ ministrare eis. Hoc igit̄
cū ꝯsumauero ⁊ assignauero eis fructū hūc:
per vos pficiscar in hyspaniam. Scio aūt:
qm veniēs ad vos in abūdātia benedictōis
xpi veniam. Obsecro ergo vos fratres per
dominū nostrū ihm xpm ⁊ p caritatē sancti
spiritus ut adiuuetis me in oracōibȝ ad de-
um · ut liberer ab infidelibȝ qui sūt in iudea:
et obsequij mei oblatio accepta fiat in ihe-
rusalem sanctis: ut veniā ad vos in gaudio
p voluntatē dei ut refrigerer vobiscū. Deus
aūt pacis sit cū omībȝ vobis amen. XVI

Commēdo aūt vobis phebē sororem
nrām que est in ministerio ecclesie que
est cenchris ut eā suscipiatis in dño digne
sanctis: et assistatis ei in quocunq; negocio
vestri indiguerit. Etenī ipsa q̄ȝ astitit mul-
tis: et michi ipi. Salutate priscam ⁊ aquilā
adiutores meos in xpo ihesu: qui ꝓ anima
mea suas ceruices supposuerūt: quibus nō
solus ego grās ago sed ⁊ cūcte ecclesie gē-
tiū: et domesticā ecclesiā eoꝝ. Salutate e-
phenetū dilectū michi: q̄ est pmitiuus asye
in xpo ihu. Salutate mariā q̄ multū labora
uit in vobis. Salutate andronicū ⁊ iuliam
cognatos ⁊ captiuos meos q̄ sūt nobiles i
aplis: q̄ et ante me fuerūt in xpo. Saluta-
te ampliatū dilectissimū michi in dño. Sa-
lutate vrbanū adiutorē nostrū in xpo ihu:
et stachin dilectū meū. Salutate appellen
probū in xpo. Salutate eos qui sūt ex ari-
stoboli domo. Salutate herodionē ꝯgna-
tū meū. Salutate eos qui sūt ex narcisci do
mo: qui sūt in dño. Salutate triphenam et
triphosam: que laborant in dño. Salutate
psidam carissimā: q̄ multū laborauit in dño.
Salutate rufum electū in dño: et matrē eiꝰ
⁊ meā. Salutate asincretū flegōtā hermen
patrobam herman: et qui cū eis sūt fratres.
Salutate philologū ⁊ iuliam nereū ⁊ soro-
rem eius ⁊ olimpiadem: et omēs qui cū eis
sūt sanctos. Salutate inuicē in osculo san
cto. Salutāt vos omēs ecclesie xpi. Rogo
aūt vos fratres ut obseruetis eos q̄ dissen
siones et offendicła ꝑter doctrinā quā vos
didicistis faciūt: et declinate ab illis. Huius-
modi enim cristo dño nr̄o non seruiūt sed
suo ventri: et p dulces sermones ⁊ benedictōes

seducūt corda innocētiū. Vestra eni obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis: ſz volo vos sapiētes esse in bono: et simplices in malo. Deus autē pacis cōterat sathanan sb pedibȝ vestris velociter. Gratia dñi nři ihēsu xpi vobiscuȝ. Salutat vos thimotheus adiutor meus: et lucius et iason et sosipater cognati mei. Saluto vos ego tercius: qui scripsi epistolā in domino. Salutat vos gaius hospes meus: et vniuse ecclesie. Salutat vos erastus archarius ciuitatis: et quartus frater. Gratia dñi nostri ihēsu xpi cū omībȝ vobis amen. Ei autē qui potēs est vos cōfirmare iuxta euangeliū meū et pdicacōem ihū xpi: scdm reuelacōeȝ misterij tēporibȝ eternis taciti qđ nūc pate factū est p scripturas pphāru scdm pceptū eterni dei ad obedicōem fidei in cūctis gētibus cogniti soli sapiēti deo p ihēsū xpm: cui honor et gloria in secula seculorū amen.

Explicit epistola ad romanos. Incipit plogus in epistolam ad corinthios.

Corinthij sūt achaici: et hij similiter ab aplo audierūt verbum veritatis: et subuersi sūt multifaarie a falsis apostolis. Quidam a philosophie verbosa eloquentia: alij secta legis iudaice inducti sūt. Hos reuocat apostolus ad verā fidem et euāgelicā sapiētiā: scribens eis ab ephesō p thimotheū. Expl' plogus

Incipit epistola ad corinthios prima

Paulus vocatus apłs ihū xpi p voluntatē dei et sostenes frater ecclesie dei q̄ ē corinthi: sanctificatis in xpo ihēsu vocatis sanctis: cum omībȝ qui inuocāt nomen domini nostri ihēsu cristi in omni loco ipsorum et nostro. Gratia vobis et pax a deo patre nostro: et domino ihēsu xpo. Gratias ago deo meo semp pro vobis in gratia dei que data est vobis in cristo ihēsu: qȝ in omibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni sciencia: sicut testimonium cristi cōfirmatū est in vobis ita ut michil vobis desit in ulla gratia: exspectantibȝ reuelacōem dñi nostri ihēsu xpi: qui et cōfirmabit vos usqȝ in fineȝ sine crimine: in die aduētus domini nostri ihēsu xpi. Fidelis deus: p quē vocati estis in societatē filij eius ihēsu xpi domini nostri. Obsecro aūt vos fratres p nomē dñi nostri ihēsu xpi: ut idipm dicatis omes: et non sint in vobis scismata. Sitis aūt pfecti in eodē sensu: et in eadē sciētia. Significatū est eni michi de vobis fratres mei ab hijs qui sunt cloes: quia cōtentiones sunt inter vos. Hoc autem dico: qđ vnusquisqȝ vestrū dicit. Ego quidē sū pauli: ego aūt apollo. ego vero cephe: ego autem xpi. Diuisus est xps? Nunquid paulus crucifixus est p vobis: aut in nomine pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo qđ neminē vestrū baptizaui nisi crispū et gaium: ne quis dicat qđ in noīe meo baptizati estis. Baptizaui aūt et stephane domū: ceterū nescio si quē aliū vestrū baptizauerim. Nō eni misit me xps baptizare sed euāgelizare: nō in sapiētia verbi: ut nō euacuetur crux cristi. Verbū eni crucis pereūtibȝ quidē stulticia ē: hijs aūt qui salui fiūt id est nobis dei virtus est. Scriptū est eni. Perdā sapiētiam sapientiū: et prudentiā prudētium reprobabo. Ubi sapiēs ubi scriba: ubi inquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit deus sapiētiā hui9 mūdi? Nā quia in dei sapiētia nō cognouit mūdus p sapientiaȝ deū: placuit deo per stulticiā pdicacōis saluos facere credentes. Quoniā et iudei signa petūt: et greci sapientiā querūt. Nos aūt pdicamus cristuȝ crucifixū: iudeis quidē scandalū. gētibȝ aūt stulticiam: ipis aūt vocatis iudeis atqȝ grecis. cristū dei virtutē et dei sapientiā. Quia qđ stultū est dei. sapientius est hominibȝ: et qđ infirmū est dei: fortius est hoībȝ. Videte eni vocacōem vestrā fratres: qȝ non multi sapientes secundū carnē non multi potentes nō multi nobiles: ſz que stulta sūt mūdi elegit deus ut confundat sapiētes: et infirma mūdi elegit deus ut cōfundat fortia: et ignobilia mūdi et cōtemptibilia elegit deus et ea que non sūt. ut ea que sunt destrueret: ut nō glorietur omīs caro in cōspectu eius. Ex ipo aūt vos estis in xpo ihēsu: q̄ factus est nobis sapiētia et iusticia et sanctificacō et

redempcō: ut quemadmodū scriptū ē: qui
gloriatur in domino glorietur. II

Et ego cum venissem ad vos fratres:
veni nō in sublimitate sermonis aut
sapientie: annūciās vobis testimoniū xpī.
Nō enī iudicaui me scire aliquid inter vos
nisi ihesū xpm: et hūc crucifixū. Et ego in in-
firmitate ⁊ timore ⁊ tremore multo fui apud
vos: et sermo meus ⁊ pdicacō mea nō in p-
suasibilibꝫ humane sapientie verbis: sed in
ostensione spiritus et virtutis: ut fides vrā
non sit in sapiētia hominū sed in virtute dei.
Sapientiā aūt loquimur inter pfectos. Sa-
pientiā vero nō huius seculi neqꝫ principū
huius seculi qui destruūtur: sꝫ loqmur dei sa
pientiā in misterio que abscondita ē: quā
pdestinauit deus ante secula in gloriā nrām
quā nemo principū huius seculi cognouit.
Si enī cognouissent: nūqꝫ dn̄m glorie cruci
fixissent. Sicut scriptū ē: qꝫ oculus nō vi-
dit nec auris audiuit nec in cor hominis a-
scendit: q̄ pparauit deus hijs q̄ diligūt illū.
Nobis aūt reuelauit deus per spiritū suum.
Spiritus enī omnia scrutatur: etiā pfunda
dei. Quis enim scit hominū que sūt hominis:
nisi spiritus hominis qui in ipo ē? Ita ⁊ que
dei sūt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos
aūt nō spm̄ huius mundi accepimus sed
spiritū qui ex deo est: ut sciamus q̄ a deo do-
nata sūt nobis: que ⁊ loqmur nō in doctis
humane sapientie verbis. sed in doctrina
spiritus: spiritualibꝫ spiritualia cōparantes.
Animalis aūt homo nō pcipit ea que sunt
spiritus dei. Stulticia enim est illi: et non po
test intelligere: qꝛ spiritualiter examiatur.
Spiritualis aūt iudicat omnia: et ipe a ne-
mine iudicatur: sicut scptū ē. Quis enim co-
gnouit sensū dn̄i: aut qs instruxit eū? Nos
autē sensū cristi habemus. III

Et ego fratres non potui vobis loqui
quasi spiritualibꝫ: sed quasi carnalibꝫ.
Tanqꝫ paruulis in xpo lac vobis potū de-
di nō escam. Nōdū enī poteratis: sed nec nūc
quidē potestis. Adhuc enī carnales estis.
Cū enim fuerit inter vos zelus ⁊ contentio:
nōne carnales estis et secūdū hoīem ambu-
latis? Cū enī quis dicat ego quidē sū pauli.
alius aūt ego apollo. nōne homines estis?
Quid igitur ē apollo? Quid vero paulus?
Ministri eius cui credidistis. Et vnicuiqꝫ
sicut dn̄s dedit. Ego plantaui apollo riga
uit: sed deus incremētū dedit. Itaqꝫ neqꝫ q̄
plātat est aliqd neqꝫ qui rigat: sed q̄ incre-
mētū dat deus. Qui plātat aūt et qui rigat
vnū sūt. Vnusquisqꝫ aūt ppriā mercedē ac
cipiet secūdū suū laborē. Dei enī sumus ad-
iutores. Dei agricultura estis: dei edificatio
estis. Scd'm gratiā dei q̄ data est michi ut
sapiēs architectus fundamentū posui: alius
aūt supedificat. Vnusquisqꝫ aūt videat quo
mō supedificet. Fundamentū enī aliud ne-
mo potest ponere pter id qꝫ positū est: qꝫ ē
xpus ihesus. Si quis aūt supedificat supra
fundamentū hoc aurū argētū lapides pcio
sos ligna fenū stipulā: vniuscuiusqꝫ opus
manifestū erit. Dies enī dn̄i declarabit: quia
in igne reuelabitur: et vniscuiusqꝫ opus q̄le
sit ignis pbabit. Si cuius opus manserit
qꝫ supedificauit: mercedē accipiet. Si cuiꝰ
opus arserit detrimētū patietur: ipe aūt saluꝰ
erit: sic tamē q̄si p ignē. Nescitis qꝛ tēplū
dei estis: et spiritus dei habitat i vobis? Si
quis aūt templū dei violauerit: disp̄det illū
deus. Templū enim dei sanctū est: qꝫ estis
vos. Nemo se seducat. Si quis videtur in-
ter vos sapiēs esse in hoc seculo: stultus fiat
ut sit sapiēs. Sapientia enim huius mūdi
stulticia est apud deū. Scriptum est enim.
Cōphendam sapiētes in astucia eorū. Et
iterū. Deus nouit cogitacōes sapientum:
quoniā vane sūt. Nemo itaqꝫ glorietur in ho-
minibꝫ. Omīa enī vrā sūt: siue paulus siue
apollo siue cephas siue mundus siue vita
siue mors siue psentia siue futura. Omīa enī
vestra sūt: vos autē cristi: xpus autem dei.

IIII

Sic nos existimet homo ut
ministros cristi: et dispensatores mi-
steriorū dei. Hic iam querit inter dispensa-
tores: ut fidelis quis inueniatur. Michi au-
tem pro minimo est ut a vobis iudicer: aut
ab humano die. Sed neqꝫ meipm iudico.
Nichil enī michi cōscius sū: sed non in hoc
iustificatus sum. Qui aūt iudicat me: dn̄s ē.
Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare: quoad
usqꝫ veniat dn̄s q̄ ⁊ illuminabit abscondita
tenebrarū ⁊ manifestabit cōsilia cordiū: ⁊ tūc

laus erit vnicuiq; a deo. Hec autē fratres
trāſfiguraui ī me ⁊ appollo ꝓpter vos: ut in
vobis diſcatis ne ſupra quā ſcriptū ē vnus
adūſus alterū infletur ꝓ alio. Quis enim te
diſcernit? Quid aūt habes qđ non accepi
ſti? Si aūt accepiſti: qđ gloriaris q̄ſi non
acceperis? Jam ſaturati eſtis: iā diuites fa
cti eſtis. Sine nobis regnatis. Et vtinam
regnetis: ut et nos vobiſcū regnemuſ. Pu
to enī ꝙ deus nos apl̄os nouiſſimos oſtē
dit tāq̄ᵐ morti deſtinatos: ꝗ ſpectaculū fa
cti ſumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominib;. Noſ
ſtulti ꝓpter xp̄m: vos aūt prudētes in xp̄o.
Nos infirmi: vos aūt fortes. Vos nobiles:
nos aūt ignobiles. Vſq; in hāc horam et
eſurimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſumuſ: et colaphiſ
cedimur ⁊ inſtabiles ſumus: et laboramus
operātes manib; nr̄is. Maledicimur: et bn̄
dicimus. Perſecutionē patimur: et ſuſtine
muſ. Blaſphemamur: et obſecramuſ. Tāq̄ᵐ
purgamēta huius mūdi: facti ſumus oīm
ꝑipſima uſq; adhuc. Non ut cōfundā vos
hec ſcribo: ſ; ut filios meos cariſſimos mo
neo. Nā ſi decē milia pedagogoꝝ habea
tis ī xp̄o: ſ; nō multos patres. Nam in xp̄o
iħu ꝑ euāgeliū ego vos genui. Rogo er
go voſ: imitatores mei eſtote: ſicᵘ ⁊ ego xp̄i.
Jdeo miſi ad voſ thimotheū q̄ ē filius meus
cariſſimus ⁊ fidelis ī dn̄o: q̄ vos cōmonefa
ciat vias meas q̄ ſūt ī xp̄o iħu: ſicᵘ vbiq; in
oīni eccleſia doceo. Tāq̄ᵐ nō venturus ſim ad
vos: ſicut inflati ſūt quidā. Veniā; aūt ad
vos cito ſi dn̄s voluerit: et cognoſcam nō
ſermonē eoꝝ qui inflati ſūt: ſ; virtutē. Nō
enī in ſmone ē regnū dei: ſ; ī virtute. Quid
vultis? Jn virga veniam ad vos. an in cari
tate et ſpiritu manſuetudinis?

V

Omnino auditᵘ inter vos fornicacō: et
talis fornicatio qualis nec inter gen
tes: ita ut vxorē patris ſui aliquis habeat.
Et vos inflati eſtis: et nō magis luctū ha
buiſtis: ut tollatur de medio veſtrū qui hoc
opus fecit. Ego quidē abſens corpore. p̄nſ
aūt ſpiritu: iā iudicaui ut p̄ſens eum qui ſic
operatus ē in noīe dn̄i noſtri iheſu xp̄i con
gregatis vobis ⁊ meo ſpiritu cū virtute do
mini iheſu tradere huiuſmodi hominem ſa
thane ī interitū carnis: ut ſp̄us ſaluus ſit in
die domini noſtri iħu xp̄i. Non ē bona glo
riacō vr̄a. Neſcitis ꝙ modicū fermētū totā;
maſſam corrūpit? Expurgate vetus fermē
tū: ut ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azimi.
Etenī paſcha nr̄m immolatus ē xp̄us. Ita
q; epulemur: non in fermento veteri neq; in
fermēto malicie ⁊ nequicie: ſ; ī azimis ſince
ritatis ⁊ veritatis. Scripſi vobis in ep̄la:
ne cōmiſceamī fornicarijs. Nō vtiq; fornica
rijs huius mūdi aut auaris aut rapacibus
aut ydolis ſuiētib;: alioquī debueratis de
hoc mūdo exiſſe. Nūc aūt ſcripſi vobis nō
cōmiſceri. Si is q̄ frater noīatur inter vos
et ē fornicator aut auarus aut ydolis ſuiēs
aut maledicus aut ebrioſus aut rapax: cū
huiuſmodi nec cibū ſumē. Quid enī michi
de hijs q̄ foris ſūt iudicaē? Nōne de hijs q̄
intus ſūt vos iudicatis? Nam eos qui foris
ſūt deuſ iudicabit. Aferte malū ex vobiſipiſ.

VI

Audet aliquis veſtrū habēs
negociū adūſus alterū iudicari apđ
iniqᵒs: et nō apud ſanctos. An neſcitis. qm̄
ſancti de hoc mūdo iudicabūt? Et ſi in voƀ
iudicabitᵘ mūdus: indigni eſtis q̄ de minimiſ
iudicetis? Neſcitis quoniā angelos iudica
bimus? Quāto magis ſecularia? Secula
ria igitᵘ iudicia ſi habueritis: cōtemptibi
les q̄ ſūt in eccleſia illos cōſtituite ad iudi
cādū. Ad verecūdiā vr̄am dico. Sic nō eſt
inter vos ſapiens quiſq̄ᵐ. qui poſſit iudica
re inter fratrē; ſuū: ſ; frater cū fratre iudi
cio ꝯtēdit: ⁊ hoc apud infideles. Jam quidē
omnino delictū ē in vobiſ: ꝙ iudicia habetis
inter voſ. Quaē nō magis iniuriā accipitiſ?
Quare nō magis fraudē patimī? Sꝫ vos in
iuriā facitis ⁊ fraudatis: ⁊ hoc fratrib;. An
neſcitis ꝙ iniqui regnū dei nō poſſidebūt?
Nolite errare: neq; fornicarij neq; ydolis ſ
uiētes. neq; adulteri. neq; molles: neq; ma
ſculorū ꝯcubitores. neq; fures neq; auari. ne
q; ebrioſi neq; maledici. neq; rapaces re
gnū dei poſſidebūt. Et hec quidē fuiſtis: ſed
abluti eſtis. ſ; ſanctificati eſtis. ſ; iuſtificati
eſtis: in noīe dn̄i noſtri iheſu xp̄i et in ſpiri
tu dei noſtri. Omnia michi licēt: ſed nō oīa
expediūt. Omia michi licent: ſed ego ſub
nullius redigar poteſtate. Eſca vētri ⁊ ven
ter eſcis: deus autem ⁊ hūc et has deſtruet.

Corpus aūt nō fornicacōni sed dn̄o: et dn̄s
corpori. Deus vero et dn̄m suscitauit: et nos
suscitabit ꝑ virtutē suā. Nescitis quoniā cor
pora vr̄a mēbra sūt xp̄i? Tollēs ergo mē=
bra xp̄i: faciā mēbra meretricis? Absit. An
nescitis: quoniā qui adheret meretrici vnū
corpus efficitur? Erunt enim inquit duo in
carne vna. Qui aūt adheret domino: vnus
spiritus est. Fugite fornicacōnē. Omē enim
peccatū qḋcūqꝫ fecerit homo extra corpus
est: qui aūt fornicatur · in corpus suū peccat.
An nescitis quoniaꝫ mēbra vestra templum
est spiritus sancti qui in vobis ē quē habe=
tis a deo: et nō estis vestri? Empti enī estis
ꝑcio magno: glorificate et portate deū ī cor

VII

De quibꝰ aūt pore vestro.
scripsistis michi: bonū ē homī mulie=
rē nō tangere. Propter fornicationē autē
vnusquisqꝫ suam vxorē habeat: et vna q̄=
qꝫ suū virū habeat. Vxori vir debitū red=
dat: similiter autēꝫ et vxor viro. Mulier sui
corporis potestatē nō habet ſꝫ vir: similiter
aūt et vir sui corporis potestatē nō habꝫ sed
mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte
ex cōsensu ad tempus ut vacetis oratioī:
et iterū reuīmini in idipm̄: ne temptet vos
sathanas propter incōtinentiā vr̄aꝫ. Hoc
autē dico secūdū indulgentiā: nō secūdum
imperium. Volo autem omnes vos esse
sicut meipm̄. Sed vnusquisqꝫ ꝓpriū donuꝫ
habet ex deo: alius quidē sic: alius vero sic.
Dico aūt nō nuptis et viduis: bonū est illis
si sic ꝑmanserint sicut et ego. Qḋ si nō se cōti
nent · nubant. Melius est enī nubere ꝙ vri.
Hijs autē qui matrimonio iūcti sūt preci=
pio non ego sed dn̄s: vxorem a viro non
discedere. Qḋ si discesserit · manere innup=
tam: aut viro suo reconciliari. Et vir vxorē
nō dimittat. Nā ceteris ego dico non dn̄s.
Si quis frater vxorē habet infidelē · et hec
ꝯsentit habitare cū illo · nō dimittat illam.
Et si qua mulier habet virū infidelē et hic
ꝯsentit habitare cū illa: non dimittat virū.
Sanctificatus est enī vir infidelis ꝑ muli=
erem fidelem: et sanctificata est mulier infi=
delis ꝑ virū fidelem. Alioquī filij vestri im=
mūdi essent: nūc autem sancti sunt. Qḋ si in
fidelis discedit · discedat. Nō enim seruituti
subiectus ē frater aut soror in eiusmodi · In
pace aūt vocauit nos deus. Vnde enī scis
mulier si virū saluū facies? Aut vnde scis
vir si mulierē saluam facies? Nisi vnicuiqꝫ
sicut diuisit dominus. Vnūquēqꝫ sicut voca
uit deus ita ambulet: et sicut ī omībꝰ ecclesi=
ijs doceo. Circūcisus aliquis vocatus est:
nō adducat ꝓpuciū. In ꝓpucio aliquis voca
tus est: nō circūcidat̄. Circūcisio michil est.
et ꝓpuciū michil est: sed obseruatio māda=
torū dei. Vnusquisqꝫ ī qua vocacōe vocatus
est: in ea ꝑmaneat. Seruus vocatus es: nō
sit tibi cure · Sed et si potes fieri liber: magis
vtere. Qui enim in domino vocatus est ser=
uus: libertus est domini. Similiter q̄ liber
vocatus ē: seruus est xp̄i. Precio empti estis:
nolite fieri serui hominū. Vnusquisqꝫ ergo
in quo vocatus est frater: in hoc ꝑmaneat
apud deū. De virginibꝰ aūt ꝓceptū domini
nō habeo: cōsiliū aūt do tanꝙ misericordiā
cōsecutus a deo: ut sim fidelis. Existimo enī
hoc bonū esse ꝓpter instantē necessitatem:
quoniā bonū est homini sic esse. Alligatus
es vxori: noli querere solutionē. Solutus
es ab vxore: noli querere vxorem. Si aūt
acceperis vxorem nō peccasti: et si nupserit
virgo nō peccauit. Tribulacōnē tamē car=
nis habebūt huiusmodi. Ego autēꝫ vobis
parco. Hoc itaqꝫ dico fratres. Tēpus bre=
ue ē. Reliquū est: ut et qui habēt vxores · tā
ꝙ nō habētes sint: et qui flent · tanꝙ nō flē
tes: et qui gaudēt · tāꝙ nō gaudētes: et q̄
emūt · tanꝙ nō possidentes: et qui vtuntur
hoc mūdo · tāꝙ nō vtant̄. Preterit enī figu
ra huius mūdi. Volo aūt vos sine sollici=
tudine esse. Qui sine vxore ē · sollicitus est q̄
domini sūt: quomō placeat deo. Qui aūt cū
vxore est · sollicitus est que sūt mūdi · quo=
mō placeat vxori: et diuisus est. Et mulier
innupta et ꝟgo cogitat que domini sūt: ut
sit sancta et corꝑe et spiritu. Que aūt nupta
est cogitat que sūt mūdi: quomō placeat
viro. Porro hoc ad vtilitatē vestraꝫ dico ·
nō ut laqueū vobis iniciam: ſꝫ ad id qḋ ho=
nestū est · et qḋ facultatē ꝓbeat: sine impedi
mēto dominū obsecrandi. Si q̄s autēꝫ tur
pē se videre existimat sup ꝟgine sua ꝙ sit
sup adulta et ita oportet fieri: qḋ vult faciat.

Non peccāt si nubat. Nā qui statuit ī corde
suo firmus non habēs necessitatē. potesta
tē aūt habēs sue volūtatis: et hoc iudicauit
in corde suo seruare virginē suā: bene facit.
Igit̄ et qui matrimonio iūgit v̄ginē suaꝫ
bene facit: et qui nō iūgit melius facit. Mu
lier alligata ē legi: quanto tēpore vir eius
viuit. Quod si dormierit vir eius liberata
est. Cui aūt vult nubat: tantuꝫ in domino.
Beatior aūt erit: si sic ꝑmanserit scōm meū
ꝯsiliū. Puto aūt: qꝫ ⁊ ego spiritū dei habeā.

VIII

De hijs aūt q̄ ydolis immo-
lant̄ scimus: qꝛ omēs sciētiam habē-
mus. Scientia inflat: caritas vero edificat.
Si q̄s aūt se existimat scire aliquid: nōdū
ꝯgnouit queadmodū oportreat eū scié. Si
quis aūt diligit deū: hic ꝯgnitus est ab eo.
De escis aūt que ydolis immolant̄: scimus
qꝛ nichil est ydolū in mūdo: et qꝛ nullus de
us nisi vnus. Nā et si sūt qui dicant̄ dij siue
in celo siue ī terra: siqui dē sūt dij multi ⁊ do-
mini mł̄ti: nobis tamē vnus deus pater ex
quo omnia ⁊ nos in illo: et vnus dn̄s ih̄us
xp̄s ꝑ quē omnia: et nos ꝑ ipsū. Sed nō in
oīb; est sciētia. Quidam auteꝫ cū scientia
usqꝫ nūc ydoli. quasi ydolotitū manducāt:
et ꝯscientia ipoꝝ cū sit infirma polluit̄. Es-
ca aūt nos nō cōmendat deo. Neqꝫ enim si
mādūcauerimus abūdabimus: neqꝫ si nō
mādūcauerimus deficiemus. Videte autē:
ne forte hec licētia nr̄a offendiculū fiat in-
firmis. Si enim quis viderit eū qui habet
scientiā in ydoleo recumbentē: nōne ꝯsciē-
tia eius cū sit infirma edificabit̄ ad mandu
candū ydolotita? Et pibit infirmus in tua
ꝯsciētia frater: ꝓpter quē xp̄us mortuus ē.
Sic aūt peccantes in fratres et ꝑcutientes
ꝯscientiā eoꝝ infirmā: in xp̄m peccatis. Qua
propter si esca scādalizat frēm meū nō mā-
ducabo carnē in eternū: ne fratrē meū scāda

IX

lizem. Non sū liber? Nō sū
apłus? Nōne xp̄m ih̄m dn̄m nr̄m vi-
di? Nonne opus meū vos estis ī dn̄o? Et si
alijs nō sū apostolus: ſ; tamē vobis sū. Nā
signaculū apostolatus mei vos estis ī dn̄o.
Mea defensio apud eos q̄ me interrogāt.
hec est. Nūquid non habemus potestatem
manducandi ⁊ bibēdi? Nūquid nō habem9
potestatē mulierē sororē circūducēdi: sicut
et ceteri apostoli et fratres dn̄i et cephas?
Aut ego solus aut barnabas. nō habemus
potestatē hoc operandi? Quis militat suis
stipēdijs vnq̄? Quis plātauit vineā: et de
fructu eius nō edit? Quis pascit gregem:
et de lacte gregis nō māducat? Nunquid
scōm hoiem hec dico? An lex hec nō dicit?
Scriptū est enim ī lege moysi. Nō alliga-
bis os boui trituranti. Nūquid de bub; cura
est deo? An ꝓpter nos vtiqꝫ dicit? Nā ꝓpter
nos scripta sūt: qm̄ debet in spe q̄ arat arare:
et q̄ triturat. in spe fructus ꝑcipiēdi. Si nos
vob̄ sp̄ūalia seminauimus: magnuꝫ est si
nos carnalia vrā metamus? Si alij potesta
tis vr̄e participes sūt. quare nō potius nos?
Sed non vsi sumus hac p̄tāte. Sed omia
sustinemus: ne qd̄ offendiculū demus euā-
gelio xp̄i. Nescitis qm̄ qui in sacrario ope-
rāt̄: q̄ de sacrario sunt edūt? Et qui altario
deseruiūt cū altario participāt: ita ⁊ dn̄s or
dinauit hijs q̄ euangeliū annūciāt: de euā-
gelio viuē. Ego aūt nullo hoꝝ vsus sū. Nō
auteꝫ scripsi hec: ut ita fiāt in me. Bonū est
enī michi magis mori: q̄ ut gloriā meā q̄s
euacuet. Nā ⁊ si euāgelizauero: non ē michi
gloria. Necessitas enim michi incūbit. Ve
enim michi est: si nō euāgelizauero. Si enī
volens hec ago mercedeꝫ habeo: si aūt in-
uitus. dispensacō michi credita est. Que est
ergo merces mea? Vt euāgeliū predicās.
sine sumptu ponā euāgeliū: ut non abutar
p̄tāte mea in euangelio. Nā cū liber essem
ex oīb; oīm me seruū feci: ut plures lucri
facerē. Et factus sum iudeis tanq̄ iudeus:
ut iudeos lucrarer. Hijs qui sub legē sunt.
quasi sb̄ lege esseꝫ. cū ipse nō esseꝫ sb̄ lege:
ut eos q̄ sub lege erāt lucrifacerē. Hijs q̄
sine lege erāt tanq̄ sine lege essem: cū sine
lege dei nō essem. ſ; in lege esseꝫ xp̄i: ut luc̄
facerē eos qui sine lege erant. Factus sū in
firmis infirmus: ut infirmos lucrifacerem.
Omib; omia factus sū: ut omes facerē sal
uos. Oīa aūt facio ꝓpter euāgeliū: ut parti
ceps eius efficiar. Nescitis qꝛ hij q̄ ī stadio
currūt omes quidē currūt: sed vnus accipit
brauiū? Sic currite: ut ꝯphēdatis. Oīs au
tē q̄ in agone ꝯtēdit ab oīb; se abstinet:

et illi quidē ut corruptibilē coronā accipi=
ant: nos aūt incorruptā. Ego igit̄ sic cur
ro nō q̄si in incertū: sic pugno nō q̄si aerem
verberās. Sed castigo corpus meū. et i ser
uitutē redigo: ne forte cū aliis p̄dicauerim
Nolo enim X ipse reprobꝰ efficiar.
Nvos ignorare frēs: quoniam patres
nostri om̄es sub nube fuerūt ⁊ om̄es mare
transierūt: et om̄es in moyse baptizati sūt i
nube ⁊ in mari. Et om̄es eandē escam spiri=
talē manducauerūt: et om̄es eundē potum
spiritalē biberūt. Bibebāt aūt: de spirita=
li ↄsequēte eos petra. Petra aūt erat xp̄us.
Sꝫ nō in pluribꝰ eoꝝ beneplacitū est deo.
Nā ꝓstrati sūt i deserto. Hec aūt i figura fcā
sūt nr̄i: ut nō simus ↄcupiscentes maloꝝ:
sic ⁊ illi ↄcupierūt. Neq̄ ydolatre efficiamī
sicut quidam ex ip̄is: quēadmodū scriptū
est. Sedit pp̄ls manducare ⁊ bibere: et sur=
rexerūt ludere. Neq̄ fornicemur sicut qui=
dā ex ip̄is fornicati sūt: et ceciderūt vna die
viginti tria milia. Neq̄ temptemus cristū
sicut quidā eoꝝ temptauerūt: ⁊ a serpenti=
bus perierūt. Neq̄ murmurau eritis sicut
quidā eoꝝ murmurauerūt: et p̄ierunt ab
exterminatore. Hec aūt om̄ia in figura cō
tingebāt illis: sc̄pta sūt aūt ad correpcōēꝫ
nr̄āꝫ: in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Itaq̄
q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Tem
ptatio vos nō app̄hendat nisi humana. Fi=
delis aūt deus est. q̄ nō patietur vos tēpta
ri supra id qđ potestis: ꝫ faciet cū tēptacōe
etiam ꝓuentū: ut possitis sustinē. Propter
qđ carissimi michi. fugite ab ydoloꝝ cultu
rā. Vt prudentibꝰ loquor. vos ip̄i iudicate
qđ dico. Calix bn̄dictōnis cui bn̄dicimus:
nōne ↄmūicacō sanguinis xp̄i ē? Et panis
quē frangimus: nōne participacō corporis
dn̄i ē? Quoniā vnus panis ⁊ vnū corpus
mlt̄i sumus: omnes qui de vno pane ꝑtici=
pamus. Videte israhel secundū carnē. Nō=
ne qui edunt hostias. participes sunt alta=
ris? Quid ergo? Dico q̄ ydolis immolatū
sit aliq̄d: aut q̄ ydolū sit aliquid? Sed q̄
immolāt gentes. demoniis immolāt: et nō
deo. Nolo aūt vos socios fieri demonioꝝ:
Quia nō potestis calicē domini bibere. et cali
cem demoniorū: non potestis mense domini
ꝑticipes esse: et mense demonioꝝ. An emula=
mur dn̄m? Nunquid fortiores illo sumus?
Oīa michi licēt: ꝫ nō omnia expediūt. Oīa
michi licent: sed nō om̄ia edificāt. Nemo
qđ suū est querat: ꝫ qđ alterius. Om̄e qđ in
macello venit mādūcate: nichil interrogā=
tes ꝓpter ↄsciam. Domini ē terra: ⁊ plenitu
do eius. Si quis vocat vos infideliū ⁊ vul=
tis ire: om̄e qđ vobis apponit̄ manducate:
nichil interrogātes ꝓpter ↄsciam. Si q̄s
aūt dixerit hoc immolatū ē ydolis: nolite mā
ducaē ꝓpter illū qui indicauit: et ꝓpter ↄsci=
entiā. Cōsciam aūt dico: nō tuā. ꝫ alterius.
Vt q̄d enī libertas mea iudicat̄ ab aliena
ↄsciētia? Si ego cū gr̄a participo: q̄d blas=
phemor ꝑ eo q̄ gr̄as ago? Siue ergo mā
ducatis siue bibitis. vel aliud quid facitis:
oīa i gloriā dei facite. Sine offensiōe esto=
te iudeis et gentibꝰ ⁊ ecc̄ie dei: sic et ego ꝑ
oīa om̄ibꝰ placeo: nō querēs qđ michi vti=
le ē: sed quod multis ut salui fiāt. XI
Imitatores mei estote: sicut ⁊ ego xp̄i. Lau
do autē vos frēs q̄ ꝑ omnia mei memores
estis: et sic tradidi vobis p̄cepta mea te=
netis. Volo aūt vos scire: q̄ omnis viri ca
put xp̄us ē: caput aūt mulieris vir. Caput
vero cristi deus. Om̄is vir orās aut ꝓphe=
tās velato capite: deturpat caput suū. Om̄is
autē mulier orans aut ꝓphetās non vela=
to capite: deturpat caput suū. Vnū enī est:
ac si decaluet̄. Nam si nō velatur mulier: tō=
deat̄. Si vero turpe est mulieri tonderi aut
decaluari: velet caput suū. Vir quidē nō debꝫ
velare caput suū: q̄m imago ⁊ gloria dei est:
mulier aūt gloria viri est. Non enim vir ex
muliere est: sed mulier ex viro. Etenim nō
est creatus vir ꝓpter mulierē: ꝫ mulier ꝓpt̄
virū. Ideo debet mulier velamē habere sup̄
caput suū: et ꝓpter angelos. Verūtamē ne
q̄ vir sine muliere: neq̄ mulier sine viro i
dn̄o. Nā sicut mulier de viro: ita ⁊ vir ꝑ mu
lierē. Oīa aūt ex deo. Vos ip̄i iudicate: de=
cet mulierē nō velatā orare deū? Nec ip̄a na
tura docet vos. Qđ vir quidē si comā nutri=
at ignominia ē illi: mulier vō si comā nu=
triat glīa ē illi: q̄m capilli ꝓ velamine ei da=
ti sūt. Si q̄s aūt videt̄ ↄtentiosus esse: nos
talē consuetudinē nō habemus: neq̄ ecc̄ia

dei. Hoc aūt p̄cipio: nō laudās q̄ nō in me
lius sed in deterius cōuenitis. Primū quidē
cōuenientibꝫ vobis in ecclīam audio scissuras
esse inter vos: et ex parte credo. Nā oportet
hereses esse: ut et q̄ pbati sūt manifesti fiāt
in vobis. Conuenientibꝫ ergo vobis ī vnū:
iam nō est dominicā cenā manducare. Vnus-
quisqꝫ enim suā cenā p̄sumit ad manducan-
dū. Et alius quidē esurit: alius aūt ebrius
est. Nūquid domos nō habetis ad mādu-
candū et bibendū? Aut ecclīaꝫ dei contemnitis:
et confunditis eos qui non habēt? Quid dicā
vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego
enī accepi a dn̄o quod et tradidi vobis: qm̄
dn̄s ihesus in qua nocte tradebat̄ accepit
panem: et grās agēs fregit et dixit. Accipi
te et manducate. Hoc ē corpus meuꝫ: qđ p
vobis tradet̄. Hoc facite ī meā cōmemora
cōem. Similiter et calicē: postq̄ cenauit di-
cens. Hic calix nouū testamentū est in meo
sanguine. Hoc facite quotiēscūqꝫ bibetis:
in meā cōmemoracōꝫ. Quotienscūqꝫ enī mā-
ducabitis panē hūc et calicē bibetis: morteꝫ
dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicū-
qꝫ māducauerit panē vel biberit calicē dn̄i
indigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i.
Probet aūt seipm̄ homo: et sic de pane illo
edat: et de calice bibat. Qui enim māducat
et bibit indigne iudiciū sibi māducat et bi-
bit: nō diiudicās corpus dn̄i. Ideo int̄ vos
mlt̄i infirmi et imbecilles: et dormiūt multi. Qđ
si nosmetipos diiudicaremus: nō vtiqꝫ iu-
dicaremur. Dū iudicamur aūt a dn̄o corri-
pimur: ut nō cū hoc mūdo dānemur. Itaqꝫ
fratres mei cū cōuenitis ad māducandū: in-
uicē exspectate. Si quis esurit domi mādu
cet: ut nō ī iudiciū cōueniatis. Cetera autē cū
venero dispoñā.

De spūalibꝫ XII autē nolo vos ignorare frēs. Scitis
aūt qm̄ cū gentes essetis: ad simulacra mu
ta put ducebamini euntes. Ideo notū vobis
facio: q̄ nemo ī spū dei loquēs dic̄ anathe
ma ihesu. Et nemo potest dicere dn̄s ihesus:
nisi in spū scō. Diuisioēs vero grāꝝ sūt: idē
aūt spiritus. Et diuisioēs ministracōnū sūt:
idē aūt dn̄s. Et diuisiones opationū sunt:
idē vero deus q̄ opatur oīa in oībꝫ. Vni
cuiqꝫ aūt dat̄ manifestacō spiritus: ad vtili
tatē. Alij quidē p spiritū dat̄ s̄mo sapiētie:
alij aūt s̄mo sciē scđm eundē spiritū. Alte-
ri fides ī eodē spū: alij gratia sanitatū ī vno
spiritu. Alij operacō v̄tutū. alij pphecia. alij
discrecō spirituū: alij genera linguaꝝ: alij
interp̄tacō s̄monū. Hec aūt oīa operat̄
vnus atqꝫ idē spūs: diuidens singulis put
vult. Sicut enī corpus vnū est. et membra
habet multa: oīa autē mēbra corporis cū
sint mlt̄a vnū tamē corpus sūt: ita et xp̄us.
Etenim in vno spū oēs nos in vnū corpus
baptizati sumus. siue iudei siue gētiles siue
serui siue liberi: et oēs vno spū potati su-
mus. Nā et corpus nō ē vnū membrū ꝫ mul-
ta. Si dixerit pes. qm̄ nō sū manus. nō sū de
corpore: nū ideo nō ē de corpore? Et si dixe-
rit auris. qm̄ nō sū oculus. nō sum de corpo-
re: nū ideo nō ē de corpore? Si totū corpus
oculus: vbi auditus? Si totū auditus: vbi
odoratus? Nūc aūt posuit deus mēbra: vnū
quodqꝫ eoꝝ in corpore sicut voluit. Quod
si essent oīa vnū membrū: vbi corpus?
Nūc aūt multa quidē mēbra: vnū aūt cor-
pus. Non potest aūt dicere oculus manui.
opera tua nō indigeo: aut iterū caput pedi-
bus: nō estis michi necessarij. Sꝫ mlt̄o ma-
gis q̄ vident̄ mēbra corpis infirmiora esse:
necessariora sūt. Et q̄ putamus ignobiliora
mēbra esse corporis: hijs honorē abūdātio-
rē circūdamus. Et q̄ inhonesta sūt nr̄a: abū
dātiorē honestatē habēt. Honesta aūt nr̄a
nullius egēt. Sed deus tēperauit corpus.
ei cui deerat. abundātiorē tribuendo hono
rem: ut nō sit scisma ī corpore: sed in idipm̄
p inuicē sollicita sint mēbra. Et si q̄d patit̄
vnū mēbrū. cōpatiūt̄ oīa membra: siue glo-
riatur vnū membrū: cōgaudēt oīa mēbra.
Vos autē estis corpus xp̄i: et membra de
membro. Et quosdā quidē posuit deus ī ec-
clesia. p̄mū apostolos. scđo pphetas. tercio
doctores: deinde v̄tutes. exinde grās cura-
tionū: opitulacōes gubernacōnes. genera
linguaꝝ: interp̄tacōes s̄monū. Nūquid
oēs apl̄i? Nūquid oēs pphete? Nūquid
oēs doctores? Nūquid oēs virtutes?
Nūquid oēs grāꝫ habēt curationū? Nūq̄d
oēs linguis loquūt̄? Nūquid oēs inter
p̄tāt̄? Emulamini aūt carismata meliora. Et

adhuc excellētiorē viam vobis demōstro.

XIII

[S]I linguis hominū loquar et
angelorum: caritatē autē nō habeā:
factus sū velut es sonās aut cimbalū tinniēs
Et si habuero ꝓphetiā. et nouerim misteria
oīa ⁊ oēm sciētiā ⁊ habuero oēm fidē
ita ut montes transferā: caritatē aūt nō ha
buero: nichil sum. Et si distribuero in cibos
pauperū oēs facultates meas. et si tradi
dero corpus meū ita ut ardeam: caritatem
autē nō habuero: nichil michi ꝓdest. Cari
tas paciens ē: benigna ē. Caritas nō emu-
latur. nō agit ꝑperā: nō inflatur. nō est am
biciosa: nō querit que sua sūt. Nō irritat̄.
nō cogitat malū: nō gaudet sup iniq̄tate:
ɔgaudet aūt veritati. Oīa suffert. oīa
credit: oīa sperat: oīa sustinet. Caritas
nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabunt̄:
siue lingue cessabūt: siue sciā destruet̄. Ex
parte enim cognoscimus: et ex parte ꝓphe
tamus. Cū autē venerit quod pfectū est:
euacuabit̄ qđ ex parte ē. Cū essem paruu-
lus loquebar ut paruulus: sapiebā ut par
uulus: cogitabā ut paruulus. Quādo aūt
factus sum vir: euacuaui que erāt paruuli.
Videmus nūc p speculū in enigmate: tunc
autē faciē ad faciē. Nūc cognosco ex pte:
tūc aut cognoscam: sicut ⁊ cognitus sū. Nūc
autē manēt fides spes caritas tria hec. Ma
ior autem horū est caritas.

XIIII

[S]Ectamini caritatē: emulamī spūalia:
magis aūt ut ꝓphetetis. Qui enim lo
quit̄ lingua: nō hominibꝰ loquit̄. sed deo.
Nemo enim audit. Spūs aūt loquit̄ mi-
steria. Nam qui ꝓphetat: hominibꝰ loquit̄
ad edificacōē ⁊ exhortacōem ⁊ ɔsolacōnē.
Qui loquit̄ lingua semetipm edificat: qui
aūt ꝓphetat ecclīam dei edificat. Volo aūt
oēs vos loqui linguis: magis aūt ꝓphe
tare. Nā maior est qui ꝓphetat q̄ qui loq̄-
tur linguis: nisi forte interp̄tet̄: ut ecclesia
edificacōnē accipiat. Nūc aūt frēs. si vene
ro ad vos linguis loquēs. quid vobꝭ ꝓde-
ro: nisi vobꝭ loquar aut in reuelacōne. aut ī
sciā. aut in ꝓphetia. aut in doctrina? Tamen
que sine anima sunt vocē dantia. siue tybia
siue cithara. nisi distinccōē sonitu dederit
quō scietur id qđ canit̄ aut qđ citharizat̄?
Etenim si incertā vocē det tuba. quis para-
bit se ad bellū? Ita ⁊ vos p linguā nisi mani
festū sermonē dederitis: quō sciet̄ id qđ dici-
tur? Eritis eni in aera loquētes. Tā multa ut-
puta genera linguaꝝ sūt ī hoc mūdo: et ni-
chil sine voce ē. Si ergo nesciero v̄tutē vo
cis ero ei cui loquar barbarus: et q̄ loquit̄
michi barbarus. Sic ⁊ vos qm̄ emulatores
estis spirituū ad edificacōē ecclīe: querite ut
abūdetis. Et ideo q̄ loquit̄ lingua: oret ut
interp̄tet̄. Nam si orem lingua spūs meus
orat: mēs aūt mea sine fructu ē. Quid ergo
est? Orabo spū: orabo ⁊ mēte. Psallam spū:
psallā ⁊ mēte. Ceterū si bñdixeris spū: quis
supplet locū ydiote? Quō dicet amē super
tuā bñdictōnē? Quoniā quid dicas nescit.
Nā tu quidē bene gratias agis: sꝫ alter non
edificat̄. Gratias ago deo q̄ oīm v̄rm lin-
gua loquor. Sꝫ in ecclīa volo quiq̄ verba
sensu meo loqui. ut ⁊ alios instruā: q̄ decē
milia v̄boꝝ ī lingua. Frēs: nolite pueri effi-
ci sensibꝰ sꝫ malicia paruuli estote: sensibus
aūt pfecti estote. In lege enī scp̄tū ē. Quo-
niā ī aliis linguis et labiis aliis loquar po-
pulo huic: ⁊ nec sic exaudient me dic̄ dn̄s.
Itaq; lingue in signū sūt nō fidelibꝰ. sꝫ infi-
delibꝰ: ꝓphetie aūt nō infidelibꝰ. sꝫ fidelibꝰ.
Si ergo conueniat vniūsa ecclīa in vnū ⁊ oēs
linguis loquāt̄: intrent aūt ydeote aut in-
fideles. nōne dicent quid insanitis? Si aūt
oēs ꝓphetēt: intret aūt quis infidelis vel
ydeota ɔuincit̄ ab oībꝰ: diiudicat̄ ab oī
bus. Occulta cordis eius manifesta sūt: et
ita cadēs in faciē adorabit deū: ꝓnūciās q̄
vere deus in vobꝭ sit. Quid ergo ē fratres?
Cū ɔuenitis. vnusquisq; v̄rm psalmū ha-
bet. doctrinā habꝫ. apocalipsim habet: lin-
guā habꝫ: interp̄tacōē habꝫ: oīa ad edi
ficacōē fiāt. Siue lingua quis loquit̄. scđm
duos. aut ut multū tres. et p partes: ⁊ vnus
interp̄tetur. Si aūt nō fuerit interpres ta
ceat ī ecclīa: sibi aūt loquat̄ et deo. Prophe
te aūt duo aut tres dicant: et ceteri diiudi-
cent. Qđ si alii reuelatū fuerit sedēti: prior ta
ceat. Potestis enī oēs p singulos ꝓphe-
tare: ut oēs discāt: et oēs exhortent̄. Et
spūs ꝓphetaꝝ ꝓphetis subiectus ē. Nō enī
dissensionis ē deus sꝫ pacis: sicut ⁊ in oībꝰ

ecclesijs scōꝝ doceo. Mulieres in ecclesijs taceāt. Nō enim pmittit̄ eis loqui ꝫ subditas esse: sicut ⁊ lex dicit. Si quid aūt volūt discere: domi viros suos interrogēt. Turpe est eni mulieri loqui i ecc̄ia. An a vobis v̄bū dei ꝓcessit: aut in vos solos peruenit? Si quis videtur ꝓpheta esse. aut spūalis: cognoscat q̄ scribo vobis: qꝛ dn̄i sūt mādata. Si quis aūt ignorat: ignorabit̄. Itaqꝫ fratres emulamini ꝓphetare: et loqui linguis nolite prohibere. Oīa autē honeste ⁊ secundū ordinem fiant in vobis. XV

Notū autē vobis facio frēs euangeliū quod p̄dicaui vobis. qđ ⁊ accepistis. in quo ⁊ statis. p quod ⁊ saluamini: q̄ ratione p̄dicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in p̄mis quod et accepi: quoniaꝫ xp̄us mortuus est ꝓ pcc̄is nr̄is scđm scp̄turas: et qꝛ sepultus est ⁊ qꝛ resurrexit tercia die scđꝫ scp̄turas: et qꝛ visus ē cephe: et post hoc vndecī. Deinde visus ē plusq̄ quīgētis fratrib; simul: ex quib; multi manēt usqꝫ adhuc: quidam aūt dormiert. Deinde visus est iacobo: deinde ap̄lis oīb;. Nouissime aūt oīm. tāq̄ abortiuo visus ē ⁊ michi. Ego eni sū minimus apostoloꝝ: q̄ nō sū dignus vocari ap̄lus: qm̄ psecutus sū eccīaꝫ dei. Gratia aūt dei sū id qđ sū: et gratia eius in me vacua nō fuit: sed abundātius illis oīb; laboraui. Non ego aūt: ꝫ gratia dei mecū. Siue enim ego siue illi: sic p̄dicauimus: et sic credidistis. Si aūt xp̄us p̄dicatur qꝛ resurrexit a mortuis: quomō quidā dicūt in vobis. quoniā resurrectio mortuoꝝ nō est? Si aūt resurrectio mortuoꝝ nō ē: neqꝫ xp̄s resurrexit. Si autē xp̄us nō resurrexit: inanis ē p̄dicacō nr̄a: inanis ē ⁊ fides vestra. Inuenimur autē ⁊ falsi testes dei: quoniā testimoniū diximus aduersus deū qꝛ suscitauit xp̄m quē nō suscitauit: si mortui nō resurgūt. Nam si mortui nō resurgūt: neqꝫ xp̄s resurrexit. Qđ si xp̄s nō resurrexit: vana ē fides vr̄a. Adhuc enim estis i peccatis vestris. Ergo et q̄ dormierūt i xp̄o pierūt. Si in hac vita tm̄ in xp̄o sperātes sumus: miserabiliores sumus oīb; hoīb;. Nūc aūt xp̄s resurrexit a mortuis p̄micie dormiētiū: qm̄ quidē p hominē mors: ⁊ p hoīeꝫ resurrectio mortuoꝝ. Et sic i adā omes moriūt̄: ita ⁊ in xp̄o oēs viuificabūt̄. Vnusquisqꝫ aūt i suo ordine: p̄mitie xp̄s. Deinde hij qui sūt xp̄i: qui i aduētū eius crediderit. Deinde finis cū tradiderit regnū deo ⁊ patri: cū euacuauerit omeꝫ pncipatū ⁊ potestatē ⁊ v̄tutē. Oportet aūt illū regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedib; eius. Nouissime aūt inimica destruet̄ mors. Oīa eni subiecit sub pedibus eius. Cū aūt dicat oīa subiecta sūt ei: sine dubio p̄ter eū q̄ subiecit ei oīa. Cū aūt subiecta fuerit illi oīa: tūc ⁊ ipe filius sbiectus erit illi q̄ subiecit sibi oīa: ut sit deus oīa in oīb;. Alioquī q̄d faciēt q̄ baptizantur ꝓ mortuis? Si omnino mortui nō resurgūt: ut quid et baptizant̄ ꝓ illis? Vt q̄d ⁊ nos piclitamur oī hora? Quotidie morior ꝓpter v̄ram gloriaꝫ frēs: quā habeo in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o. Si scđꝫ hoīeꝫ ad bestias pugnaui ephesi: q̄d michi ꝓdest si mortui non resurgūt? Manducemus ⁊ bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrūpūt mores bonos colloq̄a mala. Euigilate iusti: et nolite peccare. Ignorātiā eni dei quidā habēt. Ad reuerētiā vobis loquor. Sꝫ dicit aliq̄s. Quō resurgūt mortui? Quali autē corpore venient? Insipiēs tu quod seminas nō viuificat̄: nisi prius moriat̄. Et quid seminas? Nō corpus quod futurū est seminas: ꝫ nudum granū: ut puta tritici. aut alicuius ceteroꝝ. Deus aūt dat illi corpus sicut vult: et vnicuiqꝫ seminū ꝓpriū corpus. Non oīs caro eadē caro: ꝫ alia hoīm alia pecoꝝ alia volucrū: alia aūt piscīū. Et corpa celestia: et corpora terrestria. Sꝫ alia quidē celestiū gl̄ia: alia aūt terrestriū. Alia claritas solis: alia claritas lune: ⁊ alia claritas stellaꝝ. Stella enim a stella differt i claritate: sic ⁊ resurrectio mortuorū. Seminat̄ in corrupcōe: surget i incorrupcōe. Seminat̄ in ignobilitate: surget i gloria. Seminat̄ i infirmitate: surget i v̄tute. Seminat̄ corpus aīale: surget corpus spiritale. Si est corpus aīale est et spiritale: sicut scriptuꝫ est. Factus est p̄mus homo adā in animā viuentē: nouissimus adam in spiritū viuificantē. Sed non prius quod spiritale est: ꝫ qđ aīale: deinde

qđ spiritale. Primus hō de terra terrenus: secūdus homo de celo celestis. Qualis terrenus tales ⁊ terreni: et q̄lis celestis: tales et celestes. Igit̄ sicut portauimus imaginē terreni: portemus et imaginē celestis. Hoc aūt dico frēs: q᷑ caro ⁊ sanguis regnū dei possidē nō possunt: neq̧ corrupcō incorruptelā possidebit. Ecce misteriū vobis dico. Om̄es quidē resurgemus: ꝫ nō oēs immutabimur. In momēto ī ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enī tuba: ⁊ mortui resurgēt incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enī corruptibile hoc indué incorrupcōnē: et mortale hoc induere immortalitatē. Cū autē mortale hoc induerit immortalitatē: tūc fiet sermo qui scriptus ē. Absorpta est mors ī victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis pccm̄ ē: v̄tus vero peccati lex. Deo aūt grās: qui dedit nobis victoriā p dn̄m nostrū ihesū xp̄m. Itaq̧ frēs mei dilecti stabiles estote ⁊ immobiles: abūdātes in omni opere domini semper: sciētes q᷑ labor vr̄ nō est inanis in domino.

XVI

DE collectis autē que fiunt in scōs: sicut ordinaui eccl̄is galatie: ita et vos facite p vnam sabbati. Unusquisq̧ vestrū apud se reponat recondēs qđ ei bene placuerit: ut nō cū venero tūc collecte fiāt. Cū autē presens fuero: quos pbaueritis p epistolas hos mittā pferre gratiā vestrā ī ihērusalem. Quod si dignū fuerit ut ego eā: mecum ibunt. Veniā autem ad vos: cum macedoniam ptrāsiero. Nam macedoniā ptransibo. Apud vos autē forsitā manebo vel etiā hyemabo: ut vos me deducatis quocūq̧ iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulū tpis manere apud vos: si dn̄s pmiserit. Permanebo aūt ephesi vsq̧ ad pēthecostē. Ostiū enim michi aptū ē magnū ⁊ euidēs: et aduersarij multi. Si aūt venerit thimotheus: videte ut sine timore sit apud vos. Opus enim domini opat̄ sicut ⁊ ego. Ne quis ergo illū spnat. Deducite aūt illū in pace: ut veniat ad me. Exspecto enim illum cū fratribus. De apollo autē fratre voƀ notū facio: quoniā multū rogaui eū ut veniret ad vos cū fratribꝫ: et vtiq̧ nō fuit volūtas eius ut nūc veniret. Veniet autē: cū ei vacuū fuerit. Vigilate state ī fide: viriliter agite ⁊ confortamini: om̄ia vr̄a in caritate fiant. Obsecro autē vos frēs. nostis domū stephane ⁊ fortunati quoniā sūt p̄mitie achaye. et ī ministeriū sanctorū ordinauer̄t seip̄os: ut ⁊ vos subditi sitis eiusmodi: et om̄i cooperāti ⁊ laboranti. Gaudeo autē in p̄n̄tia stephane et fortunati et achayci: q̄m id quod voƀ deerat ipi suppleuerūt. Refecer̄t enim ⁊ meū spiritū et vr̄m. Cognoscite ergo que eiusmodi sūt. Salutāt vos om̄es eccl̄ie asye. Salutant vos ī domino multū aquila ⁊ priscilla cū domestica sua eccl̄ia: apud q̄s ⁊ hospitor. Salutāt vos om̄es frēs. Salutate inuicē: in osculo sancto. Salutacō mea: manū pauli. Si quis nō amat dominū nostrū ihesum xp̄m: sit anathema maranatha. Gratia domini nostri ihesu cristi vobiscum. Caritas mea cū omnibꝫ vobis in cristo ihesu amē.

Explicit ep̄la ad corinthios. prima Incip. plogus in secundā ep̄lam ad corinthios

POst actam a corinthijs penitentiā consolatoriā scribit eis epistolā apostolus a troade p thitū. et collaudās eos hortat̄ ad meliora: ↄtristatos q̄dem eos ꝫ emēdatos ostendēs. Explic. plogus Incip. ep̄la secūda. ad corinthios

PAulus apostolus xp̄i ihesu p voluntatē dei et thimotheus frater: ecclesie dei q̄ est corinthi cū om̄ibꝫ sanctis q̄ sunt in vniuersa achaia. Gratia voƀ ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ domino iħu cristo. Benedictus deus ⁊ pater domini nr̄i iħu cristi pater misericordiarū ⁊ deus totius ↄsolacōis. qui ↄsolat̄ nos ī om̄i tribulacōe nr̄a: ut possimus ⁊ ipi consolari eos qui in om̄i p̄ssura sūt p exhortacōē qua exhortamur et ipsi a deo: quoniā sicut abūdant passiones cristi in nobis ita et p cristū abūdat ↄsolatio nr̄a. Siue aūt tribulamur. p vr̄a exhortacōe et salute: siue ↄsolamur. p vr̄a ↄsolatione: siue exhortamur p vestra exhortacōe

que operatur toleratiā earundē passionū
quas et nos patimur. ut spes nr̄a firma sit pro
vobis: scientes quoniā sicut socij passionum
estis. sic eritis et consolacōis. Non enim volu
mus ignorare vos frēs de tribulacōne nr̄a
que facta est in asia: quoniā sup̄ modū gra
uati sumus supra virtutē: ita ut tederet nos
etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipsis re
sponsū mortis habuimus: ut nō simus fidē=
tes in nobis sed in deo q̄ suscitat mortuos:
qui de tantis periculis nos eripuit et eruit:
in quē speramus qm̄ et adhuc eripiet adiu=
uātibus et vobis in oracōe pro nobis: ut ex multa=
rū psonis faciez eius q̄ in nobis est dona
cōnis p multos gratie agantur pro nobis. Nā
gloria nostra hec est testimoniū cōsciencie
nostre: q in simplicitate cordis et sincerita
te dei et nō in sapiētia carnali sed in gratia dei
cōuersati sumus in hoc mundo: abundātius
autem ad vos. Non enī alia scribimus vo=
bis q̄ que legistis et cognouistis. Spero
autē q usq̄ in finē cognoscetis. sicut et co=
gnouistis nos ex parte: q gloria vr̄a su=
mus sicut et vos nr̄a: in die dn̄i nr̄i ihesu xpi.
Et hac cōfidentia volui prius venire ad vos
ut secundā grām haberetis: et per vos transi
re in macedoniam et iterū a macedonia ve=
nire ad vos: et a vobis deduci in iudeam.
Cū ergo hoc voluissem: nunquid leuitate
vsus sū? Aut q̄ cogito secūdū carnē cogito
ut sit apud me est et nō? Fidelis autē deus:
q sermo noster qui fuit apud vos. nō ē in
illo est et nō: sed est in illo est. Dei enim filius
ihesus xp̄us qui in vobis per nos p̄dicatus ē
per me et siluanū et thimotheū nō fuit in illo est
et nō: sed in illo fuit. Quotquot enim promissi
ones dei sūt: in illo est. Ideo et p ip̄m amē deo
ad gloriam nr̄am. Qui autē cōfirmat nos vo=
biscū in xp̄o. et q̄ vnxit nos deus: et q̄ signa=
uit nos et dedit pignus spūs in cordibus nr̄is.
Ego autē testem deū inuoco in animā meā
q parcēs vobis non veni vltra corinthū: nō
q dominamur fidei vestre: sed adiutores su=
mus gaudij vestri. Nam fide statis. II

Statui aūt hoc ipsū apud me: ne iterū
in tristicia venirem ad vos. Si enim
ego contristo vos. et quis ē qui me letificet
nisi qui contristatur ex me? Et hoc ip̄m scripsi
vobis ut nō cū venero tristiciā sup tristiciā
habeam. de quibus oportuerat me gaudere:
cōfidens in omnibus vobis quia meū gaudiū
omniū vestrum ē. Nam ex multa tribulati=
one et angustia cordis scripsi vobis per mul=
tas lacrimas nō ut cōtristemini. sed ut sciatis
quā caritatē habeā abundātius in vobis. Si
quis aūt cōtristauit me. nō me cōtristauit. sed
ex parte: ut nō onerē omēs vos. Sufficit
illi q̄ eiusmōi est obiurgacō hec q̄ fit a plu
ribus: ita ut ecōtrario magis donetis et cōsole
mini: ne forte abūdātiori tristicia absorbe
atur qui eiusmodi ē. Propter qđ obsecro
vos: ut cōfirmetis in illū caritatē. Ideo enī et
scripsi vobis ut cognoscā experimentū vrm:
an in omnibus obedientes sitis. Cui aūt aliqđ
donastis: et ego. Nā et ego qđ donaui. si qđ
donaui: propter vos. in psona xpi: ut nō circū=
ueniamur a sathana. Nō enim ignoramus
cogitacōes eius. Cū venissem autē troadē
propter euangeliū xpi. et hostiū michi aptū esset
in domino: nō habui requiē spiritui meo.
eo q nō inuenerim titū frēm meū: sed vale
faciēs eis pfectus sū in macedoniā. Deo
autē gratias q̄ semp triūphat nos in xp̄o
ihū. et odorē noticie sue manifestat p nos in
omni loco: q xpi bonus odor sumus deo in
hijs q̄ salui fiūt: et in hijs q̄ pereūt. Alijs q̄=
dem odor mortis in mortē: alijs autē odor
vite in vitā. Et ad hec quis tam ydoneus?
Nō enī sumus sic plurimi adulterātes ver=
bū dei: sed ex sinceritate sicut ex deo corā deo
in xp̄o loquimur.

III

Incipimus iterū nosmetipos cōmēdare. Aut nūquid egemus
sicut quidam cōmendaticijs eplis ad vos
aut ex vobis? Epistola nr̄a vos estis scp̄ta
in cordibus nr̄is. que sciť et legiť ab omnibus
hominibus manifestati: qm̄ epl̄a estis xpi mi
nistrata a nobis et scripta nō attramento.
sed spiritu dei viui: nō in tabulis lapideis. sed
in tabulis cordis carnalibus. Fiduciā autē
talem habemus per xp̄m ad deum: nō q suffi
cientes simus cogitare aliquid a nobis q̄si
ex nobis. sed sufficiētia nr̄a ex deo est: qui et
ydoneos nos fecit ministros noui testamē
ti nō littera sed spū. Littera enī occidit: spi=
ritus aūt viuificat. Quod si ministracō mor
tis litteris deformata in lapidibus fuit in glia.

ita ut nō possent intendere filij israhel in faciem moysi· ꝓpter gloriā vultus eius q̄ euacuatur: quomodo nō magis ministracō spiritus erit ī gloria: Nā si ministracō dānacōnis gloria ē multomagis abūdat ministeriū iusticie in gloria. Nam nec glorificatum est qđ claruit in hac parte: ꝓpter excellētē gloriā. Si enim qđ euacuatur ꝑ gloriā est: multomagis qđ manet·in gloria ē. Habentes igit̄ talem spem: multa fiducia vtimur. Et non sicut moyses ponebat velamē super faciē suā: ut nō intenderēt filij israhel in faciē eius qđ euacuat̄: sed obtusi sūt sensus eorꝫ. Vsqꝫ in hodiernū enim diē idipsū velamē in lectōne veteris testamēti manet nō reuelatū· quomā in xp̄o euacuat̄: ſ; usqꝫ in hodiernū diē cū legit̄ moyses velamē positū est sup cor eorꝫ. Cū aūt cōuersi fuerint ad deum auferetur velamē. Dominus aūt spūs est. Vbi aūt spūs domini ibi libertas. Nos vero oēs reuelata facie gloriā dn̄i speculātes ī eandē imaginē trāsformamur a claritate ī claritatē: tanq̄ a dn̄i spiritu. IIII

IDeo habētes hāc ministracōē iuxta quod misericordiam cōsecuti sumus nō deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris· nō ābulantes in astucia neqꝫ adulterātes verbū dei: sed in manifestacōe veritatis cōmēdātes nosmetipos ad omnē cōsciētiā hoīm corā deo. Quod si etiam optū est euangeliū nr̄m in hijs que pereūt est optū in quibus deus huius seculi excecauit mētes infideliū· ut nō fulgeat illuminacō euangelij glorie cristi: qui est imago dei. Non enī nosmetipos predicamus: sed ihesū cristū dominū nostrum. Nos autē seruos vr̄os ꝑ ihesum: qm̄ deus qui dixit de tenebris lucē splendescere· illuxit in cordibꝫ nostris ad illuminacōē sciē claritatis in facie ihesu xp̄i. Habemus autē thesaurū istū ī vasis fictilibꝫ: ut sublimitas sit v̄tutis dei: et nō ex nobis. In oībꝫ tribulacōē patimur: ſ; nō angustiamur. Aporiamur: ſ; nō destituimur. Persecucōnē patimur: ſ; nō derelinquimur. Deicimur: ſ; nō ꝑimus. Semp mortificacōē ihū ī corꝑe nr̄o circūferētes: ut et vita ihū manifestet̄ ī corporibꝫ nr̄is. Semp enī nos qui viuimus in mortē tradimur ꝓpter ihesum: ut ⁊ vita ihū manifestet̄ in carne nr̄a mortali. Ergo mors in nobis operat̄: vita autē in vobis. Habētes autē eundē spm̄ fidei sicut scriptum est credidi ꝓpter qđ locutus sū: et nos credimus ꝓpter qđ ⁊ loquimur: scientes qm̄ qui suscitauit ihm̄ ⁊ nos cū ihū suscitabit: et cōstituet vobiscū. Oīa enī ꝓpter vos: ut gracia abundās ꝑ multos in grāꝫ actōne abundet in gliam dei. Propt̄ qđ nō deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpat̄: tamen is qui intus est renouat̄ de die in diē. Id enim qđ in p̄nti est momētaneū ⁊ leue tribulacōnis nr̄e: supra modū in sblimitate eternū glie pōdus operat̄ in nobis: nō cōtemplantibꝫ nobis que vidēt̄ ſ; que non vidēt̄. Que enim vident̄ tꝑalia sunt: que autē nō vident̄ eterna sūt. V

SCimus enī: quomā si terrestris domus nr̄a huius habitacōnis dissoluatur: q̄ edificacōnē ex deo habeamus domū non manufactā eternā in celis. Nam ⁊ in hoc ingemiscimus habitacōem nr̄aꝫ q̄ de celo est supindui cupiētes: si tamē vestiti ⁊ nō nudi inueniamur. Nā ⁊ qui sumus in hoc tabnaculo ingemiscimus grauati: eo q̄ nolum⁹ exspoliari ſ; supuestiri: ut absorbeat̄ quod mortale est a vita. Qui aūt efficit nos ī hoc ipsū deus: q̄ dedit nobis pignus spūs. Audētes igit̄ semp ⁊ sciētes: quomā dū sumus in corꝑe pegrinamur a dn̄o. Per fidē enī ambulamus: et nō ꝑ speciē. Audemus aūt et bonā volūtatē habemus magis pegrinari a corꝑe ⁊ p̄sentes esse ad dn̄m: et ideo cōtēdimus siue absentes siue p̄ntes placē illi. Oēs enī nos manifestari oportet āte tribunal cristi: ut referat vnusquisqꝫ ꝓpria corꝑis ꝓut gessit: siue bonū siue malū. Scientes ergo timorē domini hominibꝫ suademus: deo autē manifesti sumus. Spero aūt et in cōsciētijs vestris manifestos nos esse. Non iterū cōmendamus nos vobis: sed occasionē damus vobis gloriādi ꝓ nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriant̄ ⁊ nō in corde. Siue enī mente excedimus· deo: siue sobrij sumus· vobis. Caritas enim cristi vrget nos· estimātes hoc: quomā si vnus ꝓ oībꝫ mortuus ē ergo oēs mortui sūt. Et ꝓ oībꝫ mortuus est xp̄s: ut et q̄ viuūt

iam nō sibi viuāt: sed ei qui ꝓ ip̄is mortuus
est ⁊ resurrexit. Itaq3 nos ex hoc nemīnē no
uimus scd̄3 carnē. Et si cognouimus scd̄m
carnē cristū: sed nūc iā non nouimus. Si q̄
ergo ī xp̄o noua creatura: vetera trāsierīt:
ecce facta sūt om̄ia noua. Om̄ia aūt ex deo
qui nos reconciliauit sibi ꝑ cristū3: et dedit
nobis ministeriū reconciliacōis. Q̄m quidē
deus erat in cristo mundū reconciliās sibi:
nō reputans illis delicta ipoꝝ: et posuit in
nobis verbū reconciliacōnis. Pro xp̄o er-
go legacōe fungimur tanꝙ̄ deo exhortāte
ꝑ nos: obsecramus ꝓ xp̄o· recōciliamī deo.
Eū qui nō nouerat peccm̄ ꝓ nobis peccm̄ fe
cit: ut nos efficeremur iusticia dei ī ip̄o. VI

Adiuuantes aūt: exhortamur ne inua-
cuū gr̄az dei recipiatis. Ait enī. Tp̄e
accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui
te. Ecce nūc tp̄s acceptabile: ecce nūc dies
salutis. Nemini dantes vllā offensionē: ut
nō vitupet̄ ministeriū nr̄m. Sed in om̄ibꝰ
exhibeamus nosmetip̄os sic̄ dei ministros
in multa patientia: in tribulacōnibꝰ· in ne-
cessitatibꝰ· in angustijs· in plagis· in carce-
ribꝰ· in sedicōnibꝰ· in laboribꝰ· in vigilijs· in
ieiunijs· in castitate· ī sciencia· in lōganimi-
tate· ī suauitate: in sp̄ū scō. In caritate nō fi
cta: in v̄bo veritatis: ī v̄tute dei. Per arma
iusticie: a dextris ⁊ a sinistris. Per gl̄iam et
ignobilitatē: ꝑ infamiā ⁊ bonā famā. Vt se
ductores ⁊ veraces: sicut qui ignoti ⁊ cogni
ti. Quasi moriētes ⁊ ecce viuimus: ut casti-
gati ⁊ nō mortificati. Quasi tristes semꝑ au
tē gaudētes: sicut egētes multos aūt locu-
pletantes: tanꝙ̄ nichil habētes ⁊ om̄ia pos
sidentes. Os nr̄m patet ad vos o corinthij:
cor nostrū dilatatū est. Non angustiamini
in nobis. Angustiamini autē ī visceribꝰ ve
stris. Eandē autē habentes remuneracōz:
tanꝙ̄ filijs dico: dilatamini et vos. Nolite
iugū ducere cū infidelibꝰ. Que enim parti
cipacō iusticie cū iniquitate: aut q̄ societas
luci ad tenebras? Que aūt conuentio xp̄i ad
belial? Aut q̄ pars fideli cū infideli? Q̄ui au
tē consensus tēplo dei cū ydolis? Vos enim
estis tēplū dei viui sicut dicit deus: q̄m inha
bitabo ī illis ⁊ inābulabo: ⁊ ero illoꝝ deus
et ip̄i erūt michi populus. Propter quod

exite de medio eoꝝ ⁊ separamini dicit dn̄s:
et immūdū ne tetigeritis: ⁊ ego recipiā vos.
et ero vobis in pr̄e3: et vos eritis michi ī fi-
lios ⁊ filias dicit dn̄s om̄ipotens. VII

Has ergo habētes ꝓmissiōes carissi-
mi mūdemus nos ab om̄i inquinamē
to carnis ⁊ sp̄ūs: ꝑficiētes sanctificacō3 in ti-
more dei. Capite nos. Neminē lesimus: ne-
minē corrupimus: neminē circūuenimus. Nō
ad condemnacō3 vr̄a3 dico. Prediximus enī:
ꝙ in cordibꝰ nostris estis ad commoriendu3
et ad conuiuendū. Multa michi fiducia est
apud vos: multa michi gl̄iacō ꝓ vob̄. Re-
pletus sū cōsolacōe: supabūdo gaudio in
om̄i tribulacōne nr̄a. Nā ⁊ cū venissemus in
macedoniā· nullā requiē habuit caro nr̄a:
ꝫ om̄e3 tribulacōe3 passi sumus. Foris pu-
gne: intus timores. Sz q̄ cōsolat̄ humiles:
consolatus ē nos deus in aduētu titi. Nō solu3
autē in aduētu eius: ꝫ etiā in consolacōe q̄ con
latus est in vobis· referēs in nobis vr̄m desi
deriū vr̄m fletū vr̄am emulacōnē ꝓ me: ita
ut magis gauderē. Q̄uoniā et si contristaui
vos ī epistola: nō me penitet. Et si penite-
ret vidēs ꝙ ep̄la illa et si ad horā vos contri-
stauit: nūc gaudeo· nō ꝙ cōtristati estis: ꝫ
ꝙ cōtristati estis ad penitētiā. Contristati
enī estis scd̄m deū: ut ī nullo detrimētū pa-
tiamini ex nobis. Que enī scd̄3 deū tristicia
est penitentia in salutē stabilē operat̄: secu
li aūt tristicia mortē operat̄. Ecce enī hoc
ip̄m scd̄m deū contristari vos· quantā ī vobis
operat̄ sollicitudinē: sed defensionē· ꝫ indi
gnacō3· sed timorē· sed desideriū· ꝫ emula-
tionē: ꝫ vindictā. In om̄ibꝰ exhibuistis vos
incōtaminatos esse negocio. Igit̄ ⁊ si scri
psi vobis nō ꝓpter eū q̄ fecit iniuriā nec ꝓpt̄
eū qui passus est: ꝫ ad manifestandā solli-
citudinē nr̄az quā habemus ꝓ vobis cora3
deo. Ideo consolati sumus. In consolacōe aute3
nr̄a abūdātius magis gauisi sumus super
gaudio titi: ꝙ refectus ē sp̄ūs eius ab om̄i
bus vob̄. Et si q̄d apud illū de vobis glori-
atus sū· nō sū confusus: sed sicut om̄ia vobis ī
veritate locuti sumus: ita ⁊ gloriacō nr̄a que
fuit ad titū veritas facta est. Et viscera eius
abundantius in vob̄ sūt: reminiscētis oīm
vr̄m obedientiam: quō cū timore ⁊ tremore

excepistis illū. Gaudeo: q in omib ꝯfido in vobis.

VIII

Notam autē faci=mus vobis fratres gratiā dei q̄ data est in ecc̄is macedonie: et q in multo expe=rimēto tribulationis abundantia gaudij ipoꝝ ⁊ altissima paupꝰtas eoꝝ abundauit in diuitias simplicitatis eoꝝ. Quia secūdū ꝟtutē testimoniū illis reddo: et sup̄ ꝟtutē voluntarij fuer̄t: cū mlta exhortacōe obse=crātes nos grāꝫ ⁊ ꝯmūicacōꝫ ministerij qđ fit ī scōs. Et nō sic̄ sperauimus: ſꝫ semetipos dederūt. primū domino. deinde nobis per volūtatē dei: ita ut rogaremus titū ut quē admodū cepit ita ⁊ ꝑficiat in voƀ etiā gra tiā istam. Sed sicut in omnib abundatis fide ⁊ ſmone ⁊ sciencia et omi sollicitudine insup ⁊ caritate vr̄a in nos. ut et in hac grā abundetis. Non quasi imꝑrās dico: sed ꝑ alioꝝ sollicitudinē etiā vr̄e caritatis inge=niū bonū ꝯprobās. Scitis enim grām dn̄i nostri ihesu xp̄i: quoniā ꝓpter vos egenus factus est cum esset diues: ut illius inopia vos diuites essetis. Et ꝯsiliū ī hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solū facere. ſꝫ et velle cepistis ab āno priore. Nunc vero et facto ꝑficite: ut quēadmodū ꝓmptus ē animus volūtatis: ita sit ⁊ ꝑficiendi ex eo quod habetis. Si enī volūtas ꝓmpta est: scđm id quod habet accepta est. non scđm id quod nō habet. Non enim ut alijs sit re=missio. vobis autē tribulatio: ſꝫ ex equali=tate in p̄nti tempore. vr̄a abundātia illoꝝ inopiā suppleat. ut et illoꝝ abundātia vr̄e inopie sit supplementū: ut fiat equalitas sic̄ scriptū ē. Qui multū habuit nō abūdauit: et qui modicū. non minorauit. Gratias au=tem ago deo qui dedit eandē sollicitudinē ꝓ vobis in corde titi: quoniā exhortacōnē quidē suscepit: sed cū sollicitior esset sua vo luntate ꝓfectus est ad vos. Misimus etiā cū illo fratrē nostrū: cuius laus est in euan gelio ꝑ omēs ecc̄ias. Non solū autē: sed et ordinatus est ab ecclesijs comes pegrina=tionis nostre ī hanc gratiā q̄ ministratur a nobis ad domini gloriā ⁊ destinatā volūta tē nostrā deuitātes hoc: ne quis nos vitu peret ī hac plenitudine q̄ ministratꝰ a noƀ in domini gloriā. Prouidemus enim bona: nō solū corā deo: ſꝫ etiā corā hominib. Mi=simus autē cū illis ⁊ fratrē nr̄m quē ꝓbaui=mus in multis sepe sollicitū esse nunc autē multo sollicitiorē: ꝯfidentia multa in vos si=ue ꝓ tito qui est socius meus et in voƀ ad=iutor: siue frēs nr̄i apostoli ecc̄iaꝝ glīe cri=sti. Ostēsionē ergo q̄ est caritatis vr̄e et no stre glorie pro voƀ: in illos ostendite ī fa cie ecc̄iaꝝ. Nā de ministerio qđ fit in scōs: ex abundāti est michi scribere voƀ.

IX

Scio enim ꝓmptū aīm vr̄m ꝓ quo de vobis glorior apđ macedones: qm̄ et achaia parata est ab āno p̄terito: et vestra emulacō ꝓuocauit plurimos. Misimus au=tem frēs: ut ne qđ gloriamur de vobis eua cuetur in hac parte: ut quemadmodū dixi parati sitis: ne cū venerint macedones me=cū ⁊ inuenerit vos imparatos erubescamus nos: ut nō dicamus vos in hac substantia. Necessariū ergo existimaui rogāe fratres ut p̄ueniāt ad vos: et ꝑparēt repromissam benedictōem hāc paratā esse: sic q̄i benedi ctionē: nō q̄si auariciā. Hoc aūt dico. Qui parce seminat parce ⁊ metet: ⁊ qui seminat in bn̄dictōnib. de benedictōnib ⁊ metet. Vnusquisqꝫ ꝓut destinauit ī corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate. Hilarē enim datorem diligit deus. Potens est aūt deus omē gratiā abundare facere in vobis: ut in omib semꝑ omnē sufficientiā habētes abūdetis in ome opus bonū: sic̄ scriptū est. Dispersit dedit pauperib: iusticia eius ma=net ī seculū seculi. Qui aūt āministrat semen semināti: et panē ad māducādū prestabit. Et multiplicabit semē vr̄m ⁊ augebit incre mēta frugū iusticie vr̄e: ut in omib locu=pletati abūdetis in omē simplicitatē: que opatꝰ ꝑ nos grāꝝ actionē deo. Qm̄ mini=steriū huius officij nō solū supplet ea q̄ de=sūt sanctis: ſꝫ etiā abūdat ꝑ multas grāꝝ actiones in dn̄o per ꝓbacōꝫ ministerij hu ius: glorificantes deū ī obediētia ꝯfessionis vestre in euangelio cristi ⁊ simplicitate cō=municacōnis vestre in illos ⁊ in omēs: et in ipsoꝝ obsecracōne pro vobis: desiderātiū vos ꝓpter eminentē gratiā dei in voƀ. Gra tias ago deo sup̄ inenarrabili dono eius.

Ipſe aũt ego paulus obſecro vos ꝑ
manſuetudinē ⁊ modeſtiā criſti: q̄ in facie
quidē humilis ſũ inter vos: abſens autem
cõfido in vobiſ. Rogo aũt vos ne preſens
audeā ꝑ eā ↄfidentiā qua exiſtimoꝛ audere
in quoſdā: q̄ arbitrãť nos tanq̄ ſcd̄m car=
nē ambulemuſ. In carne enĩ ambulãtes nõ
ſecũdũ carnē militamus. Nā arma militie
noſtre nõ carnalia: ſ; potētia deo ad deſtru=
ctionē municõnũ. ↄſilia deſtruētes. ⁊ omē;
altitudinē extollentē ſe aduerſus ſciã; dei:
et in captiuitatē redigētes omē; intellectũ
in obſequiũ xp̄i: et i ꝓmptu habētes vlciſci
omē; inobidientiā: cũ impleta fuerit veſtra
obediētia. Que ſcd̄; faciē ſũt videte. Si q̄s
cõfidit ſibi criſti ſe eſſe: hoc cogitet iterum
apud ſe: q꜡ ſicut ipe xp̄i eſt. ita ⁊ nos. Nā et
ſi ãplius aliquid gloriatus fuero de ꝑtãte
noſtra quā dedit nobis dominus ĩ edificati
onē ⁊ nõ in deſtructionē vr̄am: nõ erubeſcā.
Vt autem nõ exiſtimer tanq̄ terrere vos
per ep̄ſas: q̄m quidē epiſtole inquiũt gra=
ues ſunt ⁊ fortes: p̄ñtia autē corporis infir=
ma ⁊ ſermo cõtemptibilis: hoc cogitet qui
eiuſmodi eſt: q꜡ quales ſumus verbo ꝑ epi
ſtolas abſentes: tales ⁊ p̄ñtes in fcõ. Non
enĩ audemus inſeré aut ↄparare nos qui=
buſdā qui ſeipos ↄmendãt: ſed ipĩ in nob
noſmetipos metiētes: ⁊ ↄparantes noſmeti
pſos nob. Nos aũt nõ in immenſũ gloria=
bimur: ſ; ſcd̄m menſurā regule qua menſuſ
eſt nobis deus menſura; ꝑtingēdi uſq; ad
vos. Nõ enĩ q̄ſi nõ ꝑtingētes ad vos ſup=
extendimus nos. Vſq; ad vos enĩ puenim=
mus ĩ euãgelio xp̄i: nõ ĩ immenſũ gloriãteſ
in alienis laboribꝫ. Spem autē; habentes
creſcentis fidei vr̄e. in vobis magnificari ſe
cundũ regulā nr̄a; in abundãtia: etiā in il=
la q̄ vltra vos ſũt euangelizaē: nõ in aliena
regula in hijs que ꝑparata ſũt gloriari. Qui
aũt gliatur ĩ dño glietur. Nõ enĩ qui ſeip̄m
ↄmēdat ille ꝓbatus ē: ſ; quē deus ↄmēdat.

XI

Vtinā ſuſtineretis modicũ quid
inſipiētie mee: ſed et ſupportate me.
Emuloꝛ enĩ vos dei emulacõe: deſpondi enĩ
vos vni viro virginē; caſtā exhibere xp̄o.
Timeo autē; ne ſicut ſerpens euā ſeduxit
aſtucia ſua: ita corrũpanť ſenſus veſtri et
excidant a ſimplicitate q̄ eſt ĩ xp̄o. Nam ſi
is qui venit aliũ xp̄m p̄dicat quē nõ p̄dica=
uimus: aut aliũ ſpiritũ accipitis quē nõ ac=
cepiſtis aut aliud euãgeliũ qd̄ nõ recepi=
ſtis: recte pateremini. Exiſtimo enĩ michil
me minus feciſſe a magnis ap̄lis. Et ſi impe
ritus ſmone: ſed nõ ſciētia. In oĩbꝫ autē;
manifeſtus ſũ vob. Aut nũquid peccatũ feci
meip̄m humiliãs: ut vos exaltemini? Quo=
niā gratis euangeliũ dei euãgelizaui vob:
alias eccleſias exſpoliaui accipiēs ſtipēdia
ad miniſteriũ vr̄m: et cũ eſſem apud vos et
egerē nulli oneroſus fui. Nā qd̄ michi dee=
rat ſuppleuerũt fratres qui venerũt a mace
donia: et ĩ oĩbꝫ ſine onere me vobis ſua=
ui: et ſeruabo. Eſt veritas xp̄i ĩ me: quoniā;
hec gloriacõ nõ infringeť in me ĩ regioni=
bus achaie. Quare? Quia nõ diligo vos?
Deus ſcit. Qd̄ aũt facio. et faciā: ut amputē
occaſionē eoꝝ. q̄ volũt occaſionē: ut ĩ quo
gloriantᷣ inueniantᷣ ſicut ⁊ nos. Nā eiuſmõi
pſeudo apoſtoli ſũt oparij ſubdoli: tráſſigu
rantes ſe in apoſtolos xp̄i. Et nõ mirũ. Ip ſe
enĩ ſathanas tráſſigurat ſe ĩ angelũ lucis.
Nõ eſt ergo magnũ: ſi miniſtri eius tráſſi
gurentur velut miniſtri iuſticie: quoꝝ finiſ
erit ſcd̄m opera ipoꝝ. Iterũ dico: ne quis
me putet inſipientē. Alioquin velut inſipiē
tem accipite me: ut ⁊ ego modicũ q̄d glo=
rier. Quod loquoꝛ nõ loquoꝛ ſcd̄m deũ ſed
q̄ſi in inſipiētia: in hac ſbſtãtia glorie. Qm̄
multi gloriantᷣ ſcd̄m carnē: et ego gloria=
boꝛ. Libēter enĩ ſuffertis inſipiētes: cũ ſitis
ipĩ ſapiētes. Suſtinetis enĩ ſi quis vos in
ſuitutē redigit. ſi quis deuoꝛat. ſi quis acci
pit. ſi quis extollitᷣ: ſi quis in facie; vos ce=
dit. Secundũ ignobilitatē dico: q̄ nos in=
firmi fuerimus in hac parte. In quo quis
audet: in inſipientia dico: audeo ⁊ ego. He
brei ſũt: et ego. Iſrahelite ſũt: ⁊ ego. Semē
abrahe ſũt: et ego. Miniſtri xp̄i ſũt: et ego.
Vt minus ſapiēs dico: plus ego. In labo=
ribꝫ plurimis in carceribꝫ abundãtius: in
plagis ſup̄ modũ: in mortibꝫ frequēter. A
iudeis quĩquies q̄dragenas vna minus ac
cepi. Ter v̄gis ceſus ſũ: ſemel lapidatus
ſũ: ter naufragiũ feci. Nocte ⁊ die ĩ ꝓfundo
maris fui. In itineribꝫ ſepe: ꝑiculis fluminũ.

periculis latronum. periculis ex genere. periculis ex gentibus. periculis in civitate. periculis in solitudine. periculis in mari: periculis in falsis fratribus. In labore et erumna: in vigiliis multis. In fame et siti: in ieiuniis multis. In frigore et nuditate: preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana. sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur: et ego non infirmor? Quis scandalizatur: et ego non uror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri ihesu xpi scit qui est benedictus in secula quod non mentior. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat civitatem damascenorum ut me comprehenderet: et per fenestram in sporta demissus sum per murum: et sic effugi manus eius.

XII

Si gloriari oportet: non expedit quidem. Veniam autem ad visiones et reuelaciones domini. Scio hominem in cristo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi usque ad tercium celum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: quoniam raptus est in paradisum: et audivit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nichil nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari: non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem: ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane ut me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus xpi. Propter quod placeo michi in infirmitatibus meis: in contumeliis in necessitatibus in persecutionibus: in angustiis pro xpo. Cum enim infirmor tunc potens sum. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari. Nichil enim minus feci ab hiis qui sunt supra modum apostoli. Tamen et si nichil sum: signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni paciencia signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate michi hanc iniuriam. Ecce tercio hoc paratus sum venire ad vos: et non ero gravis vobis. Non enim quero que vestra sunt: sed vos: nec enim debent filii parentibus thezaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar. Sed esto. Ego vos non gravavi: sed cum essem astutus dolo vos cepi. Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos circumveni vos? Rogavi titum: et misi cum illo fratrem. Numquid titus vos circumvenit? Nonne eodem spiritu ambulavimus? Nonne eisdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram deo in xpo loquimur. Omnia enim carissimi propter edificacionem vestram. Timeo enim ne forte cum venero: non quales volo inveniam vos: et ego inveniar a vobis qualem non vultis: ne forte contentiones emulaciones animositates dissensiones detractiones susurraciones inflaciones sediciones sint inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me deus apud vos: et lugeam multos ex hiis qui ante peccaverunt et non egerunt penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicicia quam gesserunt.

XIII

Ecce tercio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Predixi enim et predico ut presens vobis et nunc absens hiis qui ante peccaverunt et ceteris omnibus: quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum queritis eius qui in me loquitur cristus? Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed vivimus cum eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipsos temptate: si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos: quia cristus ihesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis: quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum ut nichil mali faciatis: non ut nos probati appareamus: sed ut vos quod bonum est faciatis. Nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem: sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis. Hoc et oramus: vestram consummacionem. Ideo hec absens scribo: ut non presens durius

agam scđm potestatē quā dn̄s dedit michi
in edificacōnē et nō in destructōnem. De ce
tero fratres gaudete: perfecti estote: ex=
hortamini·idipm sapite. Pacē habete: et de=
us pacis et dilectōnis erit vobiscū. Saluta
te invicē i osculo sancto. Salutāt vos oēs
sancti. Gratia dn̄i nr̄i ihesu cristi· et caritas
dei· et cōmūicacō sancti spūs sit cū omibus
vobis amen.

Galathe sūt greci. Hij verbū
veritatis pmū ab apostolo
acceperūt: sed post discessuz
eius tēptati sūt a falsis apo=
stolis: ut in legē et circūcisi=
onem verterent᷑. Hos apostolus revocat
ad fidem veritatis: scribens eis ab ephezo.

Paulus apl̄us nō
ab hominib; neq; p
hominē; sed p ihesū
cristū et deū patrē q̄
suscitavit eū a mor=
tuis: et qui mecū sunt
omes fratres: eccle=
sijs galatie. Gratia
vobis et pax a deo patre nr̄o et dn̄o ihesu
xp̄o: q̄ dedit semetipm p peccatis nr̄is ut eri
peret nos de p̄nti seculo neq̄ secundū volū
tatē dei et p̄ris nr̄i: cui ē gloria in secula secu=
loꝝ amen. Miror q̄ sic tā cito trāsferemini
ab eo q̄ vos vocavit in gratiā xp̄i in aliud
evangeliū qđ non est aliud: nisi sūt aliqui
qui vos cōturbāt: et volūt ɔvertere evāge
lium xp̄i. Sed licet nos aut angelus de ce
lo evangelizet vobis p̄ter q̄ qđ evāgeliza=
vimus vob̄: anathema sit. Sicut p̄diximus
et nūc iterū dico: si quis vob̄ evāgelizave=
rit p̄ter id quod accepistis: anathema sit.
Modo enim hominib; suadeo· an deo? An
q̄ro hominib; placere? Si adhuc hominib;
placerē: xp̄i servus nō essem. Notū eni vo=
bis facio fratres evāgeliū qđ evāgelizatuz
est a me: q̄ nō est scđm hominē. Neq; eni
ego ab homine accepi illud neq; didici: s;
per revelacōem ihesu xp̄i. Audistis eni cō=
versationem meam aliqñ in iudaismo· qm̄
supra modū p̄sequebar ecclesiā dei· et expu=
gnabam illā: et p̄ficiebā in iudaismo supra
multos coetaneos meos i genere meo: abū
dantius emulator existēs paternaꝝ mea
rū traditionū. Cū aūt placuit ei q̄ me segre
gavit de vtero m̄ris mee et vocavit p grām
suā ut revelaret filiū suū in me ut evāgeliza
rē illū i gentib;: cōtinuo nō acq̄evi carni et
sanguini. Neq; veni ihrl̄mā ad āteccessores
meos apostolos: sed abij in arabiā: et iterū
reversus sum damascū. Deinde post ānos
tres veni iherosolimā videre petrū: et mansi
apud eū dieb; quindecī. Aliū autē apl̄oꝝ
vidi neminem: nisi iacobū fratrē dn̄i. Que
aūt scribo vobis: ecce corā deo q̄ nō mētior.
Deinde veni in p̄tes syrie et cilicie. Erā autē
ignotus facie· ecclesijs iudee: q̄ erāt in xp̄o.
Tantū aūt auditū habebāt: qm̄ q̄ p̄seq̄bat᷑
nos aliqñ nūc evāgelizat fidem quā aliqñ
expugnabat: et in me clarificabāt deū.

II

Deinde post annos quatuordecī iterū
ascendi iherosolimaz cum barnaba:
assumpto et tito. Ascendi aūt scđm revela=
tionē: et contuli cū illis evāgeliū qđ predi
co in gentib;. Seorsū aūt hijs qui videbā=
tur aliquid esse: ne forte i vacuū currerem
aut cucurrissem. Sed neq; titus qui mecū
erat· cū esset gentilis ɔpulsus est circūcidi:
sed p̄pter subintroductos falsos fratres q̄
subintroierunt explorare libertatem nr̄am
quā habemus in xp̄o ihesu: ut nos in servi=
tutē redigerēt. Quib; neq; ad horam ces=
simus subiectioni: ut veritas evāgelij per=
maneat apud vos. Ab hijs aūt qui vide=
bant᷑ esse aliquid: quales aliquādo fuerint
nichil mea interest. Deus enim p̄sonā hoīs
nō accipit. Michi enim qui videbātur esse
aliquid nichil cōtulerūt. Sed ecōtra cū vi=
dissent q̄ creditū est michi evangeliū p̄pu
cij sicut et petro circūcisionis: qui enim ope
ratus est petro in apostolatū circūcisionis.
operatus ē et michi inter gentes: et cū ɔgno
vissent grām que data ē michi· iacobus et
cephas et iohānes qui videbātur columne
esse dextras dederūt michi et barnabe socie
tatis: ut nos in gentes ipi aūt in circumcisi
onem: tātū ut pauperꝝ memores essemus.
Quod etiā sollicitus fui hoc ipm facere. Cū
aūt venisset cephas antiochiam in faciem

ei restiti: q2 rep̄hensibilis erat. Prius enim
q̄ venirent quidam a iacobo cum gentib9
edebat. Cum autem venissent. subtrahebat
et segregabat se: timēs eos q̄ ex circūcisi-
one erāt. Et simulacōni eius ↄsenser̄: ceteri
iudei: ita ut ⁊ barnabas duceret᷑ ab eis in
illam simulacōnem. Sed cum vidissem q2
non recte ambularēt ad veritatez euāge-
lij: dixi cephe coram omnib9. Si tu cū iude-
us sis gentiliter viuis ⁊ non iudaice: quo-
modo gentes cogis iudaizare? Nos natu
ra iudei ⁊ nō ex gētib9 peccatores. Sciētes
aūt q2 nō iustificat᷑ homo ex operib9 legis.
nisi per fidem ihesu xp̄i: et nos ī cristo ihesu
credimus. ut iustificemur ex fide xp̄i: et nō
ex operibus legis. Propter qđ ex operib9
legis nō iustificabitur omnis caro. Quod
si querētes iustificari in xp̄o inuenti sumus
et ip̄i peccatores: nūquid cristus peccati mi
nister ē? Absit. Si enī que destruxi iteruz
reedifico: preuaricatorem me ↄstituo. Ego
enim p legem legi mortuus sum ut deo vi-
uam. Cristo confixus sū cruci. Viuo aūt iā
non ego: viuit vero in me cristus. Qđ autē
nunc viuo ī carne. in fide viuo filij dei: q̄ di-
lexit me ⁊ tradidit semetip̄m ꝓ me. Nō abi
cio grām dei. Si enim per legem iusticia:
ergo gratis cristus mortuus est.

III

O Insensati galathe: q̄s vos fascinauit
non obedire veritati? Ante quorum
oculos ihesus cristus ꝓscriptus est: et ī vo
bis crucifixus. Hoc solū a vob̄ volo discē.
Ex opib9 legis spiritū accepistis: an ex au
ditu fidei? Sic stulti estis: ut cū sp̄ū ceperi-
tis: nunc carne consūmamini. Tanta passi
estis sine causa: si tamē sine causa. Qui ergo
tribuit vob̄ sp̄m ⁊ operatur v̄tutes in vob̄:
ex opib9 legis. an ex auditu fidei? Sicut
scp̄tū est: abraham credidit deo: et reputā
tū est illi ad iusticiam. Cognoscite ergo: q2
qui ex fide sūt: hij sūt filij abrahe. Prouidēs
aūt scp̄tura q2 ex fide iustificat gentes deus:
p̄nūciauit abrahe q2 bn̄dicētur in te omēs
gentes. Igitur q̄ ex fide sunt: bn̄dicētur cū
fideli abraham. Quicunqȝ enim ex opibus
legis sūt: sb̄ maledicto sunt. Scp̄tum est
enim. Maledictus omīs qui nō p̄manserit
in omnib9 que scp̄ta sunt in libro legis: ut
faciat ea. Quoniā aūt in lege nemo iusti-
ficatur apud deum. manifestū est: q2 iustus
ex fide viuit. Lex aūt nō est ex fide: sed qui
fecerit ea viuet in illis. Cristus nos redemit
de maledicto legis factus pro nobis ma-
ledictum: q2 scp̄tū ē maledictus omīs qui
pendet in ligno: ut in gentibus benedictio
abrahe fieret in xp̄o ihesu. ut pollicitacōnē
sp̄ūs accipiamus p fidem. Fratres secūduz
hoīem dico: tamē homīs ↄfirmatū testamē
tum nemo sp̄ernit aut sup̄ordinat. Abrahe
dicte sūt ꝓmissiōes: et semini eius. Nō dic̄
et seminibus q̄si in multis sed quasi in vno:
et semini tuo qui est cristus. Hoc autē dico
testamentū confirmatū a deo: que post qua
dringentos et triginta annos facta ē lex:
non irrituz facit ad euacuandam promis-
sionem. Nam si ex lege hereditas: iam non
ex promissione. Abrahe aūt p repromissi-
onem donauit deus. Quid igitur lex? Pro-
pter transgressionē posita est: donec veniret
semen cui ꝓmiserat: ordinata p angelos in
manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō
est: deus aūt vnus est. Lex ergo aduersus
ꝓmissa dei? Absit. Si enī data essȝ lex que
possȝ viuificare: vere ex lege essȝ iusticia. Sȝ
ↄclusit scriptura omīa sub peccato: ut ꝓmis
sio ex fide ih̄u xp̄i daret᷑ credentib9. Prius
autē q̄ veniret fides sub lege custodieba-
mur: ↄclusi in eā fidē q̄ reuelāda erat. Ita-
qȝ lex pedagogus noster fuit in xp̄o: ut ex
fide iustificemur. At vbi venit fides iā nō
sumus sb̄ pedagogo. Omēs enim filij dei
estis: p fidem que est ī xp̄o ihesu. Quicūqȝ
enim in xp̄o baptizati estis: xp̄m induistis.
Non est iudeus neqȝ grecus: nō est seruus
neqȝ liber: non est masculus neqȝ femina.
Omnes enim vos vnum estis in xp̄o ihesu.
Si autē vos xp̄i: ergo abrahe semen estis
secūdū promissionē heredes.

IIII

Dico aūt. Quanto tp̄e heres paruulus
est nichil differt a suo. cū sit dn̄s om-
nium: sed sub tutorib9 ⁊ actorib9 est vsqȝ ad
p̄finitū tēpus a patre. Ita ⁊ nos cū essemus
paruuli: sub elementis mūdi huius eramus
seruientes. At vbi venit plenitudo tēporis
misit deus filiū suū factū ex muliere factuz
sub lege: ut eos q̄ sub lege erāt redimeret:

ut adoptionē filiorum reciperemus. Quoniā
aūt estis filii dei misit deus spiritū filii sui in
corda vestra clamantē: abba pater. Itaq3
iam nō est servus sed filius. Quod si filius:
et heres p deū. Sed tunc quidē ignorātes
deū: hiis qui natura non sūt dii serviebatis.
Nūc autē cū cognoveritis deū ymmo co-
gniti sitis a deo: quomō convertimini iterū
ad infirma et egena elemēta quibꝰ denuo
servire vultis? Dies observatis et menses
et tēpora et annos. Timeo vos: ne forte sine
causa laboraverim in vobis. Estote sic ego:
quia et ego sicut vos. Fratres obsecro vos:
nichil me lesistis. Scitis aūt quia p infir-
mitatem carnis evangelizavi vobis iā pri-
dem: et temptacōnem vestram in carne mea
non spreuistis neq3 respuistis: sed sicut an-
gelū dei accepistis me. sicut cristum ihesū.
Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimo-
niū enī phibeo vobis: quia si fieri posset ocu
los vestros eruissetis: et dedissetis michi. Er
go inimicus vobis factus sum verū dicens
vobis? Emulantur vos nō bene: sed exclude
re vos volūt: ut illos emulemini. Bonum
aūt emulamini in bono semp: et non tantū
cum psens sum apud vos. Filioli mei quos
iterū parturio: donec formetur cristus in vo-
bis. Vellem aūt esse apud vos modo et mu-
tare vocē meā: quoniam confundor in vobis.
Dicite michi: q sub lege vultis esse. Legem
nō legistis? Scriptū est enim qm abraham
duos filios habuit: vnū de ancilla: et vnū
de libera. Sed qui de ancilla secūdum car-
nē natus ē: qui autē de libera p repromissi-
onē. Que sūt per allegoriā dicta. Hec enī
sunt duo testamenta. Vnū quidē in monte
syna in servitutē generās: que ē agar. Sy
na enim mons ē in arabia q coniunctus ē ei
que nūc est ihrusalē: et servit cū filiis suis.
Illa aūt q sursū est ihrusalē libera ē: q est
mater nostra. Scriptū est enī. Letare ste-
rilis que nō paris: erūpe et clama que non
parturis: quia multi filii deserte magis q̄
eius que habet virū. Nos aūt fratres scdm
ysaac pmissionis filii sumus. Sed quomō
tunc qui scdm carnem natus fuerat pseque
batur eū qui scdm spiritū: ita et nunc. Sed
quid dicit scriptura? Eice ancillam et filium
eius. Non enim heres erit filius ancille cū
filio libere. Itaq3 fratres nō sumus ancille
filii s3 libere: q libertate xpus nos liberavit.

V

State: et nolite iterum iugo ser-
vitutis cōtineri. Ecce ego paulus dico
vobis: qm si circumcidamini cristus vobis
nichil pderit. Testificor autē rursus omni
homini circūcidēti se: qm debitor est vniūse
legis faciende. Evacuati estis a cristo. Qui
in lege iustificamini: a gra excidistis. Nos
enim spiritu ex fide spem iusticie exspecta-
mus. Nam in cristo ihesu neq3 circūcisio ali
quid valet neq3 pputiū: sed fides que p ca-
ritatē operatur. Currebatis bene. Quis vos
impediuit veritati non obedire? Nemini cō
senseritis. Persuasio hec nō est ex eo q vo-
cavit vos. Modicū fermentū totā massam
corrumpit. Ego cōfido in vobis in dnō: q
nichil aliud sapietis. Qui autem cōturbat
vos: portabit iudiciū quicūq3 est ille. Ego
autē fratres si circūcisionē adhuc pdico:
qd adhuc psecutionē patior? Ergo evacu
atū ē scandalū crucis. Utinā et abscidantur
q vos conturbant. Vos enim in libertatē vo
cati estis fratres: tantum ne libertatē i oc-
casionē detis carnis: sed p caritatē spiritus
servite invicē. Omnis enim lex in vno sermo
ne impletur: diliges pximū tuū sicut teipm.
Qd si invicē mordetis et comeditis: vide-
te ne ab invicē cōsumamini. Dico aūt i xpo.
Spiritu ambulate: et desideria carnis non
pficietis. Caro enī concupiscit advsus spi-
ritū: spiritus aūt advsus carnē. Hec enī si-
bi invicē advsantur: ut nō quecūq3 vultis il-
la faciatis. Qd si spiritu ducemini: nō estis
sub lege. Manifesta sunt aūt opera carnis:
que sūt fornicacō. immūdicia. impudicicia.
luxuria. ydolorum servitus. veneficia. inimicicie.
cōtentiones. emulationes. ire. rixe. dissensi
ones. secte. invidie. homicidia. ebrietates.
comessacōnes. et hiis similia: que pdico vo
bis sic pdixi: qm qui talia agunt regnū dei
non cōsequētur. Fructus aūt spiritus ē cari-
tas. gaudiū. pax. paciētia. longanimitas.
bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. mo
destia. cōtinētia. castitas. Advsus huiusmo
di nō est lex. Qui aūt sunt xpi: carnē suam
crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis

Si vivimus spū: spū ⁊ ābulemus. VI
Nō efficiamur manis glorie cupidi:
invicē pvocātes: invicē invidētes. Fratres:
et si pccupatus fuerit homo in aliquo deli=
cto: vos q̄ spirituales estis huiusmodi in=
struite in spiritu lenitatis: ↄsiderās teipm
ne ⁊ tu tēpteris. Alter alterius onera por=
tate: et sic adimplebitis legem xpī. Nam si
quis existimat se aliquid esse cū nichil sit:
ipse se seducit. Opus autē suū pbet vnus=
quisq̧: et sic in semetipo tantū gloriā habe=
bit: et nō in altero. Vnusquisq̧ enim onus
suū portabit. Cōmunicet aūt is q̄ cathezizat
verbo: ei qui se cathezizat in omnibꝫ bonis.
Nolite errare. Deus nō irridet. Que enim
seminaverit homo: hec ⁊ metet. Qm̄ qui se=
minat in carne sua: de carne ⁊ metet corrup=
tionē: qui autē seminat in spiritu: de spiri=
tu metet vitā eternā. Bonum aūt facientes
nō deficiamus: tpe enī suo metemus nō de=
ficiētes. Ergo dū tempus habemus opere=
mur bonū ad om̄es: maxime aūt ad dome=
sticos fidei. Videte qualibꝫ litteris scripsi
vobis mea manu. Quicunq̧ enim volunt
placere in carne hij cogunt vos circūcidi:
tantū ut crucis xpī psecutionē nō patiant.
Neq̧ enī qui circūcidunt legē custodiūt:
sed volūt vos circūcidi ut in carne vrā glo=
rient. Michi aūt absit gloriari nisi in cruce
domini nr̄i ihesu xpī: per quē michi mūdus
crucifixus est: et ego mundo. In xp̄o enim
ihesu neq̧ circūcisio aliquid valet neq̧ p̄pu=
ciū: sed noua creatura. Et quicūq̧ hanc re=
gulā secuti fuerint: pax sup illos ⁊ misericor=
dia et sup israhel dei. De cetero nemo michi
molestus sit. Ego enī stigmata dn̄i ihū in
corpe meo porto. Grā dn̄i nr̄i ihū xpī cū spū
vr̄o frēs amen. Explic̄ ep̄la ad galathas.
Incip. argumētū in epistolam ad ephesios.

Ephesij sunt asyani. Hij acce=
pto verbo veritatis perstite=
runt in fide. Hos collaudat
ap̄lus scribēs eis a roma de
carcere p tichicū diaconem.
Expl. argumētū. Incip. ep̄la ad ephesios.

Paulus apostolus cristi
ihesu p voluntatem dei
om̄ibꝫ sanctis qui sunt
ephesi: et fidelibꝫ in cri=
sto ihū. Gratia vobis
et pax a deo prē nr̄o: et
dn̄o ihesu cristo. Bene=
dictus deus ⁊ pater domini nostri ihesu xpī
qui benedixit nos ī omni benedictōne spi=
rituali ī celestibꝫ in xp̄o: sicut elegit nos in
ip̄o ante mūdi cōstitucōez: ut essemus san=
cti ⁊ immaculati in cōsp̄cū eius in caritate.
Qui p̄destinavit nos in adopcōez filiorꝫ p
ihm xp̄m ī ip̄m: scd̄m ꝓpositū volūtatis sue
in laudē glorie gratie sue: in q̄ gratificavit
nos in dilcō filio suo: in quo habemus re=
demptionē p sanguinē eius remissionē pec=
catorꝫ scd̄m divitias gratie eius q̄ supabū=
davit ī nobis in om̄i sapiētia ⁊ prudētia: ut
notū faceret nobis sacramētū volūtatis sue
scd̄z bn̄placitū eius quod ꝓposuit in eo in
dispensacōe plenitudinis tēporū instaurarē
oīa in xp̄o q̄ in celis ⁊ que in terra sūt ī ipso.
In quo etiā ⁊ nos sorte vocati sumus: p̄de=
stinati scd̄m ꝓpositū eius qui operat om̄ia
scd̄m ↄsiliū volūtatis sue: ut simus in laudē
glorie eius nos qui ante speramus in cri=
sto. In quo ⁊ vos cū audissetis verbū veri=
tatis evangeliū salutis vestre: in quo ⁊ cre=
dētes signati estis spū ꝓmissionis sancto:
qui ē pignus hereditatis nr̄e in redēpcōez
acquisicōnis in laudē glorie ipius. Proptēa
et ego audiēs fidem vestrā que est in xp̄o
ihesu ⁊ dilectionē ī om̄es sanctos: nō cesso
gratias agēs p vobis memoriā vr̄i faciēs
in oracōnibꝫ meis: ut deus domini nr̄i ihesu
cristi pater glorie det vobis spm̄ sapientie
et revelacōnis in agnicōez eius illuminatos
oculos cordis vestri: ut sciatis que sit spes
vocacōnis eius ⁊ que divicie glorie heredi=
tatis eius in sanctis: et que sit supereminēs
magnitudo v̄tutis eius ī nos q̄ credidimꝰ
scd̄z opacōez potētie v̄tutis eius quā opera=
tus est in xp̄o. suscitās illū a mortuis. et cō=
stituens ad dexterā suam in celestibꝫ supra
omnē principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē ⁊ do=
minacōnez. et omne nomē quod nomina=
tur nō solū in hoc seculo sed etiā ī futuro: et

omnia subiecit sub pedib⁹ eius. Et ipsū de-
dit caput sup̄ omēz ecclesiam q̄ est corpus
ipsius: et plenitudo eius: q̄ omīa ī omnib⁹
adimplet. II

Et vos cū essetis
mortui delictis ⁊ peccatis vr̄is ī quib⁹
aliqn̄ ambulastis scd̄m seculū mūdi huius.
scd̄m principē potestatis aeris huius. spūs
q̄ nūc opat̄ in filios diffidētie: in quib⁹ et
nos omēs aliquādo ɔūsati sumus in deside
rijs carnis nr̄e faciētes volūtatez carnis et
cogitacōnū: et eramus natura filij ire sicut
et ceteri. Deus aūt qui diues est ī misericor-
dia ꝓpter nimiā caritatē suā q̄ dilexit nos:
et cum essemus mortui peccatis ɔuiuificauit
nos cristo. cuius gratia estis saluati: ⁊ ore-
suscitauit ⁊ cōsedere fecit in celestib⁹ ī xp̄o
ihesu: ut ostenderet in seculis supuenienti-
bus abūdantes diuicias gratie sue ī boni-
tate sup nos ī xp̄o ihesu. Gratia enim estis
saluati p fidē: et hoc nō ex vobis. Dei enim
donū est: non ex operib⁹: ut ne quis glorie
tur. Ipsius enim sumus factura: creati ī cri
sto ihesu in operib⁹ bonis: que p̄parauit de⁹
ut in illis ambulemus. Propter qd̄ memo
res estote ꝙ aliqn̄ vos eratis gentes ī car-
ne qui dicebamini p̄puciū ab ea que dicit̄
circūcisio in carne manufacta: qui eratis il-
lo in tp̄e sine xp̄o alienati a ɔūsatione isrl̄:
et hospites testamentoꝝ. ꝓmissionis spem
nō habētes. et sine deo ī hoc mūdo. Nūc aūt
in xp̄o ihesu vos q̄ aliqn̄ eratis lōge: facti
estis ꝓpe: in sanguine xp̄i. Ipse enim ē pax
nr̄a qui fecit vtraqꝫ vnū: et mediū parietez
macerie soluēs inimicicias in carne sua: le-
gem mandatoꝝ decretis euacuās ut duos
condat in semetip̄m in vnū nouū hominem
faciens pacez: ut reconciliet ambos in vno
corpore deo p crucē interficiens inimicicias
in semetip̄o: et veniēs euangelizauit pacem
vobis q̄ longe fuistis. ⁊ pacē hijs qui ꝓpe:
qm̄ p ip̄m habemus accessum ambo in vno
spiritu ad patrē. Ergo iam nō estis hospi-
tes ⁊ aduene ꝫ estis ciues sanctorū ⁊ dome
stici dei: supedificati sup fundamētū apl̄o-
rum ⁊ ꝓphetaꝝ ip̄o sūmo angulari lapide
xp̄o ih̄u: in quo omīs edificatio cōstructa
crescit in tēplū sanctū in dn̄o. In quo ⁊ vos
coedificamī in habitaculū dei: ī spū sancto.

Huius rei gratia ego paulus vin- III
ctus xp̄i ih̄u ꝓ vobis gentib⁹: si tam̄
audistis dispensacōem gratie dei q̄ data ē
michi in vobis: qm̄ scd̄m reuelacōnē notū
michi factū est sacramentū sicut sup̄ scripsi
in breui ꝓ ut potestis legētes intelligē pru
dentiam meā in ministerio xp̄i: qd̄ alijs ge
neracōnib⁹ nō est agnitū filijs hominū. si-
cuti nunc reuelatū est sanctis apl̄is eius et
ꝓphetis ī spiritu: esse gētes coheredes ⁊ cō-
corporales ⁊ ɔparticipes ꝓmissionis eius ī
xp̄o ih̄u p euāgeliū: cuius factus sum ego
minister secūdū donū gratie dei q̄ data ē mi
chi secūdū operacōnē virtutis eius. Michi
enī omniū sanctoꝝ minimo data ē gratia
hec: in gentib⁹ euāgelizare inuestigabiles
diuicias xp̄i: et illuminare omēs q̄ sit dispē
sacō sacramēti absconditi a seculis in deo q̄
omnia creauit: ut innotescat principib⁹ et
potestatib⁹ in celestib⁹ p ecclesiaz multifor
mis sapientia dei: scd̄m p̄finicōnē seculoꝝ
quā fecit in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o. In quo ha-
bemus fiduciā ⁊ accessum in cōfidētia p fi-
dē eius. Propter qd̄ peto ne deficiatis ī tri-
bulationib⁹ meis ꝓ vob: que ē gloria vr̄a.
Huius rei gratia flecto genua mea ad pa
trē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i ex quo omnis paterni-
tas in celis ⁊ in terra nominat̄: ut det vobis
scd̄m diuicias glorie sue v̄tutē. corroborari
p sp̄m eius in interiori hoīe xp̄m habitare
p fidē in cordib⁹ vr̄is: in caritate radicati et
fundati: ut possitis ɔphendere cū omib⁹ san
ctis q̄ sit latitudo ⁊ longitudo ⁊ sublimitas
et ꝓfundū. Scire etiā supeminentez scien-
tie caritatē cristi: ut impleamini in oēm ple
nitudinē dei. Ei aūt qui potēs est oīa facere
supabundāter q̄ꝫ petimus aut intelligim⁹
scd̄m v̄tutē q̄ operatur in nobis: ip̄i gloria
in ecclesia et in cristo ihesu in omnes gnati-
ones seculi seculorū amen. IIII

Obsecro itaqꝫ vos ego vinctus in do-
mino: ut digne ambuletis vocacōne
qua vocati estis cū omī humilitate et māsue
tudine. cū paciencia supportantes inuicē in
caritate: sollicite seruare vnitatē spūs ī vin
culo pacis. Vnū corpus. vnus spiritus: si-
cut vocati estis in vna spe vocacōnis vestre.
Vnus dn̄s: vna fides: vnū baptisma. Vn⁹

deus ⁊ pater omniū: qui sup omēs ⁊ p omīa:
et in omnibꝫ nobis. Vnicuiqꝫ aūt nrm data
est gratia scđꝫ mensurā donacōis xpi. Pro
pter qđ dicit. Ascendēs in altū captiuā du-
xit captiuitatē: dedit dona hominibus. Qđ
aūt ascendit: qđ est nisi qꝛ ⁊ descendit pri-
mū in inferiores ptes terre: Qui descendit:
ipe est ⁊ q ascendit sup omēs celos: ut ad-
impleret omīa. Et ipse dedit quosdā quidē
aplos. quosdam autē pphetas. alios vero
euangelistas alios aūt pastores et docto-
res ad ɔsūmacōꝫ sanctoꝝ i opus ministe-
rij in edificacōnem corpis xpi: donec occur
ramus omēs in vnitatē fidei ⁊ agnicōis fi-
lij dei. in virū pfectū i mensurā etatis pleni-
tudinis xpi: ut iam nō simus puuli fluctuā
tes et circūferamur omī vēto doctrine in ne
quicia hominū in astutia ad circūuentionē
erroris. Veritatē aūt facientes i caritate
crescamus in illo p omīa qui est caput xps:
ex quo totū corpus ɔpactū ⁊ cōnexum per
omnē iūcturam sbministracōis scđm ope
racōeꝫ in mēsurā vniuscuiusqꝫ mēbri augm
tum corpis facit: in edificacōeꝫ sui in carita-
te. Hoc igit̄ dico ⁊ testificor in dño: ut iam
non ambuletis sicut ⁊ gentes ambulant in
vanitate sensus sui tenebris obscuratū ha
bentes intellectū: alienati a vita dei p igno
rātiaꝫ q est i illis pp̄ter cecitatē cordis ipo-
rū: qui desperātes semetipos tradidert̄ im
pudicicie. in operacōnē immundicie omīs.
in auariciam. Vos aūt nō ita didicistis cri
stum: si tamen illū audistis et i ipo edocti
estis sicut est veritas in ihesu: deponere vos
scđm pristinam cōuersationē veterē homi-
nē qui corrūpit̄ scđm desideria erroris. Re-
nouamini aūt spū mentis vr̄e: ⁊ induite no
uū hominē q secundū deū creatus ē in iusti-
cia ⁊ sanctitate veritatis. Propter qđ depo
nentes mendaciū loquimini veritatē vnus-
quisqꝫ cū pximo suo: qm̄ sumus inuicē mē
bra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non
occidat sup iracūdiā vr̄am. Nolite locū da
re dyabulo. Qui furabatur iam nō furetur:
magis aūt laboret operādo manibꝫ suis qđ
bonū est: ut habeat vnde tribuat necessita
tem patiēti. Omnis s̄mo malus ex ore vr̄o
nō pcedat: ꝫ si quis bonus ad edificationē
fidei: ut det gratiā audientibꝫ. Et nolite cō
tristare spm̄ sanctū dei: in quo signati estis
in die redēpcōnis. Omīs amaritudo ⁊ ira et
indignacō ⁊ clamor ⁊ blasphemia tollat̄ a
vobis: cū omni malicia. Estote aūt inuiceꝫ
benigni: misericordes donantes inuicē: sicut
et deus in cristo donauit vobis. V

Estote ergo imitatores dei sic̄ filij ca-
rissimi: et ābulate in dilectōe sicut et
xpus dilexit nos: et tradidit semetipm̄ pro
nobꝭ oblacōeꝫ ⁊ hostiā deo i odorē suauita
tis. Fornicacō auteꝫ ⁊ omīs immūdicia aut
auaricia nec nominet̄ in vobꝭ. sic̄ decet san-
ctos: aut turpitudo aut stultiloquiū ā scur-
rilitas q ad rem nō ptinet: ꝫ magis grati-
aꝝ actio. Hoc eni sciatote intelligētes: qꝛ
omīs fornicator aut immūdus aut auarus
qđ ē ydoloꝝ fuitus nō habꝫ hereditatē i
regno xpi ⁊ dei. Nemo vos seducat inanibꝫ
vbis: pp̄ter hec eni venit ira dei i filios diffi
dentie. Nolite ergo effici pticipes eoꝝ. Era
tis enim aliquando tenebre: nūc aūt lux in
dño: ut filij lucis ambulate. Fructus eni lu-
cis est in omni bonitate ⁊ iusticia ⁊ verita-
te. Probantes quid sit beneplacitū deo: et
nolite ɔmunicare operibꝫ infructuosis te-
nebraꝝ: magis aūt redarguite. Que enim
in occulto fiūt ab ipis: turpe ē ⁊ dicere. Om
nia aūt q arguūtur. a lumine manifestant̄.
Omne enim qđ manifestat̄. lumē est. Pro
pter qđ dicit. Surge q dormis ⁊ exurge a
mortuis: et illuminabit tibi xps. Videte ita-
qꝫ fratres quō caute ambuletis: nō quasi in
sipiētes ꝫ ut sapiētes: redimētes tēpus qm̄
dies mali sūt. Proptea nolite fieri impru-
dētes: ꝫ intelligētes q sit volūtas dei. Et no
lite inebriari vino in quo ē luxuria: ꝫ imple
mini spū sancto loquētes vobismetipis in
psalmis ymnis ⁊ cāticis spiritalibꝫ cantātes
et psallentes i cordibus vr̄is dño: gratias
agētes semp p omībꝫ in noīe dñi nr̄i ihesu
xpi deo ⁊ patri. Subiecti inuicē: in timore
xpi. Mulieres viris suis subdite sint sicut
dño: qm̄ vir caput est mulieris sicut xpus
caput ē ecclesie: ipse saluator corporis eius.
Sed sicut ecclesia subiecta ē xpo: ita ⁊ mu
lieres viris suis i omībꝫ. Viri diligite vxo
res vr̄as sicut ⁊ cristus dilexit ecclesiam: et

seipm tradidit ꝑ ea ut illā sanctificaret mūdans eam lauacro aque in verbo vite: ut exhiberet ipe sibi gloriosam ecclesiā nō habētē maculā aut rugā aut aliquid huiusmodi: ſʒ ut sit sancta ⁊ immaculata. Ita ⁊ viri debent diligē uxores suas: ut corpa sua. Qui suam uxorem diligit: seipsū diligit. Nemo enim vnq̄ carnē suā odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eā sicut ⁊ xp̄s ecc̄iam: qꝛ membra sumus corpis eius de carne eius ⁊ de ossibꝰ eius. Propter hoc relinquet hō patrē ⁊ matrē suā: et adherebit uxori sue: et erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est. Ego aūt dico: in xp̄o ⁊ in ecc̄lia. Verūtamē et vos singuli vnusquisqꝫ uxorē suā sicut seipsū diligat: uxor aūt timeat virū suū. VI

Filij obedite parentibus vestris in dn̄o. Hoc enim iustū est. Honora patrem tuū ⁊ matrē tuam: qđ est mandatū primū in ꝓmissione: ut bene sit tibi et sis longeuus sup terrā. Et p̄res nolite ad iracūdiā ꝓuocare filios v̄ros: ſʒ educate illos in disciplīa et correpcōne dn̄i. Serui obedite dn̄is carnalibꝰ cū timore et tremore. in simplicitate cordis v̄ri sicut xp̄o: nō ad oculū seruiētes q̄si hominibꝰ placētes: ſʒ ut serui xp̄i faciētes voluntatē dei: ex animo cū bona voluntate seruiētes sicut dn̄o ⁊ non hominibꝰ: scientes q̄m vnusquisqꝫ qđcunqꝫ fecerit bonū hoc recipiet a dn̄o siue seruus siue liber. Et vos domini eadē facite illis remittētes minas: scientes qꝛ et illoꝝ et vester dn̄s est in celis: et psonarū accepcō nō est apud deū. De cetero fratres ꝯfortamini in dn̄o: et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei ut possitis stare adūsus insidias dyaboli: q̄m non ē nobis colluctacō adūsus carnē ⁊ sanguinē ſʒ adūsus pn̄cipes ⁊ potestates: adūsus mūdi rectores tenebrarū harū. ꝯtra spiritalia neq̄cie in celestibꝰ. Propterea accipite armaturā dei ut possitis resistere in die malo: et in omnibꝰ pfecti stare. State ergo succincti lūbos v̄ros in v̄itate: et induti loricā iusticie: et calciati pedes in p̄paracōnē euangelij pacis. In om̄ibꝰ sumentes scutū fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extīguere: et galeā salutis assumite. et gladiū spiritus qđ est verbū dei: p omnem oracōem et obsecracōem orantes omni tp̄e in spiritu et ī ipso vigilantes ī omni instantia ⁊ obsecracōne ꝑ omnibꝰ sanctis ⁊ ꝑ me: ut detur michi sermo ī aptione oris mei cū fiducia notū facē misteriū euāgelij ꝑ quo legacōne fungor in cathena: ita ut in ipso audeam ꝑ ut oportet me loqui. Vt autē ⁊ vos sciatis que circa me sūt quid agā: om̄ia vobis nota faciet tichicus carissimus frater et fidelis minister in dn̄o: quē misi ad vos in hoc ip̄m ut cognoscatis que circa nos sūt: et ꝯsoletur corda v̄ra. Pax fratribꝰ: et caritas cū fide a deo p̄re n̄ro: et dn̄o ihesu xp̄o. Gr̄a cū oībꝰ q̄ dilgūt dn̄m n̄rm ih̄m xp̄m ī incorrupcōe amē. Explicit ep̄la ad ephesios.

Incip. argumtū in ep̄lam ad philipēses

Philippenses sūt macedones. Hij accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostolus: scribēs eis a roma de carcere p epafroditū.

Expl. argumētū Incip. ep̄la ad philipēses.

Paulus et thimotheus serui ihesu cristi: omnibus sanctis in cristo ihesu qui sunt philippis cum episcopis ⁊ diaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre n̄ro: et dn̄o ihesu xp̄o. Gratias ago deo meo in om̄i memoria vestri semp in cūctis oracōnibus meis ꝑ omnibꝰ vobis cū gaudio dep̄cacōnem faciēs sup ꝯmunicacōnem vestram in euāgelio xp̄i a p̄mo die usqꝫ nūc: ꝯfidēs hoc ip̄m qꝛ qui cepit in vobis opus bonū pficiet usqꝫ in diem xp̄i ihesu. sicut est michi iustū hoc sentire ꝑ om̄ibꝰ vobis: eo qꝛ habeā vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defensione ⁊ ꝯfirmacōne euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus quō cupiam omnes vos in visceribus ihesu xp̄i. Et hoc oro: ut caritas v̄ra magis ac magis abundet in omni scientia ⁊ in omni sensu: ut ꝓbetis potiora ut sitis sinceres et sine offensa in diem xp̄i: repleti fructu iusticie p ihesum xp̄m in laudem et gloriam dei. Scire autē volo vos fratres: qꝛ q̄ circa me

sūt magis ad ꝓfectū venerūt euangelij· ita
ut vincula mea manifesta fierent in xp̄o· in
omni p̄torio et in ceteris omībꝫ: ut plures e
fratribꝫ in dn̄o· confidētes in vinculis meis·
abūdantius auderēt sine timore verbū dei
loqui. Quidā quidē et ꝓpter inuidiā ⁊ con-
tencōnē: quidā aūt et ꝓpter bonā volūtatē
xp̄um p̄dicant: quidā ex caritate: scientes
quoniā in defensione euāgelij positus sum.
Quidā aūt ex cōtentione xp̄um annūciant
nō sincere: existimātes pressurā se suscitare
vinculis meis. Quid enim? Dū omnimodo
siue p occasionē siue ꝑ veritatē xp̄us annū-
cietur: et in hoc gaudeo: sꝫ ⁊ gaudebo. Scio
enim qꝛ hoc michi ꝓueniet ad salutē· p ve-
strā oracōem et sbministracōem sp̄us ihesu
cristi· scḋm exspectacōnem ⁊ spem meā qꝛ in
nullo cōfundar: sꝫ in omni fiducia sicut semꝑ
et nūc magnificabitur xp̄s in corpe meo: si-
ue p vitā siue p mortē. Michi enim viuē cri
stus ē: et mori lucrū. Quod si viuē in carne·
hic michi fructus operis est: et quid eligā
ignoro. Coartor aūt: e duobꝫ desideriū ha-
bēs: dissolui ⁊ esse cū xp̄o multomagis me-
lius: ꝑmanere aūt in carne· necessariū ꝓpter
vos. Et hoc confidēs scio qꝛ manebo ⁊ per-
manebo omībꝫ vobis ad ꝓfectū vr̄m ⁊ gau
diū fidei: ut gratulatio vr̄a abundet in xp̄o
ihesu in me: p meū aduentū iterum ad vos.
Tantū digne euāgelio xp̄i cōuersamini: ut
siue cum venero ⁊ videro vos· siue absens
audiam de vobis: qꝛ statis in vno spiritu·
vnanimes· collaborantes fidei euāgelij: et
in nullo terreamini ab adūsarijs q̄ est illis
causa ꝑdicōnis: vobis aūt salutis. Et hoc a
deo. Quia vobis donatū est ꝓ xp̄o· nō solū
ut in eū credatis sꝫ ut etiā ꝓ illo patiamini:
idem certamen habentes quale ⁊ vidistis
in me: et nūc audistis de me. II

Si qua ergo consolatio in xp̄o· si qd̄ so
latiū caritatis· si qua societas spiritus· si qua
viscera miseracōnis: implete gaudiū meū·
ut idem sapiatis· eandē caritatē habentes:
vnanimes· idip̄m sentientes. Nichil p con-
tentionē neqꝫ p inanē gloriā: sed in humi-
litate superiores sibi inuicē arbitrantes: non
que sua sūt singuli considerātes· sed ea que
aliorū. Hoc enim sentite in vobis: qd̄ et in
xp̄o ihesu. Qui cū in forma dei esset nō rapi-
nam arbitratus est esse se equalē deo: sꝫ se-
metip̄m exinaniuit formam serui accipiens
in similitudinē hominū factus: et habitu in-
uētus ut hō humiliauit semetip̄m factus obe
diens usqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. Pro
pter qd̄ ⁊ deus exaltauit illū· et donauit illi
nomē qd̄ est sup omne nomē: ut in nomine
ihesu omne genu flectatur celestiū terrestriū
et infernorū: et omīs lingua ꝯfiteatur qꝛ do-
minus ihesus xp̄s in gloria ē dei p̄ris. Ita-
qꝫ carissimi mei sicut semꝑ obedistis: non in
p̄sentia mei tantū sꝫ multomagis nūc in ab
sentia mea cū metu ⁊ tremore vestram salutē
operamini. Deus est enī qui opatur in vobis
et velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona voluntate. Omnia
autē facite sine murmuracōnibꝫ ⁊ hesitacōi-
bus: ut sitis sine querela ⁊ simplices filij dei
sine rep̄hensione in medio nacōnis praue et
ꝑuerse: inter quos lucetis sic luminaria in mū
do verbū vite cōtinētes ad gloriā meā in die
xp̄i: qꝛ nō in vacuū cucurri neqꝫ in vacuū la
boraui. Sꝫ ⁊ si immolor sup̄ sacrificiū ⁊ obse
quiū fidei vr̄e: gaudeo ⁊ ꝯgratulor oībꝫ vo-
bis. Idip̄m aūt ⁊ vos gaudete: et ꝯgratula
mini michi. Spero aūt in dn̄o ihesu thimo-
theū me cito mittere ad vos: ut et ego bono
animo sim ꝯgnitis que circa vos sūt. Nemi
nē enī habeo tam vnanimē: q̄ sincera affe-
ctione ꝓ vobis sollicitus sit. Omes enī que
sua sūt querūt: nō q̄ sūt ihū xp̄i. Experimētū
aūt eius cognoscite: qꝛ sic patri filius mecū
seruiuit ī euāgelio. Hūc igitur spero me mit-
tere ad vos: mox ut videro q̄ circa me sūt.
Confido aūt in dn̄o: qm̄ ⁊ ip̄e veniā ad vos
cito. Necessariū aūt existimaui epafroditū
fratrē et cooperatorē et cōmilitonē meū· ve-
strū aūt ap̄lm· et ministrū necessitatis mee·
mittere ad vos: qm̄ quidē omes vos deside-
rabat: et mestus erat ꝓpterea qꝛ ⁊ audieratis
illū infirmatū. Nā ⁊ infirmatus est usqꝫ ad
mortē: sꝫ deus misertus est eius. Non solū
aūt eius: verū etiā ⁊ mei: ne tristiciā sup tri-
sticiam haberem. Festinantius ergo misi il-
lū: ut viso eo iterū gaudeatis: et ego sine tri
sticia sim. Excipite itaqꝫ illū cū omi gaudio
in dn̄o: et eiusmodi cū honore habitote: qm̄
ꝓpter opus cristi usqꝫ ad mortem accessit·

tradens animā suā·ut impleret id quod ex
vobis deerat erga meū obsequiū. III

De cetero fratres mei gaudete in dño.
Eadē vobis scribere michi quidē nō
pigrū: vobis aūt necessariū. Videte canes:
videte malos operarios: videte ꝯcisionē.
Nos eni sumus circūcisio q̄ spū seruimus
deo: et gloriamur in xp̄o ihesu et nō in carne
fiduciam habentes: quanq̄ ⁊ ego habeam
ꝯfidentiā in carne. Si quis alius videt̄ cō-
fidere in carne: ego magis circūcisus octa
ua die ex genē israhel de tribu beniamin: he-
breus ex hebreis secundū legē phariseus:
scđm emulacōem ꝑsequēs ecclesiā dei: scđm
iusticiā que in lege ē ꝯuśatus sine querela.
Sed que michi fuerūt lucra: hec arbitratꝰ
sū ꝓpter xp̄m detrimēta. Verūtamē existi-
mo oīa detrimētū esse ꝓpter eminētē3 sciē-
tiā ihesu xp̄i dñi mei: ꝓpter quē omnia detri-
mentū feci et arbitror ut stercora ut xp̄m lu
crifaciā: ut et inueniar in illo nō habēs meā
iusticiā que ex lege est· ꝫ illā que ex fide est
xp̄i: que ex deo est iusticia in fide ad ꝯgno-
scendū illū·et virtutē resurrectōis eius·et
societatē passionū illius· cōfiguratus morti
eius: si quo modo occurrā ad resurrectōe3
que ē ex mortuis: nō q̄ iam acceperim aut
iam ꝑfectus sim. Sequor autē: si cōprehen-
dam in quo ⁊ ꝯp̄hensus sū a xp̄o ihesu. Fra-
tres: ego me nō arbitror ꝯp̄hendisse. Vnū
aūt: que quide3 retro sūt obliuiscens ad ea
vero que sūt p̄ora extēdēs meip̄m: ad desti-
natū ꝑsequor· ad brauiu3 sup̄ne vocacōis
dei in xp̄o ihū. Quicūq3 ergo ꝑfecti sumus
hoc sentiamus: et si quid aliud sapitis: et hoc
vobis deus reuelauit. Verūtamē ad quod
peruenimus ut idem sapiamus: et in eade3
permaneamus regula. Imitatores mei e-
stote fratres: et obseruate eos qui ita am-
bulāt sicut habetis formam nostram. Mul-
ti enim ambulāt quos sepe dicebā3 vobis:
nunc autem et flens dico inimicos crucis
xp̄i: quoꝝ finis interitus: quoꝝ deus venter
est: et gloria in cōfusione ip̄oꝝ qui terrena
sapiūt. Nostra aūt ꝯuersacō in celis ē. Vn-
de etiam saluatorem exspectamus dominum
nostrū ihesum xp̄m: qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori

claritatis sue: secūdū operacōnem qua etia3
possit subicere sibi omnia. IIII

Itaq3 fratres mei carissimi ⁊ desiderā-
tissimi: gaudiū meū et corona mea: sic
state in dño carissimi. Euchodiā rogo ⁊ sin-
thicen idip̄m sapere in dño. Etiā ro-
go et te germane cōpar: adiuua illas que
mecū laborauerūt in euāgelio cū clemente
et ceteris adiutoribus meis: quoꝝ nomina
sūt i libro vite. Gaudete in dño semp: iterū
dico gaudete. Modestia v̄ra nota sit oīb;
hominibus. Dominus ꝓpe est. Nichil sol-
liciti sitis: ꝫ in omni oracōne ⁊ obsecracōe cū
gratiarū actōne petitiones v̄re innotescant
apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensū:
custodiat corda v̄ra ⁊ intelligentias vestras
in xp̄o ihū. De cetero frēs quecūq3 sūt vera·
quecūq3 pudica·quecūq3 iusta· q̄cunq3 scā·
quecūq3 amabilia·quecūq3 bone fame: si q̄
v̄tus·si qua laus discipline·hec cogitate: q̄
et didicistis·et accepistis·et audistis·et vi-
distis in me. Hec agite: et deus pacis erit
vobiscū. Gauisus sū aūt in dño vehemēter:
quoniā tandē aliquando refloruistis ꝓ me
sentire sicut ⁊ sentiebatis. Occupati aūt era
tis. Nō quasi ꝓpter penuria3 dico. Ego eni
didici i quib; sū sufficiēs esse. Scio ⁊ humi
liari: scio ⁊ abundare. Vbiq3 in oīb; insti
tutus sū: et satiari et esurire ⁊ abūdari et pe-
nuriam pati. Omnia possum: in eo q̄ me cō-
fortat. Verūtamē bene fecistis: ꝯmunicātes
tribulacōni mee. Scitis aūt ⁊ vos philippē-
ses q̄ in principio euāgelij quādo ꝓfectus
sum a macedonia· nulla michi ecc̄ia ꝯmuni
cauit in racōe dati ⁊ accepti·nisi vos soli: q̄ ⁊
thessalonicā semel ⁊ bis i usū michi misistis.
Nō q̄ quero datū: sed requiro fructū abū-
dante3 in racōne v̄ra. Habeo autem omnia:
et abūdo. Repletus sū acceptis ab epafro
dito: q̄ misistis in odorem suauitatis hostiā
acceptā placentē deo. Deus autē meus im-
pleat oīe desideriū v̄rm scđm diuitias suas
in gloria in xp̄o ihū. Deo aūt ⁊ p̄ri nr̄o gl̄ia:
in secl̄a seclo͛ꝝ amen. Salutate oēm scīm in
xp̄o ihū. Salutāt vos q̄ mecū sūt frēs. Sa
lutāt vos oēs sancti: maxīe aūt qui de ce-
saris domo sūt. Gratia dñi nr̄i ihesu cristi cū
spū v̄ro amē. Explicit ep̄l̄a ad philipēses.

Incip. argumētū in eplāz ad colosenses

Colosenses. et hij sicut et lao=
dicenses sūt asyani: et ipi p=
uenti erant a pseudo aplis.
Nec ad hos accessit ipe apo
stolus: sed ⁊ hos per episto=
lā corrigit. Audierant enī verbū ab archip=
po: qui ⁊ ministeriū in eos accepit. Ergo a=
postolus iam ligatus scribit eis ab epheso
per tichicum diaconē ⁊ onesimū acolitum.

Expl' argumētū Incip. eplā ad colosenses

Paulus aplus ihesu xpi
p voluntatem dei. et thi=
motheus frater: hijs q̄
sunt colosis. sanctis et
fidelibus fratribus in
xp̄o ihū. Gratia vobis
et pax a deo patre no=
stro. Gratias agimus deo et prī domini nrī
ihesu xpi semp ꝓ vobis orantes: audientes
fidem vrām in xp̄o ihū ⁊ dilectōnem quam
habetis in sanctos om̄es ꝓpter spem q̄ repo
sita est vobis in celis: quā audistis in verbo
veritatis euangelij qd̄ puenit ad vos sicut
et in vniūso mūdo est: et fructificat ⁊ crescit
sicut in vobis ex ea die q̄ audistis ⁊ cogno=
uistis gratiā dei in veritate: sicut didicistis
ab epafra carissimo cōseruo nr̄o: qui ē fide=
lis ꝓ vobis minister xp̄i ihesu: qui etiaȝ ma=
nifestauit nobis dilectōem vrām in spiritu.
Ideo ⁊ nos ex qua die audiuimus nō cessa
mus ꝓ vobis orantes: et postulātes ut im=
pleamini agnicōne volūtatis eius in omni
sapiēcia et intellectu spiritali: ut ambuletis
digne deo p om̄ia placētes: in omni opere
bono fructificātes ⁊ crescentes in sciēcia dei:
in omni v̄tute cōfortati scd̄m potenciā clari=
tatis eius in om̄i paciēcia ⁊ longanimitate:
cū gaudio gratias agentes deo patri: qui
dignos nos fecit in ptē sortis sanctoꝝ i lu=
mine. Qui eripuit nos de ptāte tenebrarū:
et transtulit in regnū filij dilectōnis sue. In
quo habemus redempcōem ⁊ remissioneȝ
peccatoꝝ. Qui ē ymago dei inuisibilis. p̄mo
genitus om̄is creature: qm̄ i ip̄o cōdita sūt
vniūsa in celis ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibi=
lia. Siue throni siue dn̄acōnes siue princi=
patus siue potestates: omnia p ip̄m ⁊ in ipso
creata sūt. Et ipse est ante om̄es: et omnia
in ipso constant. Et ipse est caput corporis
ecclesie qui ē pn̄cipiū p̄mogenitus ex mor=
tuis: ut sit in om̄ib; ipe p̄matum tenēs: quia
in ip̄o cōplacuit om̄em plenitudinē inhabi=
tare: et p eū reconciliari om̄ia in ipso: pacifi
cans p sanguinē crucis eius siue q̄ in terris
siue q̄ in celis sūt. Et vos cū essetis aliqn̄ ali
enati ⁊ inimici sensu. i opib; malis: nūc aūt
reconciliauit in corpe carnis eius p morteȝ.
exhibere vos sanctos ⁊ immaculatos ⁊ irre
prehensibiles coram ip̄o: si tamē pmanetis
in fide fundati ⁊ stabiles ⁊ immobiles a spe
euangelij qd̄ audistis: qd̄ p̄dicatū est i vni=
uersa creatura q̄ sb̄ celo est: cuius factus sū
ego paulus minister: q̄ nūc gaudeo i passi
onib; ꝓ vobis: et adimpleo ea q̄ desūt passi=
onū xp̄i in carne mea ꝓ corpe eius qd̄ est ec
clesia. Cuius factus sū ego minister scd̄m
dispensacōem dei que data est michi i vob:
ut impleam verbum dei. misteriū qd̄ abscō=
ditū fuit a seculis ⁊ generacōnib; : nūc autē
manifestatū ē sanctis eius quib; voluit de9
notas facē diuicias glorie sacramēti huius
in gentib; : q est xp̄us in vobis spes glorie:
quē nos annūciamus: corripiētes om̄eȝ ho=
minem et docētes in om̄i sapientia: ut exhi=
beamus omnē hominē pfectū in xp̄o ihesu:
in quo ⁊ laboro certando scd̄m operacōneȝ
eius quam operatur in me in virtute. II

Volo enim vos scire qualē sollicitudi=
nem habeam ꝓ vobis ⁊ p hijs q̄ sunt
laodocie. et quicunq; nō viderūt faciē meā
in carne: ut cōsolentur corda ipoꝝ instructi
in caritate ⁊ in om̄es diuicias plenitudinis
intellectus in agnicōne misterij dei patris
xp̄i ihesu: in quo sūt omnes thesauri sapiētie
et sciētie absconditi. Hoc aūt dico: ut nemo
vos decipiat in sublimitate sermonū. Nā
et si corpore absens sū: sed spiritu vobiscum
sum gaudens et videns ordinem vestrum.
et firmamentum. eius que in cristo est fidei
vestre. Sicut ergo accepistis ihesum cristū
dominū nostrum in ipso ambulate: radicati
et supedificati in ip̄o. et confirmati in fide sicē
et didicistis: abundantes in illo in gratiarū
actōne. Videte ne quis vos decipiat p phi
losophiam ⁊ inanē fallaciā: scd̄m tradicōeȝ

hoim· scdm elemēta mūdi: et nō scdm xpm. Quia in ipo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti q est caput omis pncipatus et potestatis. In quo et circūcisi estis circūcisione non manufacta in expoliacōne corpis carnis: sed in circūcisione cristi cōsepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem opationis dei qui suscitauit illū a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et pputio carnis vrē conuiuificauit cū illo donās vobis oīa delicta: delens qd aduersus nos erat cyrographū decreti qd erat cōtrariuz nobis. Et ipm tulit de medio affigēs illud cruci: et expolians pncipatus et potestates traduxit cōfidēter: palam triūphās illos in seipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum q sūt vmbra futurorū: corpus aūt xpi. Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorū que nō vidit· ambulās frustra inflatus sensu carnis sue: et nō tenēs caput ex quo totū corpus p nexus et coniūctiones subministratū et constructuz crescit in augmentū dei. Si mortui estis cū xpo ab elemētis huius mūdi: qd adhuc tanq viuētes in mūdo discernitis: Ne tetigeritis· neqz gustaueritis· neqz contrectaueritis: que sunt oīa ī interitu ipo vsu scdm pcepta et doctrinas hominū: que sūt racōnē quidem habentia sapientie in supsticōne et humilitate et nō ad parcendum corpi: non in honore aliquo ad saturitatē carnis. III

Igitur si cōsurrexistis cū xpo q sursum sunt querite ubi xpus est in dextera dei sedens: que sursū sunt sapite: non que super terraz. Mortui enim estis et vita vrā abscondita ē cum xpo in deo: cū aūt xpus apparuerit vita vestra: tūc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra q sūt sup terrā: fornicacōem· immūdiciā· libidinē· ocupiscentiā malā· et auariciā· que est simulacrorū seruitus: ppter q venit ira dei sup filios incredulitatis· in quibz ambulastis aliqn cū viueritis in illis. Nunc autez deponite et vos oīa: irā indignacōem maliciaz blasphemiā turpem smonē de ore vrō. Nolite mentiri inuicē: expoliātes vos veterem hominē cum actibus suis et induētes nouuz eū qui renouatur ī agnicōem scdm ymaginem eius q creauit eū: ubi non est gentilis et iudeus: circūcisio et pputiū· barbarus et scita: seruus et liber: sz oīa et ī oībz xpus. Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie: benignitatē· humilitatē· modestiā· patientiam· supportantes inuicē et donātes vobismetipsis si quis aduersus aliquē habet querelā: sicut et dn̄s donauit vobis ita et vos. Sup oīa aūt hec caritatē habete qd est vinculū perfectōnis: et pax xpi exultet ī cordibus vrīs· in q et vocati estis ī vno corpore: et grati estote. Verbum cristi habitet in vobis abundanter: in oī sapiētia docētes et cōmonētes vosmetipos psalmis ymnis et canticis spiritalibz in grā cantantes in cordibz vestris deo. Oīe quodcunqz facitis in verbo aut in opere: omnia in nomīe dn̄i nostri ihesu xpi: gratias agētes deo et patri p ipm. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domīo. Viri diligite uxores vrās: et nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibz p omnia: hoc enim placitum est in dn̄o. Patres nolite ad iracūdiam puocare filios vrōs: ut nō pusillo animo fiāt. Serui obedite p omnia dominis carnalibz: nō ad oculuz seruiētes quasi hominibz placētes: sed in simplicitate cordis timētes deum. Qdcunqz facitis· ex animo operamini· sicut dn̄o et nō hominibz: sciētes q a dn̄o accipietis retribucōez hereditatis. Dn̄o xpo seruite. Qui enī iniuriā facit recipiet id quod inique gessit: et non est psonarū acceptio apud deum. IIII

Omnis nāqꝫ pontifex ex hominib⁹. V assumptus ꝓ hominib⁹ constituitur in hijs que sūt ad deū: ut offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui cōdolere possit hijs qui ignorāt ⁊ errāt: qm̄ ⁊ ipe circūdatus est infirmitate: et ꝓpterea debet queadmodū pro populo. ita etiā et ꝓ semetipo offerre ꝓ peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi honorem: sed q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic et xp̄us nō semetipm clarificauit ut pōtifex fieret: sed q̄ locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodū ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū: scđm ordinē melchisidech. Qui in dieb⁹ carnis sue p̄ces supplicacōesqꝫ ad eū qui possit illū saluū facere a morte. cū clamore valido ⁊ lacrimis offerens: exauditus est ꝓ sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex hijs q̄ passus est obedientiā: et consūmatus factus est oīb⁹ obtemperātib⁹ sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex iuxta ordinē melchisedech. De quo nob̄ grādis s̄mo ⁊ interp̄tabilis ad dicēdū: qm̄ imbecilles facti estis ad audiendū. Etenim cū deberetis magistri esse ꝓpter tempus: rursū indigetis ut vos doceamini que sint elementa exordij s̄monū dei: et facti estis quib⁹ lacte opus sit nō solido cibo. Oīs eni q̄ lactis ē particeps: expers ē s̄mōis iusticie. Paruulus eni est. Perfectoꝝ autez est solidus cibus: eoꝝ qui ꝓ ipa ꝯsuetudine exercitatos

habent sensus ad discrecōem boni ac mali.

VI

Quapropter intermittētes
inchoacōnis xp̄i sermonē ad pfectio-
nem feramur: non rursū iaciētes fundamē-
tū penitentie ab operib9 mortuis· et fidei ad
deū· baptismatū· doctrine· imposicōis q̄ʒ ma-
nuū· ac resurrectōis mortuoꝝ: et iudicij e-
terni. Et hec faciemus: si quidē pmiserit deus.
Jmpossibile enim ē eos qui semel sūt illumi-
nati· gustauerūt etiā donū celeste· et partici-
pes facti sūt spūs sancti: gustauerūt nichil-
ominus bonū dei verbū· virtutesq̄ʒ seculi ven-
turi· et plapsi sūt· rursus renouari ad penitē-
tiam: rursū crucifigētes sibimetipis filiū dei·
et ostentui habentes. Terra enī sepe veniē-
tem sup se bibens ymbrem ⁊ germinās her-
bam oportunaʒ illis a quib9 colitur accipit
benedictōem a deo: pferens aūt spinas ac
tribulos reproba ē et maledicto pxima: cu-
ius cōsūmatio in cōbustionē. Confidimus
aūt de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora
saluti: tam et si ita loq̄mur. Nō enī iniustus
deus ut obliuiscatur opis vestri ⁊ dilectōis
quā ostendistis in nomine ipsius: qui mini-
strastis sanctis ⁊ ministratis. Cupimus aūt
vnūquenq̄ʒ vestrū eandē ostentare sollici-
tudinē ad expletionē spei usq̄ʒ in finē ut nō
segnes efficiamini: veruʒ imitatores eorum
qui fide ⁊ patiēcia hereditabūt pmissiōes.
Abrahe nāq̄ʒ promittēs deus· qm̄ neminem
habuit p quē iuraret maiorem: iurauit per
semetipm̄ dicens· nisi benedicens benedicaʒ
tibi ⁊ multiplicans multiplicabo te: et sic lō-
ganimiter ferens adeptus est repromissio-
nem. Homines enim p maiorem sui iurant:
et omnis ɔtrouersie eoꝝ finis ad ɔfirmati-
onem· est iuramētuʒ. Jn quo abūdātius vo-
lens deus ostendē pollicitacōnis heredib9
immobilitatē consilij sui· interposuit iusiurā-
dum: ut p duas res immobiles quib9 im-
possibile ē mentiri deū· fortissimū solaciū ha-
beamus qui confugimus ad tenendaʒ ppo-
sitam spem: quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmā ⁊ incedenteʒ usq̄ʒ ad
interiora velaminis: ubi pcursor p nobis in-
troijt ihesus secūduʒ ordinē melchisedech:
pontifex factus in eternū.

VII

Hic enim melchisedech rex salē sacer-
dos dei sūmi qui obuiauit abrahe regresso
a cede regū· et bn̄dixit ei: cui ⁊ decimas omi-
um diuisit abrahaʒ: pmū quidē qui interp-
tatur rex iusticie· deinde aūt ⁊ rex salem qd̄
est rex pacis: sine patre· sine matre· sine ge-
nealogia· neq̄ʒ iniciū dierū neq̄ʒ finem vite
habēs: assimilatus aūt filio dei manet sacer-
dos in ppetuū. Jntuemini aūt quātus sit hic:
cui ⁊ decimas dedit de pcipuis abrahā patri-
archa. Et quidē de filijs leui sacerdotiū ac-
cipiētes· mandatuʒ habent decimas sumere
a ppl'o scd̄m legē id ē a fratrib9 suis: quāq̄
et ipi exierint de lūbis abrahe. Cuius auteʒ
generacō non annumeratur in eis· decimas
sūpsit ab abrahā: et hūc q̄ habebat repro-
missiones benedixit. Sine ulla aūt contra-
dictōne: qd̄ minus ē a meliore benedicitur.
Et hic quideʒ decimas morientes homines
accipiūt: ibi aūt cōtestatur quia viuit. Et ut
ita dictuʒ sit p abraham ⁊ leui: qui decimas
accepit decimatus est. Adhuc enī in lūbis
patris erat: quando obuiauit ei melchise-
dech. Si ergo ɔsūmatio p sacerdotiū leui-
ticū erat· populus enim sub ipo legem acce-
pit: q̄d adhuc necessariū fuit scd̄m ordineʒ
melchisedech aliū surgē sacerdotē ⁊ nō se-
cūdū ordinē aaron dici? Translato enī sa-
cerdotio: necesse est ut ⁊ legis trāslacō fiat.
Jn quo enim hec dicūtur de alia tribu est: de
qua nullus altario psto fuit. Manifestū est
enim q ex iuda ortus sit dn̄s noster: in qua
tribu nichil de sacerdotib9 moyses locutus
est. Et amplius adhuc manifestū est· si secū-
dū similitudinē melchisedech exsurgat ali-
us sacerdos qui nō scd̄m legē mādati car-
nalis factus ē: sed scd̄m virtuteʒ vite insolu-
bilis. Contestatur enim: qm̄ tu es sacerdos
in eternū scd̄m ordinem melchisedech. Re-
pbacō quidem fit pcedētis mandati ppter
infirmitatē eius et inutilitateʒ. Nichil enim
ad pfectum adduxit lex. Jntroductō vero
melioris spei p quā pximamus ad deum: et
quantū est· nō sine iureiurādo. Alij quideʒ
sine iureiurādo sacerdotes facti sūt: hic au-
tem cū iureiurādo p eū qui dixit ad illū. Ju-
rauit dn̄s ⁊ non penitebit eū: tu es sacerdos
in eternū. Jntantū melioris testamēti spon-
sor factus est ihesus. Et alij quidem plures

facti sūt sacerdotes idcirco q̄ morte p̄hibē-rent̄ p̄manere: hic aūt eo q̄ maneat in eter-nū sempiternū habet sacerdotiū. Unde et sal-uare in p̄petuū potest accedens p̄ semetipm̄ ad deū: semp viuēs ad interpellandū p̄ no-bis. Talis enim decebat ut nobis esset pon-tifex: sanctus. innocens. impollutus. segre-gatus a peccoribꝰ. et excelsior celis factus. Qui nō habet necessitatē quotidie queadmo-dū sacerdotes prius p̄ suis delictis ho-stias offerre: deinde p̄ ppli. Hoc enim fecit semel se offerēdo. Lex enim homines con-stituit sacerdotes infirmitatē habētes: ser-mo autem iurisiurandi qui post legem est. filiū in eternū perfectum. VIII

Capitulū aūt sup ea que dicūtur. Ta-lem habemus pontificē: qui osedit in dexte-ra sedis magnitudinis in celis. sanctoꝝ mi-nister. et tabernaculi veri: qd̄ fixit deus et nō homo. Omnis enim pontifex ad offerēdum munera et hostias ↄstituit̄. Unde necesse ē et hūc habere aliquid qd̄ offerat. Si ergo esset sup terraꝫ: nec esset sacerdos cū essent qui offerrēt scd̄m legē munera q̄ exempla-ri et vmbre deseruiūt celestiū: sicut responsū est moysi cū ↄsumaret tabernaculū. Vide in-quit om̄ia facito scd̄m exēplar: qd̄ tibi ostē-sum est in monte. Nūc aūt melius sortitus ē ministeriū quāto et melioris testamēti medi-ator est: qd̄ in melioribꝰ repromissionibus sancitū ē. Nam si illud p̄us culpa vacas-set: nō utiqꝫ secūdi locus inq̄reretur. Vitupe-rans enim eos dicit. Ecce dies venient dicit dn̄s: et ↄsūmabo sup domū israhel et sup do-mū iuda testamētū nouū: nō scd̄m testamē-tum qd̄ feci patribꝰ eoꝝ i die qua app̄hēdi manū eoꝝ ut educerē illos de terra egipti: q̄m ipi nō p̄manserūt in testamento meo: et ego neglexi eos dicit dn̄s. Quia hoc est te-stamētum qd̄ disponā domui israhel post di-es illos dicit dominus. dando leges meas in mēte eoꝝ et in corde eoꝝ supscribā eas: et ero eis in deū: et ipi erūt michi in p̄plm̄. Et non docebit vnusquisqꝫ p̄ximū suū et vnus-quisqꝫ fratrem suū dicēs ↄgnosce dominū: q̄m omes scient me a minore usqꝫ ad maio-rem: q̄r p̄picius ero iniquitatibꝰ eoꝝ. et pec-catoꝝ eoꝝ iam non memorabor. Dicendo autem nouū: veterauit prius. Quod autē antiquatur et senescit: p̄pe interituꝫ ē. IX

Habuit quidē et prius iustificacōes cul-ture: et sanctū seculare. Tabernaculuꝫ enim factū est primū. in quo erāt cādelabra et mensa et p̄positō panū qd̄ dicitur sancta: post velamentū autē. secunduꝫ tabernaculuꝫ quod dicitur sancta scōꝝ aureū habēs thu-ribulū et archā testamēti circūtectaꝫ ex om̄i parte auro: in qua vrna aurea habēs man-na. et virga aaron q̄ fronduerat. et tabule testamēti: superqꝫ eā cherubin glorie obum-brantia p̄piciatoriū: de quibꝰ non est modo dicenduꝫ p̄ singula. Hijs vero ita cōpositis. in priori quidē tabernaculo semp introibāt sacerdotes sacrificioꝝ officia ↄsūmātes: in secundo autē semel in anno solus pōtifex nō sine sanguine quē offerret p̄ sua et popli ignorantia: hoc significāte spū sancto. nō-dū p̄palatam esse scōꝝ viam adhuc priore tabernaculū habente statū. Que parabola est tp̄is instantis: iuxta quā munera et ho-stie offerūtur que nō possunt iuxta ↄsciētiaꝫ p̄fectū facere seruientē: solūmodo in cibis et in potibꝰ et in varijs baptismatibꝰ et iusti-cijs carnis: usqꝫ ad tēpus correctōis im-positis. Cristus aūt assistens pontifex futu-roꝝ bonoꝝ p amplius et p̄fectius taberna-culū nō manufactū id est nō huius creati-onis: neqꝫ p sanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ sed p p̄priū sanguinē introiuit semel in san-cta: eterna redempcōne inuenta. Si enim sanguis hircoꝝ et thauroꝝ et cinis vitule aspersus inq̄natos sanctificat ad emūdati-onem carnis: quanto magis sanguis cristi qui p spūm sanctū semetipm̄ obtulit imma-culatum deo emūdauit ↄsciētiaꝫ n̄ram ab opibꝰ mortuis ad fuiēdū deo viuēti. Et ideo noui testamēti mediator est: ut morte inter cedēte in redempcōem earū p̄uaricacōnū. q̄ erāt sub priori testamēto: repromissionē ac-cipiāt q̄ vocati sūt eterne hereditatis. Ubi enim testamentuꝫ: mors necesse est interce-dat testatoris. Testamentū enim in mortu-is confirmatuꝫ est. Alioquin nō dum valet: dū viuit qui testatus ē. Vnde nec p̄mū qui-dem sine sanguine dedicatū est. Lecto enim om̄i mādato legis a moyse vniuerso p̄plo:

accipiens sanguinē vituloꝝ et hircoꝝ cū aqua ⁊ lana coccinea ⁊ ysopo: ipm̄ q̄ʒ librū et om̄em p̄p̄lm aspersit dicēs. Hic sanguis testamenti: qđ mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculū ⁊ om̄ia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et om̄ia pene in sanguine scd̄m legem mūdantur: et sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exēplaria quidē celestiū hijs mūdari: ipsa autē celestia meliorib; hostijs q̄ istis. Non enī in manufacta sancta ihesus introijt exemplaria veroꝝ: sed in ipm̄ celū: ut appareat nūc vultui dei p̄ nobis. Neq; ut sepe offerat semetipsū: quēadmodū pontifex intrat in sancta p̄ singulos ānos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eū frequenter pati ab origine mūdi. Nūc aūt semel in consummatione seculoꝝ. ad destitucōnem peccati p̄ hostiā suā apparuit. Et quēadmodum statutū est hominib; semel mori. post hoc autē iudiciū: sic ⁊ cristus semel oblatus ē ad multoꝝ exhaurienda peccata: scd̄o sine peccato apparebit om̄ib; exspectātib; se in salutē.

X

AMbram enim habēs lex futuroꝝ bonoꝝ non ipsam imaginē rerū: per singulos annos eisdem ipis hostijs q̄s offerūt indesinēter: nunq̄ potest accedentes p̄fectos facere. Alioquī cessassent offerri: ideo q̄ nullā haberēt ultra ɔsciētiam peccati cultores semel mūdati. Sed in ipis cōmemoracō peccatoꝝ p̄ singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine thauroꝝ et hircoꝝ auferri peccata. Ideo ingrediēs mūdū dicit. Hostiā ⁊ oblacōnē noluisti: corp9 aūt aptasti michi. Olocaustomata ⁊ p̄ peccato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce venio. In capite libri scp̄tū est de me: ut faciā deus volūtatē tuā. Superius dicens. q2 hostias et oblacōnes ⁊ olocaustomata et p̄ peccato noluisti. nec placita sūt tibi que scd̄m legē offerūtur. tūc dixi ecce venio. ut faciam deus volūtatē tuā: aufert p̄mū ut sequēs statuat. In qua volūtate sanctificati sumus: p̄ oblationē corpis ihesu xp̄i semel. Et omnis quidem sacerdos p̄sto est quotidie ministrans: et easdem sepe offerens hostias que non possunt auferre peccata. Hic aūt vnā p̄ peccatis offerens hostiam in sempiternū sedet in dextera dei: de cetero exspectans donec ponātur inimici eius scabellū pedū eius. Vna enim oblacōne consūmauit in sempiternū sanctificatos. Contestatur autē nos ⁊ sp̄us sanctus. Postq̄ enim dixit. Hoc aūt testamentū qđ testabor ad illos post dies illos dicit dn̄s dādo leges meas in cordib; eoꝝ et in mētib; eoꝝ superscribā eas: et peccatoꝝ et iniquitatū eoꝝ iam nō recordabor amplius. Vbi aūt hoꝝ remissio: iā nō ē oblacō p̄ peccato. Habentes itaq; fratres fiduciā in introitu sanctoꝝ in sanguine xp̄i quā iniciauit nobis viam nouā ⁊ viuentē p̄ velamē id ē carnē suā: et sacerdotē magnū sup domū dei: accedamus cū vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a consciētia mala: et abluti corpus aqua munda: teneamus spei nostre confessionē indeclinabilem. Fidelis enī est q̄ repromisit. Et ɔsideremus inuicē in p̄uocacōnem caritatis ⁊ bonoꝝ operū: nō deserentes collectōem nostrā sicut ɔ̄suetudinis est quibusdam ʒ ɔ̄solantes: et tanto magis quāto videritis appropinquantem diē. Volūtarie enim peccantib; nobis post acceptā noticiā veritatis iam nō relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autē quedam exspectacō iudicij et ignis emulacō: q̄ consumptura ē aduersarios. Irritā quis faciēs legem moysi sine ulla miseracōne duob; vel trib; testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filiū dei conculcauerit. et sanguinē testamēti pollutū duxerit. in quo sanctificatus est. et spiritui gratie cōtumeliā fecerit: Scimus enim qui dixit. Michi vindictā: ego retribuā. Et iterum. Quia iudicabit dn̄s p̄p̄lm suū. Horrendū est incidē in manus dei viuentis. Rememoramini aūt pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionū: et in altero quidem opprobrijs et tribulacōib; spectaculū facti: in altero autem socij taliter cōuersantiū effecti. Nam et vinctis compassi estis: et rapinam bonoꝝ vestroꝝ cū gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem et manentē substanciā. Nolite itaq; amittere ɔfidēciā vestram: que magnā habet remuneracōnem. Paciēcia enī vobis necessaria ē: ut volūtatē

dei facientes reportetis pmissionē. Adhuc enim modicū aliquātulūq; qui venturus ē veniet et nō tardabit: iustus autē meus ex fide viuit. Quod si sbtraxerit se: nō placebit aie mee. Nos aūt nō sumus sbtractiōis filij, i pdicōz: s; fidei in acquisitione anime.

Est aūt fides sperandaꝝ substantia rerū argumentū nō apparentiū. XI. In hac enim testimoniū ɔsecuti sūt senes. Fide intelligimus aptata esse secula vbo dei: ut ex inuisibilibꝫ visibilia fieret. Fide plurimā hostiam abel q̄ cayn obtulit deo: p quā testimoniū cōsecutus est esse iustus: testimoniū phibente muneribus eius deo: ꝑ p illā defunctus adhuc loquit᷑. Fide enoch translatus ē ne videret mortē: et nō inueniebat᷑: quia transtulit illū dn̄s. Ante trāslacōnē eni testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide aūt impossibile est placere deo. Credē enim oportet accedentē ad deū quia est: et inquirentibꝫ se remunerator fit. Fide noe responso accepto de hijs que adhuc nō videbant᷑ metuens aptauit archā in salutē domus sue: per quā dānauit mūdū: et iusticie que p fidem ē heres ē institutus. Fide q̄ vocatur abraham obediuit i locū exire quē accepturus erat i hereditatē: et exijt nesciens quo iret. Fide demoratus est i terra repromissiōis tanq̄ i aliena: in casulis habitando cū ysaac ꝑ iacob coheredibus repromissionis eiusdē. Exspectabat enim fundamenta habentē ciuitatē: cuius artifex ꝑ conditor deus. Fide et ipsa sara sterilis virtutē in cōcepcōne seminis accepit. etiam pter tempus etatis: qm̄ fidelē credidit esse eū qui repromiserat. Propter qḋ et ab vno orti sūt: et hoc emortuo tanq̄ sidera celi in multitudinē: et sicut arena que est ad orā maris innumerabilis. Juxta fidē defuncti sūt omes isti nō acceptis repromissionibus: sed alonge eas aspicientes ꝑ salutantes: et confitentes q; peregrini et hospites sunt sup terrā. Qui enim hoc dicūt: significant se patriā inquirere. Et si quidē ipsius meminissent de qua exierūt: habebāt vtiq; tempus reuertendi. Nūc aūt meliorē appetūt: id est celestē. Ideo nō confundit᷑ deus vocari deus eoꝝ. Parauit eni illis ciuitatē.

Fide obtulit abrahā ysaac cū temptaretur: ut vnigenitū offerebat in quo susceperat repromissiones: ad quē dictū est. q; in ysaac vocabitur tibi semen: arbitrans q; et a mortuis suscitare potens est deus. Vnde eū et in parabolā accepit. Fide et de futuris benedixit ysaac iacob ꝑ esau. Fide iacob moriēs singulos filioꝝ ioseph benedixit: et adorauit fastigiū virge eius. Fide ioseph moriens de pfectione filioꝝ isrl̄ memoratus ē: et de ossibꝫ suis mandauit. Fide moyses natus occultatus ē mensibꝫ tribꝫ a parentibꝫ suis eo q; vidissent elegantē infantē: et nō timuerūt regis edictū. Fide moyses grādis factus negauit se esse filiū filie pharaonis: magis eligēs affligi cū pplo dei. q̄ tēporalis peccati habere iocūditatē: maiores diuitias estimans thesauro egiptioꝝ impropēriū xpi. Aspiciebat eni in remuneracōez. Fide reliquit egiptū: nō veritus animositatē regis. Inuisibilē eni tanq̄ vidēs sustinuit. Fide celebrauit pascha et sangnīs effusionē: ne qui vastabat pmitiua tangeret eos. Fide trāsierūt mare rubrū tanq̄ p aridā terrā: quod experti egiptij deuorati sūt. Fide muri iericho corruerūt circuitu dieꝝ septē. Fide raab meretrix nō perijt cū incredulis: excipiēs exploratores cū pace. Et qḋ adhuc dicā? Deficiet enim me tempus enarrātem de gedion. barach. samson. iepte. dauid. samuel. et pphetis: qui p fidē vicerūt regna. operati sūt iusticiā: adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extīxerūt impetū ignis. Effugarūt aciem gladij: cōualuerūt de infirmitate: fortes facti sūt in bello. Castra verterūt exteroꝝ: acceperūt mulieres de resurrectōne mortuos suos. Alij aūt distenti sūt nō suscipientes redemptionē: ut meliorē inuenirēt resurrectionē. Alij vero ludibria ꝑ vbera experti insup ꝑ vincula et carceres: lapidati sūt. secti sūt. tēptati sūt in occisione gladij mortui sūt. Circuierūt i melotis in pellibꝫ caprinis egētes. angusti ati. afflicti. quibꝫ dignus nō erat mundus: in solitudinibus errantes. in montibꝫ ꝑ speluncis ꝑ in cauernis t̄re. Et hij omes testimonio fidei pbati nō acceperūt repromissionē: deo p nobis melius aliquid pudēte: ut nō

sine nobis consūmarentur. XII

Ideoq; ⁊ nos tantā habētes impositā nubē testiū: deponentes om̄e pondus ⁊ circūstās nos pcc̄m per patientiā curramus ad ꝓpositū nobis certamē. aspicientes in auctorē fidei. et consūmatorē ihesū: qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē: confusione contēpta atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate enī eū qui talē sustinuit a peccatoribus adūsum semetip̄m contradictionē: ut ne fatigemini animis vestris deficiētes. Nondū enim usq; ad sanguinē restitistis aduersus peccatū repugnātes: et obliti estis consolationis que vobis tanq̄ filiis loquit̄ dicēs. Fili mi noli negligē disciplinā domini: neq; fatigeris dū ab eo argueris. Quē enim diligit dn̄s castigat: flagellat aūt om̄ē filiū quē recipit. In disciplina pseuerate. Tanq̄ filiis vobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis. cuius pticipes facti sūt om̄es: ergo adulteri et non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostre eruditores habuimus: et reuerebamur eos. Num multomagis obtēperabimus patri spirituū ⁊ viuemus? Et illi quidē in tēpore paucoꝝ dierū scd̄m voluntatē suā erudiebāt nos: hic aūt ad id qd̄ utile est in recipiēdo sanctificacōnē eius. Om̄is aūt disciplina ī p̄senti q̄dē videt̄ nō esse gaudii. ſ; meroris: postea aūt fructū pacatissimū exercitatis per eam reddet iusticie. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris. ut non claudicans quis erret: magis aūt sanet̄. Pacē sequimini cum omnibus et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deū. Contēplantes ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursū germinās impediat: et per illam inquinētur multi. Ne quis fornicator aut ꝓphanus ut esau: q̄ ꝓpter vnā escā vendidit p̄matiua sua. Scitote enī: qm̄ et postea cupiēs hereditare bn̄dictōnē reprobatus ē. Nō enī inuenit penitētie locū: quāq̄ cū lacrimis inquisisset eam. Nō enim accessistis ad tractabilē ⁊ accessibilē ignem et turbinem. et caliginē et procellam ⁊ tube sonū et vocem verboꝝ: quā qui audierunt excusauerūt se ne eis fieret verbū. Non enī portabāt quod dicebat̄: et si bestia tetigerit montē lapidabitur. Et ita terribile erat qd̄ videbat̄. Moyses dixit. Exterritus sū et tremebūdus. Sed accessistis ad syon mōtē ⁊ ciuitatē dei viuētis ihrl̄m celestē. et multoꝝ miliū angeloꝝ frequētiā. et ecclesiam p̄mitiuoꝝ q̄ conscripti sūt in celis: et iudicē omniū deū ⁊ spiritus iustoꝝ pfectoꝝ. et testamēti noui mediatorē ihesū: et sanguinis aspersionē. melius loquentē q̄ abel. Videte ne recusetis loquentē. Si enim illi non effugerūt recusantes eum qui sup terrā loquebatur. multomagis nos qui de celis loquentē nobis auertimus: cuius vox mouit terrā tūc: nūc autē repromittit dicens. Adhuc semel: et ego moueo non solū terrā ſ; et celū. Qd̄ aūt adhuc semel dicit: declarat mobiliū translacōnē tanq̄ factoꝝ: ut maneant ea que sūt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipiētes habemus grām: p quā seruiamus placētes deo cū metu ⁊ reuerētia. Etenī deus noster ignis ɔsumēs est. XIII

Caritas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim placuerūt quidam angelis hospicio receptis. Memētote vinctoꝝ tanq̄ simul vincti: et laborantiū tanq̄ ⁊ ipsi in corpore morātes. Honorabile conubiū in omnibus: et thorus immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: ɔtenti p̄sentibꝫ. Ipse enī dixit. Nō te deseram neq; derelinquā: ita ut ɔfidenter dicamus. Dominus michi adiutor est: nō timebo quid faciat michi homo. Memētote ꝓpositoꝝ vestroꝝ qui vobis locuti sūt verbū dei: quoꝝ intuentes exitū conuersacōnis. imitamini fidem. Ihesus cristus heri ⁊ hodie: ipe ⁊ ī secula. Doctrinis variis et pegrinis nolite abduci. Optimū est enī gratia stabilire cor: nō escis q̄ nō pfuerūt ambulātibꝫ in eis. Habemus altare: de quo edere nō habent potestatē qui tabernaculo deseruiūt. Quoꝝ enī animaliū infert̄ sanguis ꝓ pccō in sancta p pontificē: hoꝝ corpora cremant̄ extra castra. Propter quod et ihesus ut sanctificaret p suū sanguinē populū. extra portā passus est. Exeamus igit̄

ad eũ extra castra: impropeꝛiũ eius portã-
tes. Non enim habemus hic manentẽ ciui-
tatẽ: sed futurã inquirimus. Per ipm ergo
offeramus hostiã laudis semꝑ deo: id est
fructũ labioꝝ ↄfitentiũ nomini eius. Bene
ficientie aũt et cõmunicacõis nolite obliuisci.
Talib9 enim hostijs ꝓmeret̃ deus. Obedi
te ꝑpositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enim
puigilant quasi rationẽ ꝓ animabus vr̃is
reddituri: ut cũ gaudio hoc faciãt et nõ ge
mentes. Hoc enĩ nõ expedit vobis. Ora-
te ꝓ nobis. Confidimus enim qꝛ bonã ↄsci
entiã habemus: in omnib9 bene volẽtes con-
uersari. Amplius aũt deꝑcor vos hoc face
re: quo celerius restituar vobis. Deus au-
tem pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ
magnũ ouiũ in sanguine testamenti eterni
dñm nostrũ ihesũ cristũ: aptet vos in omni
bono ut faciatis eius voluntatẽ: faciens in
vobis quod placeat coram se ꝑ ihm xpm:
cui est gloria in secula seculoꝝ amẽ. Rogo
aũt vos fratres: ut sufferatis verbũ solatij.
Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognosci
te fratrẽ nostrũ thimotheũ dimissum: cum
quo si celerius venerit videbo vos. Salu-
tate omes ꝑpositos vr̃os: et omes sanctos.
Salutant vos de ytalia fratres. Gratia cũ
omib9 vobis amẽ. Expł epła ad hebreos.

Incip prefacõ beati ieronimi p̄sbri in librũ actuũ apłoꝝ.

D Amit psalmi-
sta: ambulabũt de virtutibus
in v̄tutes. Post apostoli pau
li epistolas dudum vno vo-
bis volumine trãslatas. dom-
nion et rogatiane carissimi. actus aposto-
rũ ↄpellitis ut transferã in latinũ: quẽ librũ
nulli dubiũ est a luca anthioceno arte me-
dico. qui postea inseruiẽs paulo apostolo
xp̄i factus est discipulus fuisse editũ. Cer-
uices ꝑmit imposita sepius oneris magni
tudo: qꝛ studia inuidoꝝ reprehẽsione dig
putant ea q̃ scribimus. Illoꝝ nũq̃ odio et
detractõne inuãte xp̄o meũ silebit eloquiũ.

LUcas igitur anthiocensis. natione sy-
rus. cuius laus in euangelio canitur. apud
antiochiã medicine artis egregius. et apo
stoloꝝ xp̄i discipulus fuit: postea usq; ad
ↄfessionẽ paulũ secutus apłm. sine crimine
in virginitate ꝑmanens. deo maluit fuire.
Qui octoginta et q̃tuoꝛ ãnos etatis agens
in bithinia obijt plenus spũ sancto: quo in
stigante i achaie partib9 euãgeliũ scribẽs.
grecis fidelib9 incarnacõnẽ dñi fideli nar-
ratione ostendit: eundẽq; ex stirpe dauid
descẽdisse mõstrauit. Cui nõ inmerito scri-
bendoꝝ actuũ apłicoꝝ potestas i ministe
rio datur: ut deo i deũ pleno. et filio ꝑdicõis
extincto. oracõne ab apostolis facta. sorte
dominice electõis numerus ↄpleret̃: sicq;
paulũ ↄsũmacõẽ apostolicis actib9 daret.
quã diu cõtra stimulũ calcitrantẽ dominus
elegisset. Qd legẽtib9 et requirẽtib9 deũ bre-
ui volui ostendere sermone: qꝛ plixius aliq̃d
fastidiẽtib9 ꝑdidisse: sciẽs qꝛ operantẽ agri
colã oportet de suis fructib9 edere. Quẽ ita
diuina subsecuta ẽ grã: ut nõ solũ corporib9
sed etiã animabus eius pficeret medicina.

Explic̃ pfacõ. Incip liber actuũ apłoꝝ.

PRimũ quidẽ sermonẽ
feci de omnibus o theo-
phile q̃ cepit ihẽus fa-
cere et docere: usq; in
diẽ qua ꝑcipiẽs apłis
ꝑ spiritũ sanctũ quos
elegit assumptus est.
Quib9 et ꝑbuit se ipm viuũ post passionẽ
suã i multis argumẽtis. ꝑ dies quadragin-
ta apparẽs eis: et loquens de regno dei. Et
ↄuescẽs ꝑcepit eis ab iherosolimis ne dis-
cederẽt. sed expectarẽt ꝑmissionẽ patris
quã audistis inquit ꝑ os meũ: qꝛ iohãnes
quidẽ baptizauit aqua: vos aũt baptiza-
bimini spũ sancto nõ post multos hos di-
es. Igit̃ qui ↄuenerãt interrogabãt eũ di-
cẽtes. Dñe: si in tẽpore hoc restitues regnũ
isrł̃. Dixit aũt eis. Nõ est vr̃m nosse tẽpora
vel momẽta que pater posuit i sua ptãte: sȝ
accipietis v̄tutẽ supueniẽtis spũs sancti in
vos: et eritis michi testes in iherusalem et in
omni iudea et samaria. et vsq; ad vltimum
terre. Et cũ hec dixisset: videntib9 illis ele-
uatus ẽ: et nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ.
Cũq; intuerent̃ in celũ euntẽ illũ: ecce duo
viri astiterũt iuxta illos in vestib9 albis: qui
et dixerũt. Viri galilei quid statis aspiciẽ
tes in celũ: Hic ihesus qui assumptus est a

vobis in celū: sic veniet queadmodū vidi-
stis eū euntē i celū. Tūc reuši sūt ihero soli-
mam a monte qui vocatur oliueti qui est iu-
xta iherusalē: sabbati habens iter. Et cū in-
troissent in cenaculū. ascenderūt vbi mane-
bat petrus et iohannes et iacobus et andre-
as philippus et thomas bartholomeus et
matheus: iacobus alphei et symō zelotes et iu
das iacobi. Hij oēs erāt pseuerātes vna-
nimiter ī oracōne cū mulieribus et maria ma
tre ihesu: et fratribus eius. In diebus illis exur
gēs petrus in medio fratrū dixit. Erat aūt
turba hominū simul fere centūuiginti. Viri
fratres: oportet impleri scripturā quā p̄di-
xit spūs sanctus p os dauid de iuda q̄ fuit
dux eorum qui cōphenderūt ihesū qui cōnume
ratus erat in nobis: et sortitus est sortē mi-
nisterij huius. Et hic quidē possedit agrū
de mercede iniquitatis: et suspēsus crepuit
medius: et diffusa sūt omīa viscera eius. Et
notū factū est omībus habitātibus iherusalē:
ita ut appellaretur ager ille lingua eorum
acheldemach. hoc ē ager sanguinis. Scri
ptū est enim in libro psalmorū. Fiat cōmora
tio eorum deserta: et nō sit qui inhabitet ī ea.
Et episcopatū eius accipiat alter. Oportet
ergo ex hijs viris qui nobiscū sūt cōgre-
gati in omī tēpore quo intrauit et exiuit in-
ter nos dn̄s ihesus incipiens a baptismate
iohannis. usqz in diem qua assumptus est
a nobis: testem resurrectōnis eius nobiscū
fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos: ioseph
qui vocabatur barsabas. q̄ cognominatus ē
iustus: et mathiaz. Et orantes dixerūt. Tu
domine qui corda nosti omniū: ostēde quē
elegeris ex hijs duobus vnū accipere locū
ministerij huius et apostolatus: de quo p̄ua
ricatus est iudas ut abiret in locum suum.
Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors sup
mathiaz: et annumeratus ē cū vndecī aplis.

II

Et dū cōplerentur dies penthe-
costes: erant omēs pariter in eodē
loco. Et factus ē repente de celo sonus. tā-
quā aduenientis spūs vehementis: et repleuit
totam domū vbi erāt sedentes. Et apparue
rūt illis dispartite lingue tanq̄ ignis: seditqz
supra singulos eorum. Et repleti sunt omēs
spū sancto: et ceperūt loqui variis linguis
prout spūs sanctus dabat eloqui illis. Erāt
autē in iherusalē habitantes iudei viri reli
giosi: ex omī natione q̄ sub celo est. Facta
autē hac voce cōuenit multitudo: et mente
cōfusa est: qm̄ audiebat vnusquisqz lingua
sua illos loquētes. Stupebāt aūt omēs: et
mirabantur dicētes. Nonne ecce omēs isti
qui loquūtur galilei sūt? Et quomodo nos
audiuimus vnusquisqz linguā nr̄am in qua
nati sumus? Parthi et medi et elamite. et qui
habitant mesopotamiā. iudeaz. et capado
ciā. ponthū. et asyam. frigiā. et pamphiliā.
egiptū et partes libie. que ē circa cyrenen.
et aduene romani: iudei q3 et proseliti cretes
et arabes: audiuimus eos loquētes nostris
linguis magnalia dei. Stupebāt aūt omēs:
et mirabātur ad inuicē dicentes. Quid nam
vult hoc esse? Alij aūt irridētes dicebant:
quia musto pleni sūt isti. Stans autē petrus
cum vndecim leuauit vocem suā: et locutus
est eis. Viri iudei et qui habitatis ihrl̄m
vniuersi hoc vobis notū sit: et auribus p̄cipi
te verba mea. Non enim sicut vos estimatis
hij ebrij sunt: cū sit hora diei tercia. Sz hoc
est quod dictū est p pphetam iohel. Et erit
in nouissimis diebus dicit dominus effundā
de spū meo sup omēz carnē. Et pphetabunt
filij vestri et filie vestre: et iuuenes vestri visio
nes videbūt: et seniores vr̄i somnia somni-
abūt. Et quidē sup seruos meos et ancillas
meas in diebus illis effundā de spū meo et p
phetabūt: et dabo prodigia ī celo sursū et sig
na in terrā deorsū: sanguinē et ignē et vaporē
fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in
sanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magnus
et manifestus. Et omīs quicūqz inuocauerit
nomē domini saluus erit. Viri israhelite:
audite v̄ba hec. Ihesū nazarenū virū appro
batū a deo in vobis virtutibus et prodigijs et si-
gnis q̄ fecit deus p illū in medio vr̄i sic vos
scitis: hūc definito cōsilio et p̄sciētia dei tradi
tum p manus iniquorum. affigētes interemi
stis. Quem deus suscitauit solutis doloribus
inferni: iuxta quod impossibile erat teneri
illū ab eo. Dauid enim dicit in eū. Prouide
bam dominū in cōspectu meo semp: quoniā
a dextris est michi ne cōmouear. Propter
hoc letatum est cor meū et exultauit lingua

mea: insuper ⁊ caro mea requiescet ī spe. Quo-
niā non derelinques animā meā in inferno:
nec dabis sanctū tuū videre corrupcōnez.
Notas michi fecisti vias vite: replebis me
iocūditate cū facie tua. Viri fratres: liceat
audēter dicē ad vos de patriarcha dauid
qm̄ defunctus est. et sepultus ē: et sepulcrū
eius ē apud nos usqꝫ ī hodiernū diē. Pro-
pheta igit᷑ cum esset ⁊ sciret qꝛ iureiurando
iurasset illi deus de fructu lūbi eius sedere
sup̄ sedē eius: ꝓuidens locutus ē de resur-
rectione cristi: qꝛ neqꝫ derelictus ē in infer-
no. neqꝫ caro eius vidit corrupcōnē. Hunc
ihesū resuscitauit deus: cuius om̄es nos te-
stes sumus. Dextera igitur dei exaltatus. et
ꝓmissione spūs sancti accepta a patre: ef-
fudit hoc donū quod vos videtis ⁊ auditis.
Non enim dauid ascendit in celū. Dicit aūt
ipse. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis:
donec ponā inimicos tuos scabellū pedum
tuoꝝ. Certissime sciat ergo omnis domos
israhel: qꝛ et dn̄m eū ⁊ cristū fecit deus hunc
ihesū quē vos crucifixistis. His aūt audi-
tis compūcti sūt corde: et dixerūt ad petrū
et ad reliquos apostolos. Quid faciemus
viri fratres? Petrus aūt ad illos: penitētiā
inquit agite. et baptizetur vnusquisqꝫ vr̄m
in nomine ihesu xp̄i in remissionē peccatoꝝ
vr̄oꝝ: et accipietis donū spūs sancti. Vo-
bis enī ē repromissio ⁊ filijs vr̄is: et omni-
bus qui longe sūt quoscunqꝫ aduocauerit
dn̄s deus noster. Alijs etiā verbis plurimis
testificatus est: et exhortabatur eos dicens.
Saluamini a generacōne ista praua. Qui
ergo receperūt ſmonē eius baptizati sūt: et
apposite sūt ī die illa anime circiter tria mi-
lia. Erant aūt pseuerātes in doctrina apo-
stoloꝝ: et cōmunicacōne fractionis panis
et oracōnib⁹. Fiebat aūt omni anime timor.
Multa qꝫ ꝓdigia ⁊ signa per apostolos in
iherusalē fiebant: et metus erat magnus in
vniuersis. Omnes etiam qui credebant erāt
pariter: et habebant omnia cōmunia. Pos-
sessiones ⁊ substantias vendebāt: et diuide-
bant illa omnib⁹ ꝓut cuiqꝫ opus erat. Quo-
tidie quoqꝫ ꝑdurātes vnanimiter in tēplo
et frangentes circa domos panē. sumebāt
cibū cum exultacōne ⁊ simplicitate cordis:

collaudātes deū ⁊ habētes gratiā ad om̄ez
plebem. Dominus autez augebat qui salui
fierent quotidie inidipsū. III

Petrus autē et iohānes ascendebāt in
templū: ad horā oracōnis nonā. Et quidā
vir q̄ erat claudus ex vtero matris sue ba
iulabatur: quē ponebant quotidie ad por-
tam templi que dicitur speciosa: ut peteret
elemosinaz ab introeūtib⁹ in templū. Is cū
vidisset petrū ⁊ iohannē. incipiētes introi-
re ī templū: rogabat ut elemosinā acciperet.
Intuens autez eum petrus cū iohāne dixit.
Respice in nos. At ille intēdebat in eos: spe-
rans se aliquid accepturuz ab eis. Petrus
aūt dixit. Argentū et aurū non ē michi: qđ
aūt habeo hoc tibi do. In nomine ihesu xp̄i
nazareni surge ⁊ ambula. Et app̄hensa manū
eius dextera alleuauit eū: et ꝓtinus cōsoli-
dati sūt bases eius ⁊ plante. Et exiliēs ste-
tit et ambulabat: et intrauit cū illis ī tēplū:
ambulās ⁊ exiliens ⁊ laudās deū. Et vidit
om̄is ꝑplus eū ambulantē: ⁊ laudātez deū.
Cognoscebāt autē illū: qm̄ ipse erat q̄ ad
elemosinā sedebat ad speciosaz portā tēpli.
Et impleti sūt stupore ⁊ extasi: in eo qꝛ conti-
gerat illi. Cū teneret aūt petrū ⁊ iohānem:
cucurrit om̄is ꝑplus ad eos ad porticū que
appellat᷑ salomonis stupentes. Vidēs aūt
petrus: respōdit ad ꝑplm̄. Viri israhelite q̄d
miramini ī hoc. aut nos q̄d intuemini: qua-
si nostra virtute aut pietate fecerimus hūc
ambulare? Deus abrahaz et deus ysaac et
deus iacob. deus patrū nr̄oꝝ glorificauit fi-
liū suū ihesū: quē vos quidez tradidistis et
negastis ante faciē pilati iudicante illo di-
mitti. Vos aūt sanctū et iustū negastis: et
petistis virū homicidā donari vob᷑: aucto-
rem vero vite interfecistis. Quē deus suscita-
uit a mortuis: cuius nos testes sumus: et in
fide nominis eius hūc quē vos videtis et
nostis confirmauit nomē eius: et fides q̄ p
eū est dedit integram sanitatē istā in ꝯspe-
ctu omniū vestrū. Et nūc fratres scio qꝛ per
ignorantiā fecistis: sicut ⁊ principes vestri.
Deus aūt qui p̄nūciauit p os omniū ꝓphe-
tarū pati xp̄m suū: impleuit sic. Penitemi-
ni igit᷑ ⁊ conuertimini ut deleāt᷑ peccata vr̄a:
ut cū venerint tēpora refrigerij a cōspectu

dñi et miserit eũ qui p̄dicatus ē vobis ihm
cristũ: quē oportet quidē celũ recipe vsq͡z
in tēpora restitucōnis omniũ que locutus est
deus p os sanctoꝝ suoꝝ a seculo ꝓphetarũ.
Moyses quidē dixit. Quoniā ꝓphetā sus-
citabit vobis dñs deus vester de fratribus
vrīs: tanq̄ meipm audietis iuxta oīa que-
cũq͡z locutus fuerit vob. Erit autē: omīs aīa
que nō audierit ꝓphetā illũ exterminabit̄
de plebe. Et omēs ꝓphete a samuhel ⁊ dein-
ceps q̄ locuti sũt annũciauerũt dies istos.
Vos estis filij ꝓphetaꝝ ⁊ testamēti: quod
disposuit deus ad patres nostros dicēs ad
abrahā. Et in semine tuo bñdicentur oēs
familie terre. Vobis primũ deus suscitās
filium suũ misit eum benedicentē vobis: ut
ↄūtat se vnusquisq͡z a nequicia sua.

IIII

Loquentibꝰ autē illis ad ꝑplm̄. supue-
nerũt sacerdotes ⁊ magistratus tem-
pli et saducei. dolentes ꝙ docerent ꝑplm̄ et
annũciarēt ī ihm resurrectionē ex mortuis:
et iniecerũt in eos manus: et posuerunt eos
in custodia in crastinũ. Erat aũt iam vespa.
Multi aũt eoꝝ qui audierant verbũ credi-
derũt. et factus est numerus eoꝝ quinq͡z mi-
lia. Factũ est aũt in crastinũ ut ↄgregarē-
tur pñcipes eoꝝ ⁊ seniores ⁊ scribe in ihrlm:
et annas pñceps sacerdotũ. et cayphas. et
iohannes. et alexander. et quotquot erant
de genē sacerdotali. Et statuentes eos in
medio interrogabāt. In qua virtute aut in
quo nomine fecistis hoc vos? Tūc repletus
spū sancto petrus. dixit ad eos. Principes
populi ⁊ seniores: si nos hodie iudicamur ī
bñfacto hominis infirmi in quo iste saluus
factus est: notum sit omnibꝰ vobis et omni
plebi israhel quia in nomine dñi nostri ihesu
xp̄i nazareni quē vos crucifixistis quē deus
suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram
vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatꝰ
est a vobis edificātibus. qui factus est ī ca-
put anguli: et non est in alio aliquo salus.
Nec enim aliud nomē est sub celo datũ ho-
minibꝰ: ī quo oporteat nos saluos fieri. Vi-
dentes aũt petri ↄstantiā ⁊ iohannis: cōpto
ꝙ homines essent sine litteris ⁊ ydeote am-
mirabant̄: et cognoscebant eos qm̄ cũ ihu
fuerāt. Hominē quoq͡z videntes stantē cũ
eis qui curatus fuerat: nichil poterāt contra
dicē. Jusserũt aũt eos foras extra ↄciliũ se-
cedē: ⁊ cōferebant ad inuicē dicētes. Quid
faciemus hominibꝰ istis? Quoniā quidem
notũ signũ factũ est p eos omnibꝰ habitā-
tibꝰ ihrlm. Manifestum est: et nō possumus
negare. Sed ne amplius diuulgetur in po-
pulũ: cōminemur eis ne vltra loquantur in
noīe hoc vlli hominũ. Et vocantes eos: de-
nũciauerũt ne omnino loquerent̄ neq͡z do-
cerent in nomine ihesu. Petrus vero ⁊ iohā-
nes respondentes dixerūt ad eos. Si iustũ
est in ↄspectu dei vos potius audire q̄ deũ:
iudicate. Non enim possumus que vidimus
et audiuimus nō loqui. At illi cōminantes
dimiserũt eos nō inuenientes quō punirēt
eos ꝓpter ꝑplm: ꝙ omēs clarificabāt id qđ
factũ erat ī eo qđ acciderat. Annoꝝ enim
erat amplius q̄dragīta homo: in quo fa-
ctum fuerat signũ istud sanitatis. Dimissi
autē venerũt ad suos: et annũciauerũt eis
quanta ad eos pñcipes sacerdotũ et senio-
res dixissent. Qui cũ audissent: vnanimiter
leuauerũt vocem ad deũ et dixerũt. Dñe tu
qui fecisti celũ et terrā mare ⁊ omīa que in
eis sunt: q̄ spiritu sancto p os patris nostri
dauid pueri tui dixisti quare fremuerūt gē-
tes ⁊ populi meditati sunt inania. astiterũt
reges terre ⁊ pñcipes ↄuenerũt in vnũ ad-
uersus dñm et adūsus cristũ eius: cōuene-
rũt enī vere in ciuitate ista adūsus sanctũ
puerũ tuũ ihesũ quē vnxisti herodes ⁊ pōti-
us pylatus cũ gētibꝰ et populis israhel: fa-
cere que manus tua ⁊ consiliũ tuũ decreuerūt
fieri. Et nũc dñe respice ī minas eoꝝ: ⁊ da
seruis tuis cũ omni fiducia loqui verbũ tuũ
in eo ꝙ manũ tuā extendas ad sanitates et
signa et ꝓdigia fieri p nomē sancti filij tui
ihesu. Et cũ orassent motus est locus in quo
erant congregati: et repleti sũt omnes spū
sancto: ⁊ loquebant̄ verbum dei cũ fiducia.
Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnũ et
anima vna: nec quisq̄ eoꝝ que possidebat
aliquid suũ esse dicebat: sed erāt illis omīa
cōmunia. Et virtute magna reddebāt apli
testimoniũ resurrectionis ihu xp̄i dñi nrī:
et gratia magna erat in omnibꝰ illis. Neq͡z
enim quisq̄ egens erat inter illos. Quotq̄t

enim possessores agroꝝ aut domoꝝ erāt:
vendētes afferebant ꝑcia eoꝝ que vende-
bant: et ponebant ante pedes aplo͡ꝝ. Diui
debatur autē singulis ꝓut cuiq; opus erat.
Joseph aūt qui cognominatus ē barsabas
ab apostolis. qd̄ ē interꝑtatū filius ꝯsola-
tionis. leuites. cyprius genere cū haberet
agrū vendidit eū: et attulit preciū et posuit
ante pedes apostolorū.

Vir autē quidā nomine ananias cum
saphira vxore sua vendidit agrū: ⁊ frauda
uit de ꝑcio agri cōscia vxore sua: et afferēs
partē quandā ad pedes aplo͡ꝝ posuit. Di
xit aūt petrus ad ananiam. Anania cur tem
ptauit sathanas cor tuū mentiri te spiritui
sancto: et fraudare de ꝑcio agri? Nōne ma-
nens tibi manebat: et venūdatū in tua erat
potestate? Quare posuisti in corde tuo hāc
rem? Non es mentitus hominibꝰ ſꝫ deo. Au
diens autē ananias hec verba: cecidit ⁊ ex-
spirauit. Et factus est timor magnus sup
omnes qui audierūt. Surgētes autē iuue
nes amouerūt eū: et efferentes sepelierūt.
Factū est autē quasi horaꝝ triū spaciū: et
vxor ipsius nesciens qd̄ factū fuerat intro
iuit. Dixit autē ei petrus. Dic michi: si tanti
agrū vendidistis. At illa dixit. Etiam tanti.
Petrus autē ad eam. Quid vtiq; conuenit
vobis tēptare spiritū domini? Ecce pedes
eoꝝ qui sepelierūt virū tuū ad ostiū: et effe
rent te. Confestim cecidit ante pedes eius:
et exspirauit. Intrātes aūt iuuenes inuene
rūt illā mortuā: et extulerūt ⁊ sepelierūt ad
virū suū. Et factus ē timor magnus ī vni-
uersa ecclesia: et in omes qui audierūt hec.
Per manus aūt aplo͡ꝝ fiebant signa ⁊ ꝓ-
digia multa in plebe. Et erant vnanimiter
omnes in porticu salomonis. Ceteroꝝ aūt
nemo audebat ꝯiungē se illis: sed magni
ficabat eos ꝑplus. Magis autē augebat͛
credentiū in dn̄o multitudo viroꝝ ac mu-
lierū: ita ut in plateas eicerent infirmos et
ponerēt ī lectulis ac grabatis ut veniēte pe
tro saltem vmbra illius obūbraret quenq͛
illorum: et liberarentur ab infirmitatibus
suis. Concurrebat aūt ⁊ multitudo vicina-
rum ciuitatū iherusalem. afferentes egros
et vexatos a spiritibꝰ inmūdis: q̄ curabāt͛
omes. Exsurgens aūt princeps sacerdotū
et omes qui cū illo erāt que est heresis sadu
ceoꝝ repleti sūt zelo: et iniecerūt manus in
aplos: et posuerūt eos ī custodia publica.
Angelus aūt domini ꝑ noctē aperiens ia-
nuas carceris et educens eos dixit. Ite: et
stātes loquimini in tēplo plebi omia vba
vite huius. Qui cū audissent intrauerunt
diluculo in templū: et docebant. Adueniēs
autē principes sacerdotū et qui cū eo erant
conuocauerūt ꝯciliū. et omnes seniores fi-
lioꝝ israhel: et miserūt ad carcerē ut addu-
cerent͛. Cū autē venissent ministri et apto
carcere nō inuenissent illos: reūsi nūciauer͛t
dicentes. Carcerē quidē inuenimus clausū
cū omi diligentia: et custodes stantes ante
ianuas: aperientes autē neminē intus inue
nimus. Vt aūt audierūt hos ſmones ma-
gistratus tēpli ⁊ principes sacerdotū: am-
bigebant de illis quidnam fieret. Adueni-
ens aūt quidā nūciauit eis: q᷑ ecce viri q᷑s
posuistis in carcerē sūt in templo stantes et
docētes ꝑplm. Tunc abijt magistratus cū
ministris: et adduxit illos sine vi. Timebāt
enim ꝑplm ne lapidarentur. Et cū adduxis-
sent illos: statuerūt in ꝯcilio. Et interroga
uit eos princeps sacerdotū dicēs. Preci-
piendo precepimus vobis ne doceretis in
nomine isto: et ecce replestis iherusalē do
ctrina vestra: et vultis inducē sup nos san-
guinē hominis istius. Respondens aūt pe-
trus et apli dixerunt. Obedire oportet deo
magis q̄ hominibꝰ. Deus patrū nostroꝝ
suscitauit ihesū: quē vos interemistis suspē
dentes ī ligno. Hunc principē deus ⁊ salua
torem exaltauit dextera sua ad dandā pe-
nitentiam israhel et remissionē peccatoꝝ: et
nos sumus testes hoꝝ verboꝝ: et spiritus
sanctus quē dedit deus omibꝰ obediētibꝰ
sibi. Hec cū audissent dissecabant͛: et cogi
tabant interficē illos. Surgēs aūt quidā
in cōcilio phariseus nomine gamaliel le-
gis doctor honorabilis vniūse plebi: iussit
foras ad breue homines fieri. Dixitq; ad il
los. Viri israhelite attendite vobis sup ho
minibus istis: quid acturi sitis. Ante hos
enim dies extitit theodas dicens se esse ali-
quem: cui cōsensit numerus viroꝝ circiter

quadringentoꝝ: qui occisus est ⁊ omnes
qui credebant ei dissipati sūt: et redacti ad
nichilū. Post hūc extitit iudas galileus in
diebꝫ ꝓfessionis: et auertit ꝑplm post se. Et
oēs quotquot cōsenserūt ei dispsi sūt: et ipse
perijt. Et nunc itaqꝫ dico vobis: discedite ab
hominibꝫ istis. et sinite illos. Quoniā si ē ex
hominibꝫ ɔsiliū hoc aut opus . dissoluetur:
si vero ex deo est nō poteritis dissoluere: ne
forte et deo repugnare videamini. Cōsenserūt
aūt illi: et ɔuocantes apostolos cesis denūci
auerūt ne omnino loquerentur in nomine ihe
su: et dimiserūt eos. Et illi quidē ibāt gau
dentes a ɔspectu ɔcilij: qm̄ digni habiti sūt
ꝓ nomine ihesu ɔtumeliam pati. Omni aūt
die non cessabant in templo ⁊ circa domos
docētes: et euāgelizātes xp̄m ihesū. VI

In diebus aūt illis crescente numero disci=
puloꝝ factū est murmur grecoꝝ adūsus
hebreos: eo q̄ despicerentur in ministerio
quotidiano vidue eoꝝ. Cōuocantes autē
duodecim multitudinē discipuloꝝ dixerūt.
Non est equū nos derelinquere v̄bū dei: et
ministrare mensis. Considerate ergo frēs
viros ex vobis boni testimonij septē ple=
nos spū sancto ⁊ sapientia: quos cōstitua=
mus sup hoc opus. Nos vero oracōni ⁊ mi=
nisterio v̄bi instātes erimus. Et placuit s̄=
mo coram omni multitudine. Et elegerunt
stephanū virum plenū fide ⁊ spū sancto: et
philippū et procorū ⁊ nycanorē et thimonē
et parmenam et nicolaū aduenā anthioce
nū. Hos statuerūt ante conspectū aplōꝝ:
et orantes imposuerūt eis manus. Et verbū
dn̄i crescebat: et multiplicabatur numerus
discipuloꝝ in iherusalē valde. Multa etiā
turba sacerdotū obediebat fidei. Stepha
nus autē plenus gratia ⁊ fortitudine facie=
bat ꝓdigia ⁊ signa magna i ꝑplo. Surre
xerūt aūt quidam de synagoga que appel
labatur libertinoꝝ et cyrenensium ⁊ alexā
drinoꝝ . et eoꝝ qui erant a cilicia et asia di
sputantes cū stephano: et non poterant re=
sistē sapiētie ⁊ spiritui qui loquebatur: pro=
pter qd̄ redarguerentur ab eo cū omni fidu
cia. Tunc sūbmiserūt viros qui dicerēt se au
disse eū dicentē v̄ba blasphemie i moysen
et deū. Commouerūt itaqꝫ plebē ⁊ seniores
et scribas: et ɔcurrētes rapuerūt eū ⁊ addu
xerūt in cōciliū: et statuerūt falsos testes q̄
dicerent. Homo iste non cessat loqui v̄ba
adūsus locū sanctū et legem. Audiuimus
enim eū dicentē: qm̄ ihesus nazarenus hic
destruet locū istum: et mutabit tradicōnes
quas tradidit nobis moyses. Et intuentes
eū oēs q̄ sedebāt in ɔcilio: viderūt faciē eius
tanq̄ faciē angeli. Dixit aūt princeps sa=
cerdotū: si hec ita se haberēt. Qui ait. VII

Uiri frēs et patres audite. Deus glo=
rie apparuit patri nr̄o abrahe cū esset
in mesopotamia priusq̄ moraretur in carran:
et dixit ad illū. Exi de terra tua ⁊ de cognati
one tua: ⁊ veni i terrā quā mōstrauero tibi.
Tūc exijt de terra chaldeoꝝ: et habitauit
in charran. Et inde postq̄ mortuus ē pater
eius transtulit illū i terrā istam: in qua nūc
vos habitatis. Et non dedit illi heredita=
tē in ea nec passum pedis: ꝫ repromisit da=
re illi eam in possessionē ⁊ semini eius post
ipm̄: cū nō haberet filiū. Locutus ē aūt deus.
quia erit semen eius accola in terra aliena:
et seruituti eos subicient ⁊ male tractabunt
eos annis quadringentis: et gentē cui ser
uierint iudicabo ego dicit dominus. Et post
hec exibūt: et deseruiēt michi i loco isto. Et
dedit illi testamentū circūcisionis. et sic ge=
nuit ysaac ⁊ circūcidit eū die octauo: et ysa
ac iacob: ⁊ iacob duodecī patriarchas. Et pa
triarche emulātes ioseph vendiderūt i egi
ptū: et erat deus cū eo. Et eripuit eū ex omi=
bus tribulacōnibꝫ eius: et dedit ei gratiā
et sapientiā in ɔspectu pharaonis regis egi
ptioꝝ: et ɔstituit eum ꝑpositū sup egiptū et
sup omnē domū suam. Uenit aūt fames in
vniūsam egiptū ⁊ chanaan ⁊ tribulatio ma
gna: et nō inueniebāt cibos patres nostri.
Cū audisset aūt iacob esse frumentū i egi=
pto. misit patres nostros p̄mū: et in secū=
do cognitus ē ioseph a fratribꝫ suis: et ma=
nifestatū est pharaoni genus eius. Mittēs
autē ioseph accersiuit iacob patrem suū: et
omnē cognationē suam in animabꝫ septua
ginta quinqꝫ. Et descendit iacob i egiptū: et
defunctus est ipse ⁊ patres nostri. Et trāsla
ti sunt in sichem: et positi sūt in sepulcro qd̄
emit abraham precio argenti a filijs emor

filij sichem. Cū autē appropinqret tempus
promissionis quā ɔfessus erat deus abrahe
creuit populus ⁊ multiplicatus ē in egipto:
quoadusqȝ surrexit alius rex in egipto qui
nō sciebat ioseph. Hic circūueniēs genus
nr̄m afflixit patres nostros: ut exponerēt
infantes suos ne viuificarētur. Eodeȝ tp̄e
natus est moyses. et fuit gratus deo: qui nu
tritus est trib9 mensib9 in domo patris sui.
Exposito aūt illo sustulit eū filia pharaōis:
et nutriuit eū sibi ī filiū. Et eruditus ē moy-
ses omī sapientia egiptioꝝ: et erat potens
in v̄bis ⁊ in operib9 suis. Cū aūt impleret̄
ei quadraginta annoꝝ tēpus: ascendit in
cor eius ut visitaret fratres suos filios isra
hel. Et cū vidisset quendā iniuriā patientē
vindicauit illū: et fecit vltionē ei qui iniuriā
sustinebat pcusso egipcō. Existimabat au
tē intelligē fratres: qm̄ deus p manū ip̄ius
daret salutē illis. At illi nō intellexert̄. Se
quenti vero die apparuit illis litigantib9: et
reconciliabat eos in pace dicens. Viri: frēs
estis. Vt quid nocetis alterutrū? Qui aūt
iniuriā faciebat pximo: repulit eū dicens.
Quis te ɔstituit principem ⁊ iudicem super
nos? Nūquid interficere me tu vis. quēad
modū interfecisti heri egiptiū? Fugit autē
moyses in verbo isto: et factus est aduena
in terra madian: vbi generauit filios du-
os. Et expletis ānis quadragīta: apparuit
illi in deserto montis syna angelus ī igne flā
me rubri. Moyses aūt videns āmiratus ē
visū. Et accedēte illo ut cōsideraret: facta
est ad eū vox dn̄i dicēs. Ego sū deus patrū
tuoꝝ: deus abrahaȝ. deus ysaac. et deus ia-
Factū ē aūt cū appollo esset corinthi: ut paulus peragratis superioribꝫ partibꝫ veniret ephesū: et inueniret quosdam discipulos. Dixitq; ad eos. Si spiritū sanctū accepistis credētes? At illi dixerūt ad eū. Sed neq; si spūs sanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In iohānis baptismate. Dixit autē paulus. Iohannes baptizauit baptismo penitentie populū dicēs in eū qui venturus esſ post ipm ut crederēt: hoc est in ihesū. Hijs auditis: baptizati sūt in nomine domini ihu. Et cū imposuisset illis manus paulus: venit spiritus sanctus sup eos et loquebantur linguis: et ꝓphetabant. Erant autē omnes viri fere duodecī. Introgressus autē synagogā cum fiducia loquebatur per tres menses: disputās ⁊ suadēs de regno dei. Cū autē quidā indurarent᷑ et non crederent maledicentes viam domini coram multitudine: discedens ab eis segregauit discipulos: quotidie disputās in scola tyranni cuiusdam. Hoc autē factū est p biēniū: ita ut qui habitabāt in asia audirēt verbū domini iudei atq; gētiles. Virtutesq; nō quaslibet faciebat deus p manū pauli: ita ut etiā sup lāguidos deferrēt᷑ a corpore eius sudaria ⁊ semicintia et recedebant ab eis languores: et spūs nequā egrediebāt᷑. Temptauerūt aūt quidā et de circūeūtibꝫ iudeis exorcistis inuocare super eos q̄ habebant spūs malos nomē dn̄i ihu dicētes. Adiuro vos per ihm quē paulus p̄dicat. Erant aūt cuiusdā sceue iudei principis sacerdotū septē filij: qui hoc faciebāt. Respōdens aūt spiritus neq̄ dixit eis. Ihesū noui: et paulū scio. Vos aūt qui estis? Et insiliens hō in eos in quo erat demoniū pessimuꝫ et dn̄atus amborꝫ. inualuit contra eos: ita ut nudi ⁊ vulnerati effugerēt de domo illa. Hoc aūt notū factū est omnibꝫ iudeis atq; gētilibꝫ qui habitabāt ephesi: et cecidit timor sup omēs illos: et magnificabat᷑ nomen domini ihesu. Multiq; credentiū veniebant cōfitentes ⁊ annūciantes actus suos. Multi aūt ex eis qui fuerāt curiosa sectati contulerūt libros et combusserūt omēs coram omnibꝫ: et computatis precijs illorum inuenerūt pecuniā denariorꝫ quīquaginta miliū. Ita fortiter crescebat verbū dei ⁊ confirmabatur. Hijs aūt expletis ꝓposuit paulus in spiritu transita macedonia et achaia ire iherosolimā dicens: q̄m postq̄ fuero ibi: oportet me ⁊ romam videre. Mittens autē in macedoniam duos ex ministrantibꝫ sibi

thimotheũ ⁊ erastũ: ipse remansit ad tẽpus in asia. Facta est autẽ illo tempore turbatio non minima de via domini. Demetrius enim quidã nomine argentarius faciens edes argenteas dyane p̄stabat artificibꝫ nõ modicũ questũ: quos ꝯuocans ⁊ eos qui eiusmodi erant opifices dixit. Viri scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: et videtis et auditis quia nõ solum ephesi sed pene totius asie paulus hic suadens auertit multam turbam dicens: q̄m non sũt dij qui manibus fiũt. Non solũ autẽ hec periclitabitur nobis pars in redargucõnem venire: sed et magne dyane tẽplũ in nichilũ reputabit᷑: et destrui incipiet maiestas eius quam tota asia et orbis colit. Hijs auditis repleti sunt ira: et exclamauerũt dicentes. Magna dyana ephesioꝝ. Et impleta ẽ ciuitas ꝯfusione: et impetũ fecerũt vno animo ĩ theatrũ rapto gaio et aristarcho macedonibꝫ comitibus pauli. Paulo aũt volente intrare in populũ non ꝑmiserũt discipuli. Quidam autẽ et de asie principibꝫ qui erãt amici eius miserũt ad eũ: rogãtes ne se daret in theatrum. Alij autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia cõfusa: et plures nesciebãt qua ex causa conuenissent. De turba aũt detraxerũt alexandrum: ꝓpellentibꝫ eum iudeis. Alexander aũt manu silentio postulato: volebat rationem reddẽ ꝓplo. Quẽ ut ꝯgnouerũt iudeũ esse: vox facta est vna omniũ quasi ꝑ horas duas clamantiũ. Magna dyana ephesioꝝ. Et cũ sedasset scriba turbas dixit. Viri ephesij: quis enĩ est hominũ q̄ nesciat ephesioꝝ ciuitatẽ cultricẽ esse magne dyane iouisq̄ꝫ prolis? Cũ ergo hijs contradici non possit oportet vos sedatos esse: et nichil temere agere. Adduxistis enĩ homĩes istos: neqꝫ sacrilegos neqꝫ blasphemãtes deã vestraꝫ. Quod si demetrius ⁊ qui cũ eo sũt artifices habent aduersus aliquẽ causam: cõuentus forenses agũtur et ꝓconsules sũt: accusent inuicẽ. Si quid aũt alterius rei queritis: in legitima eccl̄ia poterit absolui. Nã ⁊ periclitamur argui sedicõnis hodierne: cũ nullus obnoxius sit de quo possimꝰ reddẽ racõem ꝯcursus istius. Et cũ hec dixisset dimisit eccl̄iaꝫ.

XX

Postq̄ aũt cessauit tumultus: vocatis paulus discipulis et exhortatus eos valedixit: et profectus est ut iret in macedoniã. Cũ autem ꝑambulasset partes illas et exhortatus eos fuisset multo s̄mone venit ad greciam: ubi cũ fecisset menses tres facte sũt illi insidie a iudeis nauigaturo in siriam: habuitqꝫ cõsiliũ ut reuerteretur per macedoniã. Comitatus est aũt eũ sosipater pirri beroensis: thessalonicẽsiũ vero aristarchus et secundus ⁊ gaius derbeus ⁊ thimotheus: asiani vero tichicus ⁊ trophimus. Hij cũ p̄cessissent sustinuerũt nos troade: nos vero nauigauimus post dies azimoꝝ a philippis et venimus ad eos troadẽ in diebus quinqꝫ: ubi demorati sumus diebꝫ septem. Vna aũt sabbati cũ venissemus ad frangẽdũ panẽ paulus disputabat cũ eis ꝓfecturus in crastinũ: protraxitqꝫ sermonẽ usqꝫ in mediam noctem. Erãt aũt lampades copiose in cenaculo: ubi eramus ꝯgregati. Sedens aũt quidã adolescens nomine euthicus sup fenestrã: cũ mergeret᷑ somno graui disputãte diu paulo ductus somno cecidit de tercio cenaculo deorsũ: et s̄blatus ẽ mortuus. Ad quẽ cum descendisset paulus incubuit sup eũ: et ꝯplexus dixit. Nolite turbari. Anima enim ipsius in ipo est. Ascendẽs aũt frangensqꝫ panẽ ⁊ gustãs. satisqꝫ allocutus est usqꝫ in lucẽ: et sic ꝓfectus ẽ. Adduxerũt aũt puerũ viuentẽ: et ꝯsolati sũt nõ minime. Nos aũt ascẽdẽtes nauigauimus in asson: inde suscepturi paulũ. Sic enĩ disposuerat: ipe ꝑ terrã iter facturus. Cũ aũt ꝯuenissemꝰ in asson: assumpto eo venimus mitilenē. Et inde nauigãtes sequẽti die venimus contra chium: et alia die applicuimus samũ: et seq̄nti die venimus miletũ. Proposuerat enĩ paulus transnauigare ephesuꝫ: ne qua mora illi fieret in asia. Festinabat enĩ si possibile sibi esset: ut diem penthecosten faceret iherosolimis. A mileto autẽ mittẽs ephesum vocauit maiores natu eccl̄ie: qui cũ venissent ad eũ et simul essent: dixit eis. Vos scitis a p̄ma die qua ingressus sũ in asiam qualiter vobiscuꝫ ꝑ om̄e tempus fuerim seruiẽs dn̄o cũ omni humilitate ⁊ lacrimis ⁊ temptacõnibꝫ que michi acciderũt ex insidijs iudeoꝝ: quomõ

nichil subtraxerim vobis utiliū· quo minus annūciarem vobis et docerem vos publice et per domos: testificans iudeis atq3 gentilibus in deum penitentiā et fidem in dn̄m nr̄m ihesū cristū. Et nūc ecce alligatus ego spiritu· vado in iherusalē3 que in ea ventura sint michi ignorans: nisi q spiritus sanctus per om̄es ciuitates michi protestatur dicens: qm̄ vincula ⁊ tribulacōnes iherosolimis me manent. Sed nichil hor3 vereor: nec facio animā meā preciosiorem q̄ me: dummodo consūmem cursū meum et ministeriu3 verbi quod accepi a dn̄o ihu testificari euāgeliū gratie dei. Et nūc ecce ego scio q amplius non videbitis faciē meā: vos om̄es p quos transiui predicans regnū dei. Qua propter contestor vos hodierna die: q mūdus sū a sāguine omniū. Non enim subterfugi quo minus annūciarē omne ↄsiliū dei vobis. Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi: in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regē ecclesiā dei: quā acquisiuit sanguie suo. Ego scio qm̄ intrabūt post discessionē meā lupi rapaces in vos: nō parcentes gregi. Et ex vobis ipis exsurgēt viri loquētes puersa: ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate memoria retinentes: qm̄ per trienniū nocte ⁊ die non cessaui cū lacrimis monēs vnūquenq3 vr̄m. Et nunc commendo vos deo ⁊ verbo gratie ipsius: qui potens est edificare ⁊ dare hereditatē in sanctificatis om̄ib3. Argentū et aurū aut vestē nullius concupiui sicut ipsi scitis: qm̄ ad ea q̄ michi opus erant ⁊ hys qui mecū sunt ministrauerunt manus iste. Om̄ia ostendi vobis: qm̄ sic laborātes oportet suscipere infirmos· ac meminisse verbi domini ihesu: qm̄ ipse dixit. Beatius est magis dare q̄ accipere. Et cū hec dixiss3: positis genibus suis orauit cum om̄ibus illis. Magnus autē fletus factus est omniū: et procumbentes sup collū pauli osculabantur eū: dolentes maxime in verbo quod dixerat qm̄ amplius faciem eius nō essent visuri. Et deducebant eū ad nauem.

XXI

Cum autē factū esset ut nauigaremus abstracti ab eis: recto cursu venimus choum· et sequēti die rodum: et inde pateram. Et cū inuenissemus nauē trāsfretantē3 in phenicem: ascendētes nauigauimus. Cum apparuissemus autē cypro relinquētes eā ad sinistram nauigauimus in syriam: et venimus tyrum. Ibi enī nauis expositura erat onus. Inuētis aūt discipulis mansimus ibi diebus septē. Qui paulo dicebant p spiritū: ne ascenderet iherosolimā. Et expletis diebus profecti ibamus· deducentibus nos om̄ib3 cū uxorib3 et filijs usq3 foras ciuitate3: et positis genibus in litore orauimus. Et cū valefecissemus inuicē ascēdimus nauē: illi autē redierunt in sua. Nos vero nauigacōe explicita a tyro descendimus ptolomaidā: et salutatis fratrib3 mānsimus die vnā apud illos. Alia aūt die pfecti venimus cesareā. Et intrātes ī domū phi lippi euangeliste qui erat vnus de septem: mansimus apud eū. Huic aūt erant quatuor filie virgines pphetantes. Et cū moraremur per dies aliquot: superuenit quidam vir a iudea ppheta nomine agabus. Is cū venisset ad nos tulit zona3 pauli: et alligans sibi pedes ⁊ manus dixit. Hec dicit spiritus sanctus. Virū cuius est zona hec sic alligabūt in iherusalē iudei: et tradent in manus gentium. Quod cum audissemus rogabamus nos· et q̄ loci illius erant: ne ascenderet iherosolima3. Tunc respondit paulus et dixit. Quid facitis flentes ⁊ affligētes cor meum? Ego autem nō solum alligari: sed ⁊ mori in iherusalē paratus sum pp̄ter nomen domini ihesu. Et cū ei suadere nō possemus: quieuimus dicentes. Domini voluntas fiat. Post dies aūt istos p̄parati ascendebamus in iherusalem. Venerūt aūt quida3 ex discipulis a cesarea nobiscum: adducentes secū apud quem hospitaremur iasonē quendā cypriu3 antiquū discipulū. Et cū venissemus iherosolimam: libenter exceperūt nos fratres. Sequenti autem die introibat paulus nobiscū ad iacobum: omnesq3 collecti sūt seniores. Quos cū salutass3: narrabat p singula que deus feciss3 in gentib3 per ministeriu3 illius. At illi cū audissent magnificabāt deū: dixerūtq3 ei. Vides frater quot milia sūt in iudeis qui crediderūt: et omnes emulatores sunt legis. Audierūt aūt de te: quia discessionem doceas a moyse eor3 qui per gentes

sūt iudeoꝝ· dicēs nō debere eos circūcidere
filios suos: neqꝫ scdm̄ ɔsuetudinē ingredi.
Quid ergo est? Utiqꝫ oportet conuenire multi
tudinē. Audient enī te supuenisse. Hoc er=
go fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri
quatuor votum habētes sup se. Hijs assum=
ptis sanctifica te cum illis: et impende in illis
ut radant capita: et scient omnes· quia que
de te audierūt falsa sūt· sed ambulās et ipe
custodiens legem. De hijs autē qui credi=
derūt ex gentibꝫ nos scripsimus iudicātes:
ut abstineāt se ab ydolis immolato et san=
guine et suffocato et fornicacōne. Tūc pau=
lus assumptis viris postera die purificatus
cū illis intrauit in templū: annūciās exple=
tionem dierū purificacōis donec offerretur
pro vnoquoqꝫ eoꝝ oblatio. Cū autē septē
dies cōsūmarent: hij qui de asia erāt iudei
cū vidissent eū in templo cōcitauerūt oēm
pplm: et iniecerūt ei manus clamātes. Viri
israhelite adiuuate. Hic ē homo q̄ aduersus
populū et legem et locū hūc omēs ubiqꝫ do=
cens: insuper et gentiles induxit in templū:
et violauit sanctū locū istū. Viderant enī
trophimū ephesiū in ciuitate cū ipo: quem
estimauert qm̄ in templū introduxisset pau=
lus. Commotaqꝫ est ciuitas tota: et facta ē
concursio populi. Et apphendētes paulum
trahebant eū extra templū: et statim clause
sunt ianue. Querētibꝫ aūt eū occidē: nūcia=
tum est tribuno cohortis· qꝫ tota confundi=
tur iherusalē. Qui statim assumptis militibꝫ
et centurionibꝫ decucurrit ad illos. Qui cū
vidissent tribunū et milites: cessauerūt per=
cutere paulū. Tunc accedēs tribunus app
hendit eū et iussit eū alligari cathenis dua=
bus: et interrogabat quis esset: et quid fe=
cisset. Alij aūt aliud clamabant in turba. Et
cū non posset certū cognoscere pre tumultu:
iussit duci eū in castra. Et cū venisset ad gra=
dus: contigit ut portaretur a militibꝫ pp̄ter
vim populi. Sequebatur enī multitudo po=
puli clamās: tolle eū. Et cum cepisset induci
in castra paulus: dicit tribuno. Si licet mi=
chi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei. Grece
nosti? None tu es egiptius qui ante hos
dies tumultū cōcitasti: et eduxisti in desertū
quatuor milia viroꝝ sicarioꝝ? Et dixit ad
eū paulus. Ego hō sū quidē iudeus a tharso
cilicie: nō ignote ciuitatis municeps. Rogo
autē te: permitte michi loqui ad populū. Et
cum ille pmisisset: paulus stans in gradibus
annuit manu ad plebem: et magno silentio
facto allocutus ē lingua hebrea dicēs.

XXII

Viri frēs et pres: audite quā
ad vos nūc reddo racōez. Cū audissent aūt
qꝫ hebrea lingua loquerētur ad illos: magis
prestiterūt silentiū. Et dixit. Ego sū vir iude
us natus tharso cilicie: nutritus autē in ista
ciuitate secus pedes gamaliel· eruditus iu=
xta veritatē paterne legis: emulator legis
sicut et vos omēs estis hodie: qui hanc vi=
am psecutus sū usqꝫ ad mortem· alligans et
tradens in custodias viros ac mulieres· sic
princeps sacerdotū michi testimoniū red=
dit et omnes maiores natu: a quibꝫ et eplās
accipiens ad fratres damascū pgebam ut
adducerem inde vinctos in iherusalem ut
punirētur. Factum est autē eunte me et ap=
propinquāte damasco media die subito de
celo circūfulsit me lux copiosa: et decidens
in terrā audiui vocem dicentē michi. Sau=
le saule: quid me psequeris? Ego autē re=
spondi. Quis es dñe? Dixitqꝫ ad me. Ego sū
ihesus nazarenus: quē tu psequeris. Et qui
mecū erant lumē quidē viderūt: vocem au=
tem nō audierūt eius qui loquebatur mecū.
Et dixi. Quid faciā dñe? Dñs autem dixit
ad me. Surgēs vade damascum: et ibi tibi
dicetur de omnibꝫ que te oporteat facē. Et
cū nō viderē pre claritate luminis illius: ad
manū deductus a comitibꝫ· veni damascū.
Ananias autē quidam vir scdm̄ legē testi=
moniū habens ab omnibꝫ cohabitantibus
iudeis: veniens ad me et stans dixit michi.
Saule frater respice. Et ego eadē hora re
spexi in eum. At ille dixit. Deus patrū nroꝝ
preordinauit te ut cognosceres voluntatē
eius: ut videres iustū et audires vocem ex
ore eius: quia eris testis illius ad omēs ho=
mines eorum que vidisti et audisti. Et nunc
quid moraris? Exurge et baptizare: et ab=
lue peccata tua inuocato nomine ipsius. Fa=
ctum est autē reuertenti michi in iherusalē
et oranti in templo: fieri me in stupore men=
tis: et videre illum dicentē michi· Festina et

exi velociter ex iherusalem: q̄m nō recipient
testimoniū tuū de me. Et ego dixi. Dn̄e: ipſi
ſciunt quia ego eram ꝯcludens in carcerē:
et cedens ꝑ ſynagogas eos qui credebāt
in te. Et cū funderetur ſanguis ſtephani te
ſtis tui ego ſtabam et conſentiebā: et custo
diebam veſtimenta interficientiū illū. Et di=
xit ad me. Vade: q̄m ego in nacōes longe
mittā te. Audiebant autē eum uſqꝫ ad hoc
verbū: et leuauerūt vocē ſuaꝫ dicētes. Tol=
le de terra huiuſmodi. Nō enim ꝑhas eſt
eū viuere. Vociferātibꝫ aūt eis et proiciē=
tibus veſtimēta ſua et puluerē iactantibꝫ
in aerem: iuſſit tribunus induci eū in caſtra
et flagellis cedi et torqueri eū: ut ſciret pro=
pter quā cauſam ſic acclamarent ei. Et cum
aſtrinxiſſet eū loris: dixit aſtanti ſibi centu
rioni paulus. Si hominē romanū et indem
natum licet vobis flagellare? Quo audito
centurio acceſſit ad tribunū: et nūciauit ei
dicens. Quid acturus es? Hic enim homo
ciuis romanus eſt. Accedēs aūt tribunus
dixit illi. Dic michi ſi tu romanus es. At ille
dixit. Etiam. Et respondit tribunus. Ego
multa ſūma ciuilitatē hāc conſecutus ſū. Et
paulus ait. Ego aūt et natus ſū. Protinus
ergo diſceſſerūt ab illo qui eū torturi erant.
Tribunus quoqꝫ timuit poſtq̄ reſciuit q̄ ci
uis romanus eſſet: et quia alligaſſꝫ eū. Po=
ſtera aūt die volens ſcire diligentius qua
ex cauſa accuſaretur a iudeis ſoluit eum: et
iuſſit ſacerdotes ꝯuenire ⁊ omē ꝯciliū: et ꝓ=
ducēs paulū ſtatuit inter illos.

XXIII

Intendēs aūt in cōciliū paulus ait. Viri
fratres: ego omni conſciencia bona ꝯuerſa=
tus ſū ante deū uſqꝫ in hodiernū diē. Prin=
ceps autē ſacerdotū ananias ꝑcepit aſtā=
tibus ſibi ꝑcutere os eius. Tūc paulus di=
xit ad eū. Percutiet te deus pariēs dealba=
te. Et tu ſedens iudicas me ſcd̄m legem: et
contra legē iubes me ꝑcuti? Et qui aſtabāt
dixerūt. Sūmum ſacerdotē dei maledicis?
Dixit aūt paulus. Neſciebā fratres: quia
princeps eſt ſacerdotū. Scriptū eſt enim.
Principem ꝑpli tui nō maledices. Sciens
autē paulus quia vna pars eſſꝫ ſaduceoꝝ
et altera phariſeoꝝ: exclamauit in cōcilio.
Viri frēs: ego phariſeus ſū: filius phariſe=
orū. De ſpe ⁊ de reſurrectōe mortuoꝝ ego iu
dicor. Et cum hec dixiſſꝫ. facta eſt diſſenſio
inter phariſeos ⁊ ſaduceos: et ſoluta ē mul=
titudo. Saducei aūt dicūt non eſſe reſurre=
ctionē mortuoꝝ. neqꝫ angelū neqꝫ ſpiritū:
phariſei autē utraqꝫ confitētur. Factus eſt
aūt clamor magnus: et exſurgētes quidā
phariſeoꝝ: pugnabant dicentes. Nichil
mali inuenimus in homine iſto. Quid ſi ſpi=
ritus locutus eſt ei aut angelus? Et cū ma=
gna diſſenſio facta eſſet: timens tribunus
ne diſcerperetur paulus ab ipis. iuſſit mili=
tes deſcēdere ⁊ rapere eū de medio eoꝝ: ac
deducere eū in caſtra. Sequenti autē nocte
aſſiſtens ei dn̄s ait. Conſtans eſto. Sicut
enim teſtificatus es de me in iheruſalē: ſic te
oportet ⁊ rome teſtificari. Facta aūt die col
legerūt ſe quidā ex iudeis: et deuouerūt ſe
dicētes neqꝫ mād̄ucaturos neqꝫ bibituros:
donec occiderent paulū. Erant aūt plus q̄
quadraginta viri qui hanc coniuracōnem
fecerāt: qui acceſſerūt ad ꝑncipes ſacerdo=
tum et ſeniores: et dixerūt. Deuocōne deuo=
uimus nos nichil guſtaturos: donec occida
mus paulum. Nūc ergo vos notū facite tri
buno cū conſilio: ut ꝓducat illū ad vos tan
q̄ aliquid certius cogn̄ituri de eo. Nos vero
priuſq̄ appropiet parati ſumus interficere
illū. Quod cū audiſſet filius ſororis pauli
inſidias: venit et intrauit in caſtra: nūciauit=
qꝫ paulo. Vocans autē paulus ad ſe vnū
ex centurionibꝫ ait. Adoleſcentē hunc ad=
duc ad tribunū. Habet enim aliquid indi=
care illi. Et ille quidē aſſumens eum: duxit
ad tribunū ⁊ ait. Vinctus paulus rogauit
me hunc adoleſcentē ꝑducē ad te: habentē
aliquid loqui tibi. Apprehendens aūt tribu=
nus manū illius ſeceſſit cū eo ſeorſū: et inter
rogauit illū. Quid eſt quod habes indicaē
michi? Ille aūt dixit. Iudeis ꝯuenit rogare
te ut craſtina die ꝑducas paulū i ꝯciliū. q̄ſi
aliq̄d certius inquiſituri ſint de illo: tu vero
ne credideris illis. Inſidiātur enī ei ex eis
viri amplius q̄ quadraginta: q̄ ſe deuoue=
rūt nō manducare neqꝫ bibere donec inter=
ficiant eū: et nūc parati ſūt exſpectātes pro=
miſſum tuū. Tribunus igitur dimiſit adole
ſcentē: precipiens ne cui loqueretur: q̄m hec

notā sibi fecisti. Et vocatis duobꝫ centurio-nibus dixit illis. Parate milites ducentos ut eant usqꝫ cesareā: et equites septuaginta et lancearios ducētos a tercia hora noctis: et iumēta pparate. Ut imponentes paulū: saluum pducerent ad felicem presidem. Timuit enim ne forte raperent eū iudei ⁊ occiderent. et ipse postea calūniam sustineret: scribens ei epistolā cōtinentem hec. Claudius lisias: optimo presidi felici salutē. Virum hūc cōprehensum a iudeis ⁊ incipientē interfici ab eis. superueniēs cum exercitu eripui cognito qꝛ romanus est: volensqꝫ scire causam quā obiciebant illi deduxi eū in conciliū eoꝝ. Quē inueni accusari de questionibus legis ipsoꝝ: nichil vero dignū morte aut vinculis habentē crimē. Et cum michi perlatū esset de insidijs quas parauerāt illi misi eū ad te: denuncians et accusatoribꝫ ut dicant apud te. Uale. Milites vero scd̄m pceptū sibi assumētes paulum duxerunt p noctem in antipatridem: et postera die dimissis equitibꝫ ut cum eo irent: reuersi sunt ad castra. Qui cū venissent cesaream ⁊ tradidissent epistolā presidi: statuerūt ante illū et paulū. Cū legisset autē et interrogasset de qua puincia esset: et cognoscens qꝛ de cilicia: audiā te inquit cū accusatores tui venerint. Iussitqꝫ in pretorio herodis custodiri eū.

XXIIII

Post quīqꝫ aūt dies descendit pnceps sacerdotū ananias cū senioribꝫ quibusdā et tertullo quodam oratore: qui adierūt presidē adūsus paulū. Et citato paulo: cepit accusare tertullus dicens. Cum in multa pace agamus per te et multa corrigantur per tuā puidentiā: semp et ubiqꝫ suscipimus optime felix cum omni gratiarū actione. Ne diucius autē te ptraham: oro breuiter ut audias nos pro tua clementia. Inuenimus hūc hominē pestiferum et concitantē seditionē omnibꝫ iudeis in uniuerso orbe. et actorē sedicōnis secte nazarenoꝝ: qui etiā templū violare conatus est: quē et apprehensum volumus scd̄m legem nostrā iudicare. Superueniens autē tribunus lysias cū vi magna eripuit eū de manibꝫ nostris iubēs accusatores eius ad te venire: a quo poteris ipse iudicās de omnibꝫ istis cognoscere: de quibus nos accusamus eum. Adiecerūt autē et iudei: dicentes hec ita se habere. Respondit aūt paulus: annuente sibi preside dicere. Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens: bono animo pro me satisfaciam. Potes eñi cognoscere quia nō plus sunt michi dies qꝫ duodecim ex quo ascendi adorare in ihrlm: et neqꝫ in templo inuenerūt me cū aliquo disputantē aut concursū facientē turbe. neqꝫ in synagogis neqꝫ in ciuitate: neqꝫ probare possunt tibi de quibꝫ nunc me accusant. Confiteor aūt hoc tibi qꝫ scd̄m sectam quā dicūt heresim sic deseruio patri ⁊ deo meo: credens omnibus que in lege et pphetis scripta sunt: spem habens in deū quā ⁊ hij ipsi exspectāt. resurrectōem futurā iustoꝝ et iniquoꝝ. In hoc ⁊ ipse studio sine offendiculo ɔscientiā habere ad deū: et ad homines semper. Post annos autem plures elemosinas facturus in gentē meam veni. et oblacōnes et vota: in quibus inuenerūt me purificatū in templo: non cū turba neqꝫ cū tumultu. Et apprehenderūt me: clamantes ⁊ dicentes. Tolle inimicū nostrū. Quidā aūt ex asia iudei quos oportebat apud te presto esse et accusare si quid haberent aduersū me: aut hij ipi dicāt si quid inuenerūt in me iniquitatis cū stem in concilio: nisi de vna hac solūmodo voce qua clamaui inter eos stans: qm̄ de resurrectōne mortuoꝝ ego iudicor hodie a vobis. Distulit autē illos felix: certissime sciens de via hac dicens. Cū tribunus lysias descenderit audiā vos. Iussitqꝫ centurioni custodire eū et habere requiē: nec quenqꝫ de suis probibere ministrare ei. Post aliquot autē dies veniens felix cū drusilla vxore sua que erat iudea vocauit paulū: et audiuit ab eo fidem que est in xp̄m ihesū. Disputante aūt illo de iusticia ⁊ castitate ⁊ de iudicio futuro: tremefactus felix respondit. Quod nūc attinet vade: tempore aūt oportuno accersiam te: simul et sperans qꝫ pecunia ei daretur a paulo: propter quod et frequenter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autē expleto: accepit successorē felix porcium festum. Uolens autem gratiam prestare iudeis felix: reliquit paulū vinctū.

XXV

Festus ergo cū venisset in prouinciā: post triduū ascendit ierosolimam a cesarea. Adieruntq; eū pncipes sacerdotū et primi iudeoꝝ aduersus paulū: et rogabāt eū postulātes gratiam aduersus eū ut iuberet pduci eum in ihrlm: insidias tendentes ut interficerent eū in via. Festus aūt respondit seruari quidem paulū in cesarea: se aūt maturius pfecturū. Qui ergo in vobis ait potentes sunt descendentes simul: si qđ est in viro crimen accusent eū. Demoratus aūt inter eos dies non amplius q̄ octo aut decem descēdit cesareā: et altera die sedit pro tribunali: et iussit paulū adduci. Qui cū pductus esset circūsteterūt eū qui ab ierosolima descenderāt iudei multas et graues causas obicientes quas nō poterant probare: paulo racōem reddente: qm̄ neq; in legem iudeoꝝ. neq; in templū. neq; i cesarē quicq̄ peccaui. Festus aūt volens gratiā pstare iudeis: respōdēs paulo dixit. Vis ierosolimā ascendere: et ibi de hijs iudicari apud me? Dixit aūt paulus. Ad tribunal cesaris sto: ibi me oportet iudicari. Judeis non nocui: sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignū morte aliquid feci: non recuso mori. Si vero nichil est eoꝝ q̄ hij accusant me: nemo potest me illis donare. Cesarē appello. Tunc festus cū ɔsilio locutus respondit. Cesarē appellasti: ad cesarē ibis. Et cum dies aliquot transacti essent: agrippa rex et bernice descenderunt cesareā ad salutandū festū. Et cū dies plures ibi morarētur: festus regi indicauit de paulo dicens. Vir quidā est derelictus a felice vinctus: de quo cū essem ierosolimis adierūt me pncipes sacerdotum et seniores iudeoꝝ: postulantes aduersus illū damnacōem. Ad quos respondi: quia nō est romanis consuetudo donare aliquem hominē priusq̄ is q̄ accusatur presentes habeat accusatores: locūq; defendēdi accipiat ad abluenda crimina q̄ ei obiciuntur. Cum ergo huc ɔuenissent: sine ulla dilacōne in sequenti die sedens p tribunali iussi adduci virū. De quo cū stetissent accusatores nullā causam deferebant de quibus ego suspicabar malū: questōnes vero quasdam de sua supsticōe habebant aduersus eum: et de quodā ihū defuncto quē affirmabat paulus viuere. Hesitans autē ego de huiusmodi questione: dicebam si vellet ire ierosolimam: et ibi iudicari de istis. Paulo autē appellāte ut seruaretur ad augusti cognicōnem: iussi seruari eū donec mittā eum ad cesarē. Agrippa aūt dixit ad festū. Volebam et ipse hominem audire. Cras inquit audies eū. Altera aūt die cū venisset agrippa et bernice cū multa ambitione et introissent in auditoriū cū tribunis et viris pncipalibꝰ ciuitatis: iubente festo adductus ē paulus. Et dixit festus. Agrippa rex et omēs q̄ simul adestis nobiscū viri: videtis hūc hominem de quo omnis multitudo iudeoꝝ interpellauit me in ierosolimis petentes et acclamantes: non oportere eum viuere amplius. Ego vero comperi nichil dignū morte eū admisisse. Ipso autē hoc appellante: ad augustū iudicaui mittere. De quo quid certū scribā dn̄o non habeo: pter quod perduxi eū ad vos et maxime ad te rex agrippa: ut interrogacōe facta habeam quid scribam. Sine racōne enī michi videtur mittere vinctū: et causas eius non significare.

XXVI

Agrippa vero ad paulū ait. Permittit tibi loqui pro temetipso. Tūc paulus extenta manu cepit rationem reddere. De omnibꝰ quibꝰ accusor a iudeis rex agrippa estimo me beatū apud te cū sim defensurus me hodie: maxime te sciente omnia q̄ apud iudeos sūt ɔsuetudines et questiones: propter quod obsecro patiēter me audias. Et quidē vitam meā a iuuētute que ab inicio fuit in gente mea in ierosolimis nouerunt omnes iudei: pscientes me ab inicio si velint testimoniū phibere qm̄ scdm̄ certissimā sectam nostre religionis vixi phariseus. Et nūc i spe que ad patres nostros repromissionis facta est a deo: sto iudicio subiectus: in qua duodecim tribus nostre nocte et die deseruientes sperant deuenire. De qua spe accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudicatur apud vos si deus mortuos suscitat? Et ego quidē estimaueram me aduersus nomē ihesu nazareni debere multa ɔtraria agere: quod et feci ierosolimis. Et multos sanctorum ego in carceribꝰ inclusi a principibus

sacerdotū potestate accepta: et cū occiderē-
tur detuli sententiā. Et p omes synagogas
frequēter puniens eos. cōpellebā blasphe
mare: et amplius insaniēs ī eos. psequebar
usq̧ in exteras civitates. In quib⁹ dū irem
damascū. cū potestate ⁊ pmissu principum
sacerdotū: die media in via vidi rex de celo
supra splendorē solis circūfulsisse me lumē
et eos qui mecū simul erant: omesq̧ nos cū
decidissemus in terrā audiui vocē loquētē
michi hebraica lingua. Saule saule quid
me persequeris? Durum est tibi contra sti-
mulū calcitrare. Ego autem dixi. Quis es
domine? Dominus aūt dixit. Ego sū ihesus:
quē tu psequeris. Sed exurge: et sta supra
pedes tuos. Ad hoc enī apparui tibi. ut cō-
stituā te ministrū et testem eoꝝ q̄ vidisti et
eoꝝ quib⁹ apparebo tibi: eripiēs te de pplis
et gentib⁹ in quas nūc ⁊ ego mitto te. apire
oculos eoꝝ ut ꝯuertātur a tenebris ad lu-
cem. et de potestate sathane ad deū: ut acci-
piant remissionē peccatoꝝ: et sortem inter
sanctos p fidē q̄ est in me. Unde rex agrip
pa non fui incredulus celesti visioni: s̄ hijs
qui sunt damasci primū ⁊ iherosolimis et in
omnē regionē iudee. et gentib⁹ annūciabā.
ut penitētiā agerent. et ꝯuerterētur ad deū:
digna penitētie opera faciētes. Hac ex cau-
sa me iudei cū essem in templo ꝯprehensum
tēptabāt interficere. Auxilio autē adiutus
dei usq̧ in hodiernū diē sto testificās mino
ri atq̧ maiori: nichil extra dicēs q̄ que pro
phete locuti sūt futura esse ⁊ moyses: si passi
bilis cristus. si primus ex resurrectōe mor-
tuoꝝ lumē annūciaturus est populo ⁊ gen
tibus. Hec loquēte eo ⁊ racōem reddente:
festus magna voce dixit. Insanis paule.
Multe te littere ad insaniā ꝯuertūt. Et pau-
lus nō insanio inquit optīe feste: s̄ veritatis
et sobrietatis verba loquor. Scit enī de hijs
rex: ad quē ꝯstanter loquor. Latere enim
eum nichil hoꝝ arbitror. Neq̧ enim in an-
gulo quicq̄ horum gestum est. Credis rex
agrippa pphetis? Scio q̄ credis. Agrippa
autē ad paulū. In modico suades me cri-
stianū fieri. Et paulus. Opto apud deū et
in modico et in magno: non tantū te. s̄ etiā
omes qui audiunt hodie fieri tales qualis
et ego sū: exceptis vinculis hijs. Et exsurre
xit rex ⁊ p̄ses ⁊ bernice et qui assidebant eis.
Et cū secessissent. loquebant̄ ad inuicē dicē
tes: q̄ nichil morte aut vinculoꝝ dignū q̄d
fecit homo iste. Agrippa autē festo dixit. Di-
mitti poterat hō hic: si nō appellass̄ cesarē.

XXVII

Et autē iudicatū est na-
uigare eū in ytaliā ⁊ tradi paulum cū
reliquis custodijs centurioni nomine iulio
cohortis auguste: ascendentes nauē adrū-
metinā incipientē nauigare. circa asie loca
sustulimus: pseuerante nobiscū aristarcho
macedone thessalonicense. Sequēti autem
die venimus sydonē. Humane aūt tractās
iulius paulū pmisit ad amicos ire: et curam
sui agere. Et inde cū sustulissemus subnaui
gauimus cyprū: pptērea q̄ essent venti cō-
trarij. Et pelagus cilicie ⁊ pāphilie nauigā
tes venimus listrā que est licie: et ibi inueni
ens centurio nauē alexandrinā nauigantē
in ytaliā: transposuit nos in eā. Et cū multis
dieb⁹ tarde nauigaremus ⁊ vix deuenisse-
mus ꝯtra gnydū: phibēte nos vēto adnaui
gauimus crete iuxta salmonē. Et vix iuxta
nauigantes venimus in locū quendam qui
vocat̄ boniportus: cui iuxta erat ciuitas tha
lassa. Multo autem tempore peracto ⁊ cū iam
non esset tuta nauigatio eo q̄ et ieiuniū iam
pterisset: ꝯsolabatur eos paulus dicēs eis.
Viri: video quoniā cū iniuria ⁊ multo dāno
nō solū oneris ⁊ nauis: sed etiā aīarū nr̄arū
incipit esse nauigatio. Centurio aūt gubna
tori et nauclero magis credebat: q̄ hijs q̄
a paulo dicebātur. Et cū aptus portus non
esset ad hyemandū: plurimi statuerūt cō-
siliū nauigare inde si quo modo possent de
uenientes phenicen hyemare portū crete re-
spicientē ad affricū ⁊ ad chorū. Aspirāte au
tem austro estimantes ppositū se tenere: cū
sustulissent de ason. legebant cretam. Nō
post multū autē misit se ꝯtra ipam ventus ty
phonicus: qui vocatur euroaquilo. Cūq̧ ar
repta esset nauis. et nō posset conari ī ventū:
data naue flatib⁹ ferebamur. In insulā aūt
quandā decurrētes que vocatur cauda: po-
tuimus vix obtinere scapham. Qua sublata
adiutorijs utebātur accingētes nauē: timē-
tes ne in syrtim inciderēt: submisso vase sic

ferebatur. Ualida autem nobis tempestate iactatis: sequenti die iactum fecerunt: et tercia die suis manibus armamenta navis proiecerunt. Neque autem sole neque syderibus apparentibus per plures dies et tempestate non exigua imminente: iam ablata erat spes omnis salutis nostre. Et cum multa ieiunacio fuisset: tunc stans paulus in medio eorum dixit. Oportuerat quidem o viri audito me non egredi a creta: lucrique facere iniuriam hanc et iacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enim nullius anime erit ex nobis: preterquam navis. Astitit enim michi hac nocte angelus dei cuius sum ego et cui deservio dicens. Ne timeas paule: cesari te oportet assistere. Et ecce donavit tibi deus omnes qui navigant tecum. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo: quia sic erit quemadmodum dictum est michi. In insulam autem quandam oportet nos devenire. Sed postea quam quartadecima nox supervenit: navigantibus nobis in adria circa mediam noctem suspicabantur naute apparere sibi aliquam regionem. Qui et summittentes bolidem: invenerunt passus viginti: et pusillum inde separati invenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus: de puppi mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri. Nautis vero querentibus fugere de navi: cum misissent scapham in mare sub obtentu quasi inciperent a prora anchoras extendere: dixit paulus centurioni et militibus. Nisi hii in navi manserint: vos salvi fieri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphe: et passi sunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri: rogabat paulus omnes sumere cibum dicens. Quartadecima die hodie exspectantes ieiuni permanetis: nichil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum hec dixisset: sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium: et cum fregisset cepit manducare. Animequiores autem facti omnes: et ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem universe anime in navi ducente septuagintasex. Et saciati cibo alleviabant navem: iactantes triticum in mare. Cum autem dies factus esset terram non agnoscebant: sinum vero quendam considerabant habentem litus: in quem cogitabant si possent eicere navem. Et cum anchoras sustulissent committebant se mari. simul laxantes iuncturas gubernaculorum: et levato artemone secundum aure flatum tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum bithalassum impegerunt navem: et prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero solvebatur a vi maris. Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent. ne quis cum enatasset effugeret: centurio autem volens servare paulum prohibuit fieri. Iussitque eos qui possent natare mittere se primos et evadere et ad terram exire: et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea que de navi erant. Et sic factum est: ut omnes anime evaderent ad terram.

XXVIII

Et cum evasissemus: tunc cognovimus quia militene insula vocabatur. Barbari vero prestabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pira reficiebant nos omnes: propter ymbrem qui imminebat et frigus. Cum congregasset autem paulus sarmentorum aliquantam multitudinem et imposuisset super ignem: vipera a calore cum processisset invasit manum eius. Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius: ad invicem dicebant. Utique homicida est homo hic: qui cum evasit de mari ultio non sinit eum vivere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem: nichil mali passus est. At illi estimabant eum in tumorem convertendum: et subito casurum et mori. Diu autem illis sperantibus et videntibus nichil mali in eo fieri: convertentes se dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant predia principis insule nomine publii: qui nos suscipiens. triduo benigne exhibuit. Contigit autem patrem publii febribus et dissinteria vexatum iacere. Ad quem paulus intravit: et cum orasset et imposuisset ei manus salvavit eum. Quo facto: omnes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt: et navigantibus imposuerunt que necessaria erant. Post menses autem tres navigavimus in navi alexandrina que in insula hyemaverat: cui erat insigne castrorum. Et cum venissemus siracusam: mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes devenimus regium: et post unum diem flante austro secunda die

venimus putheolos · ubi inuentis fratribus
rogati sum⁹ manere apud eos dies septē:
et sic venimus romam. Et inde cū audissent
fratres occurrerūt nobis usq; ad apii forū.
et tribus tabernis. Quos cū vidiss; paulus:
gratias agens deo accepit fiduciā. Cū aūt
venissemus romā pmissum est paulo pma-
nere sibimet: cū custodiente se milite. Post
terciū aūt diem cōuocauit pmos, iudeorū.
Cunq; venissent dicebat eis. Ego viri frēs
nichil aduersus legem faciens aut morem
paternū: vinctus ab iherosolimis traditus
sum in manus romanorū: qui cū interroga
tionē de me habuissent voluerūt me dimit-
tere: eo q essent nulla causa mortis in me. Cō
tradicentibꝰ aūt iudeis coactus sū appella
re cesarem: nō quasi gentē meā habens ali-
quid accusare. Propter hanc igitur causā
rogaui vos videre ꝛ alloqui. Propter spem
enim israhel cathena hac circumdatus sū. At
illi dixerūt ad eū. Nos neq; lrās accepimus
de te a iudea: neq; aduenīēs aliquis fratrū
nūciauit aut locutus est quid de te malum.
Rogamus autē a te audire que sentis. Nā
de secta hac notū est nobis: q ubiq; ei con
tradicitur. Cū constituissent autē illi diem
venerunt ad eū in hospiciū plurimi: quibus
exponebat testificans regnū dei suadensq;
eis de ihesu ex lege moysi et pphetis a mane
usq; ad vesperam. Et quidā credebant hiis
que dicebantur: quidā vero non credebāt.
Cunq; inuicē non essent consentiētes: disce
debant dicente paulo vnū verbū. Quiā bñ
spiritus sanctus locutus est per ysaiam pro
phetam ad patres nostros dicens. Vade
ad pplm istū et dic. Aure audietis et non in-
telligetis: et videntes videbitis et nō pspi-
cietis. Incrassatū est cor ppli huius et auri-
bus grauiter audierūt ꝛ oculos suos com-
presserūt: ne forte videant oculis et auribꝰ
audiāt et corde intelligāt: et cōuertant se et
sanem eos. Notū ergo sit vobis: qm̄ gen-
tibus missum est hoc salutare dei: et ipsi au-
dient. Et cū hec dixisset: exierūt ab eo iudei
multā habentes inter se questionē. Mansit
autē biennio toto in suo cōductu: et suscipi
ebat omēs qui ingrediebātur ad eum: pdi
cans regnū dei ꝛ docens que sūt de domino
ihesu xpō cum omī fiducia sine phibicōne.

Explic liber actuū aplorū. Incip plogus in epl̄as canonicas

NOn ita est
ordo apud grecos qui inte-
gre sapiūt fidemq; rectā se-
ctantur epistolarū septē· que
canonice nūcupantur. sicut in
latinis codicibꝰ inuenitur: ut quia petrus ē
primus in ordine apostolorū: prime sint eti
am eius epistole in ordine ceterarum. Sed
sicut euāgelistas dudū ad veritatis lineam
correximus: ita has pprio ordini deo iuuāte
reddidimus. Est eni vna earū pma iacobi:
due petri: tres iohānis· et iude vna. Que si
sicut ab eis digeste sunt ita quoq; ab inter
pretibꝰ fideliter in latinū vterētur eloquiū.
nec ambiguitatē legentibꝰ facerēt· nec ser
monē sese varietas impugnaret: illo preci-
pue loco ubi de vnitate trinitatis in prima
iohānis epl̄a positū legimus· in qua etiam
ab infidelibꝰ translatoribꝰ multū erratū esse
a fidei veritate cōperimus: triū tantū modo
vocabula hoc est aque sanguinis ꝛ spūs in
ipsa sua edicōne ponētibꝰ: et patris verbiq;
ac spūs testimoniū omittentibꝰ· in quo ma-
xime et fides catholica roboratur: et patris
et filii ꝛ spūs sancti vna diuinitatis substan
tia cōprobatur. In ceteris vero epistolis quā
tū a nostra aliorū distet editio: lectoris pru
dentie derelinquo. Sz tu virgo cristi eusto-
chiū dū a me impensius scripture veritatē
inquiris meā quodāmodo senectutē inui-
dorū dentibꝰ corrodendā exponis: qui me
falsariū corruptoremq; sanctarū pnunciāt
scripturarū. Sed ego in tali opere nec emu
lorum meorū inuidentiā ptimesco: nec san-
cte scripture veritatē poscentibꝰ denegabo.

Explicit prologus Incipit arguentum in epistolam canonicā beati iacobi apostoli.

IAcobus apostolus sanctum instruit clerū
de cultura celestiū pceptorū ꝛ regl̄a katholi
ce obsuātie: et de inuicte patiētie maiestate·
et de reuelacōe psimorū: ꝛ de mēdacō mḡro
rū. Explic argumētū Incip epl̄a canonica beati iacobi apl̄i

IAcobus dei et dn̄i nostri
ihesu cristi seruus: duodecim tribubus que
sūt in dispsione salutē. Omē gaudiū existi-
mate fratres mei cū in temptacōnes varias

incideritis: sciente ꝙ probacō fidei vestre patientiā operatur. Patientia autem opus perfectū habeat: ut sitis perfecti ⁊ integri in nullo deficiētes. Si quis autem vestrū indiget sapientia postulet a deo qui dat omībꝫ affluēter et nō improperat: et dabitᷣ ei. Postulet aūt in fide: nichil hesitans. Qui enim hesitat similis est fluctui maris: qui a vēto mouetur et circūfertur. Nō ergo estimet hō ille ꝙ accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo incōstans ē in omībꝫ vijs suis. Glorietur autem frater humilis in exaltacōne sua: diues autē in humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenū: et flos eius decidit: et decor vultus eius deperijt. Ita et diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert temptacōem: qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit deus diligentibꝫ se. Nemo cū temptatur dicat: qm̄ a deo temptor. Deus enim intemptator malorꝫ est. Ipse autē neminē temptat. Unusquisqꝫ vero temptatur a cōcupiscentia sua: abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cū conceperit parit peccatum: peccatū vero cum consūmatū fuerit generat mortē. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectissimi. Omne datū optimū et omne donuꝫ ꝑfectū desursū est descendens a patre luminū: apud quē nō est transmutacō: nec vicissitudinis obūbracō. Voluntarie enī genuit nos verbo veritatis: ut simus iniciū aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omīs homo velox ad audiendum: tardus autē ad loquēdum: et tardus ad iram. Ira enim viri iusticiā dei non operatur. Propter qđ abicientes omnē inmūdiciam et abudantiaꝫ malicie in mansuetudine suscipite insitū verbuꝫ: qđ potest saluare animas vestras. Estote autē factores verbi et nō auditores tantū fallētes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi et non factor: hic cōparabitur viro consideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abijt: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui aūt ꝑspexerit in lege ꝑfecte libertatis et ꝑmāserit in ea nō auditor obliuiosus factus ꝫ factor opis: hic beatus in facto suo erit. Si quis aūt putat se religiosuꝫ esse nō refrenans linguā suam ꝫ seducens cor suū: huius vana est religio. Religio mūda ⁊ immaculata apud deū ⁊ prēm hec est: visitare pupillos et viduas in tribulacōne eorꝫ: et immaculatū se custodire ab hoc seculo. II

Fratres mei: nolite in ꝑsonarū acceptione habere fidem domini nostri ihesu cristi glorie. Etenim si introierit in cōuentū vestrū vir aureū anulū habens in veste candida: introierit autē et paup in sordido habitu: et intendatis in eū qui indutus ē veste ꝑclara ⁊ dixeritis ei tu sede hic bene: pauperi autē dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorꝫ: nōne iudicatis apud vosmetipsos et facti estis iudices cogitacōnū iniquarū? Audite frēs mei dilectissimi. Nōne deus elegit paupes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni: qđ repromisit deus diligentibꝫ se? Vos aūt exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiaꝫ opprimūt vos et ipsi attrahūt vos ad iudicia? Nōne ipi blasphemant bonū nomē qđ inuocatū est sup vos? Si tamē legem ꝑficitis regalem scđm scripturas diliges proximū tuū sicut teipsū: benefacitis: si autē personas accipitis peccatuꝫ operamini: redarguti a lege quasi transgressores. Quicunqꝫ aūt totam legem seruauerit: offendat autēꝫ in vno: factus est oīm reus. Qui enī dixit nō mechaberis: dixit ⁊ nō occides. Quod si nō mechaberis occides autē: factus es transgressor legis. Sic loquimini ⁊ sic facite: sicut ꝑ legē libtatis incipiētes iudicari. Iudiciū enim sine misericordia illi: qui nō facit misericordiam. Superexaltat autē misericordia iudiciuꝫ. Quid ꝓderit fratres mei si fidem quis dicat se habere: opa aut non habeat? Numquid poterit fides saluare eū? Si aūt frater aut soror nudi sint et indigeant victu quotidiano: dicat aūt aliquis ex vobis illis. ite in pace calefacimini ⁊ saturamini non dederitis aūt eis q̄ necessaria sūt corpori: quid ꝓderit? Sic ⁊ fides si nō habeat opa: mortua est in semetipsā. Sed dicit aliquis. Tu fidem habes: et ego opera habeo. Ostende michi fidem tuā sine operibꝫ: et ego ostēdā tibi ex opibꝫ fidē meā. Tu credis qm̄ vnus

est deus: benefacis. Et demones credūt: et
cōtremiscūt. Vis aūt scire o homo inanis:
qm̄ fides sine operibꝫ ociosa est? Abraham
pater noster nōne ex opibꝫ iustificatus est.
offerēs ysaac filiū suū sup altare? Vides
qm̄ fides cooperabatur operibꝫ illius: et ex
operibꝫ fides cōsūmata est? Et suppleta ē
scriptura dicens. Credidit abraham deo: et
reputatū est illi ad iusticiā: et amicus dei ap
pellatus ē. Videtis qm̄ ex opibꝫ iustificatur
homo: ꝛ nō ex fide tātū? Similiter aūt ꝛ ra-
ab meretrix: nōne ex operibꝫ iustificata est
suscipiēs nūcios. et alia via eiciens? Sicut
enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et
fides sine opibꝫ mortua est. III

Nolite plures mgr̄i fieri frēs mei: scie-
tes qm̄ magis iudiciū sumitis. In multis enī
offendimus omnes. Si quis in verbo non
offendit: hic pfectus ē vir. Potest etiā fre-
no circūducere totū corpus. Si autē equis
frena in ora mittimus ad cōsentiendū nob:
omē corpus illoꝝ circūferimus. Et ecce na-
ues cū magne sint ꝛ a ventis validis minen
tur: circūferūtur aūt a modico gubernaclo
ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lin-
gua modicū quidē membrū est: et magna
exaltat. Ecce quātus ignis q̄ magnā siluā
incendit. Et lingua ignis ē: vniūsitas iniq̄
tatis. Lingua ɔstituitur in membris nr̄is q
maculat totū corpus: et inflāmat rotam na
tiuitatis nostre inflāmata a gehenna. Oīs
enim natura bestiarū et volucrū et serpentiū
etiā et ceteroꝝ domātur et domita sūt a na-
tura humana: linguā autē nullus hominum
domare potest. Inquietū malū: plena vene-
no mortifero. In ipa bn̄dicimus deū ꝛ prēm:
et in ipa maledicimus hoies qui ad imagi-
nem et similitudinē dei facti sūt. Ex ipso ore
procedit bn̄dictō ꝛ maledictō. Nō opor-
tet fratres mei hec ita fieri. Nūquid fons
de eodem foramine emanat dulcem ꝛ ama-
ram aquā? Nūquid potest fratres mei fi-
cus vuas facere: aut vitis ficus? Sic neqꝫ
salsa dulcē potest facere aquā. Quis sapi-
ens ꝛ disciplinatus inter vos? Ostendat ex
bona ɔuersacōe operacōnem suā in mansue-
tudine sapientie. Quod si zelū amarū habe
tis. et contencōnes sint in cordibus vestris:
nolite gloriari et mendaces esse aduersus
veritatē. Non est eni ista sapientia desursū
descendēs a patre luminū: s; terrena anima
lis. dyabolica. Ubi enim zelus ꝛ contentio:
ibi inconstantia ꝛ omne opus prauū. Que
aūt desursū est sapientia: primū quidē pudi
ca ē. deinde pacifica. modesta suadibilis. bo
nis cōsentiēs. plena misericordie ꝛ fructibꝫ
bonis: iudicans sine simulacōe. Fructus aūt
iusticie in pace seminatur: facientibꝫ pacē.

Unde bella ꝛ lites in vobis? IIII
Nonne ex concupiscentijs vr̄is: que
militāt in membris vr̄is? Cōcupiscitis et nō
habetis: occiditis et zelatis: et non potestis
adipisci. Litigatis et belligeratis: et non ha
betis ꝑpter qd̄ non postulatis. Petitis ꝛ non
accipitis: eo q̄ male petatis: ut non cōcupi-
scentijs vr̄is insumatis. Adulteri: nescitis q̄
amicicia huius mūdi inimica ē dei? Quicūqꝫ
ergo voluerit amicus esse seculi huius: ini-
micus dei ɔstituitur. An putatis q̄ inaniter
scriptura dicat: ad inuidiā concupiscit spūs
qui habitat in vobis? Maiorē autem dat
gratiam. Propter qd̄ dicit. Deus superbis
resistit: humilibꝫ autē dat gratiā. Subditi
ergo estote deo: resistite aūt dyabolo: et fu-
giet a vobis. Appropiate deo: et appropinq̄
bit vobis. Emundate manus peccatores: et
purificate corda duplices aīo. Miseri esto-
te et lugete et plorate: risus vester in luctum
cōuertatur: et gaudiū in merorē. Humilia-
mini in conspectu domini: et exaltabit vos.
Nolite detrahere alterutrum frēs mei. Qui
detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suū:
detrahit legi et iudicat legem. Si aūt iudi-
cas legē: nō es factor legis s; iudex. Unus
ē enim legislator et iudex: qui potest pdere
et liberare. Tu aūt quis es qui iudicas pro-
ximū tuum? Ecce nunc qui dicitis hodie aut
crastino ibimus in illā ciuitatē: et faciemus
ibi quidē annū et mercabimur et lucrū faci-
emus: q̄ ignoratis q̄d erit in crastino. Que
est enim vita vr̄a? Vapor ē ad modicū pa-
rens: et deinceps exterminabitur. pro eo ut
dicatis: si dn̄s voluerit. et si vixerimus. facie
mus hoc aut illud. Nunc autē exultatis in
supbijs vr̄is. Oīs exultacō talis maligna
